





BENEDICTI XIV.

PONT. OPT. MAX.

OPERA OMNIA

ET

BULLARII ROMANI

CONTINUATIO

CONTINUATIONIS BULLARII

TOMUS VIII.

BULLARII ROMANI

CONTINUATIO

SUMMORUM PONTIFICUM

BENEDICTI XIV. CLEMENTIS XIII. CLEMENTIS XIV.
PII VI. PII VII. LEONIS XII. PII VIII.

CONSTITUTIONES, LITTERAS IN FORMA BREVIS,
EPISTOLAS AD PRINCIPES VIROS, ET ALIOS,
ATQUE ALLOCUTIONES COMPLECTENS.

TOMUS OCTAVUS



LEONIS XII.

CONTINENS PONTIFICATUM



PRATI
IN TIPOGRAPHIA ALDINA
MDCCCLIV.

LEONIS XII.

BULLARIUM

LEO XII.

ANNO PRIMO

Dat. die 17. nov. 1823. Anno I.

I.

Allocutio habita in consistorio secreto diei decimae septimae novembris millesimo octingentesimo vigesimo tertio.

Venerabiles fratres.

Vos ex hoc sublimi loco primum allocuturi, dubitavimus aliquantisper, venerabiles, fratres, an de pontificia, ad quam Nos evexistis dignitate, gratias vobis agere, an queri quod gravissimum apostolicae servitutis onus Nobis imposuissetis, deberemus. Numquid Pio. VII, de cujus laudibus nulla umquam aetas conticescet, Nos succedere voluistis, ut infirmitas Nostra cum tanto virtutum robore comparata evidentius, latiusque pateret? Collegas habebatis amplissima virtutum supellectile instructos, ideoque dignissimos, quibus Ecclesiam regendam committeretis. Cur Nos nullo meritorum praesidio munitos, reluctantesque illis praeposuistis? Sed Nobis animo haec agitantibus in mentem venit, Nos ab eo revera electos esse, qui de lapidibus filios Abrahae suscitare solet, quique infirma mundi eligit, ut fortia quaeque confundat: vos autem divinae voluntatis interpretes et ministros extitisse. Quapropter cum superno divini Spiritus afflatui magna alacritate, amantissimis studiis, mirabili consensu obsequuti sitis; querelarum loco sinceras unice, ac perennes a Nobis gratias vobis agendas esse intelleximus. Postquam igitur officio Nostro erga eum satisfecimus, qui Nos inopes de terra suscitavit, ut in gradu omnium altissimo poneret; fraternitates vestras hodie convocavimus, ut quas ipsis debemus gratias, vere et ex animo persolveremus. Has autem gratias ita agimus, et sic a vobis accipi volumus, ut persuasum habeatis, eas, cum occasio tulerit, etiam re Nos esse reddituros. Quidquid igitur ornandae, augendaeque amplissimi ordinis vestri dignitati conducet, quidquid honoribus, utilitatibus, commodis uniuscujusque vestrum promovendis inserviet, id omne vobis ex parte Nostra nunquam defuturum pollicemur. Vicissim vero, venerabiles fratres, a vobis requirimus, ut quam in deferendo Nobis pontificatu alacritatem, quem consensum, quae studia ostendistis, eadem in sustinendis Nobiscum supremi ministerii oneribus adhibeatis. Quam saeva Ecclesiae Christi vulnera nuperis temporibus inflicta sint, quos orthodoxa fides patiatur hostes, quae morum depravatio ubique dominetur, quibus difficultatibus, angustiis, offensionibus ecclesiasticae universim res premantur, optime nostis, venerabiles fratres. Nos profecto ad avertendam tot malorum colluviem, curas, laboresque Nostros diu noctuque intendemus: sed in tanta rerum gerendarum mole, nisi consiliis, operaque vestra Nobis adfueritis, fieri non posse intelligimus, ut uberes illos, quos a Deo inressanter petimus, e procuratione Nostra fructus capiamus. Agite ergo, venerabiles fratres, colendae a sterilibus, noxiisque plantis purgandae, foecundis autem, et salubribus, ubi conve-

niens erit, instruendae Domini vineae Nobiscum adlaborate, amplissimam inde mercedem consecuturi, quam actuosis, industriisque operariis suis coelestis agricola repromisit. Ei tamen assiduis, et enixis precibus supplicabimus, ut agricolationem Nostram dirigat, et vires ad eam obeundam necessarias pro sua bonitate impertiatur. Nam neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.

II.

Dat. die 23. nov. 1999. Anno I.

Privilegia, exemptiones, et indulta concessa dapiferis, qui in conclavi S. R. E. cardinalibus inservierunt.

Leo PP. XII.

Urbis

Motu proprio etc.

Nos volentes dilectos filios Nostrum dum cardinalatus honore fungebamur, ac venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium dapiferos, qui conclavi, in quo divina favente clementia ad summi apostolatus apicem assumpti fuimus, inservierunt, quique ea de causa labores, et incommoda substinuerunt, habita ratione obsequiorum hujusmodi favoribus, gratiis, et privilegiis exornare, de mera liberalitate, et certa scientia Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine in familiares Nostros, atque illos ex eis qui clerici existunt, seu militiae clericali adscribi desiderant, quosque tres ex primis cardinalibus in quolibet ordine antiquiores dignos tali dignitate judicaverint, in Nostros et Sedis apostolicae notarios titulares, servata tamen forma constitutionis sanctae memoriae Pii pp. VII praedecessoris Nostri, quae incipit « *Cum innumeri* » sub datum idibus decembris anno millesimo octingentesimo decimo octavo editae, recipimus et admittimus, ac tam eos, quam alios dapiferos, qui singulatim ab eisdem cardinalibus digni reputati fuerint, quique urbis, vel alicujus alterius ex civitatibus temporali dominio dictae Sanctae Romanae Ecclesiae, mediate vel immediate subjectis cives esse voluerint, singulos in ea ipsa civitate, quam singillatim quisque eorum elegerit, et ad quam ab eisdem tribus cardinalibus se admitti petierit, veros cives, ita ut ipsum jus civitatis ad eorum haeredes eodem modo transeat, creamus, constituimus, et deputamus. Ac eisdem dapiferis quod omnes et quaecumque gratiae, provisiones, commendae, ac praesentes, et quaevis aliae literae apostolicae, ac etiam in forma brevis pro illis expediendae gratis ubique expediantur, tam de capienda possessione nomine Camerae Apostolicae, quam in favorem literarum apostolicarum, ubi illis super provisionibus quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum dari poterunt, prout Nostris familiaribus etiam gratis dantur, ac conceduntur, etiam dari et concedi debeant, praecipimus et mandamus. Ac dapiferis praefatis, et eorum singulis, ut quicumque loci ordinarii, vel canonici metropolitanarum, aut aliarum insignium ecclesiarum, aut personae quaecumque ecclesiasticae in dignitate ecclesiastica constitutae tam in Romana curia quam extra eam ad id per eos, et eorum singulos eligendi, seu eligendae quascumque pensiones annuas eis, eorumque singulis super fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, et emolumentis universis certis, et incertis, ac distributionibus quotidianis quarumcumque mensarum episcopalium, archiepiscopalium, et abbatialium, et dignitatum, et canonicatuum, et praebendarum, caeterorumque beneficiorum ecclesiasticorum, non tamen per S. R. E. cardinales obtentorum, et in posterum obtinendorum cum cura et sine cura secularium, aut quorumvis ordinum regularium, seu fructus, redditus, et proventus aliaque emolumenta, et distributiones hujusmodi reservatas, seu reservatos, ac reservandas seu reservandos, etiamsi alias semel, vel pluries translatae, seu translati fuerint usque ad summam centum ducatorum in toto vel parte, ac etiam in mortis articulo cassare et extinguere, ac postquam cassatae et extinctae fuerint, alias similes pensiones annuas, seu fructus, redditus, et proventus, et alia emolumenta, et distributiones hujusmodi usque ad summam praedictam uni vel pluribus aliis personis ecclesiasticis per eosdem dapiferos, et eorum singulos nominandis quotcumque, quaecumque, et qualiacumque beneficia ecclesiastica obtinentibus, et

Receptio in familiares.

In notarios.

Electio civilitatis.

Etiam pro haeredibus.

Expeditio literarum apostolicarum gratis.

Facultas transferendi pensiones usque ad summam centum ducatorum.

expectantibus, alias tamen pensionum hujusmodi capacibus similiter eis quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis eisdem modo et forma quibus eisdem dapiferis reservatae, seu reservati erant, etiam absque beneficia bujusmodi obtinentium cousensu integre persolvendas, seu persolvendos, et per eos percipiendas, exigendas, levandas, ac percipiendos, exigendos, et levandos reservare, constituere, et assignare valeant, ipsique translatarii in possessionem dictas pensiones exigendi, in qua ipsi dapiferi tempore translationis per eos vigore praesentium faciendae existebant, in omnibus, et per omnia subrogati esse censeantur, etiam concedimus, et indulgemus, etiamsi similem gratiam a praedecessoribus Nostris alias forsan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, illius effectu cumulative eos gaudere et potiri volumus, decernentes ipsas translationes, et novas reservationes, constitutiones, et assignationes pensionum seu fructuum, reddituum, et proventuum, aliorumque hujusmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque beneficia, super quorum fructibus, redditibus, et proventibus reservatae fuerint obtinentes, ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore, ac eisdem dapiferis, ut ratione quarumcumque pensionum eis et eorum cuilibet, super quibuscumque beneficiis ecclesiasticis, ut praefertur, vel aliis quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducentorum ducatorum auri de camera pro quolibet, nunc et pro tempore reservatarum, et reservandarum habitum et tonsuram clericales gestare, et in illis dummodo ipsi habitum decentem, et honestum deferant incedere minime debeant, nec ad id a quoquam cogi seu compelli, minusque alias sententias aut censuras etiam privationis seu cessationis ipsarum pensionum incurrere possint, ipsasque pensiones ad praefatam summam ducentorum ducatorum ascendentes, et reservatas, ut praefertur, etiamsi matrimonium contraxerint cum unica tantum, et virgine recipere, et retinere. Postremo quod bona quaecumque ad dictos dapiferos et eorum quemlibet spectantia, et per eos etiam ratione quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum etiam canonicatuum et praebendarum, ac dignitatum quarumcumque per eos alias obtentorum et obtinendorum, aut alias quomodolibet, et quovis quaesito colore, vel ingenio, seu eorum industria legitime tamen, et licite acquisita, et acquirenda etiam in urbe ejusque districtu, et ubicumque existentia spoliis minime subjaceant, sed ipsi dapiferi etiamsi religioni alicujus militiae, non tamen s. Joannis Hierosolymitani, adscripti fuerint, de illis in favorem quarumcumque personarum, de jure tamen capacium, etiamsi curiales esse desierint, et in quocumque loco, quantumvis remoto, eos decedere contigerit testari et alias disponere, eisque ab intestato decedentibus, eorum haeredes quicumque succedere libere, et licite valeant, simili modo concedimus, et indulgemus; praecipientes, et mandantes dilectis filiis nunc et pro tempore existentibus S. R. E. camerario, thesaurario, praesidentibus clericis camerae Nostrae apostolicae, ac quibuscumque aliis spoliorum hujusmodi collectoribus, ac militiarum praefatarum officialibus, aut procuratoribus, ne in hujusmodi bonis manus apponant, neque haeredes dictorum dapiferorum desuper molestare audeant, seu praesumant, ac etiam decernentes donationes etiam per vium testamenti, et codicillorum per ipsos dapiferos de eorum bonis hujusmodi servatis de jure servandis faciendas semper et perpetuo validas, et efficaces fore, nec eosdem dapiferos, eorumque aliquem ad literas super praesentibus conficiendas in dicta camera insinuandum, aut admitti, et registrari faciendum teneri, nec illas, etiamsi infra tempus legitimum insinuatae, admissae, seu registratae non fuerint, propterea minus validas censeri, sed suos plenarios effectus sortiri debere, easdemque praesentes, et in eis contenta quaecumque sub quibusvis limitationibus, revocationibus, suspensionibus, modificationibus, decretis, constitutionibus apostolicis similium gratiarum revocatoriis, vel quae eos limitarent, aut moderarentur, quae a Nobis et dicta Sede pro tempore, et de quibusvis causis etiam urgentissimis, etiam consistorialiter, vel alias quavis auctoritate hactenus, vel imposterum emanaverint, minime comprehendi, sed quoties illae emanabunt, toties in pristinum statum repositas, et reintegratas esse et censeri, sicque per quoscumque judices etiam commissarios quavis auctoritate fungentes in quavis causa, et instantia, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate ubique judicari, et

Cumulativa similium gratiarum.

Facultas retinendi pensiones ad summam biscentum ducatorum.

Absque necessitate deferendi habitum et tonsuram clericales.

Exemptio a spoliis cum facultate testandi, exceptis equitibus s. Joannis Hierosolymitani.

Exemptio ab insinuatione in camera.

Clausula sublata, et decretum irritans.

definiri debere, irritum quoque et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Et insuper omnibus et singulis, ad quos earumdem literarum expeditio spectat, in virtute sanctae obedientiae, motu, scientia, et potestatis plenitudine mandamus, ut easdem praesentes, et forsan alias literas super praemissis omnibus tam conjunctim, quam divisim, ac pro singulis quibuscumque derogationibus, decretis, et clausulis in eis contentis gratis de mandato Nostro ubique expediant et expediri faciant, non obstantibus eisdem praemissis, ac regula Nostra de praestando consensu in pensionibus, ac fel. rec. Pii pp. IV. praedecessoris Nostri de similibus gratiis in camera apostolica infra tres menses praesentandis ac registrandis, caeterisque, et speciali, et individua mentione dignis, quibus omnibus et singulis specialiter, et expresse harum serie motu pari derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis.

Derogationes.

Fiat Motu-proprio H.

Et cum absolutione a censuris ad effectum etc. Et cum derogatione regulae de non tollendo jure quaesito aliis derogationibus necessariis, et opportunis, quatenus opus sit; et quod indultorum, concessionum, gratiarum, derogationum, aliorumque praemissorum omnium et singulorum major, et verior specificatio, et expressio fieri possit in literis, in quibus singulorum dapiferorum nomina, et cognomina ordines, qualitates, gradus, dioeceses, patriae et alia requisita exprimi et describi, seu pro expressis et descriptis haberi possint juxta notulam per ipsos, seu eorum deputatos confectam, simul vel ad partem etiam in una non facta mentione de alia, vel aliis prout videbitur expedire et expediens. Volumus autem quod literarum super praesentibus conficiendarum transumptis etiam impressis, et sigillo, et manu alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, et subscriptis eadem fides tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quae originalibus literis adhiberetur si forent exhibitae vel ostensae. Volumus praeterea quod sola praesentis motus proprii Nostri signatura sufficiat, et ubique fidem faciat in judicio, et extra illud, regula quacumque contraria non obstante. Fiat H. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem nono kalendas decembris millesimo octingentesimo vigesimo tertio, pontificatus Nostri anno primo.

Nomina Eminentissimorum dominorum cardinalium et dapiferorum sunt, haec, quae sequuntur.

Annibal della Genga, nunc Leo XII. Spoletanus.

Vincentius Conti presbyter Romanus basilicae Liberianae beneficiatus.

Episcopi VI.

Julius Maria episcopus Ostiensis, et Veliternensis s. collegii decanus cardinalis della Somaglia S. R. E. vice-cancellarius Placentinus.

Franciscus ex comitibus Cini Romanus.

Bartholomaeus episcopus Portuensis, et s. Ruphinae S. R. E. cardinalis camerarius Pacca Beneventanus.

Carolus ex marchionibus Curti Lepri nobilis Romanus.

Joseph episcopus Praenestinus S. R. E. cardinalis Spina Sarzanensis.

Eques Joannes Regoli patritius Imolensis.

Petrus Franciscus episcopus Albanensis S. R. E. cardinalis Galeffi Caesenatensis.

Clericus Matthaeus ex marchionibus Antici nobilis Recinetensis.

Thomas episcopus Sabinensis S. R. E. cardinalis Arezzo Siculus.

Jacobus ex comitibus Baglioni Oddi nobilis Perusinus.

Franciscus Xaverius episcopus Tusculanus S. R. E. cardinalis Castiglionaeus Cingulanus.

Cajetanus Leonetti presbyter Verulanae dioecesis.

Presbyteri XXXI.

Joseph tituli s. Eusebii S. R. E. cardinalis Firrao Neapolitanus.

Adrianus Sernicoli Romanus.

Aloisius tituli s. Martini ad Montes Ruffo-Scilla Neapolitanus.

Joachim Albertazzi Romanus.

Caesar tituli s. Augustini S. R. E. cardinalis Brancadoro Firmanus.

Philippus Massani Romanus.

Fr. Carolus Franciscus tituli s. Marcelli S. R. E. cardinalis Caselli Alexandrinus.

Ignatius Maria Origo presbyter nobilis Romanus, ac basilicae Liberianae canonicus coadiutor.

Joseph tituli s. Laurentii in Lucina S. R. E. cardinalis Fesch Adjacensis.

Stanislaus Natalin Romanus.

Carolus tituli s. Bernardi ad Thermas S. R. E. cardinalis Opizzoni Mediolanensis.

Eques Guido ex principibus Spada Romanus.

Petrus tituli s. Laurentii in Pane et Perna S. R. E. cardinalis Gravina Agrigentinae dioecesis.

Ignatius Alberghini Bononiensis in Romana curia advocatus.

Antonius Gabriel tituli s. Mariae de Pace S. R. E. cardinalis Severoli Faventinus.

Philippus Curoli presbyter patritius Faventinus.

Joseph tituli s. Mariae Angelorum S. R. E. cardinalis Morozzo Taurinensis.

Petrus Dardano presbyter Alexandrinae dioecesis.

Fabritius tituli s. Pudentianae S. R. E. cardinalis Sceberas-Testaferrata Melitensis.

Leonardus Vannicelli presb. nobilis Amerinus.

Benedictus tituli s. Clementis S. R. E. cardinalis Naro Romanus.

Michael Angelus Luciani presbyter dioecesis Civitatis Plebis basilicae Lateranensis beneficiatus, theologiae et J. U. D.

Franciscus tituli s. Mariae de Populo S. R. E. cardinalis Caesarei Leoni Perusinus.

Julius ex comitibus Ardicini della Porta Eugubinus.

Dionysius tituli s. Agnetis extra muros S. R. E. cardinalis Bardaxy de Azara dioecesis Barbastrensis.

Eques Cajetanus Biscasillas Romanus.

Antonius tituli ss. Joannis et Pauli S. R. E. cardinalis Rusconus Bononiensis.

Franciscus Cancellieri Romanus.

Emmanuel tituli ss. Alexii et Bonifacii S. R. E. cardinalis de Gregorio.

Philippus Picchi presbyter Cortonensis oeconomus parochus s. Venantii de Urbe.

Georgius tituli s. Ceciliae S. R. E. cardinalis ab. Auria Pamphily Romanus.

Dominicus Carafa ex ducibus Trajetto Neapolitanus.

Aloisius tituli s. Marci S. R. E. cardinalis Ercolani Fulginatensis.

Comes Hieronymus della Porta Rodiani nobilis Romanus.

Paulus Joseph tituli s. Petri ad Vincula S. R. E. cardinalis Solaro Taurinensis.

Joannes Dominicus Palentini presbyter Ipporegiensis.

Casimirus tituli s. Anastasiae S. R. E. cardinalis Hoeffelin Bavarus.

Philippus Ferrini Romanus.

Anna Antonius tituli sanctissimae Trinitatis in Monte Pincio S. R. E. cardinalis Clermont-Tonnere Parisiensis.

Franciscus Lepri Romanus.

Franciscus tituli s. Mariae supra Minervam S. R. E. cardinalis Bertazzoli de Lugo dioecesis Imolensis.

Horatius Rinaldi presbyter dioecesis Tiburtinae.

Joannes Franciscus tituli s. Mariae Transtyberim S. R. E. cardinalis Falzacappa Cornetanus.

Alexander ex marchionibus Olgiati nobilis Romanus.

Antonius tituli s. Silvestri in Capite S. R. E. cardinalis Pallotta Ferrariensis.

Comes Petrus Hieronymus Montani patritius Firmanus eques s. Joannis Hierosolymitani.

Franciscus tituli s. Praxedis S. R. E. cardinalis Serlupi Romanus.

Aloisius Vannicelli patritius Amerinus basilicae Vaticanae canonicus.

Carolus Maria tituli s. Mariae in Via S. R. E. cardinalis Pedicini Beneventanus.

Aloisius de Gregorii Romanus.

Aloisius tituli s. Sabinae S. R. E. cardinalis Pandolfi Fanensis.

Joannes Baptista Abbondanzieri patritius Arceviae dioecesis Senogalliensis.

Fabricius tituli s. Mariae in Aracoeli S. R. E. cardinalis Turriozzi Tuscanensis.

Comes Camillus Martorelli patritius Auximanus.

Hercules tituli s. Balbinae S. R. E. cardinalis Dandini Romanus.

Hieronymus ex comitibus Cenci Bolognetti clericus nobilis Romanus.

Carolus tituli ss. XII. Apostolorum S. R. E. cardinalis Odescalchi Romanus.

Joseph ex marchionibus de Middelburg presbyter Romanus.

Fr. Placidus tituli s. Crucis in Hiesnralem S. R. E. cardinalis Zurla Cremensis.

Comes Joannes Marchi Ariminensis.

Anna Ludovicus Henricus tituli s. Mariae Transpontinae S. R. E. cardinalis de la Fare dioecesis Lucionensis.

Joannes Ludovicus Saint-Albin de Bonnecaze Vivariensis dioecesis.

Diaconi XI.

Fabricius tituli s. Mariae in Via Lata S. R. E. cardinalis Ruffo Neapolitanus.

Petrus Grossi presbyter Romanus s. Angeli in Foro Piscium de Urbe canonicus.

Hercules tituli s. Mariae ad Martyres S. R. E. cardinalis Consalvi Romanus.

Eques Bartholomaeus ex principibus Ruspoli Vindobonensis.

Joseph tituli s. Eustachii S. R. E. cardinalis Albanus Romanus.

Petrus de Valle ex marchionibus del Bufalo nobilis Romanus.

Franciscus tituli s. Mariae in Aquiro S. R. E. cardinalis Guidobono Cavalchini Terdonensis.

Antonius marchio Clarellus patritius Reatinus.

Joannes tituli ss. Cosmae et Damiani S. R. E. cardinalis Caccia-Piatti Novariensis.

Petrus Resse Romanus.

Stanislaus tituli s. Mariae in Porticu S. R. E. cardinalis Sanseverino Neapolitanus.

Marchio Clemens Muti nobilis Romanus.

Petrus tituli s. Nicolai in Carcere Tulliano S. R. E. cardinalis Viduni Cremonensis.

Aloisius Cardonati presbyter Pinarolenensis, et in ecclesia cathedrali dictae civitatis canonicus honorarius.

Augustinus tituli s. Agathae ad Suburram S. R. E. cardinalis Rivarola Jannensis.

Dominicus Lucciardi presbyter Sarzanensis.

Caesar tituli s. Adriani in foro Romano S. R. E. cardinalis Guerrieri-Gonzaga Mantuanus.

Henricus de Dominicis Romanus.

Antonius tituli s. Mariae in Cosmedin S. R. E. cardinalis Frosini Mutinensis.

Joseph Leonardi presbyter Romanus.

Thomas tituli s. Mariae in Domnica S. R. E. cardinalis Riario-Sforza Neapolitanus.

Ludovicus ex baronibus Ancajani clericus patritius Spoletanus.

III. Dat. die 13. nov. 1823. Anno I.

Gratiae et privilegia conclavistis postremi conclavis concessa.

Leo PP. XII.

Urbis

Motu-proprio etc.

Nos volentes dilectos filios conclavistas, qui conclavi, in quo Divina favente clementia ad summi apostolatus apicem assumpti fuimus, Nobis et venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus uti familiares et continui commensales inservientes interfuerunt, quique ea de causa labores et incommoda subierunt, habita ratione obsequiorum hujusmodi, nonnullis favoribus, gratiis, et privilegiis pro cujusque meritis exornare, ipsosque conclavistas, quibus et aliis participantibus descriptis in rolo, seu divisione subscripto, seu subscripta per dilectum filium Nostrum Antonium Gabrielem tituli Sanctae Mariae de Pace Sanctae Romanae Ecclesiae presbyterum cardinalem Severoli nuncupatum pro-datarium Nostrum hodie summam decem millium scutorum auri in auro ex publico aerario gratiose donavimus in Nostros familiares, atque illos ex eis qui clerici existunt, seu militiae clericali adscribi desiderant, quosque tres praefatae Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales singulatim in quolibet ordine antiquiores dignos tali dignitate judicaverint in Nostros et Sedis apostolicae notarios titulares, servata tamen forma constitutionis sanctae memoriae Pii pp. VII. praedecessoris Nostri quae incipit « *Cum innumeri* » sub datum idibus decembris anno millesimo octingentesimo decimoctavo editae recipimus et admittimus, et tam eos quam alios conclavistas singulos, qui singulatim ab eisdem cardinalibus digni reputati fuerint, quique urbis vel alicujus alterius ex civitatibus temporali dominio ejusdem San-

Donatio scutatorum decem millium auri. Receptio in familiares. In notarios. Electio civilitatis.

ctae Romanae Ecclesiae mediate vel immediate subjectis cives esse voluerint, singulos in ea ipsa civitate, quam singillatim quisque eorum elegerit, et ad quam ab eisdem tribus cardinalibus se admitti petierit veros cives, ita ut ipsum jus civilitatis ad eorum haeredes eodem modo transeat, creamus, constituimus et deputamus; nec non eisdem conclavistis clericali militiae adscriptis, quod bona quaecumque ad ipsos et eorum quemlibet spectantia, et per eos etiam ratione quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura et sine cura saecularium, et quorumvis ordinum regularium, nec non canonicatuum et praebendarum et dignitatum quarumlibet per eos jam obtentorum et obtinendorum etiam in dicta urbe ejusque districtu, ac ubique spoliis minime subjaceant, sed conclavistae praefati etiamsi religioni alicujus militiae, non tamen sancti Joannis Hierosolymitani adscripti, et in ea professi fuerint, de illis in favorem quarumcumque personarum de jure tamen capacium testari, vel alias disponere, iisque ab intestato decedentibus legitimi eorum haeredes quicumque succedere libere et licite valeant simili modo concedimus et indulgemus; et cum eisdem conclavistis etiam in militia sancti Joannis Hierosolymitani, et in quavis alia militia expresse professis quod ratione quarumcumque pensionum annuarum eis, et eorum cuilibet super quorumvis beneficiorum ecclesiasticorum, et etiam mensarum episcopalium, archiepiscopalium, et abbatialium, nec non dignitatum quarumcumque ac monasteriorum fructibus etc. ac etiam distributionibus quotidianis, non tamen ultra summam ducentorum ducatorum auri de camera pro quolibet eorum nunc, et pro tempore reservatarum ac reservandarum habitum et tonsuram clericalem gestare, et in illis dummodo alias ipsi habitum decentem, et honestum ac per milites praefatos gestari solitum deferant incedere minime debeant, nec ad id a quoquam desuper cogi, seu compelli, minusque aliquas sententias, censuras, nec privationis seu cessationis illarum pensionum poenas occasione praemissorum incurrere possint, sed easdem pensiones usque ad praefatam summam ducentorum ducatorum hujusmodi ascendentes et reservatas, vel reservandas, ut praefertur, etiamsi matrimonium quoad milites alicujus militiae, videlicet cum militia compatibili jam contraxerint, vel post hac contrahere voluerint cum unica et virgine tantum recipere, et quoad vixerint, et quilibet eorum respective vixerit retinere libere et licite valeant de specialis dono gratiae dispensamus. Et insuper conclavistis praefatis et eorum singulis, ut quicumque loci ordinarii, vel canonici metropolitanarum, vel cathedralium, seu duarum insignium urbis collegiatarum ecclesiarum, aut personae aliae quaecumque ecclesiasticae in dignitate ecclesiastica constitutae tam in Romana curia quam extra eam ad id per eos, et eorum singulos eligendi seu eligendae quascumque pensiones annuas eis, et eorum singulis super quibuscumque fructibus etc. juribus, obventionibus, et emolumentis universis certis et incertis quarumcumque mensarum episcopalium, archiepiscopalium, et abbatialium, ac etiam distributionibus quotidianis etiam ratione servitii, et mercedis dignitatum, canonicatuum et praebendarum, caeterorumque aliorum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura et sine cura saecularium, et quorumvis ordinum regularium, non tamen per S. R. E. cardinales obtentorum reservatas, seu reservandas, seu fructus etc. hujusmodi beneficiorum reservatos seu reservandos, etiamsi semel, vel pluries translatae, seu translati fuerint usque ad summam centum ducatorum auri de camera similium in toto vel in parte, ac in una, seu pluribus vicibus, ac etiam in mortis articulo cassare, et extinguere, ac postquam cassatae et extinctae fuerint, alias similes pensiones annuas, seu fructus hujusmodi usque ad summam praefatam centum ducatorum uni, vel pluribus aliis personis ecclesiasticis, vel etiam clericali charactere tunc temporis nondum insignitis cum clausula tamen ex tunc, prout postquam dicto charactere rite insigniti fuerint, seu alias pensionum, seu fructuum hujusmodi capacibus per eosdem conclavistas, et illorum singulos nominandos etiam quaecumque, quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica obtinentibus, et expectantibus similiter eis quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis, eisdem modo, et forma quibus eisdem conclavistis reservatae, seu reservati erant, etiam absque beneficia hujusmodi obtinentium consensu integre persolvendas, et per eos propria auctoritate percipiendas, exigendas, et levandas, aut percipiendos, exigendos, et le-

Etiam pro haeredibus.

Exemptio a spoliis cum facultate testandi.

Exceptis equitibus s. Joannis Hierosolymitani

Facultas concessa etiam equitibus cujuscumque militiae non deferendi habitum et tonsuram clericalem.

Etiam retinendi pensiones usque ad summam ducatorum bis centum.

Facultas transferendi pensiones usque ad summam centum ducatorum.

Ampliatio in non clericos.

vandos reservare, constituere, concedere, et assignare possint, ita ut praefati translatarii in quasi possessione pensiones seu fructus etc. hujusmodi exigendi, in qua ipsi conclavistae tempora translationis per os vigore praesentium faciendae existebant, in omnibus et per omnia subrogati esse censeantur, concedimus et indulgemus, etiamsi similem gratiam a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris alias forsan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, tam vigore aliorum privilegiorum, conclavistarum, quam ex quocumque alio indulto, et privilegio quorum effectum per hanc novam gratiam, et concessionem impedire nolumus, sed cumulative concessam, et concessas esse volumus, ita ut quilibet eorum cumulativa, et ampliative praefatis facultatibus, praesentibus, et praeteritis privilegiis hac in re concessis, uti, frui et potiri possint, decernentes novas reservationes, constitutiones, concessiones assignationes, et translationes pensionum ac fructuum etc. hujusmodi, ut praefertur, faciendas ex nunc, prout postquam factae fuerint plenam roboris firmitatem obtinere, ipsaque beneficia super quorum fructibus etc. aliisque hujusmodi reservatae fuerint obtinentes; ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore; nec non quod omnes et quaecumque gratiae, provisiones, commendae, et quaevis aliae literae apostolicae provisionum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum eisdem conclavistis, et eorum cuilibet gratis dentur, concedantur, et expediantur, ac dari, concedi, et expediri omnino debeant praecipimus, et mandamus. Ac insuper ipsis conclavistis, et eorum cuilibet ut alia similia vel dissimilia indulta, privilegia, facultates, et gratias hactenus eis, et eorum cuilibet per Nos et Romanos pontifices praedecessores Nostros, et Sedem praefatam concessa in suo robore et firmitate cum praesentibus stare, ac illorum omnium et singulorum tenores perinde ac si de verbo ad verbum inserti forent praesentibus haberi volumus pro expressis, quam in posterum concedenda specialia, vel generalia quibus per praesentes, ac praesentibus per illa minime in aliquo praejudicare intendimus, ita ut quaecumque et qualiacumque fuerint unum alteri derogare non censeatur, sed eos et eorum quemlibet illis simul ac cum praesentibus praedictis cumulative, vel singulariter, prout eisdem conclavistis, et eorum cuilibet magis expediens videbitur frui, et gaudere posse decernimus, dummodo tamen praesentibus non adversentur similiter concedimus, et indulgemus. Postremo eosdem conclavistas, eorumque aliquem ad praesentem motum proprium, seu literas super praesentibus si videbitur conficiendas in dicta camera insinuandum, aut admitti, et registrari petandum minime teneri, nec illum, seu illas etiamsi motus proprius, et literae hujusmodi intra legitimum tempus insinuatus, admissus, et registratus non fuerit, seu illae insinuatae, admissae, seu registratae non fuerint propterea minus validum, seu validas censeri, sed suos plenarios effectus sortiri debere, ac motum proprium, et literas hujusmodi, et in eis contenta quacumque sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, et constitutionibus apostolicis similium gratiarum revocatoriis, vel quae eas limitarent, vel moderarentur, quae a Nobis, et a dicta Sede pro tempore, et ex quibusvis causis etiam urgentissimis, etiam in favorem fidei, ac divini cultus augmentum etiam consistorialiter, vel alia quavis auctoritate hactenus, vel in posterum emanaverint minime comprehensum, et comprehensas esse, sed quoties illae emanabunt toties eum, et eas in pristinum statum restitutum, repositum, et plenarie reintegratum, et restitutas, repositas, et plenarie reintegratas seu restituendum, reponendum, et plenarie reintegrandum, et restituendas, reponendas, et plenarie reintegrandas censeri. Constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque supradictis, et aliis contrariis nequaquam obstantibus motu, scientia et auctoritate similibus de speciali gratia indulgemus, sicque per quoscumque judices, etiam commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet in quavis instantia aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari et definiri debere irritumque ac attentari. Et insuper dilecto filio Nostro Julio Mariae episcopo Ostiensi, Veliternensi Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali de Somalia nuncupato sacri collegii decano, ac ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae vice-cancellario, ac literarum apostolicarum summatori, et dilectis filiis camerae apostolicae ministris, praesidenti plumbi, aliisque officialibus, ad quos literarum praefatarum desuper conficiendarum ex-

Cumulativa similium gratiarum.

Expeditio literarum apostolicarum gratis.

Confirmatio aliorum, similium vel dissimilium privilegiorum.

Exemptio ab insinuatione in camera.

Clausula sublata, et decretum irritans.

peditio per viam secretam quomodolibet spectat et pertinet sub poena indignationis Nostrae motu simili mandamus, ut praefatas literas super praedictis omnibus et singulis tam conjunctim, quam separatim pro singulis quibus concessa fuerunt cum omnibus et quibuscumque derogationibus, decretis, et clausulis in eis contentis gratis etiam quoad compositionem in dataria Nostra, et per eamdem viam secretam absque alio mandato expediant et expediri faciant. Non obstantibus praemissis ac Nostra et cancellariae apostolicae regula de praestando consensu in pensionibus, et felicis recordationis Pii pp. Quarti praedecessoris Nostri de similibus, ac dissimilibus gratiis in dicta camera infra tres menses praesentandis et registrandis, ac Nostris et cancellariae apostolicae praefatae regulis in crastinum dictae assumptionis Nostrae ad summi apostolatus apicem editis, et in dicta cancellaria publicatis, ac etiam in universalibus, et provincialibus conciliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus, aliisque licet speciali et individua mentione dignis, quibus omnibus et singulis etiamsi de illis specialis et individua habenda mentio, eorumque tenores insereadi forent illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter et expresse motu-proprio derogamus contrariis quibuscumque.

Expeditio gratiosa, et derogationes.

Fiat Motu-proprio H.

Et cum absolutione a censuris ad effectum. Et cum declaratione quod reliqua privilegia, et indulta contenta in similibus motus proprii schedulis a nonnullis Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris favore conclavistarum alias editis ob hodiernas rerum ac temporum circumstantias pro nunc in suspenso remaneant. Et quod praesentis Nostri motus proprii schedulae signatura sufficiat, et ubique fidem faciat in judicio et extra, regula quacumque contraria non obstante, et quod praemissorum omnium et singulorum major et verior specificatio et expressio fieri possit in literis per eamdem viam secretam si videbitur expediendis in quibus singulorum conclavistarum nomina et cognomina patria, dioecesis, ordines, gradus, qualitates et requisita exprimi et describi seu pro expressis et descriptis haberi possint inter quos sacrista, et magistri caeremoniarum cappellae Nostrae, nec non secretarius collegii eorumdem cardinalium, et caeteri alii in notula per ipsos magistros caeremoniarum confecta adnotati erunt et descripti. Volumus autem quod literarum super praesentibus conficiendarum, ac etiam praesentis Nostri motus proprii transumptis impressis, ac manu alicujus personae in ecclesiastica dignitate constitutae subscriptis; et sigillo munitis eadem fides tam in judicio quam extra illud adhibeatur quae originalibus literis, vel praesenti motui proprio originali adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae, aut exhibitus, vel ostensus foret « Fiat » H. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem nono kalendas decembris millesimo octingentesimo vigesimo tertio, pontificatus Nostri anno primo.

Nomina autem ipsorum conclavistarum sunt, quae sequuntur, videlicet.

Reverendissimus dominus fr. Joseph Perugini terrae Grudularum dioecesis Montis Flasconensis episcopus Porphyriensis in partibus infidelium sacrarii apostolici praefectus. Sacrista.

R. P. D. Raphael Matius Romanus basilicae Principis Apostolorum de urbe canonicus, s. congregationis rebus consistorialibus praepositae, ac sacrii collegii secretarius. Sacri collegii secretarius.

Dominicus Zucchè presbyter Romanus apostolicis caeremoniis praefectus. Caeremoniarum magistri.

Joannes Fornici presbyter Romanus insignis collegiatae s. Eustachii de urbe canonicus, et sacrae congregationis caeremonialis secretarius.

Alexander Lazzarini presbyter Romanus basilicae s. Mariae Transtyberim canonicus, et in collegio Romano ethices lector.

Felix Maria Renazzi presbyter Romanus insignis collegiatae s. Eustachii de urbe canonicus.

Matthias Pieri presbyter Romanus basilicae Lateranensis clericus beneficiatus.

Joannes Baptista Adami presbyter basilicae Lateranensis beneficiatus, magistri caeremoniarum.

Vincentius Martani patritius Spoletanus, Nicolaus Noscarini dioecesis Sutrinae, Nostri dum cardinalatus honore fungebamur. Conclavistae.

Antonius Menichelli presbyter Portuensis, et insignis collegiatae Castri Novi dictae dioe-

cesis canonicus, Basilius Emilj laicus Romanus, Julii Mariae episcopi Ostiensis de Somalia.

Cosimus Pedicini presbyter Beneventanus, Michael Schenessauffen laicus Germanus, Bartholomaei episcopi Portuensis Parea.

Philippus Pelli presbyter Romanus, Leopoldus Boura laicus Fanensis, Josephi episcopi Praenestini Spina.

Franciscus Velietri presbyter Romanus basilicae Principis Apostolorum beneficiatus, Philippus Rizzi laicus Romanus, Petri Francisci episcopi Albanensis Galleffi.

Joseph Fazj presbyter et canonicus de terra Rignani, Franciscus Minciacchi laicus Romanus, Thomae episcopi Sabinensis Arezzo.

Laurentius de Angelis presbyter de terra Venarotta Asculanae dioecesis vicarius generalis Tusculanae ecclesiae, Candidus Buldrini laicus Cingulanus, Francisci Xaverii episcopi Tusculani Castiilionei, venerabilium fratrum Nostrorum episcoporum S. R. E. cardinalium.

Aloisius d' Ecola laicus, Aloisius Bianchi laicus Romanus, Josephi tituli s. Eusebii Firrao.

Michael Sevaresc metropolitanae ecclesiae Neapolitanae canonicus, franciscus Colucci laicus Neapolitanus, Aloisii tituli ss. Martini et Silvestri ad Montes Ruffo Scylla.

Philippus Berdini presbyter Firmanus, Alexander Romani laicus Firmanus, Petrus Cavalini laicus Romanus, Caesaris tituli s. Augustini Brancadoro.

Aloisius Moretti presbyter Parmensis, fr. Joannes Angelus Melegari laicus Parmensis, Fr. Caroli Francisci tituli s. Marcelli Caselli.

Petrus Pistelli presbyter Romanus, Antonius Taner laicus Mediolanensis, Josephi tituli s. Laurentii in Lucina Fesch.

Leopoldus Pagani presbyter, Joannes Petrus Stedin laicus; Caroli tituli s. Bernardi ad Thermas Opizzoni.

Antonius Romanus presbyter beneficiatus metropolitanae ecclesiae Panormitanae, Aloisius Samonti laicus, Petri tituli s. Laurentii in Pane et Perna Gravina.

Michael Angelus Arnolfi beneficiatus ecclesiae collegiatae s. Angeli in civitate Viterbii, Andreas boschi laicus Faentinus, Antonii Gabrielis tituli s. Mariae de Pace Severoli.

Petrus Gregorius Basso presbyter Taurinensis, Angelus Bambi laicus Florentinus, Josephi tituli s. Mariae Angelorum Morozzo.

Petrus Giorgini presbyter Romanus basilicae s. Mariae in Cosmedin canonicus coadjutor, Ferdinandus Caroli laicus de Monte Lupone, Fabritii tituli s. Pudentianae Sceberas-Testaferrata.

Nicolaus Marcangeli presbyter Sabinensis basilicae s. Mariae in Cosmedin canonicus, Aloisius Cinelli laicus Romanus, Benedicti tituli s. Clementis Naro.

Raphael Segoni presbyter de terra Montenero dioecesis Senegalliensis, Petrus Marinelli laicus Perusinus, Francisci tituli s. Mariae de Populo Cesarei Leoni.

Salvator Ferran presbyter Gerundensis dioecesis et cathedralis ecclesiae Civitatensis provinciae Compostellanae scholasticus, aloisius Cesarelli laicus Tudertinus, Dionysii tituli s. Agnetis extra muros Bardaxy de Azara.

Franciscus Vignali presbyter Bononiensis, Franciscus Fantini laicus Romanus, Antonii tituli ss. Joannis et Pauli Rusconi.

Benedictus Righini presbyter dioecesis Forolivlensis canonicus, s. Mariae ad Martyres de urbe, Joseph Lauretti laicus Romanus; Emmanuelis tituli s. Alexii de Gregorio.

Joseph Conflenti presbyter Romanus sanctae theologiae doctor, Bartholomaeus Petronzini laicus Ferrariensis, Georgii tituli s. Caeciliae Doria Pamphily.

Joannes Brunelli presbyter Romanus, Joseph Broscolini laicus Romanus; Aloisii tituli s. Marci Ercolani.

Petrus Antonius Cirio presbyter dioecesis Aquensis provinciae Pedemontanae metropolitanae ecclesiae Taurinensis canonicus, Jacobus Luiset laicus dioecesis Camberiensis, Pauli Josephi tituli s. Petri ad Vincula Solaro.

Joseph Pulieri laicus Romanus in Romana curia advocatus, Antonius Baveri presbyter Romanus, Dominicus Placidi laicus Romanus; Casimiri tituli s. Anastasiae Hoeffellin.

Petrus Maria Cottret metropolitanae ecclesiae Parisiensis canonicus, Joannes Martinus Laurens metropolitanae ecclesiae Tolosanae canonicus honorarius, Michael Antonius Rozy laicus; Annae Antonii tituli sanctissimae Trinitatis in Monte Pincio Clermont Tonnerre.

Joachim Sabelli presbyter dioecesis Tusculanae, Aloisius Zambrini laicus Fore Corneliensis, Francisci tituli s. Mariae supra Minervam Bertazzoli.

Alexaoder Dafieri presbyter Romanus collegiatae ecclesiae s. Nicolai in Carcere Tulliano de urbe canonicus, Vincentius Rinaldi laicus Romanus; Joannis Francisci tituli s. Mariae Transtyberim Falzacappa.

Aluisius Frozza presbyter dioecesis Albanensis s. theologiae doctor, Joseph Annibali laicus dioecesis Aquilaoac; Antonii tituli s. Silvestri in Capite Pallotta.

Cajetanus Franceschini presbyter dioecesis Fulginatensis, Felix liberati laicus Sulmonensis; Francisci tituli s. Praxedis Serlupi.

Andreas Belli presbyter Anagninus, Antonius Perooi laicus Romanus; Caroli Mariae tituli s. Mariae in Via Pedicini.

Joseph Fortini presbyter Urbinatensis, Joseph Marinelli laicus Pisaurensis; Aloisii tituli s. Sabinae Paadolfi.

Joseph Marcelliani presbyter Tuscaniensis Octavius Processi laicus Montis Flasconensis; Fabritii tituli s. Mariae in Aracoeli Toriozzi.

Augustinus Rinaldi presbyter patritius Sabinensis J. U. D., Vincentius Corosini laicus Romanus; Herculis tituli s. Balbinae Dandini.

Joseph Jaccarini presbyter Romanus s. Mariae in Via Lata de urbe canonicus, Joseph Leggè laicus Romanus; Caroli tituli ss. XII Apostolorum Odescalchi.

Serafinus Viviani presbyter Romanus s. Mariae in Via Lata de urbe canonicus, Franciscus Calvi laicus Romanus; Placidi tituli s. Crucis in Jerusalem Zurla.

Jacobus Maria Antonius Coelestinus Du Pont archidiaconus metropolitanae ecclesiae Seoonensis J. U. D., dux de Roban presbyter Parisiensis, Dionysius Blanquiè laicus; Annae Ludovici Henrici tituli s. Mariae Transpontinae de la Fare, presbyterorum S. R. E. cardinalium.

Dominicus Sacchinelli presbyter Calaber, Franciscus Foschi laicus Romanus; Fabritii s. Mariae in Via Lata Ruffu.

Joachim Provenzali presbyter Romanus s. Mariae ad Martyres de urbe caoonicus, Laurentius Rotondi laicus Romanus; Herculis s. Mariae ad Martyres Consalvi.

Benedictus Albani presbyter Romanus, Sanctes Vannucelli laicus Romanus; Josephi S. Eustachii Albani.

Joannes Bernasconi presbyter Romanus, Thomas Volpini laicus Montis-Flasconensis; Fraocisci s. Mariae in Aquiro Cavalchini.

Dominicus de Ambrosiis presbyter dioecesis Novariensis, Antonius Luciani laicus Sabinensis; Joannis ss. Cosmae et Damiani Caccia-Piatti.

Fortunatus Baroncini presbyter Romanus, Dominicus Renzi laicus; Stanislai s. Mariae in Porticu Saoseverino.

Pacificus Carassai presbyter sancti Severini, Nicolaus Castellani laicus Narniensis; Petri s. Nicolai in Carcere Tulliano Vidoni.

Paschalis Cacciatori clericus Maceratensis, Jacobus Moagardini laicus Lauretanus, Augustini s. Agatae ad Suburram Rivarola.

Paulus Pericoli presbyter Romanus, Vincentius Carpi laicus Romanus; Caesaris tituli s. Adriani Guerrieri.

Felix Santi clericus Romanus, Antonius Lapioi laicus Florentinus; Antonii s. Mariae in Cosmedin Frosini.

Carolus Barabuglini presbyter dioecesis firmanae s. Eustachii de urbe canonicus, Joseph Leonardi laicus Romanus, Thomae s. Mariae in Domnica Sforza Riario, diaconorum S. R. E. Cardinalium.

Aloisius Tugni presbyter Romanus ordinis clericurum regularium infirmis ministrantium, confessarius. Confessarius.

Fr. Magister Joseph Giannotti presbyter Hortanus ordinis Eremitarum s. Augustini subsacrista. Subsacrista.

Dominicus Connestabile presbyter Sabinensis coadjutor in officio sacristiae.

Petrus Caterini presbyter dioecesis Aquipendiensis sacri collegii sollicitator, et sacrae congregationis consistoriali substitutos. Adjutores in secretaria sacri collegii.

Aloisius Scaramucci laicus Nursinus in Romana curia advocatus, adjutores in secretaria sacri collegii.

Philippus Boatti clericus Romanus, Franciscus Capaccini presbyter Romanus, Hieronymus Galanti presbyter de Valmontone, Joseph Evangelisti laicus Romanus, Philippus Evangelisti presbyter Romanus beneficiatus basilicae Principis Apostolorum, et s. Anastasiae de urbe canonicus, officiales secretariae status in auxilium vocati secretariae sacri collegii. Officiales secretariae status vocati in auxilium secretariae sacri collegii.

Fr. Benedictus Peretti Camerioensis dioecesis ex ordine Eremitarum s. Augustini, missis celebrandis inserviens. Missis celebrandis inserviens.

Joaones Baptista Bomba philosophiae et medicinae doctor, in archigymnasio Romano Medici.

publicus medicinae professor, et ex collegio archiatrorum urbis, Michael Angelus Poggioli Romanus philosophiae et medicinae doctor, et in archigymnasio Romano publicus medicinae professor.

Chirurgus. Antonius Baccelli laicus dioecesis Praenestinae philosophiae, medicinae, et chirurgiae doctor, et artis chirurgiae professor.

Aromatarius. Bonaventura Valeriani Montis-Flasconensis aromatarius, Dominicus Agostini, Vincentius Puccini ejus auxiliatores.

Barbitonsores. Dominicus Caparroni.
Joseph Piazza, barbitonsores.
Paulus Modesti Romanus.
Cajetanus Sacchi, eorum auxiliatores.

Fabri. Nicolaus Gagni Viterbiensis faber lignarius, Joannes Baptista Francia Interamnensis ejus juvenis.

Angelus Cortesi Tusculanus faber caementarius.

Petrus Paulus Ponzi Romanus faber ferrarius.

Scopatores. Vincentius Petrilli.
Aloisius Pierotti.
Franciscus Savinlli.
Lazarus Lambruschini.
Joannes Sinceri.
Felix Gelosi.
Joannes Tesei.
Joseph Sciaisl.
Salvator Melluso.
Antonius Antonaroli.
Joannes Tihlè.
Joannes Orlandi.
Joseph Mazzoni.
Vitus Arcidiacono.
Stanislaus Boschi.
Andreas Bertano.
Xaverius Caterhini.
Antonius Filante.
Antonius Toni.
Nicolaus Melia.
Petrus Costa.
Laurentius Cipriani.
Antonius Ruggeri.
Ferdinandus Vago.
Joseph Magra.
Joannes Ceruti.
Petrus Cortnis Alophe.
Marcus Antonius Bonanno.
Joseph Semori.
Aloisius Gargani.
Joseph Simonetti.
Aloisius Diotallevi.
Antonius Guidi.
Franciscus Pasini.
Antonius Foglietti.
Petrus Bernardini.
Joseph Fiorini.
Joseph Paul.
Joseph de Pasquale.
Octavius Melchionne.
Vincentius Santinelli.
Vincentius Egidj.
Joachim Bianchi.
Xaverius Veggiani.
Nicolaus Medosi.
Joseph Cecchini.
Antonius Mambelli.
Franciscus Silli.
Basilius Bassi.
Odoardus Leonardi.
Constantinus de Sanctis. Scopatores communes.
Stanislaus Buccinelli.
Franciscus Antonelli.
Vincentius Buzzonetti.
Dominicus Zollo.
Valerius Bonatti.
Achilles Ceci.
Joseph Lucarelli.
Æmygdius Radiechi.

IV.

Dat. die 22. nov. 1823. Anno 1.

Facultas tributa capitulo metropolitanae Ferrariensis concedendi in emphytheusim perpetuam exactionem nonnullorum redditnum ad praedictum capitulum pertinentium.

Venerabili fratri archiepiscopo Ferrariensi.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Expositum Nobis nuper fuit a dilectis filiis canonicis Aloisio archipreshytero Borzani, Joanne Lorenzoni rationum exactore, Josepho la Guerra, et Antonio Busoli deputatis commissionis capitularis metropolitanae istius ecclesiae Ferrariensis inter alia, quae capitulum praedictum in praesentiarum pos-

sidet, bona, numerantur sequentia, videlicet, jus decimae in praediis existentibus in regionibus appellatis sancti Biagio, Filo, Longattrino, territorio Argentano, quinque alia praedia, quibus nomen Vitella Stretta, Biscara, Bellocchio, et duo Controvazzi sita in territorio Boccaleone, territorio Argentano, quae omnia locata usque ab anno 1815, nonnisi quingenta quinquaginta duo scutata monetae Romanae, non deductis vectigalibus quotannis afferebant. Cum autem de nova ineunda locatione, vel in emphyteusim concessione praedicti deputati solliciti essent, cum jam ad exitum pervenerit alia locatio die 29. septembris anni currentis, per edictum offerentes iteratis vicibus, servatisque servandis, prout asseritur, vocati sunt, et duo inter illos, qui meliores inventi, dilecti videlicet filii Joseph Mainardi, et Antonius Cobianchi possidentes, et incolae territorii Argentani praedicti proposuerunt pro praenarratis quinque praediis, et jure decimae, ac etiam pro nonaginta novem parvis pensionibus ad capitulum pariter pertinentibus, et praedictis bonis addendis, quae conjunctim afferunt quotannis scutata decem, et obulos nonaginta sex et 5. canonem annuum perpetuum scutatorum sexcentorum viginti, et obulorum nonaginta sex, et 5. persolvere, a sibi pariter onus sumere (quod hactenus laboriosum fuit capitulo pro exactione) propria cura et periculo exigendi redditus scutatorum bis centum octoginta quatuor, obulos viginti, et 2. ex tot fructibus, censibus, pensionibus, legatis provenientes, et ab octoginta sex debitoribus colligendos; praedicti deputati utilitatem contractus evidenter cognoscentes, apostolicas facultates, quibus pro illo valide et licite ineundo egent, humiliter a Nobis expostulant.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos oratores, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae litterae favent, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium praepositorum consilio, fraternitati tuae per praesentes committimus, ut veris existentibus narratis, et postquam compereris in evidentem capituli utilitatem fore cessurum, petitam facultatem praefatam emphyteusis perpetuae contractum cum annuo canone, et conditionibus proficuis, hypothecato alio fundo, vel praestita idonea fidejussione, tam pro canonis solutione, quam pro onerum adimplemento, auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio et conscientia gratis impertiaris, ita tamen, ut census annuus solvatur praecipuus ac liber, supportatis omnibus oneribus realibus, et personalibus per emphyteutam tam impositis, quam imponendis, descriptis confinibus, et inserta planta in instrumento concessionis. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV, super divisione materiarum, ac Pauli II, et aliorum Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Declaratio specialis.

§. 3. Volumus autem, ut finita seu quomodolibet deficiente emphyteusi praedicta, bona hujusmodi cum suis membris, juribus, et pertinentiis universis, nec non melioramentis desuper pro tempore factis ad capitulum praedictum pleno jure atque omnino libere revertantur, illique cedant, absque eo quod renovatio concessionis hujusmodi a quoquam sub quovis praetextu, seu ex quacumque causa peti et praetendi posset. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima quinta novembris millesimo octingentesimo vigesimo tertio, pontificatus Nostri anno primo.

V.

Dat. die 1. dec. 1823. Anno I.

Facultas gestandi crucem in sacris peragendis pro episcopo Novariensi ejusque successoribus.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Ex apostolicae benignitatis indulgentia, qua Romani pontifices episcopalium ec-

clesiarum splendorem, prout earumdem ratio postulasset, vel a primis temporibus ungere consueverunt, illa promanarunt privilegia, quibus sacrorum praesides ad divina officia solemniori apparatu procuranda honestati conspiciuntur. Probe enim ipsi noverant quantopere ex celebriori illa divini cultus pompa in ecclesiis praesertim, in quibus eadem pro dignitate servetur, nedum rei sacrae commendetur majestas, sed et ad fidem, religionem, pietatem animi intuentium excitentur.

Memorantur alias concessiones ejusdem privilegii factae episcopis.

§. 2. Verum inter haec privilegia illud cumprimis illustre percensetur, quo antistiti precationibus, sacrisve operaturo jus in sua dioecesi tribuitur praeferendi crucem veluti sacratissimae legationis insigne, qua pro Salvatore Nostro fungi eidem datum est. Quod quidem privilegium, licet olim vicariis dumtaxat apostolicae Sedis impertiri consueverit, ac deinceps nonnisi metropolitanis ad singularem praerogativam fuerit decretum, varia tamen indubia monumenta testantur quandoque praedecessores Nostros ex praecipuo in quasdam episcopales ecclesias affectu, gravibusque impellentibus causis tanto hoc, tamque praeclaro honore easdem cumulasse.

Preces ab episcopo porrectae.

§. 3. Haec Nos animo reputavimus quando per dilectum filium Nostrum Josephum tituli sanctae Mariae Angelorum Sanctae Romanae Ecclesiae presbyterum cardinalem Morozzo nuncupatum archiepiscopum episcopum Novariensem ad suam ecclesiam rediturum ex comitiis, in quibus placuit divinae providentiae exiguitatem Nostram ad hoc rerum humanarum fastigium evehere, preces Nobis fuerunt adlatae, quibus de praeferendae crucis privilegio sibi, et suis in episcopatu successoribus concedendo impensissime ab ipso rogabamur.

Ratio concessionis.

§. 4. Multis quippe, iisque praeclaris nominibus Novariensem ecclesiam constat praefulgere, quae a prima etiam aetate viris pietate, prudentia, summaque recte actorum gloria probatissimis commissa sanctos Gaudentium, et Agapium inter caeteros suos antistites veneratur, honorisque causa commemorat Alexandrum V, ac Innocentium XI, qui ab ea sede ad Romanam hanc Nostram evocati parem tanto huic muneri virtutem protulere. His accedunt sacratissima illa sanctorum pignora, quae ibidem asservata, magna, et assidua populorum frequentia celebrantur. Commendari praeterea novimus tum ecclesiastici ordinis splendorem in cathadralis, inque collegiatae sancti Gaudentii ecclesiarum capitulis, tum magistratuum et optimatum amplitudinem, tum civium opes et copiam. Quae sane cum magni habenda sint, eam tamen praecipue immobilem fidem ex ipsius Josephi cardinalis testimonio ducimus percensendam, quae Novariensis civitas, et avitae religionis tuendam incolumitatem, atque ad legitimi principatus jura servanda in nuperis etiam temporum difficultatibus sancti propositi tenax usa est.

Tenor concessionis.

§. 5. Haec itaque, aliaque id genus, quae pro Novariensi sede speciatim occurrunt, momenta rationum serio perpendimus, fretique insuper spe, quod speciale hoc Nostrum erga dictam ecclesiam benevolentiae argumentum gratum erit carissimo in Christo filio Nostro Carolo Felici Sardiniae regi illustri, cujus egregia in Nos, et apostolicam Sedem merita laetiora in dies rei catholicae universae pollicentur, precibus ejusdem Josephi episcopi cardinalis, cui paternam, qua ipsum complectimur, dilectionem lubentes testamur, benigne censuimus annuendum. Quare peculiaribus ex causis animum Nostrum moventibus, atque ex speciali pontificiae benignitatis favore in caeterorum exemplum neutiquam pertrahendo, memorato Josepho cardinali archiepiscopo episcopo, ut ipse, ac ejus successores praesules in episcopatu Novariensi perpetuis futuris temporibus in quibusvis solemnitatibus, et functionibus in civitate ac dioecesi Novariensi, non tamen in praesentia archiepiscopi, nisi de ipsius consensu, ac salvo in omnibus jure metropolitico, crucem ante se elevari, et gestari facere, illaque uti libere ac licite possint, et valeant, apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, et indulgemus; ipsumque Josephum cardinalem archiepiscopum episcopum, ejusque in episcopatu Novariensi successores super hoc privilegio a quoquam quavis auctoritate, et quovis praetextu, colore, vel ingenio molestari, perturbari vel impediri nullatenus umquam posse, neque debere mandamus.

Clausulae selutares, et irritantes.

§. 6. Praesentes quoque literas ex quocumque capite etiam juridico et legitimo de subreptionis vel obreptionis, seu nullitatis vi-

tio, seu intentionis Nostrae, vel quopiam alio etiam substantiali defectu notari, vel impugnari, umquam posse, sed eas semper, at perpetno validas, firmas, et efficaces fure et esse, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, nec eas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibns, aut aliis contrariis dispositionibns comprehensas, sed semper ab illis exceptas esse et fore, ac praedicto Josepho cardinali apiscopo, ejusque snccessoribus dictae ecclesiae Novariensis praesnlibus pro tempore existentibus perpetuo snffragari; sicque, et non alias per quoscumque judices, etiam causarum palatii apostolici anditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictaeque Sedis nnntios judicari, et definiri debere, et si secus super bis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictaeque ecclesiae Novariensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque etiamsi speciali, et individua mentione dignis, contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 8. Nulli ergo omnino bominnm liceat hanc paginam Nostrae concessionis, indulti, mandati, decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesnmpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Panli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnatiunis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo tertio, kalendis decembris, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 9. dec. 1823. Anno I.

VI.

Facultas celebrandi missam ante mediam noctem in Nativitate Domini Nostri Jesu Christi pro ecclesia patriarchali seminarii civitatis Venetiarum.

Venerabili fratri
Patriarchae Venetiarum.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii rector, et ecclesiastici viri istius patriarchalis seminarii civitatis Venetiarum in eorum ecclesia nocte Nativitatis Domini Nostri Jesu Cbristi missam, et divina officia bora consueta, juxta ritum Ecclesiae, nempe post mediam noctem, calebrari consuescere, sibiqne in votis esse, ut perturbationes et scandala, quae in protractis boris possunt oriri, evitentur, dictam missam ante mediam noctem calebrari facere posse. Nobis propterea bnmiliter snpplicari fecernnt, ut in praemissis opportune providere, et nt infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes, ac singulares personas quibus praesentes Nostrae literae favent specialibns gratiis, et favoribns prosequi volentes, et a quibusvis excommnnicationis, suspensionis, et interdicti, aliisqne ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, bujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fure censentes, supplicationibus bujnsmodi Nobis bumiliter porrectis inclinati, fraternitati tuae per praesontes committimus, et mandamus, quatenus constito tibi de narratis, nt in ecclesia praedicta missa, divinaqne officia, qnae in ea post mediam noctem Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, sicnt praemittitur, celebrari consueverunt, de caetero etiam ante mediam noctem celebrari libere et licite possint et valeant, ita, nt sacerdoti taliter celebranti id ad culpam nullo modo valeant imputari, auctoritate Nostra apostolica indulgeas, atque concedas.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in nniversalibus, provincialibnsqne et synodalibns conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona decembris millesimo octingentesimo vigesimo tertio, pontificatns Nostri anno primo.

Dat. die 19. dec. 1823. Anno I.

VII.

Concessio insignium indumentorum pro canonicis ecclesiae terrae Rotellae dioecesis Montis Alti.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Romanorum indulgentia pontificum iis, qui Deo laudes conspicuis in templis solvunt, peculiaria ornamenta aliquando tribuit jamque tributa novis aliquando accessionibus cumulat, ut externa decora adepti magis illi conentur internis virtutibus enitere, et ad implendas diligenter sui muneris partes a pontificia etiam largitate incitamentum accipiant.

Expositio precum. §. 2. Quum igitur collegium canonicorum in ecclesia Rotellae dioecesis Montis Alti institutum, insigne esse feratur, et in nobili templo, sacraque suppellectili probe exornato cultui divino vacare, suppliciter autem a Nobis ejus collegii canonici postulaverint, ut peculiaria quadam vestium decora, a felicis recordationis Pio VII. praedecessore Nostro sibi tributa auctoritate etiam Nostra indulta, seu confirmata esse velimus, iisque ornamentis sericam nigri coloris fasciam addamus; haud gravate inducimur, hujusmodi ut petitionibus obsecundemus.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur canonicos oratores peculiari beneficentia prosequi volentes et a quibusvis anathematis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo, ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum indulti assequendi gratia, absolventes, et absolutos fore censentes, primo quidem ratam habemus concessionem ornamentorum, quae ab indulgentia Nostri praedecessoris adepti sunt; ita ut per hyemem indui possint serica, ut vocant, mozzetta coloris violacei, nec non ita nuncupatam almutiam gerere (quae vetus est eorum canonicorum ornatus) per aestatem vero circumferre vestes possint, quibus cottae ac rocchetti nomen imponitur. Deinde, ut nigram tunicam ad talos demissam constringant serica ejusdem coloris fascia, auctoritate Nostra apostolica concedimus et indulgemus, utque insignia haec omnia gestare illis liceat in choro, in sacris supplicationibus, in conventibus, seu, ut dici solet, capitulis, quum deliberationis causa coguntur, et in aliis collegii sui functionibus publicis.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Haec concedimus atque largimur, decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, iisdemque canonicis et eorum successoribus hoc futurisque temporibus firmissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV, praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima nona decembris millesimo octingentesimo vigesimotertio, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 27. dec. 1823. Anno I.

VIII.

Confirmatio privilegiorum concessorum canonicis metropolitanae ecclesiae Neapolis a summis pontificibus Pio V, Benedicto XIII, et Pio VII.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Quotiescumque Romani pontifices urgentur precibus, ut peculiaria ornamenta, ac decora collegiis canonicorum deferant, animum, ac cogitationem intendunt, statim ad ecclesiarum splendorem, urbiumque et oppidorum nobilitatem, quae collegiis ejusmodi sint instructa, eaque ecclesiarum atque urbium dignitate perspecta, facile se exorari patiuntur, ut porrectis precibus obsequantur.

Expositio precum. §. 2. Jamvero quum tantus sit splendor regiae urbis Neapolis, tanta etiam antiquitas, ac tanta dignitas Neapolitanae archiepiscopalis ecclesiae, ut de illis silere satius sit, quam

cursim paeua perstringere, mirandum profecto non est, si sanctus Pius V, et felicis recordationis Benedictus XIII, praedecessores Nostri ejus ecclesiae canonicis pontificalium insignium, et apostolicorum protonotariorum decora contulerunt. Sed quum praedecessor item Noster Pius VII. constitutione edito IV. nonas julii hujus anni decretum approbaverit congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium ecclesiasticis ritibus praepositorum, quo decreto modus statuitur usui pontificalium insignium arctioribus inclusus finibus, quam metropolitanae illius ecclesiae canonicis praefiniatur literis sancti Pii V, ac Benedicti XIII, angi illi coeperunt animo, molestaque sollicitudine laborare. Quare, ut ab illo se angore animi exsolverent, suppliciter a Nobis postulaverunt, ut apostolicas decessorum Nostrorum literas, e quibus sua privilegia ejusmodi, ac decora vim accipiunt, Nostra confirmatione muniamus.

Tenor confirmationis. §. 3. Nos vero, mature prius perpensis omnibus, et singulis in praedictis apostolicis literis praedecessorum Nostrorum super usu insignium pontificalium pro capitulo, et canonicis ecclesiae metropolitanae Neapolis contentis, attentaque immemorabili consuetudine, constantique observantia iisdem pontificalibus pacifice utendi; dilectos filios canonicos Neapolitanae cathedralis ecclesiae peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, at quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, quum aequitati congruat, peculiarem rationem haberi tam illustris canonicorum collegii, e quo etiam nonnulli prodierunt, qui sublimem hanc divi Petri Sedem adscenderint, literas motus, ut vocatur, proprii editas a sancto Pio V. predecessore Nostro IV. nonas martii anno ejus pontificatus IV; ac praeterea literas annulo piscatoris obsignatas a felicis recordationis Benedicto XIII, praedecessore pariter Nostro die XVIII. aprilis anni MDCCXXV, quas tamquam hic ad verbum exscriptas haberi mandamus, quasque per literas peculiaria quaedam decora et in his pontificalia insignia, canonicis Neapolitanae cathedralis ecclesiae tribuuntur, apostolica Nostra auctoritate confirmamus et approbamus, iisque perpetuae, at inviolabilis efficaciae robur adjicimus.

§. 4. Decernentes has Nostrae confirmationis literas semper firmas validas et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, iisdemque canonicis, et eorum successoribus hoc, futurisque temporibus plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV, super divisione materiarum, ac praesertim felicis item recordationis Pii VII, datis quarto nonas julii hujus anni, aliisque constitutionibus et sanctionibus apostolicis, coeterisque contrariis quibuscumque. Derogatio contrariorum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima secunda decembris millesimo octingentesimo vigesimo tertio, pontificatus Nostri anno primo.

IX.

Dat. die 9. jan. 1824. Anno I.

Concessio insignium indumentorum pro dignitatibus, et canonicis ecclesiae cathedralis Pactensis.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium. §. 1. Romanorum indulgentia pontificum peculiaria ornamenta aliquando illis tribuit, qui Deo laudes conspicuis in templis persolvunt, jamque tributa novis accessionibus aliquando cumulat, si ornamenta ejusmodi sibi deferri, vel amplificari poscentes, postulationi suae rationes addunt, quae omnibus accurate perpensis, in pretio habendae esse videantur.

Expositio precum. §. 2. Quum igitur, dilecti filii dignitates et canonici cathedralis ecclesiae Pactensis illustri profecto in templo vacent divino cultui; exposuerint autem Nobis suppliciter, se jamdiu frui privilegio indumentum illud gestandi, cui nomen est « cappa magna » auctoritate vero hujus apostolicae Sedis nuper fuisse

avulsos a Messinensi dioecesi, et Pactensi attributos pagos nonnullos, et in his Tortoricum, collegiata ecclesia decoratum, cujus canonici eiusdem « cappae magnae » ornamentum gestant; suppliciter a Nobis postularunt mitra decorari, itemque usu annuli, ut tamquam cathedralis ecclesiae canonici caeteris ejusdem dioecesis canonicis sacrorum insignium splendore praeluceant.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos vero peculiari oratores beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum indulti assequendi gratia, absolventes, et absolutos fore censentes, quia rationi, rectoque ordini est consentaneum canonicos ecclesiarum cathedralium privilegiis amplioribus insigniri, quam minorum ecclesiarum canonici obtineant, auctoritate apostolica concedimus et indulgemus, ut cathedralis ecclesiae Pactensis dignitates atque canonici usu mitrae, annulique fruantur; ad normam tamen decreti congregationis venerabilium fratrum Nostrorum S. R. Ecclesiae cardinalium ritibus ecclesiasticis praepositorum, a felicis recordationis Pio VII. praedecessore Nostro approbati per constitutionem apostolicam datam quarto nonas julias superioris anni millesimi octingentesimi vigesimi tertii; quam quidem constitutionem tamquam hic insertam, et ad verbum expressam haberi mandamus.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suasque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, iisdemque canonicis, eorumque successoribus hoc, futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona januarii millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

X.

Dat. die 9. jan. 1824. Anno I.

Conversio in pium legatum missarum bonorum spectantium ad quatuor simplicia beneficia de jurepatronatus familiae Mattei dioecesis Marsorum.

Venerabili fratri episcopo Marsorum.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Expositum Nobis est a dilecto filio nobili viro Aurelio Mattei istius Marsorum dioecesis, ad patronatum suae familiae pertinere beneficia quatuor simplicia, variis affecta oneribus; quorum primum a divo Bartholomaeo nuncupatur, et in Avezzanensi ecclesia erectum est; secundum, ibidem erectum, a s. Michaele Archangelo nomen obtinet; tertium, ibi quoque institutum, a beata Virgine a coelesti nuncio Salutata nomen accipit; quartum denique institutum est in ecclesia Albensi, et a Nativitate, divoque Paulo nomen nanciscitur. Exposuit insuper idem orator, e sua familia clericos saepenumero eorum beneficiorum rectores esse nominatos, atque idcirco trium priorum beneficiorum bona coaluisse quodammodo cum patrimonio familiae; hinc vero factum esse (perperam sane ac flagitiose) ut, minime quaesito hujus apostolicae Sedis indulto, a patronis permutata fuerint, aliis cum bonis, aut etiam alienata, emphyteuticis contractibus subdita; ita ut saepe canonicas in censuras inciderint, et errati veniam atque absolutionem ab hac Sede petierint. Quum igitur ob tantam, ac tam diuturnam rerum perturbationem arduum sit bona nosse ac liberare, quae in Avezzanensium trium beneficiorum fundatione illis sunt attributa (nam bonorum beneficii Albensis nulla cum patrimonio familiae est facta permixtio, eaque integra atque inviolata se habent) quum insuper patronorum familia, adversis attrita casi-

bus, aliquo e fructibus eorum beneficiorum praesidio indigeat; a felicis recordationis Pio VII. praedecessore Nostro, de consilio congregationis venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praepositorum, obtinuit orator per rescriptum editum die nona julii anno millesimo octingentesimo decimonono indulgeri sibi ad decennium administrationem bonorum, atque redituum, quae ad illa beneficia pertineant « satisfactis (ut habet rescriptum) omnibus et singulis oneribus iisdem infixis, et omnino interdicta quacumque alienatione eorum bonorum ». Nuper autem orator suppliciter a Nobis petiit ut, non ad tempus praescripta, sed stabili, ac suae familiae proficua ratione negotium hujusmodi componere non gravemur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos vero oratorem peculiari prosequi beneficentia volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo, ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum indulti assequendi gratia, absolventes, et absolutum fore censentes, accepto testimonio istius episcopalis curiae, ex quo Nobis ea innotuerunt, quae de hujusmodi rebus Nos rescire oportabat, tibi, venerabilis frater episcope, eas partes imponimus atque mandamus, ut siquidem orator exhibebit fundum, vel fundos omnino liberos ac tutos, eosque subjicere paratus sit oneribus omnibus trium beneficiorum Avezzanensium, ac siquidem exhibiti fundi, vel fundus pares tibi videbuntur cunctis eorum beneficiorum oneribus sustinendis, tria illa beneficia auctoritate Nostra apostolica decernas in naturam ac conditionem migrasse pii legati perpetui, singulis annis explendi ab oratore et ejus haeredibus; qui quidem fundum, vel fundos, a te acceptos, tibique probatos, et in quos onera trium beneficiorum translata esse declarabis, perpetuo administrabunt. Caeterum, ubi haec fuerint expleta, auctoritate eadem Nostra decernes bona trium beneficiorum Avezzanensium, quaecumque supersint, propria esse ac libera oratori et ejus haeredibus. De beneficio autem Albensi, ejusque bonis cavebis, ut naturam, ac conditionem perpetuo retineant, quam fundationis lege acceperunt.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Haec concedimus atque mandamus, non obstantibus felicis recordationis Pauli II, et aliorum Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, itemque Benedicti XIV. super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus, constitutionibus, et ordinationibus etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis; et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona januarii millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

XI.

Dat. die 14. jan. 1824. Anno I.

Facultas tributa administratoribus seminarii Viglevanensis emphyteuticandi bona sibi obventa per concessionem, et olim spectantia ad canonicatum suppressum per literas xx novembris millesimo octingentesimo vigesimo secundo s. m. Pii VII.

Venerabili fratri
Episcopo Viglevanensi.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis curarunt dilecti filii administratores istius episcopalis seminarii per apostolicas literas datas a felicis recordationis Pio VII. praedecessore Nostro die xx. novembris anno MDCCCXXII, quaedam rustica bona

ad suppressum canonicatum spectantia eidem seminario esse attributa, quae locata ante fuerant ad breve tempus, e quibusque annua pensio percipiebatur librarum centum et duarum insuper, expertium onere vectigalium omnium, at sacrificiorum complurium, quae suppressi canonicatus fundator singulis annis fieri mandavit. Quia autem seminario proficuum fore videtur, si bona illa rustica perpetua emphytheusis contractu alicui locentur; et inventus est dilectus filius Gratianus Antonione, qui perpetuam illam emphyteusim pacisci paratus obtulit annuum canonem librarum sexcentum et quadraginta, quae omni onere, etiam sacrificiorum, expertes sint; suppliciter a Nobis administratores postulavere, ut quo iniri ejusmodi contractus possit, apostolicam Nostram opem, veniamque largiamur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos vero omnes ac singulos quibus hae literae favent, peculiari prosequi volentes beneficientia, et a quibusvis anathematis, censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum indulti assequendi gratia, absolventes, et absolutos fore censentes, de consilio congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praepositorum, tibi, venerabilis frater episcope, eas partes imponimus atque mandamus, ut, si ita se res habent, prout Nobis expositum, ac postquam compereris ejusmodi contractum in evidentem seminarii utilitatem ac commodum redere, auctoritate Nostra apostolica facultatem facias, cujus ope perpetua illa emphytensis iniri queat, statuto annuo canone, de quo habita est mentio. Quo quidem de canone cavebis, ut pendatur liber, et expers onerum omnium praesentium ac futurorum, quae sive rebus, sive personis imposita sunt, vel imponentur; utque onera etiam sacrificiorum in emphyteutas transeant, expressis verbis statuetur. Item mandabis pro solutione canonis et oneribus aliis implendis dari ab emphyteuta Gratiano fidejussionem idoneam, vel eis oneribus ac canoni alium praeterea fundum subjici. Insuper curabis, ut fundorum, qui emphyteusi comprehendentur fines demonstrentur in solemnibus tabulis hoc de contractu per notarium exarandis, utque illis inseratur eorumdem fundorum linearis descriptio, quam plantam vocant; adjiciesque contractui utiles alias conditiones, quas vel acta ubiationis habent, vel ex consuetudine hujusmodi contractibus addi solent.

§. 3. Haec concedimus atque mandamus, non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV, super divisione materiarum, Pauli II. et aliorum Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque constitutionibus, et sanctionibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut, quomodocumque cessante emphyteusi praedicta illico emphyteuci fundi cum adnexis rebus ac juribus ad seminarium revertantur, eaque cedant solo, per quae fundi meliores fuerint effecti. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decimatertia januarii millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo. Derogatio contrariorum.

XII. Dat. die 13. jan. 1824. Anno I.

Concessio indumentorum insignium pro parocho ecclesiae matricis castri de Sangro nuncupati dioecesis Triventinae.

Dilecto filio presbytero Aloiso Frattura parocho ecclesiae sancti Joannis castri de Sangro nuncupati Triventinae dioecesis.

Leo PP. XII.

Dilecte fili,
salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Eo libentius apostolicae beneficentiae muneribus ecclesiasticos viros afficimus, quo Nobis luculentius constat eos vitae ac morum honestate, doctrina, ac pietate praeditos in spiritualium fidelium utilitatem, sacro praesertim perfungendo parochiali munere operam conferre. Prooemium.

§. 2. Quum itaque, sicut Nobis nuper tuo nomine expositum est, clerus ecclesiae archipresbyteralis et matricis Castri de Sangro nuncupati, aliusque parochus in dicto loco existens quibusdam decorati incedant insignibus, quibus utendi tibi erat facultas, antequam ad regendam paroeciam sancti Joannis Baptistae ejusdem castri electus fuisses; quumque neces- Expositio precum.

se sit, ut in quibusdam publici sacris functionibus praedicto clero, et alii parocho socium te adjungas, exoptares proinde, te cum altero parocho dignitate exteriori exaequari, iisdemque insignibus decorari.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur, cum ex testimonio ordinarii tui luculenter appareat res ita se habere prout expositum, ac derogationem petitam plurimum ad conciliandam erga sacrum ministerium tuum reverentiam conferre posse, te singulari benevolentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiastiris censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, bujus tantum rei gratia absolventes et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi, ut in posterum, usque dum parochiale obieris, munus praedictum in dicto castro de Sangro eadem iosignia, et ecclesiastica decora, queis alius parochus tam intra, quam extra ecclesiam io publicis ac privatis funrtionibus uti rite solet, pari modo gestare libere ac licite possis et valeas, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, atque permittimus. Non nbstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dirtae matricis ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficarioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia januarii millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

XIII.

Dat. die 17. jan. 1824. Anno I.

Deputatio procuratoris generalis in commissarium visitatorem apostolicum universi Carmelitici ordinis, additis ei duobus sociis, et translata in eum jurisdirtione prioris generalis ad tempus definiendum, sanctae Sedis apostolicae arbitrio pro venerabili ordine fratrum B. M. V. de Monte Carmelo.

Dilecto filio sacrae theologiae magistro Antonino Bonvicini procuratori generali ordinis Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo.

Leo PP. XII.

Dilecte fili,
salutem, et apostolicam benedirtionem.

Prooemium. **§. 1. Quum ad incrementum ac propagationem christianae pietatis multa sibi praesidia a religiosis familiis Romani pontifices polliceantur, earum operam utilem ac fructuosam saepe numero experti; idcirco in suprema hac sedentibus Petri cathedra luctuosissimum, atque acerbissimum accidit religiosorum res ordinum secus se habere, quam sit optandum, ut pergant illi laudem sibi, Ecclesiae autem universae fructus uberrimos parere.**

Ratio concessionis. **§. 2. Quia igitur fratres ordinis B. M. V. de Monte Carmelo illustribus gestis, gloriosisque laboribus omni tempore rem christianam valde juverunt, et impense cupimus numquam in illis virtutum splendorem, facultatemque benemerendi de christiano nomine, ac causa deficere; magna cum aegritudine animi accepimus nonnulla apud eos a veteribus deflexisse institotis ingenuarum artium, scientiarumque tradendarum, ac promovendarum rationem magis opportunam statui posse, quam quae in plerisque illorum domibus usorpetur, deoique ita administratoris reditus urbanae ejus ordinis domus, quae Transpontina dicitur, quamquam florentissimam esse oporteret, ut in ea domo degentibus bene esse non possit. Quae postquam Nobis ad liqoidum innotuerunt, audito dilecto filio Nostro Aloisio tituli sancti Marci S. R. E. presbytero cardinali Ercolani nuncupato, ejus ordinis protectore,**

apostolici Nostri muneris esse duximus in probatissimae religiosae familiae malis non convenire, illisque adhibere remedium, quod spes sit, Deo adjuvante profuturum.

Tenor deputationis visitatoris apostolici.

§. 3. Quare te, necnon alios quibus hae literae favent, peculiari prosequi beneficentia volentes, et a quibusvis anathematis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, ac quacumque de causa latis si quas forte incurristis hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, Transpontinam, ac caeteras ubicumque sitas religiosas domus ordinis Carmelitarum universi, et quae ad illos pertinent sub apostolica, quemadmodum loquuntur, visitatione posita esse declaramus, tibique officium quaesitoris, sive ut vocari solet commissarii visitatoris apostolici deferimus atque tribuimus. Socios vero tibi omnium curarum adjungimus, qui munus ejusmodi comitabuntur, dilectum filium sacrae theologiae magistrum Timotheum Mariam Ascensi io Romano Nostro arrbigymnasio theologiae moralis professorem, et ex-priorem Carmelitici ordinis generalem, itemque dilectum filium sacrae theologiae magistrum Josephum Bartoli ex-vicarium ejusdem istius ordinis generalem, ut ipse cum illis de omnibus rebus tuum ad officium spectantibus consilia conferas, idque in deliberatione vincat, quod duorum ex vobis sententia probabitur. Ac quoniam a te, et adjunctis tibi visitationis sociis non est quaerendum, ut imposito muneri satisfacturi in ordinis vestri religiosas domos extra Urbem assurgentes excurratis; facultate vos praeditos volumus aliis Carmelitici instituti viris, qui doctrina rerum usu, studioque pietatis excellant ministerium extra urbem vestrum delegandi peculiares illas in causas, quae praesentiam quaesitoris, seu visitatoris efflagitent. Sropusvero triplex tuae tuorumque sociorum diligentiae proponetur, nempe universi Carmelitici ordinis alumnos ad pristinae vestrae disciplinae normam revocare, corruptelis depulsis et amputatis, quae praestantissimi corporis salubritati possent officere, rectam studiorum methodum in vestris ubique domibus constituere, efficereque, ut ingenuae artes ac scientiae, et accurate doceantur, et intento animorum ardore discantur; in urbana denique Transpontina domo rationes accepti, expensique versare, ac quatenus dabitur perturbatam ibi rei familiaris administrationem componere.

Concessio facultatum consulendi necessitatibus, et eliminandi abusus irrepti in singulis familiis.

§. 4. Quae tria, ut praestari a te, tuisque sociis possint non solum facultates vobis tribuimus, et impertimur, quibus apostolici visitatores religiosorum ordinum ac domuum utuntur, fruuntur, vel utendi, fruendi habere jus solent, facultates nimirum inquirendi, statuendi, decernendi, exequendi vel executionem mandandi: sed ne ullius potestas impedimento vobis sit, quominus scopum illum triplicem attingatis, dilectum filium priorem ordinis generalem ab omni in ordinem jurisdictione tamdiu prohibemus, ac tamdiu illam in te dilecte fili sacrae theologiae magister Bonvicini translatam volumus, quamdiu Nobis et apostolicae huic Sedi id videbitur expedire, simulque jurisdictionem ils omnem abrogatam, atque ademptam volumus, qui a priore generali illam acceperint; denique omnibus ac singulis ex ordine Carmelitico universo religiosis viris, cujuscumque conditionis illi sint, et quocumque munere, dignitate ac potestate polleant, praecipimus atque mandamus praecepto sanctae obedientiae, ac sub poenis arbitrio Nostro infligendis, ut te commissarium apostolicae visitationis a Nobis electum cum obsequio huic apostolicae Sedi debito excipiant; utque in iis quae pertinent ad hujusmodi munus, quaeque ut supra constitutum est de consilio ac suffragio sociorum praeceperis submisso animo pareant, itemque ut ad tempus hujus sedis placito definiendum in te translatam prioris generalis jurisdictionem agnoscant.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Haec constituimus atque mandamus, decernentes has literas, firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, tibique ac sociis tuis in dictae apostolicae visitationis eorum causa quae expressa sunt, plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non praedicti

ordinis, ac religiosarum domorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima januarii millesimo octingentesimo vigesimoquarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 17. jan. 1824. Anno 1.

XIV.

Concessio indumentorum insignium pro mansionariis ecclesiae cathedralis Senogalliensis.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Romanorum indulgentia pontificum peculiaria ornamenta aliquando illis tribuit, qui Deo laudes conspicuia in templis persolvunt, jamque tributa novis accessionibus aliquando amplificat, si ornamenta ejusmodi sibi deferri, vel amplificari poscentes postulationi suae preces addant, quae, omnibus accurate perpensis, in pretio habendae esse videantur.

Expositio precum. §. 2. Sane dilecti filii adjutores canonicorum cathedralis ecclesiae Senogalliensis, qui mansionarii dicuntur, commoti sunt animo, quum audierunt, mansionariis collegiatae non ita pridem erectae in oppido Montis Novi senogalliensis dioecesis quaedam insignia esse tributa, quae ampliora et honestiora esse putantur ornamento Almutiae quo ipsi sunt praediti. Quare e sua et cathedralis ecclesiae, cui inserviunt dignitate esse duxerunt, pro concessione ornamentorum magis illustrium ad Nos preces deferre. Sed quum, minime invitis canonicis, sibi negotium hujusmodi urgendum ducerent, ipsos deliberare canonicos voluerunt de novis peculiaribus insignibus, quae essent sibi ab apostolica hac Sede poscenda. Canonici vero, indicto habitoque conventu, quem capitulum nuncupant, de ea re ita censuerunt, quemadmodum habent illius conventus acta Nobis exhibita: « Risolverono d'unanime consenso non avere alcuna difficoltà che li signori mansionari di questa cattedrale, implorata prima la grazia del sommo regnante pontefice, possano vestirsi per le fonzioni corali degli abiti come siegue cioè:

1. Cappa magna di saja paonazza e sopra per l'estate con saja cenerina; per l'inverno col pelo dell' almuzia, e fiocchi di colore cenerino non di seta.

2. Mozzetta di saja violacea con bottoni ed asole di simile colore da portarsi quando i signori canonici vestono mozzetta di seta.

3. Mozzetta di saja nera con bottoni ad asole di color violaceo da portarsi da medesimi quando i signori canonici si vestono con mozzetta di saja.

4. Rocchetto senza maniche » Nuper ergo a Nobis petierunt mansionarii praedicti cathedralis Senogalliensis ecclesiae ut loco almutiae, qua antea utebantur, ex Nostra concessione ac venia deferre ornamenta illa possint, quae petenda sibi canonici censuerunt.

§. 3. Nos vero peculiari oratores beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, ac quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum indulti assequendi gratia, absolventes, et absolutos fore censentes, quis recto ordini consentaneum est, mansionarios cathedralium ecclesiarum ornamentis amplioribus honestari, quam mansionarii minorum ecclesiarum ejusdem dioecesis obtineant, auctoritate apostolica oratoribus concedimus et indulgemus, ut loco almutiae, qua antea decorabantur, in choro, in sacris supplicationibus, in aliisque functionibus publicis canonicorum cathedralis Senogalliensis ecclesiae ea omnia pro vicibus temporum anni cujusvis, gestent insignia, de quibus allata canonicorum acta loquuntur. Tenor concessionis.

§. 4. Haec concedimus atque largimur, decernentes has praesentes literas semper firmas, validas et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros affectus sortiri, et obtinere; praedictisque oratoribus, eorum ornamentorum causa, hoc futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus fel. rec. Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, et synodalibus Derogatio contrariorum.

constitutionibus, et ordinationibus nec non legis fundationis ejusdem cathedralis ecclesiae, et collegii canonicorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima januarii millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 1. febr. 1824. Anno I.

XV.

Unio duorum canonicatuum de jure patronatus universitatis hominum oppidi Stronconis dioecesis Narniensis.

Venerabili fratri episcopo Narniensi.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Ab indulgentia supremae hujus Sedis non est alienum beneficiis tenui praeditis reditu, gravatis autem non tenui onere, alia beneficia aggregare, si illam aggregationem, et unionem fieri poscentes in id rationes afferant, quae omnibus accurate perpensis, in pretio habendae esse videantur.

Expositio precum. §. 2. Sane expositum Nobis nuper est nomine universitatis hominum oppidi Stronconis Narniensis dioecesis, universitatem illam pollere jura patronatus duos in canonicatus erectos in collegiata ecclesia sancti Nicolai, quae in eodem oppido assurgit; tam exigua autem bonorum dote esse instructos, ut annuus uniuscujusque eorum redditus nummos scutatos quindecim non excedat. Quumque eorum canonicatuum alter jamdiu rectore careat, nec facile sit presbyterum, aut etiam clericum quemvis reperire, qui canonicatus tam parum fructuosi onera suscipere non detrectet; suppliciter a Nobis petitum est, ut canonicatum illum, nunc rectore vacuum, perpetua unione coalescere velimus alio cum canonicatu, qui patronatui subjicitur universitatis ejusdem, et a dilecto filio canonico Andrea Verdiani obtinetur.

§. 3. Nos vero omnes ac singulos, quibus hae literae favent, peculiari prosequi beneficentia volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, tibi, venerabilis frater episcope, eas partes imponimus, atque mandamus, ut si ita res se habent; prout exponitur, auctoritate Nostra apostolica utrumque beneficium, de quo agitur, illorumque onera, bona, ac fructus perpetuo unias, ac vicissim jungas, unitosque et junctos esse decernas, ita ut unam eamdemque deinceps canonicatus praebendam conficiant, quae a dilecto filio canonico Verdiani, donec ei vita suppetet, deinde autem ab ejus successoribus obtineatur. In beneficium vero ita unitum ac junctum integra esse volumus jura patronatus, quae in utrumque antea sejunctum beneficium universitas hominum oppidi praedicti exercebat; dummodo ea jura solido veritatis fundamento innitantur. Tenor concessionis.

Clausulae sublata et decretum irritans. §. 4. Haec concedimus atque mandamus, decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; iisque ad quos spectat, ac spectabit in posterum, hoc, futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus fel. rec. Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione

materiarum, aliisque apostolicis ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non lege fundationis utriusque canonicatus etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die tertia februarii millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 9. febr. 1824. Anno 1.

XVI.

Concessio tituli confraternitatis Pontificiae, et facultatis aggregandi alias confraternitates cum participatione privilegiorum pro confratribus regalis confraternitatis Nazarenorum sacri ingressus in Jerusalem civitatis Hispalensis.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium. §. 1. Pias Christifidelium confraternitates ad pietatis, et charitatis opera etiam in proximorum subsidium exercenda convenientes in unum, canonice institutas, apostolicae liberalitatis favoribus libenter cumulamus, prout in Domino expedire conspicimus.

Expositio precum. §. 2. Quum itaque, sicut dilecti filii officiales, et confratres regalis confraternitatis Nazarenorum sacri ingressus in Jerusalem nuncupatorum, ac Jesu Christi amoris, Nostrae Dominae de Succursu, et sancti Joannis apostoli, in parochiali ecclesia sancti Michaelis civitatis Hispalensis canonice erectae, nuper Nobis exponi fecerunt, in ipsorum spiritualem consolationem, et ejusdem confraternitatis decus cederet et incrementum, si illa archiconfraternitatis titulo, addito etiam alio pontificiae decoraretur, atque privilegium, seu indultum alias ejusdem invocationis, et instituti confraternitates, canonice pariter erectas, aggregandi, sicque aggregatis spirituales gratias et indulgentias communicandi auctoritate Nostra apostolica concederetur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur ejusdem confraternitatis splendori, et augmento paternis studiis intendentes, ac magni facientes officia, et commendationes nuntii Nostri apostolici apud regem catholicum super hujusmodi re Nobis expressas, ipsosque oratores specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, confraternitatem praedictam in archiconfraternitatem cum omnibus, et singulis praerogativis, juribus, honoribus, praeeminentiis solitis, et consuetis, sine tamen cujusquam praejudicio, auctoritate apostolica, tenore praesentium perpetuo erigimus, et instituimus, illamque in posterum appellari archiconfraternitatem Pontificiam regalem permittimus. Ac archiconfraternitatis sic erectae officialibus, et confratribus praesentibus, et futuris, ut ipsi alias quascumque confraternitates ejusdem invocationis, et instituti ubicumque locorum existentes, et canonice erectas, eidem archiconfraternitati, servata tamen forma constitutionis fel. rec. Clementis pp. VIII. praedecessoris Nostri desuper editae, aggregare, illisque omnes et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes, ipsi confraternitati sic in archiconfraternitatem a Nobis erectae a Sede apostolica concessas, et alias communicabiles libere, et licito communicare possint, et valeant auctoritate, et tenore praedictis itidem perpetuo concedimus, et indulgemus.

§. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus Derogatio contrariorum.

sit, praedictae archiconfraternitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die tertia februarii millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 20. febr. 1824. Anno 1.

XVII.

Conservatio tituli ecclesiae Tullensis concessi episcopo Nancejensi pro tempore existenti.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Inter illustria christianorum antiquitatum monumenta, quae temporum acerbitate eversa, ac pene deleta iugemiscimus, apprime recensenda est Tullensis ecclesia vel a tertio saeculo episcopali cathedra insignis. Illinc enim Evangelii lux per universam Lotharingiam, finitimasque regiones prolata est, eamque rexere antistites pietate, doctrina, rarumque gestarum gloria praestantes, ex quibus praefulsit sanctus Leo nonus praedecessor Noster, ipsam demum veluti matrem agnoscunt binae recentiores ecclesiae Nancejensis, et sancti Deodati. Hinc dolendum quam maxime ecclesiam tot nominibus commendatam inter eas, quas novissima Gallicanarum dioecesium designatio complectitur, adnumerari non potuisse. Quod quidem aegro animo ferentes clerus cunctique ordines veteris Lotharingiae, impensissimo studio efflagitarunt, ut titulus saltem memoratae ecclesiae perstaret, ac Nancejensi episcopo adtribueretur. Piis hisce votis preces accessere venerabilis fratris moderni episcopi sancti Deodati, ac dilecti filii Caroli Josephi de Forbin Janson ad Nancejensem sedem ex nominatione carissimi in Christo filii Nostri Ludovici Francorum regis christianissimi, per Nos in proximo consistorio promovendi. Libenti profecto animo hujusmodi postulationes excepimus eo vel magis, quod regis etiam officiis eas commendatas, vidimus, Nostramque auctoritatem ultro interponimus, ut ecclesiae illius memoriam ab interitu vindicemus, Nostraeque in eam voluntatis et dilectionis testimonium exhibeamus. Quare de apostolicae potestatis plenitudine per praesentes literas titulum episcopatus Tullensis restituimus, et conservari mandamus, eumque episcopali ecclesiae Nancejensi perpetuo unimus, unitumque esse, et fore declaramus, statuimus et praecipimus; itaut episcopus Nancejensis pro tempore existens nuncupetur, et inscribatur episcopus Nancejensis et Tullensis. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima februarii millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 24. feb. 1824. Anno 1.

XVIII.

Suppressio simplicis beneficii a divis Marco et Mantio nomen habentis erecti in ecclesia parochiali s. Petri prope Caesenam, et distributio bonorum ad illud spectantium in levamen parochorum ejusdem civitatis.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Sollicitudines inter graves atque multiplices, quibus ob curam omnium ecclesiarum Nobis a Deo impositam angimur, illa est non mediocris parochis consulere, quorum plurimi, vel ipsi per se, vel per episcopos in quorum dioecesibus paroecias obtinent, Nobis dolenter exponunt, redditus suos non eam summam, rationibus subductis, conficere, Prooemium.

quae satis sit moneri suo prodignitate tuendo, quaeque consuetudine vel synodorum sanctionibus definitur.

Ratio decernendae suppressionis beneficii.

§. 2. E quorum numero parochus ecclesiae Doctrinae Christianae, quae Caesenae assurgit, esse narratur, cujus paroeciae, modicis vectigalibus instructae, id etiam accidebat olim incommodi, ut ignobili templo uteretur. Ac Pius quidam VII, praedecessor Noster, qui perpetuo flagrans studio divini cultus tam multa Romae, et in aliis urbibus pontificiae ditionis aut diuturno neglectu, aut injuria vetustatis collabentia templa restituit, liberalitatem suam erga paroeciam intra cujus limites gens Claramontia commoratur desiderari minime est passus. Novam igitur, ac perelegantem Doctrinae Christianae ecclesiam Caesense exstruendam curavit, quumque extinctus est morte christianae rei publicae luctuosa, opus strenue coeptum, atque promotum valde processerat. Illud quoque optimus, ac beneficentissimus pontifex versabat animo, sacrum augere patrimonium tum parochi illius ecclesiae, tum aliorum parochorum ejusdem dioecesis, qui se pariter necessarios in sumptus redditibus carere conqueruntur. Jamque negotium dederat venerabili fratri episcopo Caesenatensi, ut rationem excogitaret, sibique proponeret, qua inopiae parochorum illorum posset occurri. Qua de re venerabilis idem frater episcopus post Pii decessum Nobiscum egit, ac Nobis exposuit, quid consilii capiendum putet, ut, quamvis dilato, opportuno tamen praesidio eorum egestas aliquando levetur.

Tenor suppressionis, et leges adjectae super distributione bonorum.

§. 3. Nos ergo, iis, quae proposita sunt, ad trutinam vocatis, quamvis ecclesiastica beneficia integra, ac sarta manere cupiamus, quia tamen, quum agitur de alimonia sacrorum pastorum, secundi etiam ordinis, agitur de aeterna salute gregis eorum vigilantiae commendati, ac quia nihil antiquius ac potius ea Nobis salute esse debet, auctoritate apostolica decernimus atque sancimus, ut beneficium simplex, a divis Marco et Mantio nomen habens, erectumque in ecclesia paroeciae sancti Petri prope Caesenam, inque illius suburbio, quod beneficium ex collatione hujus apostolicae Sedis obtinetur modo a dilecto filio presbytero Constantino Bonini cum primum ob illius obitum, vel alia quavis de causa rectore carebit, suppressum, extinctumque habeatur, prout jam nunc, futurae vacationis prospectantes in tempus, beneficium Nos illud supprimimus, abolemus, extinguimus. Ejus vero bona ac fructus, quum rectore destituetur, levandae egestati parochorum dioecesis Caesenatensis addici volumus, ita tamen, ut primum ratio habeatur parochi ecclesiae sanctae Christinae. Quapropter e praedicti beneficii bonis eos illi fundos dari, attribuique mandamus, qui peritorum virorum judicio, tantum annui fructus suppeditare posse credantur, quantum ei parocho ad congruam, ut vocari solet, annuam portionem assequendam deest. Administrationem autem reliquorum bonorum beneficii, de quo agitur, volumus a venerabili fratre Antonio Maria episcopo Caesenatensi, ejusque successoribus tradi viro cognitae sibi integritatis, ac fidei, a quo dati et accepti rationes poscent, ac cui alios administratores poterunt quum opportunum facto videbitur, subrogare. Caeterum venerabilis frater Antonius Maria jam nunc pro sua aequitate decernet, quota pars fructuum ejus beneficii, quum rectore carebit, ab aliis parochis dioecesis Caesenatensis sit percipienda, quique inter eos parochos eo sint subsidio juvandi. Item statuet atque decernet, quota pars onerum beneficii, quae a parocho sanctae Christinae sit explenda, quaeque a caeteris parochis, qui ex ejus bonorum fructibus emolumentum capient.

Clausulae solitae et irritantes.

§. 4. Nos enim, ut haec omnia gerere legitima cum potestate possit, venerabilem fratrem Antonium Mariam apostolicis Nostris facultatibus ornamus, instruimus, quaecumque illi usui esse possint ad negotium hujusmodi conficiendum decernentes has literas semper firmas, validas et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, eidemque venerabili fratri episcopo, ac parochis dioecesis Caesanetensis eorum causa, quae expressa sunt, plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non legis fundationis beneficii sanctorum Marci et

Mantii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima quarta februarii millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 24. febr. 1824. Anno I.

XIX.

Deputatio executoris apostolici pro exequenda restitutione monasterii Nostrae dominae Salutis villae de Cuellar Segobiensis dioecesis.

Venerabili fratri
Episcopo Segobiensi.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Basilius Gonzalez monachorum ordinis sancti Basilii Magni congregationis Hispanae expresse professus, nomine etiam aliorum monachorum villae de Cuellar dicti ordinis istius Segobiensis dioecesis, per alias apostolicas in simili forma brevis felicis recordationis Pii pp. VII, decessoris Nostri die octava martii millesimo octingentesimo vigesimo datas literas, quarum tenorem praesentibus pro plene et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, instantibus praedictis oratoribus, de consensu carissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum regis catholici, concessum fuisse, ut monasterium Nostrae dominae Salutis nuncupatae, et in villa de Cuellar inter limites istius Segobiensis dioecesis situm, quod ob nonnullas in praedictis apostolicis literis expressas causas a rec. mem. Pio pp. VI. praedecessore pariter Nostro per alias suas in simili forma brevis sub datum diei decimae decembris anni millesimi septingentesimi nonagesimi suppressum, et illius bona, jura, et actiones alii monasterio Nostrae dominae Remediorum nuncupato in loco de Barcena Palentinae dioecesis existenti adjuncta, et incorporata fuerant, immutatis dein circumstantiis, denuo erigeretur, et restitueretur, illudque a proprio abbate nominando ad formam dispositionis literarum Pii VI. praedecessoris Nostri cum iisdem privilegiis, quibus alii abbates aliorum monasteriorum congregationis Hispanae utuntur, atque fruuntur, et in dicto monasterio novitiatus ad formam pariter constitutionum ordinis sive congregationis praedictae, auctoritate apostolica confirmatarum, et earumdem literarum apostolicarum, institueretur. Quum autem praecitatae literae restitutionis monasterii praedicti, quibus venerabili fratri Hieronymo episcopo Tirasonensi tunc in regnis Hispaniarum inquisitori generali pro executione facultates tribuebantur, ob notissimas rerum perturbationes nondum fuerint executioni demandatae, nec adhuc exequi possint ab eo, quumque praedicti oratores urgeant pro exequutione hujusmodi.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos eorumdem votis benigne annuere volentes, eo vel magis cum res sit jam alias mature perpensa, ac singulares personas quibus praesentes Nostrae literae favent, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut tu, loco venerabilis fratris episcopi Tirasonensis alias a decessore Nostro huic executioni electi, literas apostolicas felicis recordationis Pii pp. VII. decessoris Nostri, et omnia in illis contenta, et expressa sive per te ipsum, sive per officiales, qui vulgo gubernatores episcopatus appellantur, vel per vicarium ecclesiasticum villae de Cuellar dile-

ctum filium Matthiam Villega auctoritate Nostra apostolica exequi cures, et valeas.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus praedecessorum Nostrorum literis, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima quarta februarii millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 5. martii 1824. Anno I.

XX.

Erectio binarum scholarum Christianae et Piae pro utriusque sexus pueris in civitate Spoletana cum donatione palatii della Genga et congrua dotatione.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. A recta puerorum institutione, qua ipsi vel a prima aetate ad religionem, bonarumque artium elementa erudiantur pendere cum primis incolumitatem, atque incrementa rei et sacrae, et publicae constans omnium temporum experientia luculentissime testatur. Id Nos tristi consideratione perpendimus circumspicientes in fletu quonam praesertim ob neglectam rem istam maximam maximique ad omnia momenti ex miserrima temporum conditione pervaserit contemptus sacrorum, licentia juvenum, atque ad omnem ordinem fastidium. Cum vero meritis licet imparibus eo Nos luci positos voluerit divina benignitas, quo deplorare dumtaxat tanta haec mala haud sufficiat, nisi et emendare pro viribus studeamus, in id etiam curas convertimus ubi primum in hanc summi pontificatus cathedram trementes conscendere adacti fuimus, atque in consilium accita nonnullorum venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium congregatione deliberandum de tanto hoc negotio suscepimus, ut in universa ditione Nostra utilia instituta decernantur, quibus juventus ad virtutes efformetur, et sanam, ac quae secundum Deum sit, doctrinam apprime condiscat.

§. 2. Verum ut interea temporis in Spoletana civitate quam tot Nobis nominibus maxime commendatam praecipuo affectu complectimur, illico puerili institutioni consultum sit, quam pro utroque sexu praesertim ex egentium familiis desiderari ibidem jamdiu conspexeramus, sodales congregationis, quam a Christianis Scholis nuncupant, advocandos censuimus, ut pueros pro ipsorum more edoceant, ac Pias, quas dicunt magistras ex Romana domo, quae est ad s. Agathae regionem montium seleginus, quae puellas in omne officii munus diligenter instruant, educentque. Ratio concessionis.

§. 3. Hinc Nostras paternas aedes singulari plane dilectionis testimonio in eum finem dedimus, et assignavimus perpetuum in modum, ac dilectum filium Stephanum Scerra collegiatae ecclesiae sanctae Mariae in Vialata canonicum speciatim legavimus, qui ad binas scholas iis in aedibus satis comode, apteque collocandas ipsarum divisionem pro luci natura praefiniat, prout edito ad diem xx. Mensis februarii hujus anni Nostro motu-proprii chirographo late sancivimus, Donatio palatii.

§. 4. Ut autem memorati sodales, quos quatuor saltem ea in domo volumus semper extare, ac quatuor Piae magistrae ibidem commoraturae stabili, explicatoque censu fruantur, de certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine per hasce Nostras literas Spoletano collegio Scholarum Christianarum perpetuo adjicimus, concedimus, et assignamus commendam monasterii abbatiae nuncupati beatae Mariae Virginis macularum Cisterciensis ordinis, Camerinensis dioecesis, quod Nobis, cum ad tractum Rheni, aliasque inferioris Germaniae partes apostolici nuncii munus inivimus ex felicis recor. Pii Sexti praedecessoris Nostri providentia collatum ad hanc usque diem tenuimus, cujus quoque abbatiae redditus, cum antea ex canone scutorum monetae Romanae septingentorum constarent, qui ex miseranda ipsius bonorum divenditione cessavit, eos nunc per pontificum aerarium censu, quem e consolidato vocant, redintegrandos curavimus. Dotatio utriusque scholae.

§. 5. Porro, ut titulus hujusce commendatae abbatiae perenniter extet tenore praesentium decernimus, ut ipsius procurationem perpetuo gerat moderator pro tempore existens Scholae Christianae Spoleti, in quem proinde transferimus jus, quo antea commendatarii Conservatio tituli abbatiae in dotationem datae.

abbates fruebantur, praesentandi rectorem parochialis ecclesiae Riparum praedictae Camerinensis dioecesis.

Distributio dotationis ad diversos usus

§. 6. Caeterum ex memorato censu scutorum septingentorum, quem integre, atque ab omni onere liberum ipsius abbatiae titulo praedicto moderatori Scholae Christianae Spoleti quotannis persolvi mandamus, volumus, ut scuta quadringenta ad antedictos sodales alendos, atque in aedium tuitionem redant; scuta vero biscentum, et quinquaginta magistris Piis tribuantur, quibus eaedem in victum, cultumque prospiciant. Ac demum scuta quinquaginta assignentur in sumptus, qui in rem sacram necessarii erunt in ecclesia sancti Gregorii Minoris, quae cum proxima sit aedibus in Christianam Scholam designatis hisce Nostris literis mandamus, ut ad discipulorum usum pateat, nec non ut habeatur missa, cui, vel in ipsa ecclesia, si dies scholae sit, vel in congregationis oratio diebus festis iidem discipuli debent interesse. Ne autem hujusce commendatae abbatiae sanctae Mariae Macularum umquam deleatur memoria, unum ex illius ecclesiae altaribus, adjecta beatae Virginis imagine, prout in ecclesia monasterii invisitur depicta, titulo sanctae Mariae Macularum jubemus nuncupari.

Assignatio eorumdem redditnum in casu cessationis scholarum.

§. 7. Quod si ex causa quapiam deinceps, vel etiam ex temporum difficultate memoratas scholas cessare contigerit, decernimus, ut ad formam praedicti Nostri motus proprii chirographi iidem redditus ad pro tempore existentis Spolotani archiepiscopi, et publici magistratus procurationem tradantur, atque ab ipsis in juventutis institutionem aliquo salubriori modo perficiendam integre, accurateque adhibeantur.

Deputatio executoris apostolici.

§. 8. Tandem, ut sollicitudines hae Nostrae, curae, ac jussiones, Deo bene juvante, omnibus futuris temporibus optatum nanciscantur effectum, venerabili fratri Mario moderno archiepiscopo Spoletano, ejusque in archiepiscopatu successoribus committimus, et executionem rerum hisce Nostris literis sancitarum urgeant impensissime communem ex novis hisce institutis sui gregis utilitatem operaturi.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 9. Easdem vero praesentes literas nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio defectu notari, aut impugnari umquam posse, sed eas semper validas, et efficaces existere et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, et ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane declarare debere decernimus, constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, aliisque in contrarium facientibus etiam speciali, et individua mentione dignis non obstantibus quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum concessionis, translationis, mandati, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quarto, quinto nonas martias, pontificatus Nostri anno primo.

XXI.

Dat. die 3. martii 1824. Anno I.

Concessio juris privativi fabricandi sic nuncupatam « *Imbratta artificiale* » pro canonico Mariano Manfredi.

Bartolommeo per la misericordia di Dio vescovo di Porto e s. Rufina, card. Pacca della S. R. C. camerlengo.

Publicatio chirographi facta ab eminentissimo cardinali.

§. 1. Essendosi benignamente degnata la Santità di Nostro Signore Papa Leone XII. felicemente regnante di accordare al canonico Mariano Manfredi, e per esso alla casa d' industria da lui instituita e diretta, la privativa fabbricazione dell' imbratta così detta artificiale per anni dodici in tutta l' estensione dei suoi ecclesiastici dominj, ci rendiamo solleciti manifestare al pubblico questa sovrana concessione emanando qui appresso il chirografo a noi diretto li 5 del corrente, esibito per gli atti dell' infrascritto segretario e cancelliere della R. C. A. il dì 20. dello stesso mese.

Reverendissimo cardinale Bartolomeo Pacca della S. R. C. camerlengo.

Tenor chirographi.

§. 2. Ci ha rappresentato il sacerdote Mariano Manfredi canonico della collegiata chiesa di s. Eustachio, che ha egli inventata una nuova specie d'imbratta così detta artificiale per la migliore fabbricazione de'saponi, e diversa ne'suoi elementi da quella in uso finora in commercio, e di averne attivata la fabbricazione in uno stabilimento d'industria a favore de'poveri da esso lui instituito e diretto in questa Nostra alma città di Roma. Quindi ci ha supplicato di accordargli il premio di questa sua invenzione colla concessione di una temporanea privativa a favore del suespresso stabilimento, o sivvero pia casa di carità e d'industria, vietando qualunque immissione di tale articolo proveniente dall'estero. Essendo stata a voi rimessa questa supplica, ci avete riferito che avendo incaricata l'accademia dei Lincei del più maturo esame di essa, e degli esperimenti più accurati di questa sostanza così denominata imbratta artificiale, ha dato il suo voto non solo favorevole, che più ha dichiarato essere preferibile tale imbratta a quella che si fa venire dall'estero, ed assai più opportuna a compartire ai saponi le ricercate qualità ed un odore molto meno disaggradevole. Per i quali risultamenti, e per il merito dell'invenzione, e per la distinazione lodevole de'prodotti di tale industria ci avete dichiarato essere voi di costante parere, che possa colle solite cautele accordarsi l'implorato privilegio anche per il vantaggio, che può risultare allo stato da promovere ed incoraggiare il prosperamento di una manifattura, che impedisce l'estrazion del denaro, che presentemente ha luogo in parte per tirare dall'estero l'ingrediente della fabbricazione di un articolo di uso così comune e necessario come il sapone. Deferendo Noi ben volentieri ai vostri savj riflessi, e volendo garantire la proprietà delle utili invenzioni, e con ogni maniera d'incoraggiamento proteggere ed animare l'interna industria, col presente Nostro chirografo, in cui abbiamo per espressa ed inserta qualunque più necessaria cosa, di motu-proprio, certa scienza e pienezza della Nostra suprema potestà concediamo al canonico Mariano Manfredi, e per esso alla pia casa di carità ed industria dal medesimo instituita e diretta l'implorato privilegio esclusivo di fabbricare la così detta imbratta artificiale con i seguenti patti e condizioni.

Duratio concessionis.

I. §. 3. Che dalla presente concessione al solo canonico Mariano Manfredi, e per esso alla sua casa di carità e d'industria competa il diritto privativo di fabbricare nel Nostro stato la così detta imbratta artificiale da lui inventata per il tempo e termine di anni dodici, restando però libero a ciascuno il diritto di usare e di vendere l'altra serte d'imbratta proveniente dallo spurgo dei panni.

Praeservatio juris alteri legitime quaesiti.

II. §. 4. E perchè la proprietà che si vuol garantita all'intraprendente, non sia di pregiudizio ad altri che lo abbia prevenuto in questa lavorazione, vogliamo che debba rimanerne intatto e libero l'esercizio anche per la così detta imbratta artificiale a chionque, che nel termine di due mesi dalla publicazione del presente Nostro chirografo legittimamente, e nelle debite forme proverà avanti di voi di avere in effetto prevenuto il ricorrente nella fabbricazione della così detta imbratta artificiale secondo i metodi ed i principj che la costituiscono, e che sono stati riconosciuti dall'accademia de'Lincei, e purchè faccia constare nello stesso termine e nella stessa valida maniera di essere attualmente in piena attività di lavorazione; senza le quali prove non si ammetterà veruna altra concorrenza per la fabbricazione della così detta imbratta artificiale in pregiudizio della presente concessione, e durante il tempo assegnato di anni dodici.

Prohibitio introductionis quae fieri posset ab exteris regionibus.

III. §. 5. Rimanendo affatto fin da ora esclusa dallo stato l'introduzione dall'estero della così detta imbratta artificiale identica negli elementi a quella inventata dal privatario; quante volte poi egli documenterà di avere tale deposito di questo genere da poter supplire alle più estese ricerche del commercio per la fabbricazione dei saponi in tutta l'estensione del Nostro stato, debbasi da voi aumentare sì fattamente il dazio che tolga ogni concorrenza dell'imbratta estera finora usata, ben inteso però che dobbiate far cessare questo beneficio del privatario in qualunque caso che conosceste innalzarsi da esso il prezzo oltre il giusto ed il consueto,

commettendo a voi di prendere per l'effetto tutte le necessarie misure a garantire l'adempimento di questa condizione.

Onera concessionario imposita.

IV. §. 6. L'intraprendente dovrà mantener sempre in piena attività ed esercizio la presente lavorazione, e procurarne con ogni sforzo l'incremento a la perfezione, ed a questo effetto dovrete voi curare di verificare l'adempimento di questa condizione, confrontando il genere spacciato col campione primitivo che riterrete di questa imbratta: che se l'esercizio di tale lavorazione fosse interrotto per un tempo sensibile, e molto più trascurato per un anno intiero, o conosceste che non corrispondesse egli alla giuste e ragionevoli ricerche che gli venissero fatte del genere, lo dichiarerete immediatamente decaduto dalla presente concessione.

Canon ab eo solvendus R. C. A.

V. §. 7. In ricognizione finalmente di questa grazia dovrà il privatario, durante la concessione, pagare in ogni anno nelle consuete forme alla Nostra camera de' Tributi, solita tenersi nella vigilia e festa de' ss. apostoli Pietro e Paolo il canone di libbre due di cera bianca lavorata con farne preventivamente descrivere la partita ne' libri de' censi, altrimenti mancando anche per una sol volta al detto pagamento decada all'istante, e s'intenda decaduto dalla presente concessione, e si abbia come non avvenuta in conformità in tutto e per tutto della bolla di Gregorio XIII. Nostro predecessore *contra non solventes canones*.

Facultates camerario tribuitae pro explenda concessione.

§. 8. A forma pertanto delle disposizioni contenute nei precedenti articoli, e colle condizioni, e patti ne' medesimi espressi e descritti, concederete in nome Nostro al ridetto sacerdote Mariano Manfredi, e per esso alla pia casa di carità e d'industria dal medesimo instituita per il detto spazio di anni dodici da computarsi a decorrere dalla data del presente Nostro chirografo il soddetto diritto privativo in tutta l'estensione de' Nostri pontificj dominj, concederete inibizioni, publicherete editti anche penali, e farate tutt'altro ruputerete espediente per la migliore esecuzione della presenta Nostra grazia, poichè tale è mente e volontà Nostra espressa.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 9. Volendo, e decretando, chè al presente Nostro chirografo, benchè non esibito, nè registrato in camera e nei suoi libri, non possa mai darsi, nè opporsi di surrezione, ed orrezione, nè di alcun'altro vizio o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, e che così, e non altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualsivoglia giudice, e tribunale, benchè collegiale, e congregazione composta di reverendissimi cardinali, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interpretare diversamente, dichiarando Noi fin d'adesso nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che scientemente, o ignorantemente fosse per giudicarsi, o si tentasse di giudicare contro la forma e disposizioni del presente Nostro chirografo, quale vogliamo, che vaglia, e debba avere il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla Nostra semplice sottoscrizione, ancorchè non vi sia stato chiamato, citato, nè sentito monsignor commissario della Nostra camera, nè qualsivoglia altra persona, o corpi ancorchè privilegiati, e privilegiatissimi, che vi avessero, o pretendessero avervi interesse, e che per comprenderli fosse bisogno di farne menzione.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non ostante la bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancelleria, de *jure quaesito non tollendo*, e qualunque altra costituzione, ed ordinazione apostolica, Nostra e de' Nostri predecessori, bandi, leggi, statuti, riforme, usi, stilj e consuetudini, e qualsivoglia altra cosa che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte e singole avendone il di loro tenore qui per espresso, e registrato di parola in parola, e supplendo Noi colla pienezza della Nostra suprema potestà ad ogni vizio e difetto, che potesse intervenirè per questa volta sola, ed all'effetto premesso amplamente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale li 5 marzo 1824.

Leo papa XII.

Executio chirographi.

§. 11. Quindi è che Noi in esecuzione delle suespresse sovrane disposizioni comandiamo quanto siegue.

I. Niuno potrà nel decorso del dodicennio dell'esclusivo privilegio accordato nel sopra trascritto chirografo al canonico Mariano Manfredi, e per esso alla casa d'industria da lui instituita e diretta, fabbricare in tutta l'estensione dello stato la imbratta così detta artificiale.

II. Sarà ogni contravventore punito con una multa non maggiore di scudi 100, e non minore di scudi 20. oltre la perdita degli stilj, attrezzi, ed altro con cui si fosse operata la vietata fabbricazione, e del genere stesso fabbricato.

III. Sarà la suddetta multa applicata metà a vantaggio del privatario, e per l'altra a favore dell'accusatore e degli esecutori in uguale porzione.

Dato in Camera Apostolica li 30. marzo 1824.

B. cardinal Pacca Camerlengo di S. C.

P. Marini Uditore.

Gioacchino Maria Farinetti segretario e cancelliere della R. C. A.

Dat. die 20. martii 1824. Anno 1.

XXII.

Confirmatio resolutionis captae a sacra congregatione Rituum super concessione annuli et palmaris pro canonicis et dignitatibus ecclesiae cathedralis Lucanae.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Canonici Lucanae cathedralis ecclesiae a remotis hinc saeculis tam multis, tamque honorificis dignitatis significationibus ab apostolica hac Sede sunt honestati, nihil ut illustrare eorum conditionem possit, et in illam cadere, quod non praedecessores Nostri in illos liberaliter, effuseque contulerint. Jam vero inter privilegia ac decora, quae illi sibi pontificiis diplomatibus tributa esse putarunt, ea quoque fuere, ut sibi fas esse censuerint annulum gestare, et in privata sacrosancti sacrificii celebratione candelabrum illud adhibere manubrio instructum, cui palmatoriae nomen imponitur. Sane utriusque usus apud ipsos vigere fertur ab eo tempore, quod hominum memoriam excedat. Verumtamen quia, excusso collegii canonicorum vetustissimo tabulario, nihil eruere documenti contigit, quo privilegia illa fulciantur; idcirco nonnulli ex dilectis filiis dignitatibus, et canonicis Lucanae cathedralis ecclesiae animo angi coeperunt, annulique, et palmatoriae usum sibi impermissum putare. Ea propter suppliciter a Nobis postulatum est, ut saltem ratione habita, diuturnae consuetudinis, temporisque memoriam omnem excedentis, ex quo mos utendi annulo ac palmatoria apud ipsos inolevit, utriusque usum apostolica ipsis benignitate tribuamus.

Rescriptum sacrae congregationis Rituum.

§. 2. Nos vero petitionem ejusmodi diligenti examine, accuratoque judicio perpendendam dedimus congregationi venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium ecclesiasticis ritibus praepositorum, ac die XVII. praeteriti mensis februarii, referente dilecto filio magistro J. A. Sala ejusdem congregationis secretario coadjutore, editum est decretum in haec verba « Sanctitas sua, infrascripto Sacrorum Rituum congregationis secretario referente, attentis peculiaribus circumstantiis animum suum moventibus, habitaque ratione expositorum, nec non reverendissimi archiepiscopi Lucani votis benigne inclinatus, derogando in hac parte, quatenus opus fuerit, novissimae constitutioni san. mem. Pii VII. praedecessoris sui « *Decet Romanos pontifices* » ex speciali gratia nullo umquam tempore in exemplum afferenda dignitatibus, et canonicis praefatis indulsit, ut in posterum intra limites Lucanae dioecesis uti valeant annulo, et palmatoria in missarum celebratione; ita tamen ut annulus ex unica constet gemma auro alligata, et in altaris sacrificio unicus dumtaxat adsit clericus superpelliceo indutus, qui eisdem ministret. In reliquis se omnino conforment laudatae constitutioni datae IV. nonas julias 1823; nec non decretis Sacrorum Rituum congregationis « nuper autem demissis precibus petitum a Nobis est, ut per Nostras apostolicas literas piscatoris annulo obsignandas ei rescripto robur confirmationis addamus.

Confirmatio apostolica.

§. 3. Nos vero dilectos filios dignitates, et canonicos Lucanae cathedralis ecclesiae peculiari prosequi beneficentia volentes et a quibusvis anathematis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis, quovis modo ac quscumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum indulti assequendi gratia, absolventes, et absolutos fore censentes, decretum a Nobis editum die XVII. mox elapsi februarii, quo annuli, et palmatoriae usus conceditur oratoribus confirma-

mus et approbamus, adjectasque concessioni Nostrae conditiones accurate servari praecipimus.

Clausulae sublatae, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes insuper has literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, et memoratis dignitatibus et canonicis, eorumque successoribus quoad ea, de quibus habita est mentio, plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus fel. rec. Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, et Pii VII. praedecessoris pariter Nostri constitutione « *Decet Romanos pontifices* » aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die vigesima martii, millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 26. martii 1824 Anno I.

XXIII.

Nova circumscriptio dioecesium regni Hannoveriani.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Impensa Romanorum pontificum sollicitudo, quae in universae Catholicae Ecclesiae bonum advigilant, ad ea procuranda ipsos compellit, quibus fidelis populi commoditati consulatur, ut pro locorum, ac temporum ratione facilius ad ea pertrahatur, quae sint divini cultus, quaeque ad aeternam animarum salutem valeant conducere. Hinc assiduis ipsi studiis in id semper connisi sunt, ut Dominico gregi nunquam deessent pastores, qui eum in salutaria pascua deducerent, et in justitiae semitis retinerent.

Memorantur quae gesta fuerunt a Pio VII pro conservatione sedium Hildesimensis, et Osnabrugensis in regno Hannoveriano.

§. 2. Id sane potissimum intendit praedecessor Noster fel. recordationis Pius septimus pro cura, quam in religionis utilitates, ubi maxime de ipsius discrimine metuendum videbatur, enixe impendebat, quando post taterrimas praeteritorum temporum calamitates omnibus in tota Germania episcopalibus sedibus opportune prospicere studuit, cogitationesque suas pariter convertit ad duas antiquitate, et dignitate praestantes ecclesias Hildesimensem scilicet, atque Osnabrugensem quae usque a Caroli Magni aevo suam ducunt originem, quaeque nunc intra fines Hannoveriani regni continentur.

Idem ut supra.

§. 3. Re propterea collata cum serenissimo Georgio IV. regnorum magnae Brittanniae, et Hiberniae unitorum, nec non Hannoverae rege, ac Brunswicensi, et Luneburgensi duce laudatus pontifex, auditis etiam nonnullis ex venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, de faciliori ratione deliberandum censuit, quae in tanta rerum conversione occurrebat, unice ad binas illas episcopales sedes cum suis capitulis aliquo pacto conservandas, atque ad dotem ipsis, ac dioeceses, quo posset aptius praefiniendas.

Quae laudatus pontifex morte praeventus explere nequivit, praestare velle novus pontifex declarat.

§. 4. Cumque Nos, meritis licet imparibus, ad summi pontificatus apicem divina sic disponente benignitate fuerimus evocati, in id etiam sedulo incumbere debuimus, ne de illa catholici gregis portione minus solliciti videremur. Perspeximus quidem e sacrorum canonum rigore, haud mediocriter temperandum fuisse, multumque locorum, temporum, ac personarum conditioni, aliisque id genus peculiaribus adjunctis tribuendum: ast cum maxime congruat, praedecessorum vestigiis inhaerere, atque ad exitum perducere, quae Pius septimus morte praeventus nequivit apostolicae auctoritatis munimine roborare, novum in Hannoveriano regno ecclesiarum, et capitulorum statum, novosque dioecesium limites ad eorum normam, quae laudatus praedecessor duxerat admittenda, constitui necessarium conspeximus.

Reformatio dioecesis Hildesimensis.

§. 5 Habentes igitur pro expressis, ac de verbo ad verbum prolatis iis omnibus, quae praedictarum ecclesiarum, et capitulorum antecIors jura, privilegia, ac praerogativas respiciunt, et consensui supplentes eorum omnium, quorum interfsit, de apostolicae potestatis plenitudine, praevia omnimoda suppres-

sione, extinctione, et cessatione prioris status earumdem ecclesiarum, et capitulorum, decernimus, quod ex nunc in posterum capitulum cathedralis ecclesiae Hildesimensis efformetur ab unica decanatus dignitate, et sex canonicis, ac quatuor vicariis, seu praebendatis.

Dotatio mensae episcopalis.

§. 6. Mensae episcopalis annui redditus erunt in summa quatuor mille thalerorum monetae conventionalis, ut infra percipiendorum, ac insuper aedes pro decenti habitatione, si non adsint, noviter episcopo erunt attribuendae.

Dotatio mensae capitularis.

§. 7. Decanus capituli cathedralis annuo redditu thalerorum mille quingentorum monetae conventionalis, duo canonici seniores mille quatuorcentum, tertius, et quartus canonicus mille, postremi duo canonici octingentorum, ac quatuor vicarii, seu praebendati quatuorcentum, ut infra percipiendorum, respective gaudebunt, atque insuper decanus quilibet canonicus, et duo vicarii in ordine priores domos habebunt unicuique eorum praebendae assignandas.

Promissio regis de assignandis bonis intra quadriennium.

§. 8. Ad hujusmodi autem redditus constituendos praefatus Georgius rex spopondit intra quadriennium a data praesentium numerandum tot fundos, ac bona stabilia, decimas, et census reales iisdem episcopo, et capitulo ea, qua singulis par est quantitate se traditurum quot praedictis annuis adsignatis redditibus ab omni cujuscumque generis onere prorsus liberis, et immunibus respondeant, ita tamen, ut antea per infrascriptum harum literarum executorem apostolicae Sedis judicio subjiciantur, quo accurate perpensa necessariam ab ipsa adprobationem nanciscantur. Interea vero, donec isthaec redditium adsignatio in fundis ac bonis stabilibus, decimis, censibusque realibus locum habeat, memoratae summae episcopo, et capitulo a thesauro regio quotannis in pecunia numerata integre, ac libere erunt persolvendae.

Suspensio dotationis sedis Osnabrugensis.

§. 9. Quod vero spectat ecclesiam Osnabrugensem, quoniam praesentes rerum circumstantiae utramque ecclesiam dotari posse non sinunt, nova ipsius Osnabrugensis episcopalis mensae capituli, ac seminarii dotatio suspensa perstet: usquedum necessaria ad id suppetant media, quo casu in fundis, bonis stabilibus decimis, censibusque realibus erit perficienda. Atque tunc Osnabrugensis episcopus non secus ac episcopus Hildesimensis annuo reddito quatuor millium thalerorum monetae conventionalis in suprememoratis bonis gaudebit; capitulum eodem ac Hildesimense capitularium, et vicariorum numero constabit, paresque redditus annui eisdem respective assignabuntur; nec non episcopali seminario ea reddituum annua summa tribuetur, quae necessitatibus, et utilitati dioecesis valeat respondere.

Erogatio fructuum pro temporanea dotatione mensae Hildesimensis, illiusque capituli.

§. 10. Quamdiu autem episcopatus Osnabrugensis dotatio suspensa manebit, episcopali mensae Hildesimensi augumentum bismille thalerorum e bonis ecclesiasticis in provincia Osnabrugensi sitis percipiendorum, itemque decano Hildesimensis capituli augumentum tercentum thalerorum assignabitur, ab ipsis annuatim respective percipiendorum, perdurante tantummodo praedicta dotationis episcopatus Osnabrugensis suspensione.

Consulitur administrationi ecclesiae Osnabrugensis perdurante suspensione dotationis illius.

§. 11. Atque interea, ne dioecesis Osnabrugensis, cui ob eas rationes designari in praesens antistes nequit, legitimo careat rei sacrae regimine, mandamus, ut venerabilis frater Carolus de Gruben episcopus Parensis in partibus infidelium, ejusdemque Osnabrugensis ecclesiae suffraganeus dioecesim ipsam quoad vixerit, gubernare prosequatur, eoque defuncto Hildesimensis pro tempore episcopus dioecesim quoque Osnabrugensem facultatibus ad id ab apostolica Sede qualibet vice sibi speciatim delegandis administrare, summque vicarium in spiritualibus generalem, qui in civitate Osnabrugensis resideat, debeat adsciscere. Qui quidem vicarius, dummodo vere dignus, et idoneus judicatus fuerit, a Romano pontifice titulo alicujus episcopalis ecclesiae in partibus infidelium, servatis omnibus servandis, decorabitur ad hoc ut pontificalia in ipsa civitate, et dioecesi Osnabrugensi exercere possit et valeat. Eidem idcirco vicario generali Osnabrugensi pro sua, et episcopalis curiae dotatione annua persolvenda erit summa trium millium thalerorum monetae conventionalis a praelaudati serenissimi regis liberali munificentia promissa, quae in ipsius vicarii generalis congruam, et in annuam laboribus respondentem mercedem ecclesiasticorum, qui suam eidem in ea procuratione operam commodabunt erit impendenda.

Consulitur educationi clericorum

§. 12. Donec autem proprium Osnabrugense seminarium erigi potuerit, hujusce dioece-

utriusque dioecesis.

sis clerici aluntur, atque educabuntur in episcopali seminario Hildesimensi, cui propterea bona, ac reditus, quibus actu gaudet, integre conservabuntur: quod idem dictum volumus de bonis ac redditibus in tuitionem aedium sacrarum, tam Hildesimensis, quam Osnabrugensis, atque in sumptus divini cultus, ac ministrorum mercedem adsignatis.

De electione futurorum episcoporum.

§. 13. Quotiescumque vero aliqua ex supradictis sedibus episcopalibus, tam Hildesimensi, quam Osnabrugensi, quae ambo perpetuis futuris temporibus immediate subjectae erunt apostolicae Sedi, vacaverit, illius cathedralis ecclesiae capitulum intra mensem a die vacationis computandum regius ministros certiores fieri curabit de nominibus candidatorum e cleru totius regni selectorum, quorum unusquisque trigesimum suae aetatis annum ad minimum compleverit, et indigenatu praeditus sit, studia in theologia, et jure canonico cum laude absolverit, curam animarum, aut munus professoris in seminariis egregie exercuerit, aut in administrandis negotiis ecclesiasticis excelluerit, optima fama gaudeat, sana doctrina, et integris sit moribus. Ac si forte aliquis ex candidatis ipsis gubernio sit minus gratus, capitulum e catalogo eum expunget, reliquo tamen manente sufficienti candidatorum numero, ex quo novus episcopus eligi valeat. Tunc vero capitulum ad canonicam electionem in episcopum unius ex candidatis, qui supererunt, juxta consuetas formas procedet, ac documentum electionis in forma authentica intra mensem ad summum pontificem perferri curabit.

De compilatione processus informativi super qualitatibus promovendorum.

§. 14. Confectio autem processus informativi super qualitatibus promovendorum ad regimen episcopalium ecclesiarum regni Hannoveriani, vel episcopo alterius sedis non vacantis, vel ecclesiastico illius regni viro in dignitate constituto a Romano pontifice committetur, et ad formam instructionis ab apostolica Sede in singulis casibus transmittendae exarabitur, quo accepto summus pontifex, si compererit promovendum instructum iis dotibus, quas sacri canones in episcopo requirunt, eum, quocitius fieri poterit, juxta statutas formas per apostolicas literas confirmabit.

De renovatione electionum.

§. 15. Si vero electio minime fuerit canonice peracta, aut promovendus praedictis dotibus instructus non reperiatur, ex speciali gratia indulgemus, quod cathedrale capitulum ad novam electionem et supra canonica methodo valeat procedere.

De consecratione electorum.

§. 16. Novus episcopus ab altero regni episcopo jam consecrato, atque facultatem expresse ad id ab apostolica Sede habente, assistentibus duobus aliis episcopis ad hoc rogatis, et in eorum defectum duobus praelatis pontificalium usum habentibus, vel his quoque deficientibus duobus presbyteris e regni clero in ecclesiastica dignitate constitutis, consecrabitur.

De eligendis ad canonicatus, et dignitates capitulares.

§. 17. In capitularium numerum alii non admittentur, nisi qui indigenatu, et qualitatibus a sacris canonibus requisitis praediti sint, triginta saltem annorum aetatem habeant, et in presbyteratus ordine sint constituti, quique in exercenda cura animarum, vel in alio obeundo ecclesiastico ministerio, vel professoris munere in seminario episcopali conspicuos se se reddiderint.

De promovendis ad decanatum canonicatus, et vicariatus in cathedralibus.

§. 18. Quotiescumque vero decanatus, aut canonicatus, vel vicariatus in cathedralibus vacaverit, episcopus, et capitulum alternis vicibus intra sex hebdomadas a die vacationis proponent quatuor candidatos supraenunciatis praeditos qualitatibus. Quod si forte aliquis ex ipsis candidatis gubernio invisus, aut suspectus sit, id quamprimum episcopo respective, aut capitulo indicari poterit, ut expungatur: tunc autem episcopus ad collationem decanatus, canonicatus, aut vicariatus, respective capitulum intra quatuor hebdomadas procedet ad nominationem unius ex personis gubernio non invisis, nec suspectis, cui episcopus canonicam dabit institutionem.

Circumscriptio novarum dioecesium.

§. 19. Ad novam nunc procedendo circumscriptionem dioecesium episcopatus Hildesimensis, qui actu a venerabili fratre Francisco Egone a Furstenberg moderno ejus episcopo gubernatur, et Osnabrugensis, qui suo a pluribus annis orbata pastore a supramemorato Carolo episcopo Pacensi, ac ejusdem Osnabrugensis ecclesiae suffraganeo eum apostolicis sibi delegatis facultatibus administratur, praevia dismembratione, separatione, ac immutatione a quorumcumque metropolitanorum, episcoporum, seu ordinariorum, ac vicariorum apostolicorum jurisdictione, superioritate, ac potestate omnium, et singularum civitatum, terrarum, ac paroeciarum intra regni Hannoveriani limites comprehensarum

decernimus, prout a Pio VII, praedecessore Nostro designatum fuerat, ut regnum ipsum in duas omnino dioeceses a cursu fluminis Visurgis vulgo « Weser » nuncupati tamquam suis limitibus separatas dividatur, ita ut paroeciae ad dexteram ejusdem fluminis partem sitae dioecesi Hildesimensi, paroeciae autem ad sinistram Visurgis ripam positae dioecesi Osnabrugensi respective assignentur, prout sequitur, videlicet.

De dioecesi Hildesimensi. §. 20. Hildesimensis efformabitur a sequentibus quinquaginta quinque parochialibus ecclesiis ad ipsam Hildesimensem dioecesim jam pertinentibus, nempe Aebtum, Adlum, Ahrbergen, Gros-Algermissen, Asel, Bauenstedt, Bettmar, Bilderlah, Bokanem, Bolzum, Borsum, Dettfurt, Dingelbe, Dinklar, Dorstadt, Gros-Dungen, Emmerke, Gross-Giesen, Grasdorf, Grauhoff, Gronan, Goslar, Harsum, Hienig, ecclesiae cathedralis, s. Godebardi, s. Magdalenae, sanctissimae Crucis, in civitate Hildeseim sitae, Hennekenrode, Himmelsthur, Hohenhalmelo, Hunnesruck, Itzum, Lamspringe, Liebenborg, Marienrode, Moritzbarg, Ottebergen, Peine, Poppenburg, Ringelheim, Ruthe, Schladen, Söder, Söhre, Sorsum, Sottrum, Steinbruck, Vienenburg, Gross-Vörste, Westfeldt, Wiedelah, Winzeburg, Wöhle, Woldenberg; Atque insuper a viginti parochialibus, ac tresdecim curatis succursalibus nuncupatis ecclesiis in provincia Eichsfeldiae positis, et antiquae metropolitanae ecclesiae Moguntinae, seu Ratisbonensi olim subjectis, quae in praesentiarum a venerabili fratre Carolo Friderico de Weodt episcopo Basinopolitano in partibus infidelium, ac Hildesiensis ecclesiae suffraganeo uti vicario apostolico administrantur, videlicet paroecia, Duderstadt, cum tribus succursalibus ecclesiis, Gerblingerode, Fjstlingerode et, Westerode, nuncupatis, ac paraeciis, Breitenberg, Desingerode, cum duabus succursalibus ecclesiis, Werxhausen, et Espliegerode, denominatis, necnon pareeciis, Immingerode, Nesselroeden, Seulingen, Seeburg, Bernshausen, cum succursali Germershausen, atque paroeciis, Lindau, Bilshausen, Crebeck, cum succursali, Bodensee, et parochialibus ecclesiis, Wolbrandsaauseo, Giobuldehausen, Rollshausen, Rudenshausen, Rumsprioga, cum succursali Hilkerode: paroecia quoque, Fuhrbach, cum duabus succursalibus, Langenhagen, et Brochthausen, necnon paroecia, Oberfeld cum succursali, Mingerode: paroecia quoque Neerthen, cum duabus ecclesiis succursalibus, ac paroecia, Renshausen, Denique a tribus paroeciis, Hannover, Gottingen, et Celle, vulgo nuncupatis, quae hactenus a supradicto moderno episcopo Hildesimensi missionum septemtrionalium vicario apostolico fuerunt spiritualiter gubernatae.

De dioecesi Osnabrugensi. §. 21. Dioecesis Osnabrugensis constabit ex sequentibus decanatibus, videlicet ex decanatu ecclesiae cathedralis, et civitatis Osnabrugensis septem continente paroecias, quarum duae reperiuntur in civitate ipsa Osnabrugensi, reliquae vero in ipsius territorio, nuncupaeturque, Bellm, Bissendorf, Rülle, Schledehausen, et Wallenhorst, ex decanatu, Iburg, vulgo denominato septem pariter complectente paroecias, ut sequitur nuncupatas, idest, Borgloh, Glendorf, Glane, Hagen, Iburg, Laer, at, Oesede,; Ex-decanatu, Fürstenau, undecim sequentes continente paroecias, nempe, Berge, Füsstenau, Merzen, Neuenkirchen, Schwagstorf, Voltlage, Alfhausen, Ankum, Badbergen, Bersseubrück, et Quakenbrück: Exdecanatu Vörden, nuncupato, qui undecim sequentes complectitur paroecias, videlicet, Lage, Malgarten, Vörden, Bomte, Hunteburg, Osterkappeln, sanctae Annae, Gesmold, Melle, Riemsloth, Wallingholthausen; necnon partes illas paroeciarum, Damme, et Neuenkirchen, quae intra limites regni Hannoverisni reperiuntur: ex archipresbyteratu inferioris comitatus, Lingen, undecim continente paroecias, videlicet, Bawintkal, Beasten, Freren, Lengerich, Messingen, Schapen, Thuine, Baccum, Bramsche, Lingen, Plantlünne, at, Spelle; Nec non ex viginti septem paroeciis in districtu de, Meppen, comprehensis, et ad Monasteriensem dioecesim jam pertinentibus videlicet, Aschenderf, Beesen, Bokeloe, Börger, Dörpen, Emsbüren, Haren, Haselünne, Heede, Herzlake, Hesepe, Holte, Laten, Lorup, Meppen, Papenburg, ecclesia principalis; ac alia ejusdem nominis ecclesia succursalis, Rhede, Ruttenbrock, Steinbild, Sögel, Schepsdorff, Salzbergen, Twiest, Vwiestriegen, Wertte, et, Wesuwe, tres quoque adjunguntur paroeciae, in Frisia orientali positae, et praefatae Monasteriensi dioecesi jam

subjectae, quae, Emden, Leer, et, Norden, vulgo nuncupantur. Et postremo octo paroeciae, quae reperiuntur in comitatu, de Bentheim, actu a regno Hannoveriano in temporalibus dependentes, et hactenus a praefato Monasteriensi episcopo gubernatae, nempe, Bentheim. Brandlecht, Emplicheim, Laerwalde, seu, Wolda, Nordhorn, Neuenhaus, Schüttorff, et, Wiettmarben.

Praedictus vero decanatus, paroecias, et loca episcopis pro tempore Hildesimensi, et Osnabrugensi pro eorum respective dioecesibus attributa, eorumque incolas utriusque sexus, tam clericos, quam laicos iisdem ecclesiis, eorumque praesulibus pro suis respective territorio, dioecesi, clero, et populo perpetuo assignamus, et in spiritualibus omnimode subjicimus, propterenque statim ac praesentes literae plenariae fuerint exequutioni mandatae, omnis antiquorum metropolitanorum, ordinariorum, vicariorum apostolicorum, seu administratorum jurisdictio in supradictis locis, decanatibus, et paroeciis cessare debebit, omnesque tunc facultates in locis, et partibus ab eorum jurisdictione subtractis nullius roboris, vel momenti amplius futuras declaramus.

De conservatione documentorum respicientium dioeceses dismembratas.

§. 22. Ut insuper commoditati populorum sic ut supra respectivis episcopis subjectorum consulatur, praescribimus, ut omnia, et singula documenta respicientia ecclesias, et loca ut supra dismembrata, et de novo applicata a veteribus cancellariis extrahi, et cancellariis dioecesium, quibus erunt incorporata, debeant opportuna forma tradi, atque in iis perpetuo asservari.

De describendis fructibus earum dioecesium in libris camerae apostolicae.

§. 23. Habita modo ratione redituum episcopalis mensae Hildesimensis de more taxari in florenis septingentis quinquaginta sex auri de camera, et hujusmodi taxam in libris camerae Nostrae apostolicae describi mandamus. Quod vero spectat episcopalem mensam Osnabrugensem, quando locus factus fuerit illius dotationi ut supra enunciatae, ecclesiam ipsam de more taxari in florenis sexcentum sexaginta sex auri de camera cum duobus tertiis, eamdemque taxam in libris apostolicae camerae similiter describi mandamus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 24. Denique ut cuncta a Nobis ut supra disposita rite ad suum perducantur effectum, supradictum Franciscum Egonem episcopum Hildesimensem in harum literarum apostolicarum exequutorem cum omnibus, et singulis necessariis, et opportunis facultatibus deputamus, ut praeviis respectivis dotationibus in valida forma perficiendis ad uniuscujusque ecclesiae cum suo capitulo novam ordinationem, ac respectivi territorii dioecesani circumscriptionem procedere, aliaque omnia ut supra ordinata peragere, et statuere, delegata sibi apostolica auctoritate libere, ac licite possit, et valeat; atque ulterius ipsi Francisco Egoni episcopo facultatem pariter tribuimus, ut ad plenam rerum omnium in locis praesertim ab ejus residentia remotis exequutionem quamcumque personam, seu personas in ecclesiastica dignitate constitutam, vel constitutas subdelegare, ac tam ipse, quam persona, vel personae ab eo sic subdelegandа, vel subdelegandae super quacumque oppositione in actu exequutionis hujusmodi quomodolibet forsan oritura, servatis tamen de jure servandis, etiam definitive, et quacumque appellatione remota pronunciare, libere item, ac licite possint et valeant, ac quilibet eorum respective possit, et valeat.

De exemplari processus ad s. Sedem remittendo.

§. 25. Eidem insuper Francisco Egoni episcopo expresse injungimus, ut exempla singulorum actorum, tam per se, quam suos subdelegatos in harum literarum exequutionem conficiendorum, intra quadrimestrem ab ipsarum expleta exequutione ad apostolicam Sedem in authentica forma transmittat, in archivio congregationis rebus consistorialibus praepositae de more asservanda.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 26. Praesentes autem literas, et in eis contenta, ac statuta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet in praemissis, vel in eorum aliquo jus, aut interesse habentes, vel quomodolibet etiam in futurum habere praetendentes, cujusvis status, ordinis, conditionis, et praeeminentiae ac etiam specifica, expressa et individua mentione digni sint, illis non consenserint, seu quod aliqui ex ipsis ad praemissa minime vocati, vel etiam nullimode, aut non satis auditi fuerint, sive ex qualibet etiam laesionis, vel alia juridica, privilegiata, ac privilegiatissima causa, colore, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel interesse habentium

consensus, aliove quolibet defectu quantumvis magno, inexcogitato, substantiali, ac substantialissimo, sive etiam ex eo, quod in praemissis solemnitates, et quaecumque alia forsan servanda, et adimplenda minime servata et adimpleta, seu causae, propter quas praesentes emanaverint, non sufficienter adductae, verificatae, et justificatae fuerint, notari, impugnari, aut alias infringi, suspendi, restringi, limitari, vel in controversiam vocari, seu adversus eas restitutionis in integrum, aperitionis oris, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut justitiae remedium impetrari, aut sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, aut declarationibus generalibus, vel specialibus quomodolibet factis minime posse comprehendi, sed semper ab illis exceptas esse, et fore, ac tamquam ex pontificiae providentiae officio, certa scientia, et potestatis plenitudine Nostris factas, et emanatas omnimoda firmitate perpetuo validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat et spectabit quomodolibet in futurum, perpetuo et inviolabiter observari, ac supradictarum ecclesiarum episcopis, et capitulis, aliisque quorum favorem praesentes Nostrae literae concernunt, perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere, eosdemque super praemissis omnibus, et singulis vel illorum causa ab aliquibus quavis auctoritate fungentibus quomodolibet molestari, perturbari, inquietari, vel impediri, neque ad probationem, seu verificationem quorumcumque in eisdem praesentibus narratorum nullatenus umquam teneri, neque ad id in judicio vel extra cogi, seu compelli posse; et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et prorsus inane esse, ac fore volumus atque decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 27. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, de suppressionibus committendis ad partes vocatis, quorum interest, aliisque Nostris et cancellariae apostolicae regulis, nec non dictarum ecclesiarum etiam confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, et concessionibus quamvis specifica, et individua mentione dignis, omnibusque, et singulis apostolicis, ac in synodalibus, provincialibus, et universalibus conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus: quibus omnibus, et singulis, eorumque totis tenoribus ac formis, etiamsi specialis, specifica, et individua mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores ac si de verbo ad verbum nil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent, praesentibus pro expressis habentes ad praemissorum effectum latissime, et plenissime, ac specialiter et expresse derogamus, et derogatum esse declaramus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 28. Volumus item, ut harum literarum Nostrarum transumptis etiam impressis manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Sanctio poenalis. 29. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae suppressionis, extinctionis, annullationis, dismembrationis, separationis, unionis, circumscriptionis, assignationis, indulti, subjectionis, suppletionis, declarationis, deputationis, commissionis, mandati, decreti derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quarto septimo kalendas aprilis, pontificatus Nostri anno primo.

XXIV.

Dat. die 8. aprilis 1824. Anno I.

Concessio privilegii pro exclusiva extroctione machinarum sic nuncupatarum « alla Gervais » favore Felicis Coen Albites.

Bartolomeo per la misericordia di Dio vescovo di Porto e s. Rufina, card. Pacca della S. R. C. Camerlengo.

Publicatio chirographi facta a car- §. 1. Essendosi benignamente degnata la Santità di Nostro Signore Papa Leone XII.

dinali camerario.

felicemente regnante di accordare al sig. Felice Coën Albites la privativa fabbricazione delle macchine di vinificazione così dette alla Gervais per anni dieci in tutta la estensione dello stato, ci rendiamo solleciti manifestare al pubblico questa sovrana concessione, emanando qui appresso il chirografo a noi diretto li 3. aprile anno corrente, esibito per gli atti dell' infrascritto segretario e cancelliere della Reverenda Camera Apostolica il dì 19. giugno prossimo passato.

Reverendissimo cardinale Bartolomeo Pacca della S. R. C. camerlengo.

Tenor chirographi.

§. 2. Inclinati Noi a proteggere e premiare tutto ciò, che possa arrecare sensibile giovamento all' agricoltura, alle arti ed al commercio, coll' introduzione di nuove pratiche tendenti a migliorare i prodotti dell' industria o ad eccitarla ad utili esperimenti, non abbiamo potuto non accogliere favorevolmente le suppliche di Felice Coën Albites, dirette a conseguire il privilegio esclusivo di fabbricazione della macchina di vinificazione inventata da Elisabetta Gervais in Francia, e posta utilmente in uso in quel regno ed in altri stati. Al che siamo Noi più particolarmente condiscesi per averci voi assicurati che sottoposta ad esame di apposita commissione di scienziati e di periti la macchina stessa, ed ordinati esperimenti positivi di questo apparecchio, siensi da essi tali favorevoli risultamenti ottenuti da poterne con fondamento sperare il miglioramento di qualità e l' aumento di quantità dei vini, di modo che possa essere vantaggiosa la sostituzione di tal macchina agl' imperfetti metodi vinificativi in uso nei Nostri dominj, nè esservi alcuno che nello stato abbia finora fabbricata la macchina della Gervais. Per le quali considerazioni avendo Noi per inserte le suppliche dell' Albites, la vostra relazione e quanto altro sia necessario alla piena validità del presente Nostro chirografo, di moto-proprio, certa scienza e pienezza della Nostra suprema potestà assecondando l' istanza di Felice Coën Albites sotto alcuni patti e condizioni siamo venuti nella determinazione di stabilire quanto siegue:

Concessio

I. §. 3. Dalla data della presente concessione al solo Felice Coën Albites competerà il diritto privato di fabbricare nell' estensione dei Nostri pontificj dominj la macchina o apparecchio costituente il processo di vinificazione inventato in Francia da Elisabetta Gervais, e importata in Roma dal suddetto Felice Coën Albites.

Duratio concessionis.

II. §. 4. Sarà durevole la presente concessione per anni dieci.

De licita introductione machinarum exterarum.

III. §. 5. Limitato il privilegio alla fabbricazione, ed escluso il diritto di privativa vendita, sarà permessa durante il privilegio stesso la introduzione di simili macchine dall' Estero per le sole dogane della Ripa-Grande di Roma, di Bologna, Ancona, Civitavecchia e Acquapendente previo il pagamento di scudi tre per ogni macchina.

De jure privatarii apponendi signum in machinis ab extero introductis.

IV. §. 6. Sarà in facoltà del privatario munire queste macchine provenienti dall' Estero di un apposito contrassegno oltre il bollo della dogana per distinguerle da quelle, che potessero fraudolentemente fabbricarsi nell' interno, ben' inteso però che l' applicazione di questo contrassegno si faccia gratuitamente e a tutte spese e carico del privatario, d' appresso i concerti da prendersi dal medesimo col nostro monsig. tesoriere generale, e coll' obbligo di depositare presso di voi un modello di detto contrassegno.

De tempore legali concesso favore eorum qui jus quaesitum praeseferre valerent.

V. §. 7. Sebbene dalle assunte informazioni risulti, che niuno abbia preceduto nel Nostro stato il privatario nella fabbricazione di tale apparecchio di vinificazione; pure a debita cautela dovrà decorrere un termine utile di due mesi a favore di chiunque intendesse diversamente provare; lo che dovrà farsi avanti di voi con documenti superiori ad ogni eccezione, legalmente giustificando i titoli di anteriorità, e passato questo tempo, non ammetterete ulteriormente ricorsi di tal sorte.

Reservatio pro melioramentis in posterum faciendis.

VI. §. 8. Facendosi dei miglioramenti a detta macchina o apparecchio, e legalmente riconoscendosi i medesimi da una commissione di scienziati a periti, previa interpellazione del privatario, potrà per i miglioramenti stessi accordarsi altro privilegio esclusivo, o lasciarsene libera la fabbricazione e l' uso, rimanendo ferma la privativa a favore dell' Albites per la macchina attuale. A tal' effetto sarà presso voi dall' Albites stesso depositato un modello di questa macchina.

De venditione machinarum in urbe facienda.

VII. §. 9. Dovrà il privatario aprire in Roma uno spaccio per la vendita delle macchine da esso fabbricate, e questo dovrà esserne sem-

pre provvisto in modo che avendosi da voi documentato ricorso dalla richiesta da esso non evasa in congruo tempo di alcuna delle suddette macchine, possiate sottoporlo ad una multa non minore del doppio prezzo della macchina, e non maggiore del quadruplo.

De translatione privilegii.

VIII. §. 10. Se il privatario partisse dallo stato senza lasciare un suo rappresentante riconosciuto da voi, o cessasse dalla fabbricazione di queste macchine per un anno, decaderà immediatamente dalla privativa.

Praemium fabricatori concessum post primum triennium.

IX. §. 11. Provandosi coll'esperienza il generale gradimento e l'utilità di questo nuovo metodo di vinificazione, sarà accordata da voi dopo il primo triennio della privativa, d'appresso i concerti che prenderete col Nostro monsig. tesoriere, l'esenzione del dazio d'introduzione per la latta grezza occurrente alla fabbricazione delle macchine in via di restituzione e di regresso.

Canon ab eo solvendum R. C. A.

X. §. 12. In ricognizione della presente grazia dovrà il privatario pagare nella Nostra camera de' Tributi in ogni anno durante la privativa nella vigilia o festa de' ss. apostoli Pietro e Paolo un canone di quattro libbre di cera bianca lavorata con farne preventivamente descrivere la partita ne' libri de' censi, altrimenti mancando anche per una sola volta al detto pagamento decada all'istante, e s'intenda decaduto dalla presente concessione e si abbia come non avvenuta in conformità in tutto e per tutto della bolla di Gregorio XIII. Nostro predecessore *contra non solventes canones*.

Facultas camerario tributa concedendi jus privativum.

§. 13. A forma pertanto delle disposizioni contenute nei precedenti articoli e colle condizioni, e patti ne' medesimi espressi e descritti, concederete in nome Nostro al ridetto Felice Coèn Albites per il detto spazio di anni dieci da computarsi a decorrere dalla data del presente Nostro chirografo il suddetto diritto privativo in tutta l'estensione de' Nostri pontificj dominj, concederete inibizioni, pubblicherete editti anche penali, e farete tutt'altro che reputerete espediente per la migliore esecuzione della presente Nostra grazia, poichè tale è mente e volontà Nostra espressa.

Clausulae salutares et irritantes.

§. 14. Volendo, e decretando, che al presente Nostro chirografo, benchè non esibito, nè registrato in camera e nei suoi libri, non possa mai darsi, nè opporsi di sorrezione, ed orrezione, nè di alcun altro vizio o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, e che così, e non altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi ed interpretarsi da qualsivoglia giudice, e tribunale, benchè collegiale, e congregazione composta di reverendissimi cardinali, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interpretare diversamente, dichiarando Noi fin d'adesso nullo, irrito, ed invalido tutto ciò che scientemente o ignorantemente fosse per giudicarsi, o si tentasse di giudicare contro la forma e disposizioni del presente Nostro chirografo, quale vogliamo, che vaglia, e debba avere il suo pieno affetto, esecuzione, e vigore colla Nostra semplice sottoscrizione, ancorchè non vi sia stato chiamato, citato, nè sentito monsignor commissario della Nostra camera, nè qualsivoglia altra persona, o corpi ancorchè privilegiati, e privilegiatissimi, che vi avessero, o pretendessero avervi interesse, e che per comprenderli fosse bisogno di farne menzione.

Derogatio contrariorum.

§. 15. Non ostante la bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancelleria *de jure quaesito non tollendo*, e qualunque altra costituzione, ed ordinazione apostolica Nostra e de' Nostri predecessori, bandi, leggi, statuti, riforme, usi, stilj e consuetudini, e qualsivoglia altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte e singole avendone il di loro tenore, qui per espresso, e registrato di parola in parola, e supplendo Noi colla pienezza della Nostra suprema potestà ad ogni vizio e difetto, che potesse intervenire per questa volta, sola, ed all'effetto premesso amplamente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale li 3. aprile 1824.

Leo PP. XII.

Executio chirographi.

§. 16. Quindi è che noi in esecuzione delle suespresse sovrane disposizioni comandiamo quanto siegue.

I. Niuno potrà nel decorso decennio dell'esclusivo privilegio accordato nel sopra trascritto chirografo al signor Coèn Albites fabbricare in tutta l'estensione dello stato le macchine di vinificazione così dette alla Gervais.

II. Sarà ogni contravventore punito con una multa non maggiore di scudi sessanta,

e non minore di scudi quindici, oltre la perdita degli stigli, attrezzi ed altro con cui si fosse operata la vietata fabbricazione e delle macchine stesse fabbricate.

III. Sarà la suddetta multa applicata per metà a vantaggio del privatario, e per l'altra a favore dell'accusatore e degli esecutori in eguale porzione. Dato in Camera Apostolica il dì 1. luglio 1824.

B. card. Pacca camerlengo di S. C.
P. Marini uditore.
Gioacchino M. Farinetti segr. e cancelliere della R. C. A.

Dat. die 6. aprilis 1824. Anno I.

XXV.

Confirmatio privilegii alias concessi familiae Moreti Antuerpiensis imprimendi libros Sacrae Scripturae, missalia, breviaria, officia diurna, et parvum officium B. Mariae Virginis.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam

Ratio concessionis.

§. 1. Sacrae Scripturae librus, per quos multifariam, multisque modis loquutus Deus ea revelare dignatus est, quae seculi sapientibus erant abscondita, juxta vulgatam editionem, a concilio Tridentino pro authentica habitam atque probatam, itemque missalia, breviaria, diurna officia, parvumque officium beatae Mariae Virginis, juxta ritum ac praescriptum Sanctae Romanae Ecclesiae, accurate atque integre typis imprimi curarunt semper Romani pontifices praedecessores Nostri, et in id pastoralem omnem vigilantiam, studiumque prumpserunt. Quapropter, quum Antuerpienses impressores Moreti, Plantinianae officinae, cujus tanta celebritas est, haeredes, artis suae peritissimi, ad eam bene gerendam apprime instructi, et catholicae religionis studiosissimi ducerentur, felicis recordationis Clemens XIII. praedecessor Noster primum quidem Francisco Joanni Moreto, deinde, illo e vivis sublato, ejus filiis per literas apostolicas piscatoris annulo obsignatas die undecima septembris anno millesimo septingentesimo quinquagesimo octavo, et die secunda decembris anno millesimo septingentesimo sexagesimo octavo (quas hic pro insertis, et ad verbum expressis haberi mandamus) concessit, indulsit, ut eos libros suis formis excudere, ac proponere venales possent. Quum autem nuper dilectus filius Albertus Franciscus Hyacinthus Fridericus Moretus ad quem majorem suorum typi haereditatis jure devenerunt, quique catholicae religioni arcte se adhaerere profitetur, suppliciter a Nobis petierit, ut collatum suis majoribus eos imprimendi libros privilegium ac facultatem sibi quoque tribuamus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos beneficentia illum Nostra prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum indulti assequendi gratia absolventes et absolutum fore censentes, auctoritate apostolica concedimus et indulgemus, ut ei emendate, integre ac nitide imprimere liceat ac vendere vulgatam Sacrae Scripturae editionem, ad fidem exemplaris Romae Vaticanis typis editi, praetereaque missalia, breviaria, diurna, et officium parvum Beatae Mariae Virginis, juxta ritum ac praescriptum Sanctae Romanae Ecclesiae, et ea praesertim, quae mandata sunt a felicis recordationis Urbano VIII. praedecessore Nostro literis apostolicis piscatoris annulo obsignatis die vigesima quinta januarii anno millesimo sexcentesimo trigesimo primo, quas pariter hic relatas et excriptas haberi praecipimus. Mandamus idcirco venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, episcopis, ac dilectis filiis Nostris et apostolicae Sedis nuntiis, et aliis quibuscumque, ut illum praesenti ac studiosa defensione tueantur, neque molestiam illi quoad ea, quae concessione hac Nostra continentur, patiantur inferri, illatamque censuris, poenisque ecclesiasticis, et rationibus aliis opportunis, postposita appellatione ab illo propulsent.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Haec concedimus atque mandamus, non obstantibus sanctae memoriae Pii pp. V. praedecessoris Nostri literis datis septimo idus julii pontificatus ejus anno III, aliisque constitutionibus, et sanctionibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta aprilis millesimo

octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 9 aprilis 1824. Anno 1.

XXVI.

Ordinatio seminarii Romani, illiusque unio cum collegio Germanico.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Recolentes animo divinum illum effatum, Adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea, deque morum emendatione solliciti, nihil, Deo adjuvante, praetermittimus, quod ad rectam adolescentium institutionem pertineat, seduloque curamus, ut honestis artibus, aut literis imbuantur, praesertim autem, ut in eorum mentes mature pietas influat. Ac Romanum quidem lyceum, finitimamque amplissimam domum, olim a felicis recordationis Gregorio XIII, praedecessore Nostro fundatam, clericisque regularibus Societatis Jesu attributam, clericis iisdem restituendam decrevimus una cum adnexo templo et proxima sacra aede Caravitica, ut imitati veterum e suo coetu sodalium exempla pergant literis juventutem instituere, pietatis autem stimulis omnem aetatem, et omne genus hominum incitare. Sed quia Romani Nostri seminarii alumni jampridem in aedes Gregoriano lyceo junctas migrarunt, vetus autem illorum domus alium, nec facile nunc immutandum, conversa in usum fuit; non potuimus non paternas Nostras curas in id intendere, ut alumnis illis, praeclaram in spem succrescentibus, et e quibus ministros apprime pios, rerumque divinarum peritos, Ecclesia sibi pollicetur, aptum alibi domicilium paremus. Simul ut opportunam in disciplinam tradantur, ac ne reddituum penuria utilitates intercipiat, quas a juventute expectamus, juramenti fide divinis ministeriis addicta, alia nonnulla statuere ac decernere visum est.

Regimen seminarii clero saeculari conceditur.

§. 2. Motu igitur proprio, certa scientia, plenaque apostolica potestate sancimus atque mandamus. I. Ut seminarii Nostri Romani regimen penes saecularem Romanum clerum maneat.

Translatio seminarii in aedem collegii Germanici.

II. §. 3. Ut ejus alumni sedem mutent, et in aedem collegii olim Germanici transferantur, ita tamen, ut iis pateant etiam cubicula, quae rustici operis atrium spectant, pateat solarium, pateantque integri duo superiores ordines cubiculorum, qui sunt in finitima aede congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium bono regimini praepositorum, quorumque ordinum alter in ipsa aedificii corona fenestras habet, alter supra coronam attollitur.

Aedificii proprietas seminario conceditur.

III. §. 4. Ut haec omnis aedificatio pleni, liberi, perpetuique juris seminarii Romani habeatur, utque aditus obstruatur ad reliquas aedis partes, quibus deinceps congregatio fruetur.

Praefinitio sedis et domicilii in seminario pro vicario generali in spiritualibus summi pontificis.

IV. §. 5. Ut qui tempore quovis erit in urbe ejusque districtu Romanorum pontificum vicarius in spiritualibus generalis, is in ipso seminario sedem ac domicilium habeat.

De distributione contuberniorum pro alumnis Romanis, et Germanicis.

V. §. 6. Ut, quamdiu secus non praescribetur, alumni collegii Germanici in seminario Romano degant; cardinalis autem vicarius patroni Germanicae juventutis vices impleat. Et juventus excipietur contuberniis (italice *camerate*) a juventute seminarii Romani sejunctis; sed utrinsque nationis juvenes eadem literaria institutione, ac mensa eadem utentur.

Unio redditnum seminarii et collegii Germanici.

VI. §. 7. Ut, nisi aliquando statuetur secus, collegii Germanici redditus seminario Romano accedant, unumque in patrimonium coalescant.

Dotatio seminarii.

VII. §. 8. Ut seminarii Romani annuus census scutatorum nummorum quindecim millibus constet. Ea summa conflabitur e tribus scutatorum millibus, quae proprium annuumque seminarii vectigal sunt; e scutatorum sex millibus, quibus ad ferendas impensas adjuvatur quotannis ab aerario Nostro apostolico, aliisque sex scutatorum millibus, quae singulis annis percipiet e Germanici collegii redditibus; qui redditus, si eam summam non conficient, quod deerit, ab aerario Nostro pendetur.

De subrogatione redditnum seminarii, si obvenirent segregatio a collegio Germanico.

VIII. §. 9. Ut si aliam Germanico collegio domum aptari, illudque a seminario Romano dissociari contiget, ab aerario Nostro suppeditetur quidquid statuto seminarii patrimonio deficiet.

Jus collegio tributum creandi do-

IX. §. 10. Ut potestas sit in seminario Romano sacrae theologiae doctores creandi, co-

storesʼ in sacra theologia.

que honore juvenes afficiendi, qui consuetum ibi sacrarum disciplinarum cursum confecerint, factoque de eorum eruditione periculo, honore illo digni reperti fuerint.

Exemptio seminarii a jurisdictione parrochiali.

X. §. 11. Ut parochorum nemini in seminarium Romanum jus sit, sed e sacerdotibus qui in seminario procurationem aliquam habent, a cardinali vicario aliquis eligatur, qui omnia ac singula parochi munera diligenter obeat erga professores disciplinarum, alumnos, convictores, ministros, famulos, et alios quoslibet cardinali vicario vel seminario addictos; dummodo illi in seminario constitutum domicilium habeant, in eoque morentur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 12. Haec apostolica auctoritate constituimus, ac mandamus, decernentes insuper has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et eorum causa, quae expressa sunt, hoc, futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 13. Non obstantibus constitutionibus et sanctionibus apostolicis, ac legis fundationis praedicti seminarii, ac collegii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresso derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die nona aprilis millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

XXVII.

Dat. die 27. aprilis 1824. Anno I.

Facultas emphyteuticandi in perpetuum fundum sterilem positum in territorio Guercini de proprietate capituli ecclesiae collegiatae s. Nicolai ejusdem loci.

Venerabili fratri episcopo Alatrino.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,

salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Expositum Nobis est a dilectis filiis canonicis collegiatae ecclesiae sancti Nicolai, quae assurgit in oppido Guercini Alatrinae istius dioecesis, ad collegium suum pertinere fundum, nunc sterilem propemodum, situmque in tractu Orbici, qui Guercini territorio continetur. Quumque, ut fiat ille fructuosus, multum impensae sit sustinendum, nec collegium impensae magnae par sit, opportunum canonici censuere, illum alieni contractu emphyteusis ad tertiam generationem tradere. Facultate igitur hujus apostolicae Sedis impetrata, missus illuc est rei agrariae vir peritus, qui retulit ex illius fructibus percipi quotannis posse scutatos nummos circiter octo, minime deductis oneribus. Mox quum programmata fuissent proposita, quae incenderent studia oblatorum, eam emphyteusim pacisci volentium, fuit qui annuum canonem offerret scutatorum octo, et obulorum quinquaginta; verumtamen non habebat oblator ille, quomodo solutioni canoni, et oneribus aliis caveret, quae suscipiebat. Dilectus autem filius Claudius Milanesi cum quo contrahere tutum videtur, obtulit primo annum canonem scutatorum sex, et obulorum viginti. Deinde vero se paratum ostendit augere canonem usque ad scutatos octo, dummodo emphyteusis perpetua constituatur. Quia autem id canonici collegio suo utile futurum putant, suppliciter a Nobis postularunt, ut ad eam perpetuam emphyteusim constituendam Nostrum apostolicum assensus, veniamque largiamur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos vero oratores et dilectum filium Claudium peculiari prosequi beneficentia volentes, et a quibusvis anathematis, et interdi-

ctl, aliisque ecclesiasticis, censuris, sententiis, ac poenis quavis modo, ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum indulti assequendi gratia absolventes, et absolutos fore censentes, de consilio congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiorum, et consilio episcoporum et regularium praepositorum, tibi, venerabilis frater episcope, eas partes imponimus, atque mandamus, ut si, omnibus accurate expensis, comperies, eum contractum in evidentem collegii canonicorum utilitatem esse cessurum auctoritate Nostra apostolica oratoribus facultatem facias, contrahendi perpetuam emphyteusim super fundo de quo agitur, cum dilecto filio Claudio ejusque haeredibus et familia, constituto annuo canone scutatorum octo. Quo quidem de canone cavebis, ut liber pendatur, et habeatur praecipuus, sitque expers omnium onerum praesentium ac futurorum, quae sive rebus, sive personis imposita sunt, vel imponentur; mandabisque pro canonis solutione, et aliis emphyteutae oneribus dari ab eo fidejussionem idoneam, vel oneribus illis alium praeterea, tibi probatum, fundum subjici. Insuper curabis, ut emphyteutici fundi fines accurate demonstrentur in solemnibus tabulis, hoc de contractu per notarium exarandis, utque illis inseratur fundi ejusdem descriptio linearis, quam plantam dicunt. Denique contractum munies illis omnibus conditionibus, quas vel acta oblationis habent, vel ex consuetudine hujusmodi contractibus addi solent.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Haec concedimus atque mandamus non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV. super divisione materiarum, Pauli II, et aliorum Romanorum pontificum de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Declaratio specialis.

§. 4. Volumus autem, ut quomodocumque cessante emphyteusi praedicta illico emphyteuticus fundus cum adnexis rebus ac juribus ad collegium canonicorum revertatur; ea autem cedant solo, per quae fundus melior fuerit effectus. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima septima aprilis anno millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

XXVIII.

Dat. die 27. aprilis 1824. Anno I.

Facultas aggregandi exteras congregationes cum participatione privilegiorum pro Pia Unione canonice in urbe erecta pro nocturna adoratione sanctissimi Sacramenti Eucharistiae.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Pia christifidelium sodalitia ad pietatis et charitatis opera exercenda propensius intenta, et ea praesertim, quae in hac alma urbe Nostra canonice instituta sunt, apostolicae liberalitatis favoribus libenter cumulamus, prout in Domino expedire conspicimus.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper curarunt dilecti filii praefectus et moderatores congregationis, seu piae unionis, quae ex ecclesiasticis et saecularibus personis constat et in hac alma urbe rite prout asseritur, erecta reperitur, cujus praecipuum et voluntarium est unus orandi nocturno tempore coram sanctissimo Eucharistiae sacramento, ubi perficitur solemnis ejusdem expositio quadraginta horarum, christifideles quarumdam orbis catholici regionum fervore devotionis flagrantes in sanctissimum Eucharistiae sacramentum, et piae unionis praedictae institutum et opera commendantes, instanter petiisse, ut eidem adscriberentur, participes fieri omnium indulgentiarum, quibus pia unio praedicta urbis fuit ab apostolica hac sancta Sede abundanter ditata.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur praedictae congregationis seu piae unionis splendori, et augmento paternis studiis intendentes, ipsosque exponentes, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, congregationem seu piam unionem praedictam in archiconfraternitatem cum omnibus et singulis praerogativis, juribus, honoribus, et praeeminentiis

solitis, et consuetis, auctoritate apostolica tenore, praesentium, sine tamen cujusquam praejudicio perpetuo erigimus et instituimus, ac congregationis, seu piae unionis praedictae in archiconfraternitatem sic erectae officialibus et confratribus praesentibus, et futuris, ut ipsi alias quascumque congregationes, seu pias uniones ejusdem invocationis, et instituti extra urbem ubicumque locorum existentes, et canonice erectas, eidem archiconfraternitati, servata tamen forma constitutionis felicis recordationis Clementis pp. VIII. praedecessoris Nostri desuper editae, aggregare, illisque omnes et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, et poenitentiarum relaxationes ipsi congregationi, seu piae unioni sic in archiconfraternitatem a Nobis erectae a Sede apostolica concessas, et alias communicabiles libere ac licite possint et valeant, auctoritate et tenore praedictis itidem perpetuo concedimus et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios ut integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri, debere; ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit, praedictae congregationis etiam juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima septima aprilis anno millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

XXIX.

Dat. die 27. aprilis 1824. Anno 1.

Concessio indumentorum magis insignium pro canonicis, aliisque inservientibus ecclesiae parochiali s. Mariae a Platea nuncupatae oppidi Sarnani dioecesis Camerinensis.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Romanorum indulgentia pontificum peculiaria vestium aliquando illis tribuit, qui Deo laudes conspicuis in templis persolvunt, jamque tributa interdum auget, ac splendidioribus immutat, ut sacrorum ministri conentur extrinseco vestium nitori intrinsecum splendorem virtutum adjungere; quod votis sane omnibus est expetendum.

Expositio precum.

§. 2. Quum igitur dilecti filii, seu canonici, seu tantummodo sacerdotes, inservientes ecclesiae parochiali sanctae Mariae a Platea nuncupatae, quae assurgit in oppido Sarnani Camerinensis dioecesis, perantiqua in ecclesia, et aliarum parochiarum matre, et in oppido populoso, dotibusque praeclaris instructo, Deo cultum impendant; petierint autem a Nobis suppliciter, ut loco lanei nigri cuculli, serico rubro intus ornati, quem ex indulto felicis recordationis Pii VII. praedecessoris Nostri superpelliceo imponunt, illos vestibus aliis splendidioribus insignes esse velimus, facile exorari Nos patimur, ut illorum precibus obsequamur.

Tenor concessionis.

§. 3. Eos ergo peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quaecumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum indulti assequendi gratia, absolventes, et absolutos fore censentes, auctoritate apostolica concedimus, et indulgemus, ut, loco superpellicei, rocchettum deferant, loco autem cuculli, de quo habita est mentio, utantur lanea mozzetta colo-

ris violacei, aestivo vero tempore, serico. Haec autem insignia illis usurpare licebit in choro, in sacris supplicationibus, seu ut vocant, processionibus, et in aliis sui coetus functionibus publicis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Haec concedimus, et impertimur, decernentes has literas firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; praedictisque oratoribus, et eorum successoribus ad hujusmodi insignia gerenda hoc, futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac dictae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima aprilis millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 5. maji 1824. Anno I.

XXX.

Encyclica ad omnes patriarchas, primates, archiepiscopos, et episcopos super exaltatione ad apicem pontificatus.

Venerabilibus fratribus Patriarchis, primatibus, archiepiscopis, et episcopis.

Leo PP. XII.

Venerabiles fratres,
salutem, et apostolicam benedictionem.

Ubi primum ad summi pontificatus apicem evecti fuimus, statim cum s. Leone Magno clamare coepimus « Domine audivi auditum tuum, et timui: consideravi opera tua, et expavi. Quid enim tam insolitum, tam pavendum, quam labor fragili, sublimitas humili, dignitas non merenti? Et tamen non desperamus, neque deficimus, quia non de nobis, sed de illo praesumimus, qui operatur in nobis (1) ». Haec ille nunquam satis laudandus pontifex pro animi sui demissione; Nos pro veritate dicimus, et confitemur.

Nobis equidem erat in votis, vos quam cito alloqui, venerabiles fratres, et Nostri cordis sensus vobis aperire: vobis, inquam, qui estis corona Nostra, et gaudium; atque adeo confidimus, concreditos vobis greges vestrum quoque gaudium, et coronam esse. Verum partim apostolici muneris Nostri gravissimis curis distenti; partim, imo praecipue, quia diuturna valetudine tristati fuimus, desiderium Nostrum, heu nimium dolentes! hactenus implere nequivimus. Sed dives in misericordia Deus, qui petentibus, et cum fiducia orantibus superabundanter dona sua largitur, quique dedit velle, dat nunc et perficere. Nec vero silentium Nostrum, quo huc usque uti coacti fuimus, solamine omnino caruit. Qui enim consolatur humiles, consolatus est Nos Deus in religioso vestrae devotionis affectu, et aemulatione pro Nobis, in qua pietatem christianae unitatis apprime agnoscimus, ita ut magis gauderemus, et Deo ageremus gratias. Itaque in dilectionis Nostrae argumentum has vobis damus literas, ut majores stimulos ad vias divinorum mandatorum currendas vobis adjungamus; et ad praeliandum fortius praelia Domini. Ex quo fiet, ut de profectu Dominici gregis glorietur cura pastoris.

Non ignoratis, venerabiles fratres, quod apostolus Petrus (2) episcopos docuit hisce verbis « Pascite qui in vobis est gregem Dei providentes non coacte, sed spontanee secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie, neque ut dominantes in cleris, sed facti forma gregis ex animo ».

Hinc jam probe percipitis quaenam vobis proposita sit agendi ratio, et quibus virtutibus animum vestrum magis magisque excolere, qua uberiori scientia exornare, quosque pie-

(1) Serm. 3. de natali ipsius habit. in anniv. assumpt. suae ad summi pontificii munus *Edit. Bull.*

(2) Epist. 1. cap. 5

tatis, ac dilectionis fructus non facere solum, sed cum grege participare debeatis. Sic profecto ministerii vestri finem assequemini, sic facti forma gregis ex animo, et quibus lac, quibus escam praebentes, gregem ipsum non solum doctrina informabitis, sed etiam opere, et exemplo ad tranquillam in Christo Jesu vitam hic peragendam, et ad aeternam beatitudinem vobiscum consequendam perducetis; dicente eodem apostolorum capite » Et cum apparuerit princeps pastorum percipietis immarcescibilem gloriae coronam ».

Plura quidem vobis memorare optaremus, nonnulla tantum delibabimus, oberius subinde acturi de gravioribus, prout tristissimi hujus temporis postulat necessitas.

Quae de promovendis ad minores, et praesertim ad sacros ordines cum magna cautela, ac nonnisi rebus bene perpensis Nos apostolus docuit his verbis ad Timotheum (1). « Manos cito nemini imposueris »; quae de pastoribus ad curam animarum in vestra dioecesi constituendis, quaeque de clericorum seminariis Tridentina synodus (2) statuerit, et postea a praedecessoribus Nostris fuerint dilucidata: ita sunt vobis perspecta, ut proinde in bis diutius immorari opus non sit.

Nostis etiam, venerabiles fratres, quanti habenda, et quam exacte observanda sit personalis in vestra dioecesi residentia, ad quam vi muneris vestri obligati estis; quod praecipue patet ex pluribus conciliorum decretis, et apostolicis constitutionibus, quodque confirmatum fuit a sacrosancta Tridentina synodo (3) his verbis « Cum praecepto divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro bis sacrificium offerre, verbique divini praedicatione, sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, et in caetera munia pastoralia incumbere, quae omnia nequaquam ab iis praestari, et impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more deserunt: sacrosancta synodus eos admonet, et hortatur, ut divinorum praeceptorum memores, factique forma gregis in judicio, et veritate pascant, et regant ». Nos quoque tanti, tamque gravis muneris obligatione perculsi, et zelo gloriam Dei zelantes, eos, qui praeceptum hocce exacte implant ex animo commendamus, et eos, si qui sunt, qui hisce ecclesiasticis sanctionibus non parent (esse autem in tanto pastorum numero, etsi non mirum, dolendum tamen), per viscera misericordiae Jesu Christi admonemus, hortamur, et obsecramus, ut serio meditentur, supremum judicem ovium suarum sanguinem de manibus eorum exquisiturum, judiciumque durissimum his, qui praesunt, esse facturum.

Quae quidem formidanda sententia, ut jam plane nostis, non eos solum percellit, qui personaliter residere negligunt, vel inani aliquo praetextu eam effugere student; sed illos quoque, qui visitationis onus suscipere, atque exequi secundum canonicas praescriptiones immerito recusant. Numquam enim Tridentini decreto satisfacient, nisi personaliter ad oves accedere curent, et instar boni pastoris bonas foveant, errantes vero quaerant, et ad ovile, qua fortiter, qua suaviter clamando, et agendo, tandem aliquando perducant.

Qui vero episcopi vel residentiae, vel visitationis praeceptis non ea, qua decet, sollicitudine parere nituntur, supremi pastoris salvatoris Nostri tremendum non evadent judicium causando, haec munera se per idoneos ministros obiisse.

Ipsismet enim, non ministris, gregum suorum cura concredita est: ipsis et charismatum dona fuere promissa. Ex quo fit, ut oves proprii pastoris multo libentius, quam vicarii vocem audiant, et a proprii pastoris quam a vicarii manu salubria alimenta fiducialius, petant ac laetiori animo suscipiant, tamquam a manu Domini, cujus in episcopis suis venerantur personam; quae omnia, praeter hactenus dicta, ipsa etiam rerum magistra experientia satis superque confirmat.

Haec vobis scripsisse, venerabiles fratres, per se sufficeret, vobis, inquam, qui nec ingrati estis tacendo de donis, nec superbi praesumendo de meritis (4). Tales profecto eos decet esse, qui de virtute in virtutem ire, et progredi ardenti animo cupiunt, veterumque,

(1) Epist. 1. cap. 5.
(2) Sess. 23. cap. 18.
(3) Sess. 23. de Refor. cap. 1.
(4) S. Leo serm. 5. de nat. ipsius.

ac recentiorum sanctorum antistitum exempla aemulantes Ecclesiae hostes se profligasse, corruptosque reformasse mores in Domino glorientur: sed menti vestrae perpetuo obversetur aurea s. Leonis Magni sententia (1): Nec tam felix capitur in hoc agone victoria, ut non etiam post triumphos surgant rediviva certamina ».

Quanta vero, et quam saeva nostris hisce temporibus surrexere, et ferme quotidie surgunt adversus Catholicam religionem certamina! Quis ea recolendo, ac meditando lacrymas teneat?

Animum intendite, venerabiles fratres, « Non est parva scintilla, de qua loquitur s. Hieronymus (2), non, inquam, parva scintilla, quae pene dum cernitur non videtur: non modicum fermentum, quod res modica videtur; sed flamma quae pene totum orbem populari nititur, et maenia, urbes, latissimos saltus, regionesque consumere; sed fermentum, quod farinae conspersum totam massam pertentat corrumpere ». In hac ergo materia trepidationis apostolatus Nostri servitus omnino deficeret, nisi non dormitaret, neque obdormiret, qui custodit Israel, quique discipulis suis ait « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus us« que ad consumationem saeculi » et nisi dignaretur non solum custos ovium, sed ipsorum etiam pastor esse pastorum (3).

At, quorsum haec? Secta quaedam, vobis certe non ignota, philosophiae nomen immerito sibi usurpans inordinatas omnium propomodum errorum phalanges e cineribus excitavit. Haec siquidem blandam pietatis et liberalitatis speciem praeseferens tollerantismom (sic enim ajunt) seu indifferentismum profitetur, atque extollit non modo in rebus civilibus, de quo non est Nobis sermo, verum etiam in religionis negotio, docens, amplam unicuique libertatem a Deo factam esse, ut quae cuique secta juxta suum privatum judicium, vel opinio arriserit, eam quisque sine salutis periculo amplecti, vel adoptare valeat. Contra quam delirantium hominum impietatem sic nos monet apostolus Paulus (4). Rogo autem vos, fratres, ut observetis eos, qui dissensiones et offendicula praeter doctrinam, quam didicistis, faciunt, et declinate ab illis. Hujuscemodi enim Christo Domino Nostro non serviunt, sed suo ventri, et per dulces sermones, et benedictiones seducunt corda innocentium.

Equidem, non novus hic error, sed novo et audaciori modo nostris hisce temporibus adversus Catholicae fidei firmitatem, et integritatem debacchatur. Refert namque ex Rhodone Eusebius (5) insaniam hanc jam prolatam fuisse ab Apelle quodam secundi saeculi haeretico asserente, Non esse omnino examinandam fidem, sed unumquemque in eo, quod semel imbibisset, perstare oportere. Quippe eos, qui in crucifixo spem suam collocassent, servandos esse affirmabat, Apelles, dummodo in bonis operibus deprehenderentur, Retorius quoque, teste Augustino (6), omnes haereticos recte ambulare, et vera dicere effutiebat. Quod ita est absurdum subdit sanctus pater, ut mihi incredibile videatur. Porro Indifferentismus iste adeo percrebuisse et grassari dignoscitur, ut non solum sectas omnes, quae extra catholicam Ecclesiam sunt revelationem tamquam basim et fundamentum oratenus admittunt, sed illas etiam societates, quae, spreta divina revelatione, purum Deismum imo purum Naturalismum profitentur, illas quoque omnes recte ambulare impudenter contendat. Res absurda certe, idque jure ac merito, indifferentismus Retori s. Augustino visus est, et tamen quibusdam limitibus continebatur. At quae tollerantia ad Deismum etiam, et Naturalismum extenditur, quae antiquis quoque haereticis improbata fuit, probari ne umquam poterit ab homine ratione utente? Attamen (heu tempora! heu mendax philosophia!) ab hujusmodi pseudo-philosophis probatur, defenditur, commendatur.

Sane non defuerunt plures egregii scriptores, qui veram philosophiam professi monstrum hoc data opera conterere invictis argumentis aggressi sunt. Sed res est adeo per se evidens, impossibile esse Deum summe veracem, ipsam immo summam veritatem,

(1) Ibidem.
(2) In epist. ad Galat. lib. 3. cap. 5.
(3) S. Leo cit. serm. 5.
(4) Epist. ad Rom. cap. 16.
(5) Lib. 5. hist. eccl.
(6) De haeresibus num. 72.

optimum, ac sapientissimum provisorem, bonorumque remuneratorem sectas omnes falsa dogmata, et saepe inter se pugnantia, ac contradictoria dictantes approbare, easque profitentibus aeterna praemia largiri, ut supervacaneum sit de his plura contexere. Habemus enim firmiorem propheticum sermonem vobisque scribentes sapientiam loquimur inter perfectos; sapientiam vero non hujus saeculi, sed Dei sapientiam in mysterio, qua nempe edocemur, ac divina fide tenemus unum Dominum, unam fidem, unum baptisma, nec aliud nomen sub coelo datum esse hominibus, praeter nomen Jesu Christi Nazareni, in quo oporteat nos salvos fieri, quare profitemur, extra Ecclesiam non esse salutem.

Verum; Oh altitudo divitiarum sapientiae, et scientiae Dei! Oh incomprehensibilia judicia ejus! Deus, qui perdit sapientiam sapientum (1), Ecclesiae suae inimicos supernaturalem revelationem serpentes tradidisse videtur in reprobum sensum (2) et in mysterium illud iniquitatis, quod scriptum erat in fronte procaris faeminae de qua Joannes (3). Enimvero quae major iniquitas, quam superbos ejusmodi non solum a vera religione descivisse, sed etiam omnigeno cavillationum genere verbis, et scriptis plenis omni dolo, velle incautos irretire? Exurgat Deus, et hanc loquendi, scribendi, scriptaque vulgandi effrenem licentiam cohibeat, perdat, et ad nihilum redigat.

Quid plura? Hostium nostrorum iniquitas eo usque progreditur, ut praeter colluviem perniciosorum librorum religioni per se infestam, in religionis detrimentum vertere nitantur etiam sacras literas ad religionis ipsius aedificationem divinitus Nobis datas.

Non vos latet, venerabiles fratres, societatem quamdam dictam vulgo Biblicam, per totum orbem audacter vagari, quae spretis ss. patrum traditionibus, et contra notissimum Tridentini concilii decretum (4) in id collatis viribus, ac modis omnibus intendit, ut in vulgares linguas nationum omnium sacra vertantur, vel potius pervertantur Biblia. Ex quo valde pertimescendum est, ne sicut in aliquibus jam notis, ita et in caeteris, interpretatione perversa de evangelio Christi, hominis fiat evangelium, aut quod pejus est, diaboli (5).

Ad quem pestem avertendam praedecessores Nostri plures ediderunt constitutiones, et extremis diebus sanctae recordationis Pius VII. duo dedit brevia, alterum Ignatio archiepiscopo Gnesnensi, alterum Stanislao archiepiscopo Mohiloviensi, in quibus multa ex divinis literis, et ex traditione accurate, ac sapienter excerpta inveniuntur, ut ostendatur quantopere fidei, et moribus vaferrimum hoc inventum noxium sit.

Nos quoque pro apostolico Nostro munere hortamur vos, venerabiles fratres, ut gregem vestrum a lethiferis hisce pascuis amovere omnimode satagatis. Arguite, obsecrate, instate opportune, importune in omni patientia, et doctrina, ut fideles vestri regulis Nostrae Indicis congregationis adamussim inhaerentes sibi persuadeant, si sacra Biblia vulgari lingua passim sine discrimine permittantur, plus inde ob hominum temeritatem detrimenti quam utilitatis oriri.

Quam veritatem et experientia commonstrat, et praeter caeteros patres declaravit s. Augustinus his verbis (6). Non enim natae sunt haereses, et quaedam dogmata perversitatis illaqueantia animas et in profundum praecipitantia, nisi dum scripturae bonae intelliguntur non bene, et quod in eis non bene intelligitur, etiam temere et audacter asseritur.

En, venerabiles fratres, quo haec spectat societas, quae insuper ut impii voti fiat compos nil intentatum relinquit. Non enim tantummodo versiones suas typis edere, verum etiam per omnes urbes cursitando in vulgus per se spargere sibi plaudit. Quin imo ut alliciat simplicium animos, qua venditare curat, qua dono dare insidiosa liberalitate gestit.

Quod si quis malorum omnium, quae huc usque deploravimus, et aliorum, quae brevitatis ergò omisimus, veram originem inqui-

(1) 1. ad Cor. cap. 1.
(2) Ad Rom. 1. cap. 28.
(3) Apocalips. cap. 1. v. 5.
(4) Sess. 4. de edit. et usu sacrorum librorum.
(5) S. Hier. in cap. 1. epist. ad Galat.
(6) Tract. 18. in Joannis cap. 5.

rere velit, intelliget profecto, Ecclesiae primordiis et nunc, semper eam fuisse, et esse pertinacem contemptum auctoritatis Ecclesiae, ejus nempe Ecclesiae, quae, docente sancto Leone Magno (1), ex ordinatissima charitate in Petri Sede Petrum suscipit, et in persona Romani pontificis Petri successoris illum intelligit, illum honorat, in quo et omnium pastorum sollicitudo cum commendatarum sibi ovium custodia perseverat, et cujus dignitas etiam in indigno haerede non deficit (2). In Petro ergo (ut idem s. doctor opportune monet) omnium fortitudo munitur, et divinae gratiae ita ordinatur auxilium, ut firmitas, quae per Christum Petro tribuitur, per Petrum apostolis conferatur. Evidens autem est, hunc Ecclesiae auctoritatis contemptum opponi Christi praecepto sic apostolos, et in eorum personis successores Ecclesiae ministros alloquentis (3). Qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit, et apostoli Pauli monito (4), Ecclesia est columna et firmamentum veritatis. Quae verba respiciens Augustinus (5), Si quis (inquit) absque Ecclesia inventus fuerit, alienus erit a numero filiorum, nec habebit Deum patrem, qui noluerit Ecclesiam habere matrem.

Vos igitur, venerabiles fratres, Christi, et apostoli Pauli verba cum Augustino ob oculos vestros ponite, et frequenter meditamini, ut plebem vobis commissam doceatis quantopere veneranda sit Ecclesiae ipsius auctoritas ab ipso Deo immediate constituta. Nec animo deficiatis. Undique, fatemur cum eodem s. Augustino (6), perstrepunt circa Nos aquae illae diluvii (nempe multiplicitas variarum doctrinarum). Non sumus in ipso diluvio, sed circumdamur ab ipso diluvio, premunt nos, sed non opprimunt, urgent nos, sed non demergunt.

Iterum ergo hortamor vos, ut animo non concidatis. Aderit vobis, certe in Domino confidimus, saecularium principum potestas, quorum causa, teste non solum ratione, sed etiam experientia, agitur, cum causa agitur auctoritatis Ecclesiae; numquam enim fieri potest, ut reddantur quae sunt Caesaris Caesari, nisi reddantur quae sunt Dei Deo. Aderit quoque, ut cum s. Leone loquamur, servitutis Nostrae erga vos omnes officium. In angustiis, in dubiis, in omni vestra necessitate ad hanc Sedem apostolicam confugite. Deus enim in cathedra unitatis (ut s. Augustinus loquitur (7), doctrinam posuit veritatis.

Postremo obsecramus vos per misericordiam Domini. Juvate Nos votis, et precibus Deo fusis, ut et Spiritus gratiae in nobis maneat, et judicia vestra non fluctuent: praestet in commune Nobis pacis bonum, qui vobis unanimitatis studium infudit, ut omnibus diebus vitae Nostrae in omnipotentis Dei servitium, et ad vestra parati obsequia cum fiducia possimus Dominum deprecari « Pater sancte, conserva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi » (8). In cujus fiduciam, et amoris Nostri pignus apostolicam benedictionem vobis, et vestro gregi ex toto corde impertimur. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem die quinta maji millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

XXXI.

Dat. die 11. maji 1824. Anno I.

Derogatio dispositionis clar. mem. cardinalis de Petro super erectione novorum quatuor canonicatuum in ecclesia cathedrali Albanensi.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Quoniam extrema prioribus plerumque respondent, justorumque virorum e corporeis vinculis exitus consonat vitae anteactae, hinc non est mirandum si, morte appropinquante, de rebus suis statuens bonae memoriae Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Michael de Petro nuncupatus, quidquid ferme relinque- Exponitur quae fuerit pii cardinalis dispositio.

(1) S. Leo serm. 2. de nat. ejusd.
(2) S. Leo serm. 3. super. eodem.
(3) S. Luca cap. 10.
(4) I. ad Tim. cap. 3.
(5) Lib. 4. de Symb. ad catech. cap. 13.

(6) Enarrat. 2. in psalm. 31.
(7) Epist. 105. ad Donatist. Alias 166.
(8) S. Leo serm. 4. de nat. ipsius. Et Joann. evang. cap. 17.

bat in pia opera erogari mandavit, quum is integro vitae cursu spectatae doctrinae, morumque integritati, invictaeque in Ecclesiae aerumnis constantiae, qua pugnavit praelia Domini fortissimus miles, flagrantissimum studium divini cultus, publicaeque utilitatis suis opibus promovendae conjunxerit. Neque vero qui Albani episcopatum gesserat, eaque in urbe lucem hauserat, oblivisci potuit supremo vitae tempore illius seminarium, sui ecclesiam episcopali cathedra insignem, sed seminario quinquies mille scutatos nummos legavit, totidemque templo cathedrali, ut collegium ibi psallentium canonicorum quatuor canonicis augeretur. Eos autem nominari voluit a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium fidei propagandae praepositorum, quam sibi haeredem instituit, eorumque canonicorum singulis onus imposuit pro expiatione animae suae semel mense quolibet sacrificandi. Quae quum cardinalis pientissimus statuerat, sciretque canonicatus duodecim jam antea ibi constitutos nimis tenui praebenda asse instructos, conquerebatur cum venerabili fratre episcopo Iconiensi, quem haeredem fiduciarium, et haereditatis administratorem relinquebat, quemque habuit semper suorum consiliorum, et illustrium pro re christiana laborum participem, nihil commodi a se in collegium canonicorum Albanensium profisciscì. Noverat enim, additis a se eorum collegio canonicis quatuor, nullum inopiae veterum canonicatuum levamentum afferri; hoc autem ab ipso canonicos expectasse; hoc votis omnibus efflagitasse; ablegata prorsus cura de collegarum numero augendo. Sed quamvis ille veteribus canonicis Albanensis cathedralis ecclesiae consultum cuperet, eorumque redditus ampliores fieri; tamen, ut aliis plurimis gratificaretur, ac ne attenuaret nimis suam haereditatem, quam congregationis Fidei Propagandae traditam voluit, eos canonicos coactus est in suprema suae voluntatis significatione doni expertes dimittere.

Ratio decernendae commutationis voluntatis.

§. 2. Agendum igitur erat ex illius praescripto de erectione novorum canonicatuum quatuor in cathedrali Albanensi ecclesia, sed incidit id in plures, ac maximi momenti difficultates, quibus tollendis ita felicis recordationis Pius VII, praedecessor Noster manus admovit, ut aliquid quoad negotium hujusmodi de voluntate pii cardinalis immutaretur, aliquid inconcussum esset, ac ratum, simulque canonici Albanenses, qui primae erectionis dicuntur, haud prorsus carerent benevolentiae fructu, qua illos optimus olim Albanensium pastor prosequebatur. Quum autem a Nobis canonici praedicti suppliciter postularint, ut praedecessoris Nostri consilia ad exitum perducamus et Nostrarum litterarum ope confirmemus.

Tenor derogationis.

§. 3. Nos illa probantes et confirmantes, canonicosque oratores a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, quoniam, inspecto ambitu chori in quo canonici ecclesiae cathedralis Albanensis sedent, compertum est, sine magna ac sumptuosa veterum murorum demolitione, novorumque extructione, quae formam ac descriptionem totius aedificii perturbet, alios in eo canonicos subsellium obtinere non posse; insuper quia a collegio canonicorum utendum est ad Dei cultum opera sacerdotum inferiorum, ac, novis canonicatibus institutis, illi ipsi sacerdotes canonicorum adjutores evehendi ad canonicatum forent; nec facile daretur alios reperire, qui inferiora ministeria susciperent, ac praeterea quia ad derogandum aliqua ex parte voluntati cardinalis testatoris allatae sunt huic apostolicae Sedi probabiles aliae gravesque rationes; accedente consensu tum congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis fidei propagandae praepositorum, tum venerabilis fratris Nostri Petri Francisci Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Galleffi nuncupati, episcopi Albanensis, auctoritate apostolica mandamus ac constituimus, ut canonicorum illius cathedralis ecclesiae minime augeatur numerus, sed pergat esse duodenarius. Scutatos autem nummos quinquies mille, a cardinali attributos fundationi novorum in ea ecclesia canonicatuum quatuor, coalescere volumus cum patrimonio, seu praebendis canonicatuum, qui prima erectione in eadem cathedrali ecclesia constituti sunt; ita tamen ut percipiendi ex ea summa redditus a canonicis illis primae erectionis seorsum a reliquis collegii bonis administrentur, et peculiarem in arcam inferantur.

Canonicis vero, qui redditus illos percipient, inhaerebit onus sacrificiorum, quae ad expiandam animam suam quater in mense cardinalis fieri mandavit; idque onus quolibet mense ab uno canonicorum in alium transibit, ordinemque conficiet. Praeterea mandamus atque praecipimus, ut qui duo ex canonicis primae erectionis eam praebendam serius adepti sunt, nempe dilecti filii canonici Aloisius Velletrani, ac Petrus Antonius Scalchi, missis juris solemnitatibus, ac quin novis apostolicis literis indigeant, canonici vocentur « fundationis cardinalis de Petro » utque idem nomen perpetuo eorum successoribus maneat. Quos quidem eorum successores, quum canonicatus illos quavis de causa vacare continget, congregationi venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis fidei propagandae praepositorum nominare jus erit.

Clausola sublata, et decretum irritans. §. 4. Haec sancimus atque mandamus, decernentes insuper has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et oblinere, et eorum causa quae praescripta sunt, hoc, futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstante declarata a venerabili fratre episcopo Iconiensi ultima voluntate bonae memoriae cardinalis de Petro, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die undecima maji millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 11. maji 1824. Anno I.

XXXII.

Concessio magis insignium indumentorum pro mansionariis ecclesiae metropolitanae Firmanae.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum. §. 1. Quum dilecti filii dignitas, et canonici ecclesiae cathedralis Firmanae ab indulgentia fel. rec. Pii VII. praedecessoris Nostri peculiares tulerint, eosdemque honorificentissimos vestium ornatus, ut eorum aliquos in sacro ministerio, aliquos extra illud adhibeant; visum est dilectis filiis praebendatis, ut vocantur, ac mansionariis, qui eodem in templo cultui divino famulantur, ab omni esse arrogantia alienum, immo dignitati ecclesiae, cui inserviunt, esse consentaneum ab apostolica hac Sede precibus petere, ut sibi etiam peculiaria vestium ornamenta deferantur. Quia vero non est inficiandum recto ordini ac rationi congruere, ut qui addicti sunt templo totius dioecesis principi, quodque archiepiscopali cathedra nobilitatur, honorifica aliqua nota secernantur a clericis ejusdem dioecesis, qui tam illustre ad munus non sunt admoti, facile exorari Nos patimur, ut eorum precibus obsecundemus.

§. 2. Nos igitur peculiari illos beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, auctoritate apostolica concedimus, et indulgemus, ut praebendati ac mansionarii, quos vocant, cathedralis Firmane ecclesiae induant aestatis tempore, minime ad brachia descendens, sed manicis carens, rocchettum, eique cottam imponant; quovis vero tempore latus suum serica nigra fascia praecingant, ex qua concolores flocci dependeant. Ne autem extra sacra ministeria peculiare honestamentum desiderent, id quoque oratoribus tribuimus, ut galero circumdent sericam nigri coloris vittam, vulgari sermone appellatam « Nastro » cujus extremae partes concolori flocco claudantur. Tenor concessionis.

§. 3. Haec concedimus et indulgemus, decernentes has literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, praedictisque oratoribus, et eorum successoribus ad gerenda ornamenta, de quibus habita est mentio, hoc futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus fel. rec. Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die decima quarta maji, millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 14. maji 1824. Anno I.

XXXIII.

Concessio magis insignium indumentorum pro canonicis ecclesiae Sancti Spiritus Juvenatii Melphitensis dioecesis.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Saepenumero Romani pontifices eos, qui Deo laudes conspicuis in templis persolvunt, peculiaribus vestium ornamentis decorant, jamque collata illis ornamenta augent, ut sacrorum ministri conentur (quod votis sane omnibus est expetendum) extrinseco amictus splendori virtutum ecclesiastico viro dignarum intrinsecum nitorem adjungere.

Expositio precum. §. 2. Quum igitur dilecti filii praepositus, atque canonici, qui in collegiata ecclesia forsitan insigni, Sancti Spiritus urbis Juvenatii Melphitensis dioecesis divino cultui dant operam, a fel. rec. Bonifacio IX. praedecessore Nostro, cui originem collegii sui debent, privilegium tulerint gestandi per hyemem e pellibus mixti coloris almutiam, aestatis vero tempore sericam violacei coloris mozzettam, quae cottae imponantur; petierint autem a Nobis suppliciter magis honorificis insignibus exornari; haud gravate eorum votis ac precibus obsecundamus.

Tenor concessionis. §. 3. Illus ergo peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo, ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum indulti assequendi gratia, absolventes, et absolutos fore censentes, auctoritate apostolica concedimus et indulgemus, ut praepositus, atque canonici collegiatae illius ecclesiae loco superpellicei, seu cottae, integro anni cursu rocchettum deferant, cui tempore hyemali mozzetta e pellibus mixti coloris sit imposita, utque aestatis tempore extremas oras sericae violaceae mozzettae armellini pellibus decorent. Haec autem insignia illis usurpare licebit in choro, in sacris supplicationibus, in conventibus, seu, ut dici solet, capitulis, quum deliberationis causa coguntur, in aliisque collegii sui functionibus publicis.

Reservatio specialis. §. 4. Caeterum hac concessione praeposito, et canonicis collegiatae ecclesiae Sancti Spiritus nullam praerogativam tributam volumus, quae canonicorum ecclesiae olim cathedralis Juvenatii juribus officiat, eosque de primo gradu dejiciat; neque praepositum vel canonicos collegiatae ecclesiae Sancti Spiritus ab onere ullo exemptos volumus, quod antea sustinuerint.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 5. Haec concedimus atque mandamus, decernentes has literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, praedictisque praeposito, et canonicis, eorumque successoribus ad ea insignia gerenda hoc, futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 6. Non obstantibus fel. rec. Benedicti XIV super divisione materiarum, aliisque apostolicis, atque in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae, apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die decima quarta maji, millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 17. maji 1824. Anno I.

XXXIV.

Redintegratio Societatis Jesu ad exercitium instituendi juventutem literis et moribus.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Cum multa in urbe hac Nostra fuerint a summis pontificibus providentissime constituta, quae ad salutem et commodum christiani populi maxime pertineant, eminet certe inter ea Romanum collegium, quod religioni ac bonis artibus tradendis ex felicis recordationis Gregorii pp. XIII. liberalitate, molitione ingenti, ac magnificentissima extructum insignia semper impensae sollicitudinis, paternaeque dilectionis testimonia a praedecessoribus Nostris omni aetate est promeritum. Mirum quippe est, atque in ipsius decus honestissima commemoratione percensendum, quinam ad haec usque tempora ex concluso illo horto fructus assidue promanarint virtutis et honestatis, viri nimirum clarissimi, qui morum sanctitate, dignitatem splendore, ac doctrinae laude praestantes ex eo artium optimarum domicilio in rei et sacrae, et publicae utilitatem praefulsere. Hoc porro collegium, quod sanctus Ignatius Loyola primitos instituerat, clericis regularibus conditae ab ipso Societatis Jesu commendarunt Romani pontifices, eamque procurationem, quamdiu Societas stetit, feliciter ab iisdem, prout subinde a clero saeculari gestam fuisse compertum est.

Ratio concessionis. §. 2. Cum vero nutu felicis recordationis Pii VII. praedecessoris Nostri per apostolicas literas datas septimo idus augusti anno millesimo octingentesimo decimo quarto Societas Jesu in pristinam dignitatem restituta fuerit, ex illa potissimum causa, ut juventutem et literis, et moribus instituendam susciperet; Nos, qui probe noveramus ejusdem Pii pontificis sententiam de Societate Jesu in collegium Romanum revocanda, deliberandum illico de ea re censuimus, audita selecta venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium congregatione, quibus gravissimum de recta juventutis institutione post teterrimam temporum asperitatem in universa ditione Nostra felicius, aptiusque ordinanda negotium demandavimus, quam quidem unam esse, et expeditissimam emendandi generis humani rationem, conspicimus.

Tenor concessionis. §. 3. Quare de certa scientia, et matura deliberatione Nostris, et apostolicae potestatis plenitudine per hasce literas dilectis filiis clericis regularibus Societatis Jesu, et eorum nomine dilecto filio Aloisio Forti generali ejusdem praeposito perpetuum in modum collegium Romanum cum ecclesia sancti Ignatii, et continenti oratorio, quod a patre Caravita nuncupant, nec non cum musaeis, bibliotheca, et speculari turri, aliisque adnexis, et pertinentibus concedimus, assignamus, et attribuimus, ea lege, ut ipsi publicas ibidem ex veteri more, prout anno millesimo septingentesimo septuagesimo tertio invisebatur, scholas habeant, quibus adjiciendas jubemus cathedras Eloquentiae Sacrae, et Physicae Chimicae.

Monitum ad patres ejusdem Societatis. §. 4. Ipsis autem tenore praesentium committimus, ut pro religionis studio, quo teneri eos decet, atque ex Societatis instituto, que se in animarum salutem manciparunt, nedum ad pueros, et adolescentes piis, ac liberalibus disciplinis accuratissime imbuendos operam, et industriam quam maximam connitantur impendere, sed et ad eos curatione sacrorum statis in congregationibus juvandos incumbant, nec non ad caeteros etiam christifideles in memorato oratorio, ut pridem in more habebant, excolendos praesto sint.

Dotatio collegii. §. 5. Annuum idcirco censum scutorum duodecim millium monetae Romanae integrum, atque ab omni prorsus onere liberum, scutorum scilicet mille in singulos menses a proxime futuro octobri numerandos ex Nostri fisci aerario iisdem perpetuo persolvendum mandamus, quo et in sodalium victum, cultumque, et in fabricae, sacrarumque aedium tuitionem, et in quaslibet collegii necessitates esse consulendum edicimus. Jura porro, ac privilegia collegii Romani, illaque praesertim, quibus ex Julii III., et Pii IV. auctoritate lauream in artibus et in sacrae theologiae facultate impertiri, pariterque congregationi Annuntiationis B. Mariae virginis Primae-Primariae nuncupatae aggregare datum est, integre perstare decernimus. Jubemus autem, ut iis quibus par est temporibus, astronomicas observationes, et alia in rei literariae utilitatem edant, publicentque.

Praeceptum de tradendo collegio, ecclesia, oratorio, et adnexis praes- §. 6. Quibus ita dispositis ven. fratri Nostro Bartholomaeo episcopo Portuensi et s. Rufinae S. R. E. cardinali Pacca nuncupato, ejusdem S. R. E. camerario vigore praesen-

posito generali. tium committimus, ut praedicto mense octobri ineunte collegium ipsum cum ecclesia, et oratorio, ac omnibus ad illa spectantibus eidem praeposito generali, seu alteri ab eo delegato tradi faciat legitimo jure, ut insequenti mense novembri scholae universae sub Virginis Genitricis, aliorumque coelitum sanctorum auspiciis ex pristino instituto, aliisque pro temporum ratione praestitutis legibus iterum pateant.

Concessio regiminis alterius collegii erigendi pro educatione alumnorum nobilium. §. 7. Cum autem decreverimus insuper collegium nobilibus alumnis educandis, erudiendisque in opportunis peculiaribus aedibus infra sex menses proximos omnino statuendis, assignandis, et tradendis constituere, ubi primum cuncta in id operis necessaria in promptu sint, illius quoque collegii regimen, per eosdem clericos regulares Societatis Jesu assumi, ac geri volumus, quin aliud ab ipsis ex hujusce procurationis causa possit exquiri. Suburbanas idcirco aedes in pomerio Tiburtino, pro veteri nobilium collegio olim extructas, tradendas interim ipsis sodalibus sancimus, ut feliciori coelo per autumnales praesertim ferias rusticari ibidem memoratis nobilibus alumnis commodum sit.

Preces Deo porrectae profusuris superiorentis. §. 8. Humili demum multaque prece a patre luminum exposcimus, ut Nostris hisce votis, conatibusque adsit ipse volens propitius, et illam imprimis mentem iis injiciat, quos in negotiosam hanc, ac perdifficilem provinciam advocavimus, ut animo magno, ac lubenti impositum munus sustineant, gloriam cogitantes, qua ex Dei monitu fulgebunt quasi stellae in perpetuas aeternitates, cum ad justitiam erudierint multos. Dono insimul suae gratiae ipse, a quo est omne bonum, dociles efficiat, ac mansuetos ingenio adolescentes discipulos, ut bonitatem, disciplinam, ac scientiam apprime edocti floreant in spem optimam laetiora in dies sanctae huic Sedi et reipublicae adlaturi, quibus uberrimos fructus, ex belle peracto studiorum curriculo sese suscepisse gratulentur.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 9. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, dictisque clericis regularibus plenissime suffragari, ac ab omnibus ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sedis apostolicae nuncios, ac S. R. E. cardinales, etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri, debere, ac irritum et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti collegii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboralis statutis, et consuetudinibus; quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica expressa et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimeretur, et insererelur praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. *Derogatio contrariorum.*

§. 11. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prursus fides in judicio, et extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima septima maji millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo. *Fides habenda transumptis.*

XXXV.

Dat. die 24. maji 1824. Anno I.

Allocutio habita in consistorio secreto die vigesima quarta maji millesimo octingentesimo vigesimo quarto.

Venerabiles fratres.

Qui vertentem annum insequetur, annus erit acceptabilis, annus salutis, in quo coelestium gratiarum fontes uberrimi a Nobis, si datori honorum ita placuerit, aperientur, Su-

blatae enim de medio sunt asperrimae illae temporum difficultates, quae Pium VII. fel. record. praedecessorem Nostrum ab indicendo recurrentis tum anni sancti Jubilaeo prohibuerunt. Nunc omnipotenti Deo summorum principum consiliis, atque armis adspirante, quoniam pax Europae restituta est, non modo nihil Nostris, bonorumque omnium votis obsistit, sed omnia Nos adhortantur, ut saluberrimum majorum Nostrorum institutum sequamur, qui celebrandam ab Ecclesia statuerunt quinto et vigesimo quoque anno Jubilaei omnium maximi solemnitatem. Nos igitur quos ad supremum Ecclesiae regimen plane immerentes Deus imperscrutabili judicio vocavit, de imminente anni Sancti adventu fideles per universum terrarum orbem diffusos monere decrevimus, eosdemque vehementer hortari, ut ad almam urbem Nostram convenire, et spiritualium indulgentiarum thesauris, quos hic liberalissime reseratos invenient uti, ac ditescere velint. Profecto nemo sapiens inficiabitur quas haud ita pridem passi sumus calamitates, eas ex religionis contemptu, neglectuque, ex depravatis hominum, quos nulla religio coercebat, moribus magnam partem ortas esse, omnique proinde vi contendum, ut collapsa religio erigatur, clades eidem illatae reparentur, humanarum residant impetus cupiditatum, redeant aliquando praevaricantes ad cor, morum innocentia et integritas ubique reviviscat. Ad haec autem bona facilius, et plenius consequenda, quantum universalis Jubilaei celebratio conferat, ex ipso anni Sancti nomine luculenter apparet. In toto enim ejus cursu piae peregrinationes suscipiuntur ad hanc Ecclesiae petram, ex qua fluenta manant aquarum salientium in vitam aeternam, frequentior, sanctior, fructuosior sacramentorum est usus, evangelicae charitatis opera, hospitalitatis praesertim erga advenas crebrius, at splendidius exercentur, sacris sermonibus, perpetuisque christianarum virtutum exemplis boni ad omnem pietatem magis, ac magis incenduntur, acriores ad resipiscendum stimuli sceleratis hominibus admoventur. Tam suaves anni Sancti fructus cum animo, et cogitatione complectimur, levius quodammodo fieri sentimus apostolatus Nostri onus, et Jesum Christum redemptorem Nostrum totis animi viribus obsecramus, ut spem Nostram non confundat, sed uberrimis misericordiarum suarum donis irroret, et foecundet. Antequam vero imploratam tot, ac tantorum ejus munerum abundantiam super omnes fideles per Jubilaeum effundendam, universae Ecclesiae significemus, vos alloqui, venerabiles fratres, voluimus, ut quae ad anni Sancti celebrationem decentius, at sanctius renovandam providenda erunt, una inquiramus, iisque diligenter, et impigre operemur. Ad Nos quod attinet, refici jam, sicubi opus erit, ac muniri publicas vias jussimus, omniaque diligenter curari, quae pium iter ad urbem suscipientium commodo, et securitati conducant. Quoniam vero diligimus, ut par est, decorem domus Dei, et locum habitationis gloriae ejus, et probe Nobis compertum est quantum templorum dignitas, ornatus, munditities ad excitandam religionem, alendamque pietatem valeant, idcirco sacrosanctas, et patriarchales urbis basilicas perlustrari mandavimus, ac sedulo inspici, ut si quid injuria temporum corruptum sit, aut squalere obsitum, cito restauretur, et expoliatur. Non dubitamus autem, quin vos, venerabiles fratres, desideriis, studiisque Nostris plana sitis obsecundaturi, providendo, ut ecclesiae, quae vobis in titulum traditae sunt, vel quarum archipresbyteri, aut patroni estis, cultum eas invisentibus exhibeant, qualem praeseferre debent sacrae aedes ejus urbis, quae summorum Ecclesiae pontificum Sedes est, et in qua religionis majestatem, splendorem, decus elucere majorem in modum oportet. Ceteris vero omnibus ad quos ecclesiarum, nosocomiorum, piorumque hospitiorum cura quoquo modo pertinet praecepimus, ut exemplum Nostrum, quantum in ipsis est imitati ad id, quod magnopere cupimus, praestandum operam suam alacriter, prompteque conferent. Ut haec tamen vota Nostra certius expleantur, venerabili fratri Laurentio patriarchae Antiocheno, et apostolicae Visitationis secretario edixinus, ut memorata loca ordinatim visitet, Nosque de iis omnibus, quae facto opus erunt, faciat sine mora certiores.

Si vero iis omnibus, quae exteriorem religionis cultum respiciunt, sedulam Nos, et solertem operam navamus: quanto magis habenda Nobis est ratio illarum rerum, sine quibus Jubilaei celebratio si minus damnosa, vana certe, planeque inutilis accideret? Neque

enim fieri potest, ut qui pravis affectibus inquinantur, quos peccasse non poenitet, quos nullum admissa sua confitendi, corrigendique desiderium tenet, salutares Jubilaei fructus ullo modo percipiant. Ad animas itaque a vitiorum coeno eruendas, dirigendasque in viam salutis aeternae, intendendus in primis animus Nobis est. Quoniam vero praeclara spectabilium virorum exempla magnum habere pondus apud omnes solent, futurum non ambigimus, venerabiles fratres, ut toto Jubilaei tempore virtutes vestrae solito clarius eluceant. In Nos enim praecipue, ac vos conversi peregrinorum oculi erunt, Nostram, vestramque vivendi, agendique rationem avide scrutabuntur, nec deerunt qui in adversaria sua referant quae in utramque partem de Nobis, vobisque resciverint. Contendendum igitur omni ope Nobis est, non solum ut incolis, advenisque offensioni nullo modo non simus, sed gravitate, innocentia, sanctimonia vitae praebeamus nosmetipsos, ut Paulus ait, exemplum bonorum operum, et quosdam veluti aculeos ipsis ad christiane vivendum subjiciamus. Hoc pacto os loquentium iniqua obstruemus, dignitatis Nostrae gradum tuebimur, nomen et gloriam amplificabimus.

Volumus autem, ut uberrimis proximi Jubilaei bonis ii quoque fruantur, quos, nondum plene solnta delictorum poena, mors intercepit. Omnibus itaque facultatem dabimus, omnes impense monebimus, ut indulgentiis, quas lucrati fuerint, defunctis subveniant, quos purgatorius ignis urit, et emundat. Sancta enim, et salubris est cogitatio pro defunctis orare. Ut praeclarum hujus erga mortuos christianae pietatis exemplum suppeditemus, solemnes exequias die vobis indicenda celebrabimus regi Victorio Emmanueli, qui praestantissima Sabaudicae domus decora virtutum suarum splendore amplificavit. Consilium hoc Nostrum plane confidimus, venerabiles fratres, vos esse unanimi voce laudaturos. Rex enim Victorius Emmanuel catholicam religionem studiosissime coluit, moribus integerrimis fuit, Sedi apostolicae firmissime adhaesit, summum pontificem Pium VII. singulari amore prosequutus, ei dum Savonensi Deiparae signo ubique gentium celeberrimo auream coronam imponeret, adesse voluit, ipsum Augustae praesertim Taurinorum munificentissime excepit, omni devotionis, obsequii, regiae liberalitatis officio complexus est, ut idem immortalis memoriae pontifex Romam redux in consistorio die decima junii anni millesimi octingentesimi decimi quinti habitu amantissimis verbis declaravit.

XXXVI.

Dat. die 24. maji 1824. Anno I.

Indictio universalis Jubilaei anni Sancti millesimi octingentesimi vigesimi quinti.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Universis Christifidelibus praesentes literas inspecturis, salutem et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Quod hoc ineunte saeculo ex teterrima temporum asperitate omissum lamentabamur, id tandem, faciente Domino miserationes suas, prope jam esse, ut ex more, institutoque majorum feliciter peragatur, datum est humilitati Nostrae denunciare vobis cum gaudio. Adstat nimirum annus ille auspicatissimus, summaque religione venerandus, quo ad hanc almam urbem Nostram, et beati Petri Sedem ex toto orbe concurritur, et universis fidelibus ad pietatis officia excitatis, cumulatissima quaeque reconciliationis, et gratiae praesidia in animarum salutem proponuntur. Hoc quippe anno, quod vere tempus acceptabile, ac salutis appellames, praeclaram occasionem datam gratulamur, ut post miserandam malorum congeriem, quae ingemnimus, salutari totius christiani populi expiatione omnia in Christo instaurare contenderemus. Decrevimus idcirco pro tradita Nobis divinitus auctoritate coelestem illum thesaurum latissime reserare, quem ex Christi Domini, ejusque Virginis matris, omniumque sanctorum meritis, passionibus, ac virtutibus comparatum auctor salutis humanae dispensationi Nostrae concredidit. Qua quidem in re magnificare Nos decet abundantes divinae clementiae divitias, quibus praeveniens Nos Christus in benedictionibus dulcedinis infinitam suorum meritorum vim ita voluit in sui mystici corporis partes diffundi, ut ipsae etiam mutua inter se opera, ac saluberrima utilitatum conjunctione ex fidei, quae per charitatem operatur, unitate invicem juventur, immensoque Dominici san-

guinis pretio et ob ipsius causam, ac virtutem meritis etiam, et suffragatione sanctorum remissionem lucrentur temporalis poenae, quam non totam semper, ut in baptismo fit, dimitti per poenitentiae sacramentum Tridentini patres docuerunt.

Ratio indicendi Jubilaeum.

§. 2. Audiat itaque terra verba oris Nostri, clangoremque sacerdotalis buccinae sacrum Jubilaeum populo Dei personantis, universus orbis laetus excipiat. Annum expiationis, et veniae, redemptionis, et gratiae, remissionis, et indulgentiae advenisse inclamamus, in quo longe sacratiori ratione in spiritualium bonorum cumulum per eum, per quem et gratia, et veritas facta est, illa novimus renovari, quae jam anno quolibet quinquagesimo apud Judaicum populum lex vetus nuncio futurorum invexerat. Si enim divendita praedia, et quae alieni juris effecta fuerant bona, anno illo salutari vindicabantur, nunc virtutes, et merita, et dona, quibus peccando exuimur, ex infinita Dei liberalitate recipimus. Si humanae tunc servitutis jura cessabant, acerbissimo in praesens diabolici dominatus jugo depulso, in libertatem evocamur filiorum Dei, in eam nimirum, qua donavit Nos Christus. Si demum ex legis praescripto pecuniae credita debitoribus condonabantur, ipsique nexu quolibet erant soluti, graviori Nos debito peccatorum absolvimur, poenisque ipsorum divina miserationu subducimur.

Solemnis ejusdem indictio.

§. 3. Tot itaque, tantaque haec animarum lucra votis adproperantes, fidentique animo per viscera misericordiae suae abs largitore bonorum omnium Deo adprecati, quod praestituti temporis ratio postulat, ac pia Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum admonent instituta, illorum vestigiis inhaerentes, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium assensu, universale, maximumque Jubilaeum in hac sacra urbe a primis vesperis vigiliae nativitatis sanctissimi Salvatoris Nostri Jesu Christi proxime futurae inchoandum, et integro anno millesimo octingentesimo vigesimo quinto duraturum, auctoritate Dei omnipotentis, ac beatorum apostolorum Petri et Pauli, et Nostra, ad ipsius Dei gloriam, Catholicae Ecclesiae exaltationem, et totius christiani populi sanctificationem indicimus, et promulgamus. Quo quidem Jubilaei anno durante omnibus utriusque sexus christifidelibus vero poenitentibus, et confessis, sacraque communione refectis, qui beatorum Petri et Pauli, nec non sancti Joannis Lateranensis, et sanctae Mariae Majoris de urbe basilicas semel saltem in die, per triginta continuos, aut interpolatos dies sive naturales, sive etiam ecclesiasticos, nimirum a primis vesperis unius diei usque ad integrum ipsius subsequentis diei vespertinum crepusculum computandos, si Romani, vel incolae urbis, si vero peregrini, aut alias externi fuerint, per quindecim saltem hujusmodi dies, devote visitaverint, et pro Sanctae Ecclesiae exaltatione, haeresum extirpatione, catholicorum principum concordia, et christiani populi salute, et tranquillitate, pias ad Deum preces effuderint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, remissionem, et veniam misericorditer in Domino concedimus, et impertimur.

Consulitur eis qui ad urbem pervenire nequiverint.

§. 4. Et quoniam evenire potest, ut ex iis, qui hac de causa iter aggressi fuerint, vel ad urbem se contulerint, aliqui in via, aut etiam in ipsa urbe, morbo, vel alia legitima causa detenti, aut morte praeventi, praefinito dierum numero non completo ac ne fortasse quidem inchoato, praemissa exequi, et dictas basilicas visitare nequeant; Nos piae, promptaeque illorum voluntati, quantum in Domino possumus, benigne favere cupientes, eosdem vero poenitentes, et confessos, ac sacra communione refectos, praedictae indulgentiae, et remissionis participes perinde fieri volumus, ac si dictas basilicas diebus a Nobis praescriptis reipsa visitassent, ut praefatis necessitatibus impediti, desiderii sui effectum, dono Sancti Spiritus consequantur.

Hortantur christifideles ne quavis de causa Romanam peregrinationem avertant.

§. 5. Haec, filii, paterno vobis affectu annunciamus, ut qui laboratis, et onerati estis, eo convoletis, ubi reficiendos vos fore certo scitis. Neque enim ad salutares opes petendas ex aeternis illis divinae gratiae aerariis, quae sanctissima, atque indulgentissima aperit mater Ecclesia, segnes fas est esse, ac socordes, quando tanto intenditur studio terrenis divitiis comparandis, quas et tinea corrumpit, et demolitur aerugo. Cum vero ingens vel a priscis temporibus, et adsiduus hominum omnis ordinis concursus, diuturnis licet, infestisque itineribus, ex toto, qua late patet, orbe terrarum, invaluerit ad princeps hoc artium bonarum domicilium invisendum, quod et aedium magnificentia, et loci majestate, et monumen-

torum pulchritudine suspiciunt pene ad prodigium effulgere; turpe equidem foret, maximeque ab studio aeternae beatitudinis alienum, vel difficultatem viarum, vel fortunarum discrimina, vel alias id genus causss ad Romanam peregrinationem avertendam pertexere. Est est, dilecti filii, quod graviora quaelibet incommoda cumulatissime compenset: imo haud certe condignae erunt, si quae fortassis occurrant, passiones ad futurae gloriae pondus, quod parata in animarum bonùm subsidia, Deo juvante, operabuntur in vobis. Fructus enim poenitentiae uberrimos inde metetis, quibus et corporis castigationem ex molestorum actuum diuturnitate offeratis Deo, et praefinita ex indulgentiarum legibus opera sancte praestetis, et ad susceptam, constantemque de vindicandis, propulsandisque criminibus voluntatem novum hunc cumulum adjiciatis.

Memorentur quae in sancta civitate conferent ad fidem, et charitatem fidelium excitandam.

§. 6. Ascendite itaque arcincti renes in sanctam hanc Hierusalem, sacerdotalem, regiamque civitatem, quae per sacram beati Petri sedem caput orbis effecta latius praesidere conspicitur religione divina, quam dominatione terrena. « Haec quidem urbs est, inquiebat s. Carolus populares suos ad Romanum iter per annum sacrum adhortans, haec urbs est, cujus tellus, muri, arae, ecclesiae, martyrum sepulcra, et quidquid oculis obversatur, sacrum quid animis ingerit, ut ii experiuntur, ac sentiunt, qui rite comparati sacros illos recessus invisunt. » Pensate enim, quantopere ad fidem, et charitatem in spectantium animis excitandam conferat, vetusta illa loca circumire, quibus mirifice commendatur religionis majestas: tum statuere sibi ante oculos tot martyrum millia, qui suo hanc terram sanguine sacravere, ipsorumque basilicas adire, conspicere titulos, lypsana venerari. Jam vero, cum ita splendeat coelum, quando radios sol emittit, ut Romanorum urbs duas illas lucernas Petrum, et Paulum habens per totum orbem lucem emittentes, ut inquiebat sanctus Joannes Chrysostomus, quisnam, nisi impensissimae devotionis affectu, auserit ad ipsorum confessiones accedere, ad sepulcrum procumbere, vincula auro, gemmisque pretiosiora deosculari? Quis demum a lacrymis temperet, quando vel Christi incunabula cernens, vagientem de praesepi recogitet infantem Jesum, vel sacratissima Dominicae passionis instrumenta adorans, pendentem e ligno meditetur Redemptorem mundi?

Idem ut supra.

§. 7. Quae quidem religionis augusta monumenta cum singulari quadam divinae providentiae liberalitate hac una in civitate coaluerint, sunt profecto jucundissima quaedam amoris pignora, quo diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob, vosque universos, dilecti filii, peramanter invitant, ut omni cunctatione abjecta in montem conscendatis, in quo beneplacitum est Deo habitare.

Monitum ad omnes ordines urbis.

§. 8. Hic vero postulat sollicitudo Nostra, ut almae urbis ordines universos speciatim compellamus, id ipsis in mentem revocantes, oculos videlicet fidelium ex toto orbe huc adventantium in eosdem conjectos esse; nihil proinde, nisi grave, moderatum, et quod christianum deceat, praeseferre ipsos debere, ut ex eorum moribus caeteri exemplum petant pudoris, innocentiae, virtutum omnis generis. Hinc Catholicam Ecclesiam, Ecclesiaeque auctoritatem revereri, praeceptis ejus obtemperare, ecclesiasticis et rebus, et hominibus magnum semper honorem tribuere perdiscant caeteri a populo hoc electo, apud quem beatissimi Petri cathedram pastorum princeps voluit collocatam. Floreat in eo debita ecclesiis reverentia, ut nihil, quo cultus, locusque ipse despici, contemptuique haberi videatur, nihil, quod honestis et castis animis, et non fictae verecundiae adversetur, notent externi homines, quibus imo admirationi sit severi, et sancta disciplina, qua composito quilibet habitu corporis declaret, se mente etiam, ac devoto cordis affectu, non solum corpore, divinis rebus adesse. Id et de festis diebus urgemus, ne qui dies sacris officiis obeundis, praestandoque in Deum, ac coelites honori sunt instituti, celebritati epularum, et ludorum, inconditisque laetitiis, ac lascivienti licentiae in civitate sancta appareant addicti. Tandem quaecumque sunt vera, quaecumque pudica, quaecumque justa, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bonae famae, haec splendeant in Romano populo, ut quam gloriam fidei, et pietatis vel ab ipso apostolo Paulo in exemplum commendatae, a majoribus, tanquam haereditatem omnium optimam, accepit, non modo nulla ipsum macula respersisse, sed etiam studiis, moribusque praeclaris illustrasse gratulemur.

Idem ut supra.

§. 9. Nos quidem bona hac spe recreamur, aemulaturum quemlibet charismata meliora, ovesque Dominici gregis in pastoris amplexus adcurrentes fore aciem illam ordinatam, cujus vexillum charitas. Leva itaque Hierusalem in circuitu oculos tuos, et vide: Filii tui de longe venient, et mirabitur, et dilatabitur cor tuum . . . . . utinam vero veniant ad te curvi filii eorum, qui humiliaverunt se, adorentque vestigia pedum tuorum omnes, qui detrahunt tibi! . . . Vos, vos omni apostolici Nostri cordis affectu alloquimur, quos a vera Christi Ecclesia, et semita salutis adhuc abreptos ingemiscimus. In communi hac laetitia, quod deest unum, id parenti amantissimo deferte: ut nimirum superni Spiritus instinctu in admirabile lumen advocati, cum hac omnium matre, et magistra Ecclesia, extra quam non est salus, ademto quocumque divisionis laqueo, ex animo consentiatis. Nos quidem dilatantes cor Nostrum, paterno vos sinu laeti excipiemus, Deoque totius consolationis benedicemus, qui Nos hisce misericordiae suae divitiis in summo catholicae veritatis triumpho locupletarit.

Hortatio ad ordinarios ut sanctam peregrinationem subjectis suadeant

§. 10. At vos, venerabiles fratres, patriarchae, primates, archiepiscopi, episcopi, hisce Nostris curis, studiisque adlaborate: vocate coelum, congregate populum, ut filii vestri ad ea dona suscipienda excitentur, quae in filios dilectionis per ministerium Nostrae humilitatis pater misericordiarum dispensanda commisit. Breves meminerint esse dies hujusce nostrae peregrinationis, et cum nesciamus, qua hora pater familias venturus sit, vigilandum idcirco esse, et lampades ardentes, plenasque oleo charitatis portandas in manibus, ut venienti Domino festinantes, lubentesque occurramus. Vestrarum item sit partium disserere accurate, quanta indulgentiarum vis sit; quantus habeatur earum fructus in remissione non canonicae solum, sed et temporalis poenae pro peccatis debitae apud divinam justitiam; quantum denique subsidii ab coelesti illo thesauro ex Christi, et sanctorum meritis in eos etiam deferatur, qui cum vere poenitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint, et omissia, adhuc tamen ipsorum animae purgatorio igne expiantur, ut eis in aeternam patriam ingressus pateat, in quam nihil coinquinatum ingreditur. Adeste heic animo, venerabiles fratres; sunt enim, qui sapientiam secuti, quae non ex Deo est, oviumque se velleribus obvolventes simulata ut plurimum purioris pietatis specie, prava etiam nunc commenta in eam rem disseminant in populis. Jam vero gregem edocete, quaenam praestare ipsum oporteat, quibus pietatis, et charitatis officiis sese exercere, qua diligentia, quo doloris sensu se, vitamque suam expendere, et quidquid vitiosum in moribus extet, abjicere, et emendare, ut uberrimum, verumque fructum sacratissimae indulgentiae consequatur.

Idem ut supra.

§. 11. Caeterum id vobis, venerabiles fratres, curandum quam maxime est, ut qui ex vestro grege peregrinandi consilium susceperint, religiose id obeant, cuncta nimirum in vis fugiant, quae pium eorum studium perturbare, et a sancto instituto abducere possint, et illa potius instanter sectentur, quibus accendi religio solet, atque incitari. Si vero pro personarum, locorumque ratione liberum vobis sit ad hanc religionis arcem venire, plurimus sane e vestro conspectu splendor ad hanc celebritatem accedet, maximas divinae misericordiae opes cunsciscetis, easdemque, veluti ditissimas merces referentes, cum reliquo vestro populo jucondissime communicabitis.

Invitatio ad catholicos principes porrecta de obsecundandis episcoporum curis.

§. 12. Haud vero ambigimus, charissimos in Christo filios Nostros universos catholicos principes Nobis in tanta hac re auctoritate, qua valent, adfuturos, ut haec de animarum salute consilia optatos exitus nanciscantur. Eos idcirco rogamus, atque hortamur, ut pro praeclaro, quo in religionem feruntur studio, venerabilium fratrum episcoporum sedulitati obsecundent, curasque eorumdem summopere adjuvent, ac commeantibus intra suarum ditionum fines tuta ubique itinera, atque hospitia paranda curent, ne in pientissimo opere ulla iisdem inferatur injuria. Eos certe non fugit, quaenam ubique facta fuerit conspiratio ad sanctissima rei et sacrae et publicae jura convellenda, et quae mirabilia operatus sit Dominus, qui extendens manum suam, arrogantiam fortium humiliavit. Reputent proinde ipsi animo, juges ac debitas gratias Domino dominantium, qui fecit victoriam, esse agendas, tum humili, multaque prece divinae mi-

sericordiae praesidium exorandum, ut, cum serpat adhuc, quasi cancer, nequitia impiorum, opus, quod ipse incepit, pro sua in Nos clementia perficiat. Nos sane haec cum primis ob oculos habuimus, quando de Jubilaei celebratione deliberavimus, probe gnari, quodnam sacrificium laudis offeratur Deo communi hac totius christiani populi consensione ad coelestia illa munera assequenda, quorum thesauros omnes patefacimus. In id itaque et ipsi catholici principes contendant, et animo cum sint magno, et excelso, sacratissimum hoc opus impenso studio, adsiduoque praesidio confoveantur. Experti enim dignoscent, hoc potissimum pacto divinas se misericordias advocaturos, ac vere pro suo se imperio peragere, quidquid ad rei sacrae incolumitatem, atque ad pietatem fovendam gesserint, ut omni enecato vitiorum semine invalescat seges laeta virtutum.

De precibus effundendis pro fidei bono, et errantium reditu ad veritatem. §. 13. Verum ut haec omnia e voto succedant, vestras, filii, quotquot estis ex Christi ovili, preces apud Deum exquirimus: confidimus, enim, communibus votis, et obsecrationibus, quibus et pro fidei Catholicae bono, et pro errantium reditu ad veritatem, ac pro principum felicitate divinas miserationes deposcatis. Nostram vos infirmitatem in gravissimo sustinendo munere esse quam maxime sublevaturos.

Fides habenda exemplaribus. §. 14. Ut autem praesentes literae ad omnium fidelium quibusvis in locis existentium notitiam facilius perveniant, volumus earum exemplis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eamdem prorsus adhiberi fidem, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis. §. 15. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum indictionis, promulgationis, concessionis, hortationis, rogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quarto, nono kalendas junii, pontificatus Nostri anno primo.

XXXVII.

Dat. die 28. maji 1824. Anno I.

Concessio insignium indumentorum pro canonicis ecclesiae collegiatae Andriensis sub titulo s. Nicolai.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Romanorum indulgentia pontificum peculiaria vestium decora aliquando illis tribuit, qui Deo laudes conspicuis in templis persolvunt, ut sacrorum ministri conentur extrinseco amictus nitori intrinsecum virtutum nitorem adjungere; quod ab illis apostolica haec Sedes impense requirit.

Expositio precum. §. 2. Quum igitur dilecti filii presbyteri participantes, ac mansionarii vocati, qui Deo cultum impendunt in ecclesia collegiata Andriensi, quae a divo Nicolao nomen accipit, peculiaribus vestium ornamentis uti discupiant, eaque ecclesia, aliis quidem de causis, sed praecipue ob nobilitatem urbis, cujus insidet solo, ac frequentiam ibi psallentium ministrorum maxime commendetur, exorari nos patimur, ut eorum votis obsecundemus.

Ratio concessionis. §. 3. Nos ergo peculiari illos beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum indulti assequendi gratia, absolventes, et absolutos fore censentes, auctoritate apostolica concedimus et indulgemus, ut praedicti sacerdotes participantes in posterum canonici appellentur, et utantur cappa magna cuniculorum pellibus exornata, ac cui subsutus sit pannus qui rosarum colorem referat, utque ea cappa ab ipsis rocchetto imponatur, mansionariis vero tribuimus et impertimur, ut superpelliceo mozzettam addant coloris violacei. Hujusmodi autem insignia usurpare utrisque licebit in choro, in sacris supplicationibus, quas processiones dici mos est, et in aliis functionibus publicis.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Haec concedimus atque largimur, decernentes has literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac memoratis oratoribus, eorumque successori-

bus ad ea insignia gerenda hoc, futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judires ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus fel. rec. Benedicti XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae, apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die vigesima octava maji, millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 28. maji 1824. Anno I.

XXXVIII.

Concessio indumentorum insignium pro canonicis urbis Canosae dioecesis Andriensis.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Ea est dignitas urbis Canosae in dioecesi Andriensi, ut qui in collegiata ejus ecclesia divino famulantur cultui, canonici, et emolamentorum participes sacerdotes peculiaribus a Nobis ornamentis sint honestandi.

Ratio concessionis.

§. 2. Quod quidem facilius, libentiusque praestamus, quia non solum canonici, et participantes sacerdotes id a Nostra auctoritate atque indulgentia postulaverunt, sed insuper venerabilis frater episcopus Andriensis incensis studio officiis, ac precibus illud idem Nos enixe rogavit.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur eos canonicos, ac participantes presbyteros peculiari prosequi beneficentia volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, auctoritate apostolica concedimus, et indulgemus, ut canonici quidem utantur rocchetto, ac praeterea talari veste (non tamen a tergo in caudae speciem producta) mozzetta, et cappa magna violaceis, utque eam cappam pellibus albis exornent; presbyteris participantibus vero id tribuimus, ut amirti indumentis iisdem incedant, nisi quod, loco albarum pellium, eas uti volumus pellibus rinerarei seu, ut dici solet, grisei coloris. Quae quidem ornamenta illis usurpare licebit in choro, in sacris supplicationibus, in sui coetus conventibus, quae dicuntur capitula, et in caeteris ejus collegiati corporis functionibus publicis.

Clausulae sublata, et decretum irritans.

§. 4. Haec concedimus, et indulgemus, decernentes has literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et eorum insignium gestandorum causa, oratoribus, eorumque successoribus hoc et futuro omni tempore plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus fel. rec. Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non legis fundationis ejus ecclesiae, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima octava maji millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 28. maji 1824. Anno I.

XXXIX.

Concessio insignium indumentorum pro canonicis ecclesiae collegiatae sanctae Mariae ab angelo Salutatae civitatis Andriensis.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Romanorum indulgentia pontificum peculiaris vestium decora aliquando illis tribuit, qui Deo laudes conspicuis in templis persolvunt, ut sacrorum ministri conentur extrinseco amictus nitori intrinsecum virtutum nitorem adjungere, quod ab illis apostolica haec Sedes impense requirit.

Expositio precum. §. 2. Quum igitur dilecti filii presbyteri participantes, ac mansionarii nuncupati, qui Deo cultum impendunt in ecclesia collegiata Andriensi, quae nomen accipit a b. Maria virgine ab angelo Salutata, peculiaribus vestium ornamentis uti discupiant; eaque ecclesia, aliis quidem de causis, sed praecipue ob nobilitatem urbis, cujus insidet solo, ac frequentiam ibi psallentium ministrorum maxime commendetur; exorari Nos patimur, ut eorum votis obsecundemus.

Tenor concessionis. §. 3. Nos ergo peculiari illos beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis, quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, auctoritate apostolica concedimus et indulgemus, ut praedicti sacerdotes participantes in posterum canonici appellentur, et utantur cappa magna cuniculorum pellibus exornata, ac cui subsutus sit pannus, qui rosarum colorem referat, utque ea cappa ab ipsis rocchetto imponatur; mansionariis vero tribuimus et impertimur, ut super pelliceo mozzettam addant coloris violacei. Hujusmodi autem insignia usurpare utrisque licebit in choro, in sacris supplicationibus, quas processiones dici mos est, et in aliis functionibus publicis.

Clausula subiata, et decretum irritans. §. 4. Haec concedimus atque largimur, decernentes has literas, firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac memoratis oratoribus, eorumque successoribus ad ea insignia gerenda hoc, futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus fel. rec. Benedicti XIV, praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die vigesima octava maji millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 21. maji 1824. Anno I.

XL.

Ordinationes ad reformandos mores cleri saecularis almae urbis propositae, et indictio generalis Visitationis.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Dilectis filiis universo clero et populo Romano salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Cum primum divina providentia humilitatem Nostram ad apostolatus apicem evexit oculis observata est familia, quam coelestis pater curae Nostrae tradiderat, illudque propheticum oraculum auribus Nostris insonuit, constitutos Nos esse, ut evellamus et destruamus, ut edificemus et plantemus.

Ratio constitutionis. §. 2. Meditantes proinde in oratione et silentio quanam ratione utilius aptiusque delatum Nobis ministerium impleremus, illico occurrit necessitas, sollicitudinem Nostram praecipue impendendi in lectissimam hanc Nostri gregis partem, ut clerus et populus Romanus renovato spiritu ad sanctitatis et justitiae semitas alacrius percurrendas excitaretur. Probe quippe noveramus id in primis adnitendum, ut sicut ab hoc Catholicae unitatis centro lux undique veritatis effunditur, ita et Christi bonus odor in universum terrarum orbem dimanaret.

Indictio sacrae Visitationis.

§. 3. Haec Nos intuentes animo pastoralem visitationem habere statuimus, eamque ad omnipotentis Dei laudem et gloriam, ac Sanctae Romanae Ecclesiae exaltationem per praesentes indicimus quam a sacrosancta basilica Lateranensi incboabimus dominica sanctissimae Trinitatis, qua ad praefatam basilicam accedentes, solemnem possessionem inire decrevimus, in caeteris deinde tam patriarchalibus, quam collegiatis et parochialibus ecclesiis, earumque capitulis et personis, item monasteriis, conventibus, et ecclesiis quorumvis ordinum tam virorum quam mulierum, hospitalibus, collegiis, confraternitatibus quocumque nomine censeantur, piis locis peragendam.

Ratio decernendae visitationis.

§. 4. Quo quidem in opere acriores stimulos addit imminens Jubilaei celebratio quo christifideles ex dissitis quoque regionibus in hanc fidei sedem convenientes, nedum templorum splendorem, divinique cultus majestatem admirentur, sed et Romani populi exemplo ad religionis ac pietatis studium vehementius inflammentur.

Deputatio adjutorum pro explenda visitatione.

§. 5. Cum vero ingentibus summi pontificatus curis distenti impares Nos esse ad tantae molis negotium integre obeundum sentiamus, vestigiis praedecessorum Nostrorum insistentes viros dignitate, doctrina, ac rerum experientia praestantes in hujusmodi operis consortium advocare statuimus, quibus nedum necessarias facultates, sed et opportunas instructiones ad commissum officium recte exequendum communicabimus. Quare in praecipuas laboris partes adsciscimus dilectum filium Nostrum Placidum tituli sanctae Crucis in Hierusalem Sanctae Romanae Ecclesiae presbyterum cardinalem Zurla Nostrum in urbe in spiritualibus vicarium generalem, qui Nostro nomine visitationi praesit; eidemque adjungimus nonnullos antistites, et Romanae curiae praelatos, nimirum venerabiles fratres Josephum Della Porta patriarcham Constantinopolitanum, Laurentium Mattbaei patriarcham Antiochenum, qui secretarii munere fungetur, Jacobum Sinibaldi archiepiscopum Damiatensem, Josephum Perugini episcopum Porphyriensem, et dilectos filios magistros Josephum Antonium Sala cui assessoris officium committimus; Antonium Dominicum Gamberini, quem judicem causarum, et executorem decretorum visitationis deputamus, Josephum Groppelli, et Josephum Cherubini. Insuper nominemus dilectos filios Adeodatum Calefli monachum ordinis sancti Benedicti congregationis Cassinensis abbatem monasterii sancti Pauli extra urbem, Ludovicum a Tusculo ministrum generalem ordinis Cappuccinorum; Josephum Mariam Velzi vicarium generalem ordinis Praedicatorum; Prosperum Duelli congregationis Clericorum Regularium sancti Pauli, ut operam suam conferant; praesertim in iis, quae religiosas utriusque sexus familias respiciunt. Porro, si necessitas postulet, alias deinde idoneas personas ecclesiasticas ad eumdem effectum designabimus.

Confirmatio jurium sacrae congregationis Visitationis.

§. 6. Consilio etiam utemur congregationis jampridem institutae venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium super negotiis visitationis apostolicae ecclesiarum, et locorum piorum urbis praepositorum. Quotiescumque etiam in tanto opere peragendo res majoris momenti eccurrent ad eamdem congregationem deferri volumus, quae praevio maturo examine sententiam suam Nobis aperiet.

Preces Deo effundendas praescribuntur.

§. 7. Ut interim ab eo, a quo omne datum optimum, et omne donum perfectum descendit, auxilium in id operis praesto Nobis sit, publicas preces effundi, ac praesertim sanctissimae Eucharistiae sacramentum solemni ritu in patriarchalibus, basilicis, aliisque ecclesiis exponi mandamus, reserato etiam indulgentiarum thesauro, prout per eumdem cardinalem vicarium fusius edicendum curabimus.

Deprecatio ad universos christifideles

§. 8. Hortamur igitur per viscera divinae misericordiae clerum, et populum, ut Nostra haec vota omni studio obsecundantes, ad optatum sacrae Visitationis exitum quisque pro sua conditione adlaboret. Inde enim quolibet adempto scandalo, moribusque emendatis, ac praesertim sacrarum aedium veneratione, religioseque dierum festorum cultu ad Ecclesiae leges impensius revocatis bonorum operum fructus ita in conspectu omnium gentium patebunt, ut, et in praesens Pauli apostoli elogium mereri dignoscantur. « Fides vestra anountiatur in universo mundo ».

Conclusio.

§. 9. Nos quidem magna spe erecti confidimus, coelestem Patrem Nostris pro Domini gregis salute conatibus adfuturum, ipsamque visitaturum vineam, quam plantavit dextera sua. Quamvis enim infirmitatem No-

strum sentiamus, in promptu habemus potentissimam Deiparae virginis opem, quam Romanus populus filiali pietate Nobiscum colit, ac patrocinium sanctorum Petri et Pauli, aliorumque apostolorum, ac coelitum, quos Roma custodes, statoresque praecipuos veneratur, nec non agmina martyrum, qui urbem Nostram proprio sanguine irrigarunt. Tantis porro suffragiis aderit precibus, votisque Nostris Pater misericordiarum, et quod in ejus nomine opus aggredimur, ipse perficiet, solidabitque. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pridie kalendas junii, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 3 junii 1824. Anno I.

XLI.

Deputatio vicarii apostolici, et administratoris ecclesiarum Auximanae, et Cingulanae unitarum.

Venerabili fratri Gregorio episcopo Hipponensi in partibus infidelium.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Apostolici Nostri moneris ratio postulat, ut ad ea potissimum sollicita vigilantia incumbere studeamus, quae opportunum ecclesiarum et dioecesum guberniom, et animarum christifidelium respiciunt utilitatem.

Tenor concessionis. §. 2. Vacantibus itaque per dimissionem dilecti filii Nostri Herculis Sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis Dandini in manibus Nostris libere ac sponte factam, et per Nos admissam episcopalibus ecclesiis Auximana et Cingulana invicem perpetuo canonice unitis, Nos justis gravibusque causis adducti ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, te, de cujus fide, doctrina, prudentia, rerumque experientia plurimum in Domino confidimus vicarium apostolicum supradictarum vacantium unitarum episcopalium ecclesiarum tam in spiritualibus, quam in temporalibus ad Nostrum et Sedis apostolicae beneplacitum tenore praesentium eligimus, constituimus et deputamus, plenam tibi auctoritatem et facultatem tribuentes ea omnia et singula in ecclesiis, civitatibus et dioecesibus Auximana et Cingulana exercendi, ac gerendi quae sunt ordinis, quaeque sunt jurisdictionis, reservata tamen huic sanctae Sedi ecclesiasticorum beneficiorum quomodolibet vacantium collatione. Mandamus propterea in virtute sanctae obedientiae dilectis filiis capitulo, clero, populo, atque vassallis dictarum ecclesiarum Auximanae et Cingulanae unitarum, ut te interim debita cum veneratione et honore pertractent, tuisque pareant salubribus monitis et mandatis.

Assignati redditum pro congrua administratoris substentatione. §. 3. Volumus autem, quod ex fructibus, redditibus et proventibus antedictarum episcopalium mensarum a te libere ac diligenter administrandis scuta centum in singulos menses cadant in tuam decentem substentationem, et scuta quingenta in singulos annos favore pauperum, et in alias utriusque dioecesium necessitates pro tui prudenti arbitrio erogentur, quodque de fideli hujusmodi praedictarum mensarum administratione anno quolibet rationem Nobis reddere tenearis, ut de reliqua fructuum summa libere Nos ipsi disponere valeamus.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis dictarum ecclesiarum Auximanae et Cingulanae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus et privilegiis quoque indultis et litteris apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet forsan concessis et innovatis; quibus omnibus et singulis eorum tenores praesentibus pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris ad effectum praemissorum hac vice dumtaxat specialiter derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die tertia junii millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 4 junii 1824 Anno I.

XLII.

Confirmatio deliberationis captae a fratribus militibus hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani super unione bonorum comman-

dae Fani, et Senogalliae alteri quae a sancto Petrignano de Saxoferrato in prioratu Romano nomen occipit.

Dilecto filio Aotonio Busca locumtenenti magisterii hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani.

Leo PP. XII.

Dilecte fili,
salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Expositum Nobis nuper tuo nomine fuit, a fratribus militibus de justitia expresse professis istius hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, qui procuratures camerae oeconomicae administrativae communis hospitalis praedicti aerarii ad praesens existant, in convento diei vigesimae sextae mensis aprilis currentis anni deliberatum fuisse, ut reliqua bona commendae Fani et Senogalliae alteri, quae a sancto Petrignano de Saxoferrato in prioratu Romae titulum accipit, adjiciantur, ea lege, ut commendator Saxiferrati responsiones, pensiones, et onera commendae Fani, pro rata bonorum, adjiciendorum, subductis rationibus a procuratoribus camerae aerarii, ad formam deliberationis praedictae, adimplere ac persolvere teneatur; dummodo Nostra et hujus sanctae Sedis id accedat facultas, quam humiliter tu a Nobis expostulas.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur te, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi vel incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi, quatenus id expedire pro bono dicti hospitalis et commendae Saxiferrati censueris, facultates approbandi deliberationem cameroe oeconomicae administrativae praedictae, ita ut reliqua bona commendae Fani et Senogalliae perpetuis futuris temporibus, sub conditionibus in deliberatione praedicta expressis, commendae Saxiferrati adjiciantur auctoritate apostolica tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti hospitalis, et commendae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alio roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quarto junii anno millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

XLIII. Dat. die 4. junii 1824. Anno I.

Ampliatio concessionis factae a sa. me. Pio papa VII. canonicis, et praeposito collegiatae ecclesiae ss. Philippi, et Jacobi Tabiae dioecesis Albinganensis.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Memoratur concessio facta a s. m. Pio papa VII. §. 1. Saepe numero liberalis in canonicorum collegia felicis recordationis Pius VII. praedecessor Noster, iisque ad gratificandum paratus, praeposito, et canonicis collegiatae ecclesiae, quae in honorem sanctorum apostolorum Philippi et Jacobi extructa est Tabiae intra limites Albinganensis dioecesis, per suas literas piscatoris annulo obsignatas die decima septima junii anni millesimi octingentesimi tertii, concessit, indulsit, ut loco vestis nigrae, ad talos demissae, quae a clericis omnibus usurpatur, violaceo colore imbutam gerant; de ea tamen addens, cum asulis, et globulis nigris.

Expositio novarum precum. §. 2. Nunc autem iidem praepositus, atque canonici suppliciter a Nobis postulavere,

ut ad augendum collegii sui decus nihil commune ac nigrum in ea veste gestare jubeantur, sed illam a summo ad imum cum omnibus suis ornatibus violaceam esse patiamus.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos vero peculiari oratores beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum indulti assequendi gratia, absolventes, et absolutos fore censentes, accepto testimonio venerabilis fratris episcopi Albinganensis, ex quo Nobis innotuit, reliqua collegia canonicorum ejus dioecesis, quibus datum est indui veste coloris violacei, eas nulla in parte alio colore distinctas habere, collegium autem canonicorum Tabiensium gravitate morum, sacrorum rituum peritia, et in fungendis suis muneribus diligentia facile antistare collegiis cunctis dioecesis illius, ideoque in concessione privilegiorum nulli esse posthabendum, auctoritate apostolica concedimus, et indulgemus, ut praepositus, canonicique Tabienses incedant in veste talari coloris ubique violacei, nec ulla pars indumenti illius discolor sit, sed unum eumdemque intuentium oculis violaceum colorem objiciat.

Clausulae irritantes, et derogatoriae contrariorum.

§. 4. Id oratoribus indultum volumus, decernentes insuper has literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, praedictisque praeposito, et canonicis, eorumque successoribus memoratae rei causa hoc, futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere; ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus Benedicti XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, et Pii VII praedecessoris pariter Nostri datis die decima septima junii anni millesimi octingentesimi tertii, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quarta junii millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

XLIV.

Dat. die 6. julii 1824 Anno I.

Reintegratio usus mitrae pro dignitatibus, et canonicis ecclesiae cathedralis Salernitanae.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Strenuus adsertor jurium Ecclesiae, osorque maculae omnis, ac turpitudinis, quae speciem illius laederet, sanctus Gregorius VII praedecessor Noster, quum Guiscardi Apuliae ducis virtute e cruentis manibus ereptus esset eum obsidentis Henrici, Salernum contendit solemni ritu sacraturus ecclesiam, quae tunc sancti Matthaei apostoli exuviis tantummodo illustrabatur, deinde vero ipsius etiam Gregorii spolio mortali ditata est. Quo quidem tempore, ut archiepiscopalem ecclesiam tam illustri in urbe constitutam, et apostoli reliquiis insignem, peculiari decore Gregorius afficeret, gestandae mitrae privilegium illius canonicis contulisse fertur; Lucius vero III praedecessor pariter Noster suo diplomate indultum ejusmodi ratum habuisse narratur. Accidit autem, ut quoad usum mitrae, et aliorum id genus insignium, quae aliqui ex privilegio gerunt, felicis recordationis Pius VII praecessor itidem Noster constitutione edita quarto nonas julii anni superioris decretum approbaverit praepositae ecclesiasticis ritibus congregationis, quo hujuscemodi privilegia quibusdam arctantur legibus, dignitati episcoporum maxime consentaneis. Jamvero quum earum sanctionum nonnullae usus quosdam ac mores evertant, qui de mitrae gestamine apud canonicos cathedralis Salernitanae ecclesiae jamdudum obtinent; venerabilis autem frater archiepiscopus Salernitanus, haud secus ac ipsi canonici, quidquid ea de re apud illos consuetudine inolevit servari discupiat; idcirco consuetudines illas suas, Piana constitutione improbatas, Nobis canonici exposuerunt, demississque precibus postulaverunt, ut eas sartas ac tectas, quod sjunt, Nostra auctoritate atque indulgentia servemus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos vero dilectos filios oratores peculiari prosequi beneficientia volentes, et a quibusvis anathematis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum indulti assequendi gratia, absolventes, et absolutos fore censentes, ratione habita assensus venerabilis fratris archiepiscopi Salernitani, concedimus at indulgemus, ut, praeter ea, quae ex Piana constitutione quoad mitrae usum canonicis Salernitanis licent (nam de reliquis pontificalibus ornamentis, non est agendum, quae nunquam eis apostolica haec Sedes impertiit) canonici diaconi, quum assistunt ritu augustiore sacrificantibus archiepiscopo, vel dignitati, vel canonico presbytero, utantur mitra; non tamen dum canitur evangelium. Item ut dignitates et canonici mitra exornentur, non solum quum archiepiscopi vice, aut illo cum mitra ac pluviali assistente, solemne sacrum faciunt, sed quotiescumque solemni sacrificio Deum colunt. Item ut illis mitrae usus minime sit interdictus, quoties divinam rem solemniter faciunt ad expiandam animam sive defuncti archiepiscopi, sive canonici, quumque dies anniversarius eorum obitus, solemnisque expiationis recurrit. Item ut capiti canonicorum in feretro jacentium tumuloque, qui extruitur anniversariae expiationis die, mitra possit imponi. Cavendum autem erit, ne canonicorum cadavera eo cum ornatu sepulturae tradantur. Et haec quidem Salernitanis dignitatibus atque canonicis extra legis praescriptum concedimus, quia ita apud ipsos consuetudine inductum esse contenditur ab eo tempore, quod hominum memoriam excedat. Praeterea, quia ab annis hinc quadraginta in eorum canonicorum collegio mos invaluit, ut quum aliquis ex canonicis, vel dignitatibus solemni ritu, ac mitra utens, sacrificent, ei assistant, praeter canonicum presbyterum pluviali indutum ne mitra tectum, duo etiam canonici e presbyterorum ordine, sed qui diaconi, ac subdiaconi tunc officio fungantur, ac nihilo secius mitra teguntur; eum morem servari ac retineri permittimus. Quae tamen omnia privilegia, hoc illis collata diplomate, intra cathedralis ecclesiae limites tantum iis utenda, ac fruenda largimur, minime autem extra illius fines; exceptis supplicationibus sacris, quae instituuntur, facto initio procedendi supplicantum a cathedrali ecclesia, quaeque in illam desinunt.

Clausulae sublatae, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes insuper has literas firmas, validas et efficaces existere, et fore, suosque planarios et integros effectus sortiri, et obtinere, iisdemque dignitatibus et canonicis, eorumque successoribus eorum causa, quae de usu mitrae sunt expressa, hoc, futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere; ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, et Pii VII. praedecessoris pariter Nostri pro approbatione decreti memoratae congregationis, datis quarto nonas julii anni superioris, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibus et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quarta junii millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 12. Junii 1824. Anno 1.

XLV.

Confirmatio statutorum collegii Cappellanorum, et Clericorum inservientium cappellae sanctae Mariae nuncupatae « *del Conforto* » civitatis Aretinae.

Leo PP. XII.

Ad futurum rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Quoniam, ut habet divus Bernardus, sermone ultimo de Assumptione « Opus est mediatore ad mediatorem Christum: nec alter nobis utilior, quam Maria » ideo efferendam laudibus est consilium, ac pietas venerabilis fratris Augustini episcopi Aretini, qui ut Deiparae Virginis gloriam augeret, et opis ab eo flagitandae studium magis, ac magis in Christianorum animis accenderet, ei nobile sacellum in cathedrali sua ecclesia excitavit, et ingentem pecuniae vim illi perficiendo, or-

nando, instruendoque sacra suppellectili, ac ministris sacris insumpsit. Prospere autem id opus cessit episcopo, ejusque expectationi cumulate respondit eventus. Ad imaginem enim sacratissimae Virginis in eo sacello praepositam, quaeque vernaculo sermone dicitur « *del Conforto* » non solum ex urbe, et dioecesi Aretina, verum etiam e dissitis locis catervatim accuritur; ac, beata Virgine minime frustante justa eorum vota, qui ad se confugiunt, auctior et augustior quotidie fit sacelli religio, et majore semper populorum frequentia celebratur. Jam vero, quum venerabilis idem frater episcopus cultui sacelli illius approbante felicis recordationis Pio VII. praedecessore Nostro collegium Clericorum addixerit, quibus id quoque praedecessor Noster indulsit, ut de sun nomine Piani vocentur, utque provehi ad sacros ordines possint titulo servitutis, sic enim dici solet, quam serviunt divinis ibi in officiis assidui; sensit pro sua prudentia, et ingenii perspicacia venerabilis frater episcopus societatem illam stare non posse, nec suis muneribus accurate perfungi, nisi ei leges, ac jura constituantur. Scripsit igitur ei collegio gubernando leges hujusmodi, videlicet.

Tenor constitutionum. §. 2. Costituzioni del collegio dei Cappellani e Chierici addetti alla cappella di Maria santissima *del Conforto* nella cattedrale di Arezzo.

De membris collegii. I. §. 3. Il collegio dei Cappellani e Chierici è composto di un sagrista maggiore, ossia de o priora, di dodici cappellani di uffizia, di due cappellani nati, che sono i maestri dei chierici Piani, dei cappellani unorarj, e di quattro sostituti, che si scelgono tra i chierici ordinati in sacris del collegio Piano, e subentrano nelle vacanze respettive. Inoltre di sei chierici Piani per il servizio di ogni sera delle sacre funzioni della cappella, i quali si mutano ogni settimana, o di un chierico addetto all'altare con suo sostituto. Tutti gli ecclesiastici sopradetti vengono destinati a tali impieghi a nomina dell'illustrissimo, e reverendissimo monsignor vescovo di Arezzo.

De juribus prioris. II. §. 4. Al priore, o sagrista incombe la sopraintendenza della cappella sotto gli ordini immediati di monsignor vescovo, ed esso è che invigila all'esatto regolamento delle sacre funzioni, alla manutenzione dei sacri arredi, ed alla bene sistemata sodisfazione delle messe quotidiane, e festive, tenendone registro di mano in mano, che mensualmente gli vengano passate dal cappellano addetto al banco. Dà poi direttamente, o per mezzo del camarlingo assegnato dal prelato per tenere la scrittura, e la cassa dell'opera, un piano discarico delle spese di sua amministrazione, delle risorse a lui pervenute in cera, olio, o altri generi ed offerte, e dei bisogni occorrenti per potere dare le necessarie disposizioni secondo l'opportunità.

III. §. 5. Uno dei cappellani è specialmente addetto al banco della cappella ove si ricevono le oblazioni dei fedeli, e si danno le benedizioni che dalla pietà dei devoti vengono richieste a forma del rito prescritto. Esso assiste alla cappella in tutto il corso della mattina dalla prima apertura della cattedrale sino al mezzogiorno, e nel dopo pranzo dall'ora di vespero sino a sera. Si presta per le confessioni dei fedeli unitamente agli altri penitenzieri deputati colle speciali facoltà che loro appartengono, e rende poi conto al priore o sagrista delle oblazioni che passano per le sue mani, ed ha un sostituto per i casi di suo legittimo impedimento. De cappellano deputato pro oblationibus recipiendis.

IV. §. 6. Degli altri dieci cappellani di uffizio, quattro intervengono ogni sera avanti al sacro altare alle quotidiane funzioni secondo il loro turno settimanale, e tutti vi assistono in corpo alle principali festività di Maria santissima e loro novena, e nelle compiete solenni, e nei terzi uffizj anniversarj, al 16 di febbrajo al 16 di agosto, e al 9 di dicembre di ciascun anno. De distributione officiorum inter cappellanos.

V. §. 7. Ad uno di essi a vicenda chiamato il cappellano di settimana appartiene sempre il dover di fare tutte le sacre funzioni che cadono nel corso della medesima, ancorchè siano solenni, essendo troppo giusto, che all'onere vada unito anche l'onore, e dovendo i cappellani adempire per se ipsos, et non per alios al proprio officio; quindi è che è dato assoluto divieto di ammettervi alcun altro ecclesiastico, chiunque sia, senza espressa permissione di monsignor vescovo. De munere cappellani hebdomadarii nuncupati.

VI. §. 8. Al sagrista, o priore resta solamente in preferenza degli altri cappellani l'onere delle tre compiete solenni per le feste della Concezione, dei Sette Dolori, e della Assunzione di Maria Santissima. De munere prioris.

De in subsidium vocandis.

VII. §. 9. In mancanza del cappellano di settimana incombe al sacrista di chiamare in supplemento un altro cappellano, e l'assente viene multato con la stabilita appuntatura, ritraendosi dal suo onorario. Intanto ai viene ammonito dal sagrista, e se mai le correzioni fossero frequenti, e riuscissero inutili, resta a lui l'obbligo di darne parte a monsignor vescovo, acciò sia meglio provvisto al servizio della cappella di Maria santissima. E siccome il servizio divino deve rimanere sempre assicurato, onde non manchino quattro sacri ministri per la funzione serale, non si esclude per il caso di malattia il pensiero di farsi sostituire, mentre in tali emergenti la carità ed il reciproco vantaggio dovrà far sì che i cappellani, e gli aggiunti si sollevino l'uno con l'altro, e suppliscano con alternativa vicenda senza riguardo ad alcun interesse.

De substitutis adhibendis.

VIII. §. 10. Nei giorni solenni dovendo tutti i cappellani intervenire in abito proprio, il servizio dei ministri all'altare sarà fatto dai sostituti Piani che si vestiranno dei sacri paramenti.

De servitute praestanda in novendialibus et festivitatibus.

IX. §. 11. Nella novene, e tridui precedenti alle feste di Maria santissima i cappellani assistenti devono essere cinque, acciò non manchi chi legga le meditazioni a voce alta e devota, e chi prevenga con l'invito sacro il popolo delle funzioni, e delle indulgenze che vi sono annesse intervenendo tutti gli altri cappellani come sopra è stato notato in abito proprio.

De assistentia episcopo praestanda.

X. §. 12. Nelle solennità, nelle quali celebra, o assiste pontificalmente monsignor vescovo viene il medesimo assistito dal reverendissimo capitolo della cattedrale, cui viene ceduto da cappellani il primo posto nel coro. Inoltre i canonici medesimi ogni volta che bramano di celebrare privatamente in cappella la santa messa prendendo i sacri paramenti dalla sagrestia della cattedrale humaniter admittuntur et recipiuntur, nel modo, che fu stabilito dalla santa memoria di Paolo V. nella bolla *Immensae Bonitatis* nei §§. 34. e 35. da cui sono anche in altre parti estratti varii dei presenti regolamenti.

De munere clerici altari inservientis.

XI. §. 13. Spetta al chierico addetto all'altare il darsi tutta la cura per il continuo decente adornamento di esso, e l'avvisare i cappellani, organista, musici e chiunque altro può occorrere, dell'ora delle sacre funzioni secondo gli ordini che ne riceve dal sagrista. Esso con la medesima dipendenza si fa anche assistere da un altro sostituto, e supplisce nei casi di necessità all'assistenza del banco per qualche momento, in cui se ne trovassero legittimamente impediti tanto il cappellano aggiunto, quanto il suo sostituto.

De assistentia praestanda in functionibus.

XII. §. 14. Per le messe e compiete cantate in cappella intervengono tutti i chierici del collegio Piano. Per le novene poi ne viene dal loro maestro assegnato quel numero, che è richiesto dal cappellano sagrista priore.

De methodo servanda in sacris peragendis functionibus.

XIII. §. 15. Le sacre funzioni devono eseguirsi nella cappella di Maria santissima secondo il metodo con cui vengono attualmente già da più anni praticate, e quanto al rito, e quanto al numero dei lumi, ed al canto, o alla recita delle preci, e lettura delle pie meditazioni analoghe, restando proibita espressamente la menoma alterazione, e mutazione in vista del vantaggio grande, che l'introdotto sistema produce e sono le seguenti:

1. La consueta funzione serale col canto delle litanie Lauretane, e colle altre preghiere prescritte.

2. Nel gennajo il triduo precedente lo sposalizio di Maria Santissima con san Giuseppe, e la novena della Purificazione.

3. Nel febbrajo la novena e festa di Maria santissima *del Conforto*.

4. Nel marzo la funzione dei venerdì di quaresima in onore della passione di Nostro Signore Gesù Cristo, la novena, e festa di san Giuseppe, e la novena, e festa dell'Annunziazione di Maria santissima.

5. Nell'aprile il settennario e la festa in onore dei sette dolori di Maria santissima, e la novena e festa del Patrocinio di s. Giuseppe.

6. Nel maggio la funzione del così detto mese Mariano.

7. Nel giugno la novena in preparazione alla solennità di Pentecoste, l'ottavario dal Corpus Domini, e la festa del sacro Cuore di Gesù.

8. Nel luglio la novena, e festa di sant' Anna.

9. Nell'agosto la novena e festa dell'Assunzione di Maria santissima in cui si com-

bina l'anniversario della solenne incoronazione dalla prodigiosa immagine che si venera nella cappella.

10. Nel settembre la novena, e festa della Natività di Maria santissima, ad il settenario, e festa de' sette Dolori, e quindi la novena de' ss. Angeli Custodi, che si prosegue colla festa nel seguente mese di ottobre.

11. Nel novembre l'ottavario in suffragio dei fedeli defonti, ed il triduo in preparazione alla festa del Patrocinio di Maria santissima.

12. Nel dicembre la novena e festa della santissima Concezione, la novena del santo Natale, il ringraziamento alla santissima Trinità per le grazie, e privilegi concessi a Maria santissima, che si celebra nel giorno della festa di san Giovanni evangelista, l'esposizione delle quarantore, ora datte di san Tommaso, e il ringraziamento dell'anno.

De camerario, ejusque munere. XIV. §. 16. Il camarlingo dell'opera di Maria santissima *del Conforto* di concerto col sagrista, o priore nei modi stabiliti pensano alle spese occorrenti per tutte le suddette sacre funzioni con la riscossione dei frutti dovuti dai diversi interessati, e con i canoni che si ritraggono dai fondi e capitali a queste effetto elargiti da monsignor vescovo parte dei quali sono in mano del reverendissimò capitolo della cattedrale; parte sono impiegati nel seminario vescovile, e parte presso altri soggetti con rendite caute, e sicure proporzionate all'uopo.

De signo cappellanis concesso. XV. §. 17. Il collegio dei cappellani di Maria santissima *del Conforto* avrà, come fu prescritto dalla santa memoria di Paolo V. per la cappella Berghesiana nella basilica di santa Maria Maggiore il suo sigillo distinto coll'emblema dell'immagine di Maria santissima *del Conforto* in campo d'oro, ad attorno il motto, *Confortetur cor tuum: ecce mater tua*, e queste servirà per l'autenticità degli atti da farsi secondo le diverse occorrenze. Nelle processioni quando vanno riuniti in corpo i cappellani tutti, ed il rimanente clero addette uscendo dalla sagrestia fino al coro nelle funzioni più solenni saranno preceduti dalla banda, o dallo stendardo piccolo secondo il rito ecclesiastico.

De usu numismatis, collegio concessi. XVI. §. 18. Nessun cappellano potrà portare la decorazione della medaglia che forma uno dei loro distintivi, e che esprime per una parte Gesù appassionato, e quale Pilato mostrò al popolo col motto attorno « *vidate qualem charitatem* » e dall'altra l'Immagine di Maria santissima *del Conforto* incoronata con le parole « *Confortavit me manus Domini* » senza che prima sia benedetta colla indulgenze pontificie dal priore sacrista maggiore secondo il privilegio ottenuto dalla santa memoria di Pio VII. Ognuno la porterà con singolare riverenza, riflettendo essere essa un distintivo di un servo, e figlio di Maria santissima e dell'obbligo singolare che esso ha di professare una particolar divozione alla passione di Gesù, e ai dolori di Maria santissima ivi effigiati; perciò che non lasci passare giorno senza recitare in onore della prima i cinque *Pater Ave*, e *Requiem* col versetto *Te ergo quaesumus*, pregando per i fedeli defonti, e la memoria dei secondi la setta *Ave Maria* col versetto *sancta Mater* ec. secondo i brevi del sommo pontefice Pio VII. de' 7. febbrajo 1817. e del 1. dicembre 1815., pratica in cui devranno esercitarsi tutti gli altri sacerdoti e chierici addetti al collegio, facendosi un impegno non solo di essere assidui in questa preghiere, ma di promuoverle e propagarla ance nel fadeli, avendo presente, che in questa cappella ebbero la prima loro origine si salutari divozioni, e di qui col favore della santa Sede apostolica unitamente ai celesti tesori delle santissime indulgenze che vi sono annesse, si estesero per tutta l'Europa, e giunsero perfino nell'orientali regioni.

Tenor confirmationis apostolicae. §. 19. Nuper autem a Nobis suppliciter postulavit, ut statuta, seu leges, ac constitutiones ejusmodi apostolicae Nostrae auctoritatis adjumento ac firmitate muniamus. Nos vero venerabilem fratrem Augustinum episcopum peculiari prosequi beneficentia volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, statuta, leges, seu constitutiones regendo praedicto collegio exaratas, et hisce insertas literis, confirmamus, approbamus, iisque apostolicae Nostrae auctoritatis inviolabile robur adjicimus.

Clausulae salutares et irritantes. §. 20. Praeterea omnes ac singulos juris, aut facti, veluti appellantur defectus si qui forte illis officiant, eadem auctoritate supple-

mus, sanamus et tollimus; clericis ejusdem collegii maedaotes, ut ad eorumdem se statutorum, seu constitutionum praescriptum gerant, ac decernentes insuper has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque planarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ad illorum statutorum, seu constitutionum firmitatem ac robur hoc, futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 21. Non obstantibus etiam peculiari mentione, ac derogatione dignis contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta junii millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 15. junii 1824. Anno I.

XLVI.

Facultates concessae visitatoribus apostolicis pro ea explenda in urbe.

Dilecto filio Nostro Placido tituli sanctae Crucis in Hierusalem Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Zuria nuncupato, Nostro in urbe ejusque districtu vicario in spiritualibus generali.

Venerabilibus fratribus antistitibus ac dilectis filiis Romanae curiae praelatis pro visitatione ecclesiarum et locorum piorum almae urbis a Nobis instituta, specialiter deputatis.

Leo PP. XII.

Dilecte fili Noster, venerabiles fratres, ac dilecti filii Nostri, salutem et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis. §. 1. Quae Nostra fuerit mens in indicenda sacra visitatione omnium ecclesiarum, piorumque locorum almae urbis Nostrae sub plumbo literae nuper editae, quarum initium *« Cum primum divina providentia »* satis aperte testantur. Facto etiam consilium Nostrum comprobare volentes, visitationem Nos ipsi aperuimus in Lateranensi basilica festo die sanctissimae Trinitatis, eamdemque in caeteris patriarchalibus basilicis, statis diebus, Deo dante, prosequemur, ut nimirum omnes agnoscant ardens desiderium Nostrum susceptum opus urgendi, fructusque uberrimos ex eo colligendi. Vestrum nunc studium, diligentiam, vigilantiam requirimus dilecte fili Noster, venerabiles fratres, ac dilecti filii, quos in hoc munere adjutores assumpsimus. Ne quid ergo ministerium vestrum impediat, imo ut vobis praesto sint omnia, quae ad illud sancte, ac feliciter obeundum conferre possint, exemplo Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum amplissimis vos facultatibus instruere decrevimus, quas imprimis tibi, dilecte fili Noster, qui nomine Nostro, visitationi praesse debes, vobisque omnibus, et vestrum cuilibet per hasce in forma brevis literas communicamus, nimirum.

I. §. 2. Mandata quaecumque circa visitationem ipsam, eaque durante, etiam vivae vocis oraculo, per vos a Nobis accepta, illis, ad quos ea res pertinet, referendi, et oretenus per Nos ordinata mandandi, quibus relationi ac mandatis vestris, et cujuslibet vestrum Nostro nomine factis plenam, et indubiam fidem adhiberi, ac firmiter obtemperari, tamquam mandatis Nostris apostolicis volumus et jubemus. De efficacia mandati etiam viva voce concessi.

II. §. 3. Mandata, et praecepta quaecumque necessaria, et opportuna illis in rebus, quae visitationis praeparationem, statum, progressum, et executionem concernunt decernendi, faciendi atque exequi jubendi. De servandis praeceptis factis super praeparatione, progressu, et fide visitationis.

III. §. 4. Personas quasque tam ecclesiasticas saeculares, et regulares cujusvis ordinis, et instituti, nec non militiarum, etiam sancti Joannis Hierosolymitani, quam laicas, pro rebus, et negotiis ad visitationem spectantibus, ad vos vocandi, et ad personaliter coram vobis comparendum citandi, opportunisque juris et facti remediis compellendi. De jure vocandi quascumque personas ecclesiasticas saeculares, et regulares.

IV. §. 5. Personas easdem, et tamquam principales, et tamquam testes, seu tamquam principales, quoad se, et tamquam testes quoad alios, examinandi, et ut veritati testimonium perhibeant, admonendi, ac etiam cogendi, juramenta eis deferendi, et ab ipsis exigendi, et recipiendi ad sacrorum canonum praescriptum, ac recusantes per censuras ec- De jure eos examinandi.

clesiasticas, aliasque poenas, etiam corporales, vobis benevisas compescendi.

De jure recipiendi libellos, et querelas etiam summo pontifici porrectas.

V. §. 6. Libellos supplices, et memorialia, etiam Nobis inscripta, et directa, atque instructiones, rolationes, delationes, querelas, etiam secretas, contra quascumque personas accipiendi, et Nobis referendi, seu alias, prout rerum et personarum qualitas requiret juxta ordinationes Nostras, ex auctoritate vobis tradita, providendi.

De jure convocandi congregationes.

VI. §. 7. Congregationes aliarum personarum, quae vobis in consilium super praemissis adhibendae videbuntur, faciendi, easdemque personas auctoritate Nostra vocandi, et cum eis de negociis visitationis tractandi, consultandi, et deliberandi.

De deputatione commissarii, et fiscalis, cancellarii aliorumque ministrorum.

VII. §. 8. Unum, sive plures commissarium, seu fiscalem, nec non cancellarium, itemque ratiocinatorem, aliosque ministros, quibus in opere visitationis utamini, eligendi, et deputandi, electum, sive electos toties, quoties vobis videbitur, removendi, et alium, seu alios subrogandi.

De jure accedendi, et visitandi omnes ecclesias, et loca pia existentia in districtu urbis, et praecipiendi quidquid bonum videbitur.

VIII. §. 9. Quotiescumque vobis videbitur, ac etiam seorsum a Nobis, et iteratis vicibus, quarumvis dictae urbis, seu extra illam, intra tamen illius districtum consistentium, patriarchalium, collegiatarum, seu aliorum ecclesiarum, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus ratione tituli, aut denominationis sui cardinalatus, et alias quomodolibet, vel ex quavis causa subjectarum, seu cujusvis cappellae, vel oratorii, nec non monasteriorum, tam virorum, quam mulierum, prioratuum, domorum, et locorum saecularium, seu cujuslibet ordinis, etiam mendicantium, congregationis, militiae, aut instituti regularium, aut hospitalium, quantumvis exemptorum, Nobisque, et apostolicae Sedi immediate subjectorum, et generaliter quorumcumque locorum, et operum piorum quomodolibet nuncupatorum, et quocumque privilegio, exemptione, et immunitate suffultorum; etiam si de iis specifica, et individua mentio habenda foret, eorumque capitulorum, conventuum, universitatum, collegiorum, congregationum, confraternitatum, archiconfraternitatum etiam laicorum, etiam nullo alio speciali Nostro expectato ordine, vel mandato, aut etiam requisito consensu, vel licentia, visitationem faciendi, ac illa, et quaelibet illorum visitandi, et in illorum statum, formam, regulas, instituta, regimen, statuta, consuetudines, vitamque, ritus, mores, disciplinam, doctrinam, et idoneitatem singularum personarum conjunctim, vel divisim, et tam in capite, quam in membris, nec non circa divinum cultum, religiosas functiones, ecclesiarum decorem, fructuum et redditunm dispositionem, regularem religiosorum, tam virorum, quam mulierum observantiam, aliaque omnia et singula ad actum bujusmodi visitationis quomodolibet spectantia diligenter inquirendi, et ad hunc effectum quaecumque illorum, archivia, bibliothecas, et quaecumque in illis continentur documenta, et instrumenta authentica, scripturas, libros rationum dati et accepti, computa, et ratiocinia perlustrandi, inspiciendi, perscrutandi, praesertim vero sanctissimum eucharistiae sacramentum, ut sacras reliquias, et quibus ipsum augustissimum sacramentum, ac sacrae reliquiae, et res ad alia ecclesiastica sacramenta pertinentes continentur, sacra vasa, pyxides, thecas, tabernacula, nec non indumenta, ornamenta, et instrumenta, utensilia, et suppellectilem ecclesiasticam, etiam pretiosam, diligenter, et accurate inspiciendi, et ad praedicta exhibendum quascumque personas cogendi, et compellendi, ac in praemissis omnibus et singulis quacumque correctione, emendatione, et reformatione indigere cognoveritis, corrigendi, emendandi, reformandi, unciendi, transferendi, in melius immutandi, processusque necessarios desuper faciendi, et Nobis referendi, seu juxta ordines Nostros in his opportuno providendi, mandata, decreta, statuta, et ordinationes executioni demandandi, ac custodiri, et observari praecipiendi, demum omnia alia, et singula, quae hujusmodi visitationis negocium, ulteriorem progressum, executionem, et in ea facta, et facienda mandata, decreta, statuta, et ordinationes concernunt, et concernent, seu ad eam quomodolibet spectant et spectabunt, faciendi, gerendi, exequendi, mandandi, et ordinandi.

De poenis contra inobedientes, rebelles, eorumque fautores, et consiliarios.

IX. §. 10. Contradictores et vobis in praemissis inobedientes, et rebelles, eisque auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occulte, directe, vel indirecte, quomodolibet praestantes, per suspensionis, ac etiam privationis beneficiorum, et officiorum ecclesiasticorum, ac per censuras, et poenas ecclesiasticas et temporales etiam mancipationis carceri,

aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita, compescendi, auxiliumque brachii saecularis, si opus fuerit, invocandi.

De ordine servando in visitatione.

X. §. 11. In visitatione hujusmodi eum ordinem tenendi, quem commodiorem, utilioremque judicabitis, quin praecedentiam inter ecclesias, monasteria, et loca quaecumque per vos visitanda servare adigamini. Nos enim ex hac agendi ratione nulli ecclesiae, monasterio, vel loco, nec ulli capitulo, collegio, conventui, confraternitati, aut personae tam conjunctim, quam divisim, seu alias quomodolibet in aliquo etiam minimo quoad praecedentiam, aliasque praerogativas quascumque praejudicari, aut quidquam novi juris, acquiri, decernimus, et declaramus.

De visitatione infirmorum pauperum.

XI. §. 12. In perlustrandis urbis paroeciis, pauperibus infirmis graviter decumbentibus, quos Nostro nomine visitabitis, spiritualibusque, ac temporalibus subsidiis juvabitis, apostolicam benedictionem semel impertiendi, iisdemque dummodo aote, vel post visitationem vestram, vere poenitentes, et confessi, sacra communione refecti fuerint plenariam omnium suorum peccatorum indulgentiam et remissionem, quam unicuique eorum semel elargimur, denunciandi.

De jure consecrandi altaria, et ecclesias, aliaque adnexa.

XII. §. 13. Tibi, dilecte fili Noster, vobisque venerabilibus fratribus specialem facultatem concedimus in ecclesiis, etiam patriarchalibus, aliisque ecclesiis, et locis per vos visitandi, altaria, ac ipsasmet ecclesias consecrandi, aut illa vel easdem ecclesias, aut illis adnexa reconciliandi, seu etiam coemeteria, campanas, calices, patenas, cruces, indumenta et ornamenta ecclesiastica quaecumque, et aquam, ut moris est, benedicendi, sacramentum confirmationis ministrandi, sacrosanctum missae sacrificium, nec non vesperas et quaecumque alia divina officia solemni, et pontificali ritu celebrandi, et decantandi, verbi Dei praedicationes, et conciones ad Dei amorem, et timorem in cordibus fidelium excitandum, et accendendum publice ad clerum, et populum, seu alias privatim, prout occasio et necessitas postulabit, habendi, aliaque omnia, et quaecumque munia pontificalia, etiam quae notam, aut expressionem requirerent magis specialem, et sub generali hujusmodi concessione non comprehenderentur, etiam erga personas alioquin habiles et idoneas exercendi.

De jure commutandi pias voluntates super suffragiis defunctorum.

XIII. §. 14. Ubi contigerit alicui altari etiam pro defunctis privilegiato, seu cappellae tam magnum missarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum legatis impositum esse, ut singulis diebus praescriptis nequeat illis satisfieri, quidquid magis ad Dei honorem, ecclesiarum utilitatem, salutemque animarum eorum, qui legata pia reliquerunt, etiam per translationem partis missarum hujusmodi ad aliud altare, seu altaria, etiam non privilegiata, videritis expedire, re tamen diligenter perspecta, statuendi, et ordinandi, ut in iisdem altaribus commodius, ac plenius piae defunctorum voluntati satisfiat, ita quod missae ad altaria hujusmodi, ad quae illarum celebrationem transtuleritis, celebratae, illis, pro quibus celebrabuntur, perinde suffragentur, ac si ad altaria privilegiata, seu alia juxta eorumdem defunctorum voluntates celebratae fuissent.

De munere, et facultatibus secretarii sacrae visitationis.

XIV. §. 15. Ad faciliorem et expeditionem visitationis progressum et complementum secretario, et assessori facultatem tribuimus ejusdem visitationis decreta, statuta, ordinationes, mandata, praecepta, inhibitiones, informationes, relationes, nec non seriem ordinandi, describendi, et in libellos, seu commentarios, sive etiam in publica et authentica forma documenta, et instrumenta redigendi, caeteraque omnia, et quaecumque ad eorum munus spectantia gerendi et exercendi etiam si notam, et expressionem requirerent magis specialem, et sub generali commissione hujusmodi non venirent. Nos enim volumus iis documentis, et scripturis, quae de rebus in visitatione gestis a secretario, et assessore praedictis, vel ab eorum altero fient, et emanabunt ipsorum manu, ac visitationis signo munitis, plenam, ac indubitatam fidem, nunc, et perpetuis futuris temporibus tam in judicio, quam extra illud, omnino haberi, neque ad id probationis, alterius adminiculum requiri.

De jurisdictione visitatorum super querelis, et accusationibus.

XV. §. 16. Quascumque querelas, accusationes, denunciationes contra quascumque personas tam ecclesiasticas saeculares, vel regulares, quam laicas cujuscumque status, gradus, dignitatis et praeeminentiae existentes recipiendi, et audiendi, causasque exinde, aut alias quomodolibet ex dicta visitatione, vel illius causa emergentes, tam ecclesiasticas, quam profanas, ac tam civiles,

quam criminales, et mixtas, sive ad procuratoris fisci, sive ad aliorum quorumcumque instantiam, aut ex officio audiendi, cognoscendi, ac juxta mandata Nostra, seu alias prout justitia suaserit, et ordo dictaverit rationis, illas decidendi, at terminandi, aliasque in illis vos immiscendi sine aliquo conscientiae scrupulo, aut censurarum ecclesiasticarum vel etiam irregularitatis incursu, etiamsi inde sanguinis effusio, membrorumque mutilatio, aut etiam ultimi supplicii poena infligenda venerit, dummodo vos ipsi a sententia sanguinis per vos ipsos ferenda abstineatis. Utque liberius ab omnibus denunciationes, querelae, at accusationes, ac causae quaecumque ad dictam visitationem pertinentes deferri possint, omnibus similiter, at singulis personis, tam laicis, quam clericis, etiam in sacris, et presbyteratus ordinibus constitutis, saecularibus, et quorumvis ordinum regularium etiam mendicantium regularibus, quavis etiam episcopali, vel majori ecclesiastica vel mundana dignitate, vel praeeminentia fulgentibus, qui in actu ejusdem visitationis, seu alias illius occasione aliquid, quod ad praedictas causas pertineat, per viam denunciationis, querelae, vel accusationis palam, vel occulte, sponte, vel ad aliorum, etiam procuratoris fisci, instantiam in judicio, vel extra judicium revalaverint, aut in praemissis testimonium dixerint, vel aliquid propterea scripserint, indicaverint, dictaverint, detulerint, interrogaverint, vel interrogati responderint, vel ad reus defendendos, convincendos, capiendos, custodiendos, puniendos indicia, votum, consilium, auxilium, vel favorem per se, vel alium directe, vel indirecte praestiterint, sive tamquam judices ordinarii, vel delegati, custodes, scribae, testes, tabelliones, consultores, procuratores, advocati seu alias se in praemissis quomodolibet ingesserint, ut nullam propterea poenam vel censuram ecclesiasticam, aut irregularitatis notam incurrant Nostro nomine, et auctoritate indulgendi.

De causis pertinendis. XVI. §. 17. Omnes, et singulas causas occasione visitationis hujusmodi coram quibuscumque judicibus, tam ordinariis, quam delegatis pendentes, at atiam instructas, in statu, et terminis, in quibus reperiuntur, cum omnibus et singulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, et connexis, totoque negotio principali ad vos auctoritate Nostra avocandi, illasque summarie, simpliciter, et de plano, sine strepitu, et figura judicii, sola facti veritate inspecta, et manu regia audiendi, cognoscendi, et fine debito, prout juris fuerit terminandi.

De judice causarum, et executore decretorum. XVII. §. 18. Judici causarum, et executori decretorum visitationis praedictae auctoritate Nostra deputatiu omnia in eadem visitatione decreta, statuta, et ordinata exequendi, et observari faciendi contra inobedientes, et negligentes, nec non cujuscumque criminis occasione dictae visitationis detectos reos, et delinquentes, eorumque complices et fautores, cujuscumque status, dignitatis, ordinis, et conditienis fuerint, per viam accusationis, querelae, vel denunciationis, etiam summarie, simpliciter, et de plano, sine strepitu et figura judicii, sola facti veritate inspecta inquirendi, et procedendi, reosque, prout canonicae requirunt sanctiones puniendi, ac tam super praemissis, quam etiam alias quascumque in eadem visitatione, aut etiam antea per Nos tamen tibi etiam absque speciali commissione committendas causas ecclesiasticas, vel profanas, civiles, criminales, aut mixtas inter capitula, conventus, collegia, universitates, confraternitates, archiconfraternitates, eorumque superiores, ac singulares personas ecclesiasticas seculares, vel cujusvis ordinis etiam mendicantium, regulares etiam exemptas, et quovis privilegio, vel immunitate suffultas, etiam Nobis et apostolicae Sedi immediate subjectas, seu atiam inter laicos motas, et movendas cum earum omnibus incidentibus, emergentibus, adnexis, et connexis atiam summarie et simpliciter, et de plano, et alias, prout putatur, terminis substantialibus unico contextu, vel etiam non servatis, sed illorum loco praefixo termine arbitrio tuo, et de ejusdem visitationis mandato procedendi, audiendi, ac fine debito terminandi, et ad hunc, caetererumque contigentium effectum quoscumque, etiam per edictum publicum, constito summarie, et extrajudicialiter de non tuto accessu, citandi, et monendi eisque, ac quibusvis judicibus et caeteris personis quibus, et quoties opus fuerit, etiam per simile edictum, ac atiam sub censuris, et poenis ecclesiasticis, nec non pecuniis ejusdam secretarii arbitrio moderandis et ampliandis,

inhibendi, contra inobedientes quoscumque censuras, et poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravandi, auxiliumque brachii saecularis invocandi, mandata, prohibitiones, inhibitiones, et monitoria, etiam sub censuris et aliis poenis praedictis caeterisque sibi benevisis remediis, omni, et quacumque appellatione postposita decernendi, omniaque in praemissis et circa ea necessaria et quomodolibet opportuna faciendi, mandandi, et exequendi, etiam quae expressionem requirerent magis specialem, et sub generali concessione non venirent, iis tamen servatis limitibus, quos visitatores collatis insimul consiliis praescribent, et exceptis semper causis majoris momenti, ad congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium super negotiis visitationis apostolicae ecclesiarum, et locorum piorum urbis praepositorum vigore citatae buliae indictionis deferendis.

De usu documentorum in dirimendis causis. XVIII. §. 19. Pro celeriore causarum expeditione, et ad parcendum quantum fieri potest partium dispendiis, simplici, et nudae scripturarum ac jurium in tribunalibus seu archiviis, aut notariorum officiis ejusdem orbis existentium indicationi, eorumque notis, ac privatis copiis standi, et illis ad probationem eamdem fidem in judicio adhibendi, quae adhiberetur, si illa in forma publica, et authentica forent transumpta, aut alias originaliter exhibita. Mandamus autem omnibus, et singulis, ad quos spectat, et spectabit, quacumque dignitate, auctoritate, potestate, et praeeminentia fulgentibus, ut vobis et cuilibet vestrum in praemissis omnibus et singulis prompte pareant, et obediant, alioquin sententias, sive poenas, quas rite tuleritis, seu statueritis in rebelles ratas habebimus, et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiter observari.

Derogatio contrariorum. §. 20. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, etiam conciliaribus, et ecclesiarum, monasteriorum, hospitalium, ordinum, congregationum, militiarum, etiam dicti hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, archiconfraternitatum, confraternitatum et aliorum locorum, et operum piorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus, stabilimentis, usibus, et naturis, ac stylo curiae; privilegiis quoque, indultis, exemptionibus, et literis apostolicis praemissis, et cujusvis illorum, ac superioribus et personis eorum, quomodolibet nuncupatis et qualificatis, sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, et decretis, etiam irritantibus, in genere, vel in specie, etiam motu proprio, vel ad catholicorum principum quorumlibet preces, et instantiam, seu eorum contemplatione et intuitu, ac etiam consistorialiter, et alias quomodolibet, et quandocumque concessis, confirmatis, et pluries innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica, expressa et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, et singulorum tenores, formas, et occasiones praesentibus pro plene et sufficienter expressis, et insertis, et servatis respective habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum specialiter et expresse ac plenissime derogamus, et derogatum esse volumus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima octava junii millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

XLVII.

Dat. die 18. junii 1824. Anno I.

Erectio in archiconfraternitatem pii sodalitii nuncupati Sanctae Scholae Christi in Pontificio hospitali Matriti, cum facultate aggregandi alias confraternitates, eisque communicandi privilegia.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Pias christifidelium confraternitates pietatis et charitatis operibus intentas, canonicèque institutas, apostolicae liberalitatis favoribus libenter cumulamus, prout in Domino expedire conspicimus.

Expositio precum.

§. 2. Quum itaque, sicut Nobis nuper exponi curarunt dilecti filii officiales, et confratres sodalitatis Sanctae Scholae Christi nuncupatae, canonice, prout asseritur, erectae in Pontificio hospitali Italorum Matriti Toletanae dioecesis, in ipsorum spiritualem consolationem, et ejusdem sodalitatis decus coderet, et incrementum, si archiconfraternitatis titulo eam insigniri, et privilegium seu indultum alias ejusdem invocationis et instituti canonice etiam erectas confraternitates aggregandi, sicque aggregatis spirituales gratias, et indulgentias communicandi facultatem eis concedere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ejusdem sodalitatis splendori, et augmento paternis studiis intendentes, ipsosque exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, sodalitatem praedictam in archiconfraternitatem cum omnibus et singulis praerogativis, juribus, honoribus, et praeeminentiis solitis, et consuetis, auctoritate apostolica, tenore praesentium sine cujusquam praejudicio, perpetuo erigimus, et instituimus, ac archiconfraternitatis sic erectae officialibus, et confratribus, praesentibus et futuris, ut ipsi alias quascumque confraternitates ejusdem invocationis, et instituti extra urbem ubicumque locorum existentes eidem archiconfraternitati, servata tamen forma constitutionis felicis recordationis Clementis pp. VIII. praedecessoris Nostri desuper editae, aggregare, illisque omnes et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, et poenitentiarum relaxationes ipsi confraternitati sic in archiconfraternitatem a Nobis erectae a Sede apostolica concessas, et alias communicabiles libere et licite communicare valeant, auctoritate, et tenore praedictis concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit plenissimo suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere; ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit praedictae confraternitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, aliisque in contrarium praemissorum facientibus quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris die decima octava junii millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

XLVIII.

Dat. die 18. junii 1824. Anno I.

Confirmatio indulgentiarum peculiarium assequendarum, non obstante publicatione Jubilaei.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad futuram rei memoriam.

Memoratur recens facta publicatio Jubilaei generalis.

§. 1. Cum Nos nuper sancti Jubilaei celebrationem in hac alma urbe a vigilia Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi proxime futura inchoandam, et usque ad finem sequentis anni duraturam universo populo Christiano de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium assensu indixerimus, ac omnibus utriusque sexus christifidelibus vere poenitentibus et confessis, ac sacra communione refectis, qui beatorum Petri et Pauli apostolorum, nec non sancti Joannis Lateranensis, et sanctae Mariae Majoris de urbe basilicas certis vicibus visitaverint plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, remissionem, et veniam concesserimus, prout in Nostris desuper confectis literis plenius continetur; cupientes ut christianae nationes ex omnibus terrarum orbis locis in hac orbe Nostra in fidei ac religionis unitate congregatae eodem pietatis ac devotionis spiritu basilicas praedictas quo maximo fieri poterit concursu, duranto eodem Jubilaeo, visitantes et frequentantes tanti et tam

certi spiritualis emolumenti compotes fiant multorum Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum exemplo adducti, indulgentias, et facultates ab apostolicae Sedis liberalitate alias emanatas pro hoc anno suspendere, et nihilominus tum spiritualibus fidelium per universum urbem degentium necessitatibus paterna charitate consulere, tum pium devotionis favorem erga laudabilia quaedam religionis et pietatis opera in christianorum animis conservare et fovere, tum demum suffragia in fidelium defunctorum levamen, atque subsidium erogari solita neutiquam imminuere, eorumdem praedecessorum vestigiis insistentes decrevimus et constituimus.

Declarentur quae indulgentiae durante Jubilaeo acquiri possint.

§. 2. Itaque, praeservatis et firmis remanentibus indulgentiis concessis in articulo mortis, ac facultatibus, seu Indultis, illas impertiendi, seu communicandi tam venerabilibus fratribus episcopis, ac dilectis filiis praelatis locorum ordinariis in vim seu ad formam literarum apostolicarum felicis recordationis Benedicti papae XIV. praedecessoris Nostri sub datum nonis aprilis anni millesimi septingentesimi quadragesimi septimi editarum, quam aliis quibuscumque communiter, aut personaliter seu pro certo personarum genere, gradu, aut numero concessis, itemque iis quas felicis pariter recordationis praedecessor item Noster Benedictus pp. XIII. cunctis fidelibus salutationem angelicam, seu alias preces de tempore mane, aut meridie, seu vespere ad campanae pulsum, de genu, vel juxta dierum et temporum rationem stando recitantibus, similiter indulgentiam septem annorum et totidem quadragenarum quam secundodictus Benedictus Jubilaei anno durante, omnibus christifidelibus tam in urbe, quam extra eam ubicumque degentibus, qui sacramentaliter confessi, et sacra communione refecti, vel saltem vere contriti, et cum firmo proposito confitendi ecclesias, in quibus augustissimum Eucharistiae sacramentum pro oratione quadraginta horarum eo anno durante expositum esset, devote visitassent, ibique juxta Sanctae Matris Ecclesiae mentem orassent toties quoties id egissent per apostolicas literas in forma brevis die secunda maji millesimo septingentesimo vigesimo quinto datas benigne concessit, quamque Nos etiam, illius exemplo pro proxime ineunte Jubilaei anno, et tam pro urbe, quam pro aliis ubique locis praesentium tenore libenter concedimus et elargimur; atque illis etiam quam similis memoriae Innocentius XI, et Innocentius XII. Romani pontifices praedecessores Nostri fidelibus sanctissimum Eucharistiae sacramentum cum ad infirmos defertur devote comitantibus, vel lumen, aut facem per alios ea occasione deferendam seu deferendam mittentibus similiter concesserunt, tum etiam indulgentiis a Sacra Romana Ecclesia cardinalibus de latere legatis et apostolicae Sedis nunciis, ac episcopis in usu, seu exercitio pontificalium, aut impertiendi benedictione, aliave forma consueta concedi solitis; item salvis et firmis remanentibus indulgentiis altarium privilegiatorum pro fidelibus defunctis, aliisque eodem modo pro solis ipsis defunctis concessis, atque etiam aliis quibuscumque indulgentiis et peccatorum remissionibus alias pro vivis concessis ad effectum dumtaxat, ut christifidales illas animabus fidelium defunctorum, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint per modum suffragii directe applicare valeant, quas omnes et singulas licet pro eo quod respicit vivorum favorem hoc Jubilaei anno durante generaliter, ut infra suspensas, ad praedictum tamen effectum ipsius anni decursu etiamsi in earum concessionibus hujusmodi applicandi facultas indulta non fuerit, ab omnibus utriusque sexus christifidelibus, qui injuncta in ipsis concessionibus opera cum debitis dispositionibus impleverint acquiri posse concedimus et indulgemus.

Praeservantur quoque jura tribunalis officii s. Inquisitionis.

§. 3. Praeservatis etiam et firmis remanentibus facultatibus tribunalis officii Inquisitionis adversus haereticam pravitatem auctoritate apostolica instituti, ejusque officialium, missionariorum quoque, et ministrorum qui ab eodem tribunali, seu a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis propagandae fidei praeposita, vel alias a Sede praedicta ad id deputati fuerint, et praesertim facultate absolvendi ab haeresi illos, qui abjuratis eorum erroribus capaces ejusmodi absolutionis redduntur; aliisque facultatibus, quae ab officio Poenitentiariae Nostrae apostolicae missionariis in locis missionum, earumque occasione ab ipsis exercendae concessae fuerint. Item salvis et illaesis remanentibus facultatibus tam venerabilium fratrum Nostrorum episcoporum, aliorumque su-

periorum antistitum in suis respective dioecesibus circa dispensationes et absolutiones suorum subditorum in casibus occultis etiam Sedi apostolicae reservatis, prout ipsis a sacra Tridentina synodo, seu alias etiam in publicis a jure communi ecclesiastico et ab eadem apostolica Sede pro certis personis et casibus indultae, permissaeque dignoscuntur, quam etiam superiorum ordinum regularium quaecumque ipsis in regulares pariter sibi subjectos a Sede apostolica praedicta tributae fuerant.

Suspensio aliarum indulgentiarum, et privilegiorum.

§. 4. Caeteras omnes et singulas indulgentias tam plenarias quam non plenarias etiam perpetuas, et peccatorum remissiones et facultates et indulta absolvendi etiam a casibus Sedi apostolicae quomodolibet reservatis, seu relaxandi censuras, commutandi vota, aut dispensandi etiam super irregularitatibus, et impedimentis quibusvis ecclesiis, monasteriis, hospitalibus etiam sancti Joannis Hierosolymitani, domibus, militiis, ordinibus etiam mendicantium, congregationibus, confraternitatibus etiam laicorum, universitatibus, et piis locis, illorumque ordinibus, capitulis, conventibus, magistris, superioribus, et tam secularium, quam quorumvis etiam mendicantium ordinum regularibus personis, coronisque, granis, imaginibus et numismatibus ex metallo, seu quacumque alia materia confectis tam singulariter, quam universaliter per quoscumque Romanos pontifices praedecessores Nostros, ac per Nos etiam ad instantiam catholicorum principum, aut ipsis, vel aliis quacumque alia mundana, vel ecclesiastica dignitate fulgentibus etiam ad instar Jubilaei, aut alias quomodocumque et ex quibusvis causis, et occasionibus sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis etiam motu-proprio et ex certa scientia, ac alias quomodolibet concessas, et concessa, quorum omnium tenores et formas, derogationes, et decreta praesentibus pro expressis haberi volumus apostolica auctoritate de eorumdem fratrum consilio, et assensu, ac potestatis Nostrae plenitudine suspendimus, et suspensa esse declaramus, easque, et ea eodem anno durante nulli prodesse, ac suffragari debere; irritum quoque et inane decernimus si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Mandatum de parendo.

§. 5. Quocirca per praesentes auctoritate apostolica praecipimus, et mandamus, ne interim praeter superius expressas, aliae quam indicti a Nobis praedicti Jubilaei indulgentiae, sive publice, sive privatim quovis praetextu ulnivis locorum et gentium sub excommunicationis eo ipso incurrendae, aliisque arbitrio ordinariorum infligendis poenis publicentur, vel nuncientur, aut in usum demandentur.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ecclesiarum, monasteriorum, conventuum, ordinum, congregationum, hospitalium, confraternitatum, universitatum, collegiorum, et locorum, aliorumque praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, exemptionibus, et indultis apostolicis illis, eorumque superioribus et personis, ac aliis quibuscumque per eosdem Romanos pontifices praedecessores Nostros, ac Nos et dictam Sedem, ejusque legatos sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis, et ex quibusvis causis concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus etiamsi in illis caveatur expresse, quod sub similibus vel dissimilibus suspensionibus nequaquam comprehendantur nisi de illis specialis et individua mentio fiat, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda exemplis.

§. 7. Et quia difficile nimis esset praesentes quocumque ubi illis opus fuerit perferri, volumus earum exemplis etiam impressis notarii publici manu, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae obsignatis, eamdem prorsus fidem in judicio et extra ubique locorum adhiberi, quae adhiberetur praesentibus, si essent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae suspensionis, declarationis, decreti, praecepti, mandati, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; siquis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quarto, duodecimo kalendas julii, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 22. junii 1824. Anno I.

IL.

Facultas emphyteuticandi bona seminarii Viglevanensis posita in territoriis sancti Salvatoris, et castri Scazzosi.

Venerabili fratri episcopo Viglevanensi.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater, salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Curarunt dilecti filii administratores istius tui seminarii Nobis exponi, deliberatum esse attribuere eidem seminario nonnullos agros, extra fines dioecesis tuae maximam partem positos, quibus olim potiebatur Valentinum seminarium deinde suppressum, quaeque territoriis sancti Salvatoris et castri Scazzosi continentur, et ea sunt amplitudine, ut serantur frumenti modiis circiter centum. Quum vero uberes ex illis fructus expectari non possint, eorum scilicet natura adversante; oneri autem vectigalium magno subjiciantur; et, ut in dissitis a seminario locis, eorum administratio ingentes impensas ferat; optimum factu censetur emphyteusim de illis pacisci. Ac quoniam inventi sunt quidam cognomento Raiteri e pago sancti Salvatoris, qui illorum perpetuam emphyteusim inire parati annuum canonem obtulerunt librarum mille; nec spernenda administratoribus illorum oblatio videtur; ideo suppliciter a Nobis postulaverunt, ut ad contrahendam emphiteusim ejusmodi apostolicam Nostram opem, veniamque largiamur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos vero oratores, nec non alios, quibus hae literae favent, peculiari prosequi beneficentia volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum indulti assequendi gratia absolventes, et absolutos fore censentes, tibi, venerabilis frater episcope, eas partes imponimus atque mandamus, primum quidem, ut agros de quibus agitur, quaeque olim a seminario Valentino possidebantur, auctoritate Nostra apostolica cum adnexis rebus ac juribus seminario isti tuo addicas, attribuas, addictosque, et attributos esse decernas; deinde ut, si ita se res habent, prout exponitur, ac postquam compereris hujusmodi contractum in evidentem seminarii utilitatem ac commodum cedere, eadem Nostra auctoritate facultatem facias, cujus ope perpetua illa emphyteusis iniri queat, pacto canone, de quo meminimus. Quo quidem de canone cavebis, ut pendatur liber, et expers omnium onerum praesentium ac futurorum, quae sive rebus sive personis imposita sunt, vel imponentur, utque in eorum agrorum oneribus praecipuum ducatur; mandabisque pro solutione canonis, et aliis oneribus, quae erga seminarium perpetuae emphyteusis contractu suscipientur, exhiberi fidejussionem idoneam, vel iis oneribus alium, et idoneum pariter fundum, vel fundos ab emphyteutis subjici. Insuper curabis, ut traditorum in emphyteusim agrorum fines accurate demonstrentur in solemnibus tabulis hoc de contractu a notario exarandis, atque illis inseratur agrorum descriptio linearis, quam plantam, vel mappam appellari mos est. Denique contractum muniea illis omnibus conditionibus, quas vel acta oblationis habent, vel ex consuetudine hujuscemodi contractibus addi solent. Haec concedimus atque mandamus non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV. super divisione materiarum, ac Pauli II., aliorumque Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque constitutionibus, et sanctionibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus vero, ut quomodocumque cessante emphyteusi praedicta, illico emphyteutici fundi cum adnexis rebus ac juribus ad seminarium revertantur, eaque cedant solo, per quae fundi meliores fuerint effecti; quin petitio renovandae concessionis hujusmodi, si quis illam urgeat, bono juri consentanea possit haberi. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima secunda junii anno millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 22. junii 1824. Anno I.

L.

Erectio collegiatae in oppido Campi Lyciensis dioecesis.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Ea est frequentia populi in oppido Campi Lyciensis dioecesis, ea etiam elegantia, dignitas, ac vetustas ecclesiae, quae ibi caeterarum mater habetur, accedente sacrae supellectilis splendore mirifico, et presbyterorum sex ac triginta ejus cultui addictorum sedulitate, ut minime repellendas eorum preces putemus, dum a Nobis poscunt, ejusmodi ecclesiam collegiatae nomine ac privilegiis augeri.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur oratores presbyteros peculiari prosequi beneficentia volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis ac poenis, quovis modo, ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum Indulti assequendi gratia, absolventes, et absolutos fore censentes, ecclesiam in qua ipsi Deo famulantur, quaeque in oppido Campi caeterarum mater vocatur; ad omnipotentis Dei, et sacratissimae Dei genitricis Mariae, omniumque sanctorum laudem, et gloriam plena Nostra apostolica potestate collegiatam dicimus, creamus, ac constituimus.

Concessio privilegiorum.

§. 3. Illi propterea, et ii, qui dignitates, ac canonicatuum muneribus in illa fungentur, omnia ac singula jura, privilegia, honores, ac praerogativas deferimus, quibus utuntur, fruuntur, vel utendi, fruendi jus habent, aut aliquando habebunt dignitates et canonici ecclesiarum, quae hujus apostolicae Sedis auctoritate ad collegiatae ecclesiae gradum provectae sint, praesertim vero, ut choro, acca, sigillo communibus utantur, utque habeant deliberandi causa communes coetus, qui capitula dici solent.

Praefinitio dignitatum, canonicorum, ac participantium.

§. 4. Volumus autem, ut in ea sint dignitates quinque, quarum prima archipresbyter, curam animarum gerens, ducatur, deinde vero sequantur cantor, archidiaconus, primicerius, et thesauri custos sive, ut appellari mos est, thesaurarius. Praeterea collegium constituent dignitate carentes canonici viginti duo. Reliqui praesbyteri, qui ea in ecclesia Deo cultum impendunt, habebuntur tantummodo pro adjutoribus laborum, qui a dignitatibus et canonicis sustinentur, ac quia emolumentorum quorumdam participes erunt, participantes dicentur.

De collatione dignitatum.

§. 5. Mandamus vero quoad archipresbyteratum, cui animarum regimen jungitur, ut quotiescumque novus ei beneficio rector praeficiendus erit, in ejus collatione serventur concilii Tridentini salubria decreta, utque de collatione reliquorum etiam beneficiorum ejus collegiatae ecclesiae inconcussa sint ac firma, quae de rebus ejusmodi felicis recordationis Pius VII, praedecessor Noster cum carissimo in Christo filio Nostro Ferdinando utriusque Siciliae rege mutua, solemnique pactione sanxit. Mandamus insuper, ut etiam in collationibus dignitatum cantoris, archidiaconi, primiceri, ac thesaurarii, itemque in canonicatibus conferendis ejus collegiatae ecclesiae, proposito edicto, vocentur, qui praebendis illis instrui cupiant, omniaque gerantur ad normam eorum, quae habentur in literis ejusdem praedecessoris Nostri, hac de re datis mense augusti anno millesimo octingentesimo decimo octavo.

Concessio insignium indumentorum.

§. 6. Ac ne dignitatis et canonici praedicti careant extrinsero vestium decore, quo ad animum decorandum ecclesiastico viro dignis virtutibus excitentur, concedimus, et indulgemus, ut dimidiata cappa induantur non sine ita nuncupato ermisino, coloris, ut vocatur, cremisini, et ligaminibus (vulgo « fetturcie ») colore eodem imbutis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Haec concedimus atque mandamus, decernentes insuper has literas semper firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et eorum causa quae expressa sunt, hoc, futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV, praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus, constitutionibus, et ordinationibus etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis,

aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quinta junii, millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 9. julii 1824. Anno I.

LI.

Deputatio visitatoris apostolici, ad ordinandas res communitatum ditionis Pontificiae destinati cum facultatibus extraordinariis.

Dilecto filio magistro Joanni Antonio Benvenuti, segretario congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium bono regimini communitatum, et universitatum status Nostri ecclesiastici praepositorum.

Leo PP. XII.

Dilecte fili,
salutem et apostolicam benedictionem.

Proemium. §. 1. Cogitationes Nostras, ac studia in ipso delati Nobis maximi pontificatus exordio ad ea convertimus, per quae populorum ecclesiasticae Nostrae ditionis commoda promoveantur, onera autem alleventur; cujus Nostri studii minime dubium indicium faciunt quibusdam vectigalibus abolendis, aliis vero minuendis editae jam Nostra auctoritate sanctiones. Quumque nihil agat princeps, qui populis sibi subditis studet esse feliciter, nisi ea quae in urbe unaquaque, aut pago, aut vico societatis civium sunt, et communitatis, seu universitatis dicuntur, accuratam ad normam exigat, ac moderetur, hanc modo decrevimus publicae felicitatis partem attingere; praesertim vero aliquid de impensis detrahere, quae a Nostrae ditionis communitatibus sustinentur, quasque mirae prudentiae pontifex Pius VII, praedecessor Noster voluntates hominum nactus parcimoniae veteri adversas, valde augere, atque intendere coactus est.

Ratio concessionis. §. 2. In hanc ergo Nos curam incumbentes, ac simul quaerentes, quid alias in hujusmodi rerum adjunctis consilii ceperint providi Nostri praedecessores et in illis spectatissimus sapientia Clemens XI, eos invenimus, communitatum malis occurrisse, et cum ingenti earum bono vim revocassa institutorum ac legum utilium, quae propter diuturnitatem temporis, fraenique impatientes humanas cupiditates pollutae, ac neglectae jacerent, missis in provincias ad cujuscumque universitatis res curandas delectis viris, illisque visitatorum nomine, at extraordinaria facultate tributa.

Deputatio visitatoris. §. 3. Claris igitur inhaerentes vestigiis, quae Romani pontifices Nostri praedecessores Nobis impressa reliquerunt, tuaque integritate, ac juris scientia confisi, quam assidua meditatione adeptam multiplici publicarum rerum usu tutiorem ac cumulatiorem fecisti, te suprema Nostra auctoritate visitatorem dicimus ac constituimus omnium communitatum, sive universitatum ecclesiasticae Nostrae ditionis, quae potestati, ac jurisdictioni subduntur congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium bono earum regimini praepositorum.

Munera eidem concredita. §. 4. Tui autem muneris partes erunt praesertim.

I. Vocare ad trutinam, et emendare eos communitatum sumptus, qui dicuntur — *preventivi e consuntivi* — nihilque in quavis impensa ferre, quod necessitate partum non videatur.

II. Inquirere una cum episcopis de paratis ad pauperum levamen e pecunia vel e frumento subsidiis, quae montium pietatis, vel frumenti nota sunt nomine, itemque de statu, ac rebus valetudinarii cujusque, ac piae institutionis, pro eo jure oeconomico, quod communitates exercere in illas queant.

III. Ejusdem juris ratione habita, ludos juventuti erudiendae patefactos, et utilem aliam quamvis institutionem curare; ut de re literaria ad congregationem referas, quam studiis doctrinarum praefecimus. In aliis autem utilibus institutionibus tu ipse ea immutes, emendes, antiques, abroges, quae pro tui perspicacia, ac solertia ingenii, immutanda, emendanda, abroganda, antiquanda arbitreris.

IV. Lites praecidere, concordiaque pacare, quae de communitatum negotiis exortae sint, quaeque, te visitatorem agente, exurient ur ne illis quidem exceptis, quas praeposita bono regimini congregatio dijudicandas suscepit.

V. Rationem quamlibet accepti expensique ad examen vocare, licet illa deducta, videantur ad liquidum, quique communitatibus debent, absoluti discesserint, et in id incumbere ut communitatibus reddantur ac solvantur debita, de iis etiam si opportunum videbitur transigendo, et a judicialibus molestiis interim abstinendo, aut contra urgendo debitores via illa compendiaria, qua quidem qui ex privilegio utuntur, manu regia uti dicuntur, quamque a Nobis die vigesima decembris anni superioris praeferto congregationis Boni Regiminis concessam, tibi quoque induitam atque impertitam volumus.

VI. In tollendis aut minuendis omnibus, vel supervacaneis, vel immoderatis sumptibus praecipue illos spectare, qui obiectationis causa fiunt, quique salarii, seu mercedis loco communitatum administris impenduntur.

VII. De vectigalibus, quae communitates imperant, etiam atque etiam videre, ut eorum onus ex aequo ac justo dividatur, rerumque administrationem et methodum putandi rationes aptam, et ubique eamdem statuere, ut a vectigalium exactione omne crimen, omnis libido, et injusta acerbitas absit.

VIII. Pecuniae universitatum exactores, atque arcarios constituere de quibus cavendum ne privato censu careant, ac ne illum habeant nimis angustum, et ne ulla sint macula improbitatis adspersi. Additur vero tibi facultas in judicio criminis contra eos animadvertendi, qui munus aliquod in qualibet communitate gerentes a recto defecerint, et impositi tibi muneris sanctitatem violarint, Nostroque nomine omnibus apertum ac notum facies, ejus flagitii reis poenas irrogatum iri, deinceps a praeposita Bono Regimini congregatione, prout illa irrogabat, fierique assolebat ante editam die sexta julii anni millesimi octingentesimi decimi sexti, a felicis recordationis Pio VII, praedecessore Nostro motu proprio constitutionem, cujus etiam articulum CLXVI. abrogamus, ut congregationi eidem jus ac potestas sit approbandi, vel rescindendi consiliorum acta, per quae universitatum administri a suo munere fuerint amoti.

§. 5. Insuper nolumus tibi facultatem deesse ea consilia cogendi, mulctaque coercendi contumaces, qui a te in consilium acciti, ad illud accedere detrectarint, et peculiarium rerum procurationem coetibus quibusdam tradendi probatorum tibi virorum, quamvis, qui tibi probantur, quosque in eos coetus ad legendos putas clerici sint, sive saeculares, ut dicitur, sive regulares. Jamvero, quoad consilia, de quibus meminimus, quaeque universitatum negotia ordinario jure administrant, tibi providendum erit, ut pristinam formam recuperent; ut ex viris praecipue constent, qui opibus instructi sint, ab iisque arceantur proletarii, ac capite solo censendi; et ne locus in illis sit cuiquam licet opulento, beneque nummato, si nequiter vivat, si pravas animo opiniones foveat, si rerum novarum, et civilium motuum sit cupidus. Jurisdictio eidem concessa.

§. 6. Neque interesse consiliis ecclesiasticos viros sines, absque episcoporum mandato, neque eos umquam communitatum consiliariis adnumerari; quod fieri coepit non ita pridem, ut in pagis, vicisque infrequentibus consilia supplerentur, eoque numero consiliariorum constarent, quem Pii VII, praedecessoris Nostri memorata constitutio articulo CLI. praescripsit. Nos vero concedimus, et indulgemus, ut in destitutis frequentia locis integer, ac legitimus numerus consiliariorum duratur, qui numerum non attingat articulo illo statutum. Quia vero cupimus proxime saltem accedi illum ad numerum, abrogamus articulos CLV. et CLVI. constitutionis illius; volumusque, ut qui bonis in aliquo territorio potiuntur, adsciscì possint in ejus loci consilium, quamvis certum ibi fixum domicilium non habeant, utque adesse eidem consilio possint, in eoque sententiam dicere, ac ferre suffragium germani fratres, vel soceri, generique inter se affinitate conjuncti, nisi forte coitalis in communionem bonis, et pomo eadem utantur. Id quoque addimus, licitum fore toparchis, sive, ut dici solet, baronibus, qui toparchiae jura addicarint, ejus loci consiliis adesse per munitum suo mandato procuratorem, quem extra Romanum tractum (vulgo « Comarca ») delegati ab apostolica hac Sede approbaverint, in ipso autem Romano tractu magistratus illi, qui vernaculo sermone appellantur, « *Governatori Distrettuali* ». De exclusione virorum ecclesiasticorum e consiliis communitatum.

Mandatum ad referendum commissario tribuitur.

§. 7. Denique tibi facultatem patere volumus ad Nos referendi, sententiamque Nobis tuam proponendi de omnibus, quae ad communitatum impensas pertinent, sive illae viarum, sive aedificiorum causa faciendae sint, sive ut universitatum administri mercedes aptae solvantur, sive ut pauperum in auxilium beneficae institutiones vigeant (de quibus, ut tibi cum episcopis conveniat, curabis) nec non de iis agendi apud Nos, quae aggredienda, vel corrigenda censeas, ut communitatum Nostrae ditionis, et populorum, quos Nobis Deus subdidit, beatissima possit esse conditio.

De appellatione a decretis latis ab visitatore

§. 8. Suscipe igitur, dilecte fili, quas in communitatum utilitatem ac commodum imponimus tibi, gravissimas curas, earumque initium facito a Nostra Maritimae et Campaniae provincia, quam tibi etiam uti extraordinario delegato curandam tradimus. Habes profecto in his literis certum Nostrae benevolentiae pignus, non enim parce, sed liberaliter, effuseque tibi ad prospiciendum communitatum bono facultates tribuimus; neque ab iis, quae decreveris, ulli mortalium provocandi jus esse volumus, nisi decretis tuis antea paruerit; ea que provocatio, seu appellatio adversus ea, quae praeceperis, ad Nos erit tantummodo, adempta aliis omnino de tui scitis, decretis, jussis cognoscendi, ac judicandi potestate, non obstantibus felicis recordationis Clementis VIII., praedecessoris Nostri pro fundatione congregationis Boni Regiminis, et Pii VII, praedecessoris pariter Nostri praedicta, aliisque constitutionibus, et sanctionibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda julii millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 15 aug. 1824. Anno I.

LII.

Reintegratio patriarchatus Coptorum Alexandriae in Aegypto.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium in quo de praestantia sedis Alexandrinae disseritur.

§. 1. Petrus apostolorum princeps, qui pro accepta divinitus potestate pascendi universas oves, et agnos Christi suam in omnem terram adhibebat sollicitudinem adjutorem suum et interpretem Marcum in Aegyptum misit, ut Alexandriae, quae urbs tum in Aegypto, tum in orbe universo celeberrima habebatur patriarchalem sedem conderet, ex qua Aegyptii et finitimae gentes Christi praecepta, ac instituta docerentur, et ad omnem sanctitatem christianorum hominum propriam informarentur. Haec ejus sedis origo eamdem vehementer nobilitavit. Itaque veteres Alexandriam sedem a Petro apostolo decoratam apostolicam, et cum ecclesia Romana affinitate et cognatione quadam conjunctam, et secundam post Romanam orbis christiani sedem praedicarunt. Nativae huic Alexandrinae sedis nobilitati ea accessit, quae ex plurium praesulum qui eamdem obtinuerunt sanctitate, ac virtutibus, atque ex diuturna praesulum Alexandrinorum in Orthodoxa fide retinenda constantia sponte sua emanavit. Quem enim latent luculentissima illa ecclesiae Alexandrinae lumina et ornamenta Athanasius et Cyrillus? Quis ignorat Alexandrinos per diuturnum tempus vera cum laude gloriari potuisse eorum patriarchas quemadmodum et Romanos pontifices fidem rectam, et immaculatam servasse?

Vicissitudines quibus Alexandrina sedes subjecit memorantur.

§. 2 Haec, aliaque cathedrae Alexandrinae ornamenta saepe animo Nostro reputantes, et cum iis conferentes, quae deinde evenerunt, non potuimus a lacrymis temperare, et cathedrae olim florentissimae miserrimam conditionem non deflere. Haec enim cathedra cujus diutius tanta extitit constantia in fide catholica tuenda, ut sanctae hujus Sedis, quam Nos meritis licet imparibus obtinemus, imitatricem et discipulam ostenderet, protinus Bioscori et Tbimothei Eluri scelere impietatis cathedra evasit, eademque nefarie occupata fuit ab hominibus ex eorum Monophisitarum genere qui Jacubitae dicti sunt, quod Jacobum Zangalum sive Beradenm illius impietatis veluti instauratorem in explicanda haeresi illa sequerentur. Ac fuit illud calamitosissimum quod tanto temporis intervallo, quantum ab ea aetate ad Nos effluxit, et praecipue postquam Aegyptus in potestate Saracenorum redacta est fere nemo ex iis patriarchis fuerit, qui Bioscori et Jacobi errores vel sequutus non sit, vel sincere et constanter ejuraverit, et qui Aegyptios sibi subjectos a Saracenis Coptorum

nomine appellatos, aliosque qui iis parebant in earumdem sententiarum perversitate pertinacius continere conatis non sint. Quamvis autem Alexandriae Graeci suos habuerint patriarchas, qui una cum hominibus sibi creditis doctrinam de duabus Christi naturis tuebantur in synodo Calcedonensi generali confirmatam, et qui Melchitae dicebantur, tamen nec iis semper per Saracenos licuit eam dignitatem sibi assumere et vindicare; et cum deinceps fere omnes hi patriarchae nes cum suis plurimis gregalibus in Graecorum errores et schisma inciderint, et ipsi a catholicae fidei unitate miserandem in modum defecerunt. Itaque Aegypto fere omnino catholica religio deleta est. Quod si posterioribus temporibus missionariorum latinorum praecipue laboribus ac periculis nonnulli Copti ab errore ad veritatem revocati sunt, illi quidem ita pauci fuerunt, ut vere pusillus grex appellari potuerit, et praeterea a caeteris Coptis perpetuo afflicti et vexati proprio episcopo carere coacti sunt, nec aliis iis praesto fuit praeter vicarium apostolicum ab hac sancta Sede designatum, aliosque nonnullos ex ea praecipue gente presbyteros, qui spiritualibus eorum necessitatibus provideret.

Renunciatio emissa a patriarcha qui catholica dogmata minime profitebatur.

§. 3. Sed benedictus Deus et pater omnis consolationis, qui moerorem Nostrum levare velle videtur, quo ex tanta Alexandrinae sedis, imo et universae Aegypti calamitate obruti sumus. Nam fortissimus ille vir, qui in eo regno nunc rerum potitur, consilium suscepit quo nullum est salubrius, ut nempe ipso diutius ferre nolit, ut quis se veluti Coptorum patriarcham gerat, quin catholica dogmata profiteatur, idque Nobis manifestandum et patefaciendum curavit. Qua ejus voluntatis declaratione nihil patuit evenire Nobis jucundius. Intelleximus enim eo rem spectare, ut sublatis qui per tot saecula sedem Alexandrinam haeresi sua contaminaverant viris, efficiantur plane catholici, et digni qui sancti Marci successores habeantur. Nec Nos certe fugit illam etiam posse inde existere utilitatem, ut quae gentes Coptis patriarchis haereticis hactenus obtemperantes in eorumdem errorum genere versatae sunt, catholicis patriarchis constitutis se se recipiant errores, quibus assensi sunt, detestentur, et Nostrae huic cathedrae principali quae cum novi patriarchae communione conjungentur et ipsi unianter.

Resolutio sacrae congregationis Propagandae Fidei super redintegratione patriarchatus catholici.

§. 4. Itaque manus Nostras ad coelum elevantes ea qua par est animi demissione Deo a quo omne datum optimum est, innumeras gratias agendas duximus, eodemque tempore rogandos de re universa sententiam venerabiles fratres Nostros Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, qui congregationis de Propaganda Fide res ac negotia moderantur. Qui post diligentem, ut solent, rei considerationem censuerunt pro patriarchatu Copto, qui cum tamdiu ab haereticis occupatus fuerit, et non jure sed facto tantum existere videtur, novum, quoniam divino consilio se opportune offert occasio, statuendum esse, auctoritate Nostra apostolica sive restituendum justum, legitimumque Coptum patriarchatum, cui omnes parere debeant, qui aut vicario apostolico Coptorum, aut illis subjiciebantur, qui se quamvis perperam Coptorum patriarchas Alexandrinos dicebant.

Erectio patriarchatus

§. 5. Hanc venerabilium fratrum Nostrorum memoratae congregationis sententiam Nos vehementer probavimus. Itaque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, et de plenitudine apostolicae potestatis sublato, quatenus opus sit, Copto patriarchatu Alexandrino qui de facto tantum extabat, patriarchatum Coptum Alexandrinum catholicum statuimus vel restituimus, cui omnes qui in Aegypto sunt Copti subjici debeant, omnesque praeterea earum gentium homines in quas patriarchae haeretici ad eum usque qui nuper extremum diem obiit auctoritatem exercere contendebant. Huic autem patriarchatui Copto catholico, eique, qui illum obtinebit omnes honores, privilegia, praerogativas, nomina, omnemque potestatem tribuimus, quae vel sacris canonibus innititur, vel consuetudini, cui non irrationabilia momenta suffragentur.

Electio patriarchae.

§. 6. Verum satis non est ad id obtinendum quod patriarchatu hoc constituto confidimus impetraturos patriarchalem dignitatem statuere, nisi ille etiam eligatur qui eamdem gerere debeat. Quamvis autem mos Coptorum sit, ut praecipuae episcoporum, qui patriarchae subjiciuntur in eo eligendo partes sint, nullam tamen eorum rationem haberi hoc tempore posse judicarunt venerabiles fratres Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales de Propaganda Fide, quos etiam hac de re consuluimus. Nam si eum excipimus qui nuper a

Nobis electus et consecratus est archiepiscopus Memphetensis, caeteri omnes episcopi Copti tum haeresi, tum schismate ab ea sede divelluntur, unde omnis oritur potestas sacerdotalis. Itaque nullo eligendi patriarchae jure potiuntur. Nobis proinde ut plena qua Nos Christus donavit episcopos ubique locorum constituendi potestate uteremur, consuluerunt, atque, prout ab ipsis etiam postulaveramus, spectatum virum indicaruut, quem eligere in patriarcham possemus, dilectum nempe filium Maximum Givaid sacerdotem Coptum genere vicarium Coptorum apostolicum qui nuper a Nobis Utinensis episcopus in partibus Infidelium renunciatus est, et tamen consecrationis munus nondum suscepit.

Consessio jurium et praerogativarum. §. 7. Ex eorum igitur consilio, auctoritate omnipotentis Dei et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra eligimus et creamus patriarcham catholicum Coptorum memoratum Maximum Givaid cum omnibus honoribus, juribus, praerogativis, oneribus patriarchatui ipsi inhaerentibus, eum absolventes ad effectum tantum de quo agitur consequendum ab omni censura tam a jure quam ab homine forsan illata, et ab omni irregularitate dispensantes, eumque solventes, quatenus opus sit, ab omni vinculo quod cum ecclesia Utinensi contraxerat ad quam electus fuerat, et ad patriarchatum praememoratum transferentes.

De consecratione electi. §. 8. Volumus insuper ut ipse quoniam hactenus consecratus non fuit, consecrationis munus suscipiat ab episcopo aliquo vel archiepiscopo, qui communione et gratia sanctae hujus Sedis apostolicae fruatur, et quidem ritu Copto, qui omnis tamen superstitionis expers sit, dispensantes eum ab hoc Nostro ritus Copti adhibendi praecepto eo tantum casu, quo perfici id non possit, eidemque tunc permittentes ut ritu latino consecretur. Volumus pariter ut intra tres menses ab eo tempore inchoandos quo primum authenticum nuncium de sua electione acceperit, consecrationem recipiat; quod si eo temporis spatio perfici consecratio vere non posset, ad alios tres menses idem tempus prorogamus jubentes, ut diutius consecratio non differatur. Permittimus tandem et opportune dispensamus, ut ejus consecrationi possint cooperari duo praesbyteri loco duorum episcoporum, qui ex veteri et communi consuetudine assistere deberent.

Deprecatio. §. 9. Speramus fore, ut per merita Jesu Christi filii sui Deus misericordiarum pater his quae a Nobis hisce in literis constituta sunt omnipotentia et gratia sua faveat, atque inde uberrimi illi fructus existant quos in hujus patriarchatus seu restitutione Nobis proposuimus.

Clausulae salutares et irritantes. §. 10. Praesentes autem literas, atque in eis contenta, et statuta quaecumque, et ex eo quod quilibet in praemissis interesse habentes, vel quomodolibet habere praetendentes cujusvis status, ordinis, conditionis, et praeeminentiae, illis non consenserint, et auditi non fuerint, vel ex qualibet alia juridica, et privilegiata causa, colore, ac praetextu nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aliuve quolibet, licet substantiali defectu notari impugnari aut alias infringi, suspendi, restringi, limitari, vel in controversiam vocari unquam posse, sed tanquam ex pontificiae providentiae officio, certa scientia, et potestatis plenitudine Nostris factas, et emanatas omnimoda firmitate perpetuo validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari debere, ac si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 11. Non obstantibus, quatenus opus sit, quibuslibet apostolicis, ac in provincialibus, et universalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus; quibus omnibus et singulis eorum tenores pro expressis habentes, ad praemissorum effectum latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 12. Volumus autem ut harum literarum Nostrarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Sanctio poenalis. §. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostri statuti restitutionis, electionis, absolutionis, translationis, deputationis, facultatis, indulti, mandati, decreti,

derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: siquis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quarto, decimo octavo kalendas septembris, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 27. Aug. 1824. Anno I.

LIII.

Epistola ad episcopum Chelmensem, qua laetatur pontifex de recuperata dotatione saltem partiali mensae cathedralis, indigitatque rationem sequendam in distributione ejusdem dotationis, et curanda capituli reintegratione.

Venerabili fratri Ferdinando Ciecanowski episcopo Chelmensi.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem.

Pergrata Nobis fuerunt ea quae tu ad felicis recordationis praedecessorem Nostrum Pium VII. scripsisti de annuo reddito decem, et octo millium florenorum Polonorum a serenissimo totius Russiae imperatore, et Poloniae rege Alexandro primo ad capituli cathedralis ecclesiae tuae Nativitati beatissimae Virginis Mariae, ac sancto Wladimiro dicatae commoditatem destinato, quaeque Nobis in ejus locum suffectis allata sunt, ut opportunam tibi responsionem de toto negotio mitteremus. Ac fuit quidem Nobis merito jucundum literas illas tuas perlegere. Non modo enim singulare continent tuae in apostolicam Sedem observantiae, et venerationis testimonium, verum etiam praeclarum afferunt summae imperatoris ac regis munificentiae argumentum, qui praeter illum quem diximus in capituli tui utilitatem redditum annuum decretum, ita etiam est animo comparatus, ut ampliorem quoque pecuniae summam eadem de causa, pendere velit in posterum, ubi primum per imperialis, regiique aerarii sui vires licebit. Voluimus Nos quae tu scribebas a venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, mature perpendi, Nobisque deinde, quae eorumdem de tota re sententia esset referri. Id vero postquam accurate perfectum est nihil aliud etiam de memoratorum venerabilium fratrum Nostrorum consilio tibi scribendum esse censemus nisi laetari Nos magnopere cathedrali ecclesiae tuae, cui ob serenissimi principis clementiam copia offertur veteris splendoris sui non leviter recuperandi. Gratulamur igitur tibi, ac capitulo ecclesiae cathedralis tuae vehementer laetamur, quod ubi antea propter amissam ob rerum vicissitudines majorem redituum suorum partem, ad eas erat angustias redactum, ut valde parvum haberet canonicorum numerum erigi, nunc ex paupertate sua possit, ac copiosiori canonicorum numero restituto, publico divino cultui splendidius inservire. Contingere fortasse poterit, ut capituli redditus per imperatoris, ac regis munificentiam, quemadmodum commemoravimus, aucti sufficiant non modo restituendis quinque dignitatibus, ac veteri numero canonicorum gremialium sustentationi constituendae: utrum vero copia sit in praesentiarum totum illum canonicorum veterum numerum restituendi, an oporteat pauciorem illorum numerum designare, nemo rectius te poterit judicare, qui omnia loci adjuncta plane noris, quique rei adminicula omnia habes explorata. Illud tamen tibi certum esse debet, vel omnes juxta veteris capituli tui formam canonici restituantur, vel ob redituum angustiores fines necesse sit minorem eorum numerum restituere, id nunquam germanae capituli antiquitati esse offuturum. Persuasum igitur Nobis est, te redditum illum annuum quem magnanimus imperator in capituli tui bonum decrevit, accipientem curaturum, et omnia in illo recte constituantur conservatis dignitatibus insignibus honoris, ac praerogativa qualibet, quibus antea jure potiebatur. Certum etiam Nobis est, te diligentia tua facturum, ut quinque praelati, quemadmodum utebantur antea, crucis, et bypogonatii gerendi facultate, ita etiam utantur in posterum, adhibeant vero crucis insigne canonici, qui antea illius gerendae copia gaudebant, neque minus est Nobis animo persuasum, te pro summo quo praestas, sacrorum canonum

custodiendorum studio, illos tantum in posterum ad canonicatus cathedrales nominaturum, atque instituturum, quo ex clero tuo pietatis, doctrinae morumque integritatis laude commendandos esse compereris, caeterisque praeditos esse ornamentis, quae in beneficiorum collatione ecclesiae decreta requirunt, ac servaturum etiam haec omnia in titularibus seu gremialibus canonicis nominandis, instituendisque eo numero, quem arbitrio prudentiaeque tuae relinquimus, ac reservamus. Denique illud tibi certum esse volumus, paratos Nos esse justis petitionibus semper annuere, vehementerque optare, veram, qua te, ecclesiamque tuam prosequimur benevolentiam tibi ostendere, libentique animo esse excepturos si aliquid scripseris Nobis, quod ad capituli bonum promovendum tibi statuendum esse videatur. Postremo tibi, ac gregi tuo tibi commisso apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima septima augusti millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 14. aug. 1824. Anno 1.

LIV.

Ordinatur methodus studiorum cum pietate conjuncta in ditione Pontificia.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Quod divina sapientia omnes, docet, omnibusque in salutis via procedentibus his verbis proponit « Veritatem meditabitur guttur meum, et labia mea detestabuntur impium » prae oculis Nos habentes, apostolici Nostri muneris esse dignoscimus omnem in id curam impendere, ut hoc ipsum nedum sacrae doctrinae, sed et humanarum scientiarum, ac liberalium artium magistri, studiosaeque juventutis institutores continuo teneant, atque adimpleant, inque auditorum animis insculpere satagant. Hinc enim et religionis profectus, et salus pendet reipublicae. Cumque ad id plurimum conferat recta ordinata studiorum ratio, omni pariter sedulitate adnitendum per Nos esse censemus, ut tradendarum doctrinarum, ac disciplinarum methodus in temporali Nostra ditione magis magisque, quoad fieri poterit, perficiatur. Quod et praedecessores Nostri pro temporum vicissitudine curare non destiterunt.

Sane nimis longum esset Romanorum pontificum seriem hic contexere, qui in re tanti momenti excelluerunt. Nullo modo autem silentio praeterire possumus felicis recordationis Pium VII, postremis hisce diebus novam studiorum rationem instaurare voluisse, quam tamen non potuit morte praeventus ad optatum finem perducere. Nos igitur, adhibita selecta nonnullorum venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium congregatione, inceptum operi manum admovere, illudque absolvere constituimus, memores quoque eorum, quae scite, ac prudenter Sixtus V. animadvertit, videlicet « Literarum cognitionem, liberalesque doctrinas, et disciplinas, quibus juventus in publicis gymnasiis instruitur, et eruditur, magnam christianae reipublicae, si cum pietate conjungantur, afferre utilitatem, tunc enim civitates, et regna optime administrantur cum sapientes atque intelligentes gubernacula possident ».

Jam opus, Deo misericordiarum patre adjuvante, expletum fuit, Nosque publici juris illud fieri jubemus. Verum ut animi Nostri erga filios, subditosque Nostros intentionem, et flagrantissimum desiderium Nostrum explicemus, atque professoribus, et auditoribus veram et altissimam scientiarum, nec non liberalium artium originem indicemus, et pro viribus commendemus, haec sancti Augustini Ecclesiae doctoris monita in epistola ad Volusianum nunquam satis meditanda hic inserimus. « Quae disputationes, quae literae quorumlibet philosophorum, quae leges quarumlibet civitatum, duobus praeceptis, ex quibus Christus dicit totam legem, prophetasque pendere, ullo modo sint comparandae: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua, et diliges proximum tuum tamquam teipsum? Hic physica, quoniam omnes omnium naturarum causae in Deo Creatore sunt; hic ethica, quoniam vita bona, et honesta non aliunde formatur quam cum ea quae diligenda sunt diliguntur, hoc est Deus, et proximus; hic logica, quoniam veritas lumenque animae rationa-

lis non nisi Deus est; hic etiam laudabilis reipublicae salus, neque enim conditur, et custoditur optime civitas nisi fundamento, et vinculo fidei, firmaeque concordiae cum bonum commune diligitur quod summum, ac verissimum Deus est, atque in illo invicem sincerissime se diligunt homines cum propter illum se diligunt cui quo animo diligant occultare non possunt ».

Profecto non eo spectat clarissimum Ecclesiae lumen Augustinus, ut naturales disciplinas e scholis, humanisque palaestris amandet, non refugit exercitationes liberalium artium, quarum omnium magna, et uberrima copia illi fuit, sed et magistros, et auditores admonere jure meritoque voluit, haec omnia a Deo exordium habere, si recta sint, rationique et religioni congrua, quin etiam Deo bonarum artium principio, et fini omnino referenda esse. Ac proinde ulterius docet, quorumdam pseudo-philosophorum et prudentiam carnis sequentium (quorum numerus calamitosis hisce temporibus nimio opere excrevit) obstinatissimas contradictiones esse spernendas: « qui propterea putant, vel putari volunt christianam doctrinam utilitati non convenire reipublicae, quia nolunt stare rempublicam firmitate virtutum, sed impunitate vitiorum ».

Agite ergo, et forti suavique animo estote, prudentes universitatum, et scholarum omnium in temporali Nostra ditione praesides a a Nobis constituti, ut lectores, ac discipuli ea quae huc usque breviter attigimus alta mente magis magisque reponant, tamquam praeambula quaedam non modo utilia, verum etiam necessaria ad leges, quas in hac Nostra methodo praescribimus, fructuose adimplendas. Sic enim guttur eorum, quod initio innuebamus, veritatem meditabitur, et labia eorum detestabuntur impium, id est impietatem, seu errores contra divinam veritatem, et religionem, errores, inquimus, qui, cum Nostra hac aetate tam effraenate grassentur, ut nunquam fortasse magis, impietatis nomine merito notantur. Methodus autem est hujusmodi,

TITULUS I.

De congregatione Studiorum.

De congregatione studiorum. 1. §. 2. Congregatio extabit, quae tum Romae, tum in pontificia ditione studiis praeerit.

2. Constabit S. E. R. cardinalibus secretario status, S. E. R. camerario, urbis vicario, praefecto Indicis, praefecto Boni Regiminis, aliisque cardinalibus quos summus pontifex delegerit: e quibus Sanctitas sua congregationis praefectum nominabit.

3. Huic erit a secretis dignus, et idoneus vir ecclesiasticus vel familiaris summi pontificis, vel curiae Romanae praelatus. Ipse in comitiis ac deliberationibus caeterarum congregationum leges servabit. Secretarius diligenter in tabulas acta referet, tabularii curam geret, aliaque a s. congregatione, ejusque praefecto sibi commissa perficiet.

4. Sacrae hujusmodi congregationi universitates omnes, publicae, ac privatae scholae urbis ac totius Pontificiae ditionis, quodvis etiam collegium, caeterique erudiendis adolescentibus addicti parento in iis omnibus, quae ad institutionem pertineut.

5. Hasce constitutiones, ac caeteras, quae in posterum in lucem prodierint, sacra congregatio diligentissime servandas curabit.

6. Si quando s. congregationi placuerit universitatem aliquam, seu scholam publicam, vel aliud tradendae doctrinae institutum publicum invisere, per legatum aliquem id praestet, qui aut sacram congregationem de rerum statu certiorem reddat, aut ex ejusdem auctoritate provideat in iis, quorum sibi cura demandata fuerit.

7. Si quis a superioribus locorum in rebus ad universitates, publicas scholas, aliave tradendae doctrinae instituta spectantibus, aliquid gravaminis sibi illatum judicet, ad sacram congregationem preces deferat.

8. Quodvis rescriptum aut summi pontificis, aut ex ejus audientia datum in rebus ad studia pertinentibus executionem non habeat, nisi postquam s. congregationis secretariae fuerit exhibitum, ut in tabulas referatur.

TITULUS II.

De universitatibus.

9. §. 3. Duae sunt universitates primariae, universitas Romana, quae dicitur archigymnasium Romanum, et universitas Bononiensis. De universitatibus.

10. In unaquaque ipsarum cathedrae extabunt non minus quam triginta octo praeter musea, atque alia instituta doctrinarum, ad hoc,

ut adolescentes possint proficere in omni disciplinarum varietate; quique studiorum cursum expleverint, opportunitatem habeant, atque excitentur, ut doctrinarum, quibus jam se excoluerint, uberrimam cognitionem acquirant.

11. Quinque sunto universitates secundariae, Ferrariensis, Perusina, Camerinensis, Maceratensis, et Firmana. In hisce universitatibus extabunt cathedrae non minus quam decem, et septem, praeter musea, atque alia opportuna instituta.

12. Antequam universitates secundariae valeant uti privilegio conferendarum laurearum, aliorumque graduum, a s. congregatione per viros ab ipsa delectos, et instructos monitis necessariis, et opportunis perlustrentur.

13. S. congregatio jubeat typis imprimi et cathedrarum elenchum vulgari, quas universitates habebunt: neo minui, nec augeri earum numerum fas erit, quae cuique universitatum assignatae sint, neque res tradendae mutari possint sine ejusdem congregationis facultate; secus privilegium conferendi laureas aliosque gradus amittatur.

Titulus III.

De archi-cancellariis, cancellariis, et rectoribus universitatum.

De archi-cancellariis, cancellariis, et rectoribus universitatum.

14. §. 1. Primariis universitatibus praeses erit auctus titulo archi-cancellarii: secundariis cancellarii titulo.

15. Romanae universitatis archi-cancellarius esto cardinalis camerarius; Bononiensis universitatis archi-episcopus: cancellarius autem universitatum minorum sit archi-episcopus vel episcopus civitatis.

16. Archi-cancellarii, et cancellarii optimo universitatum regimini advigilabunt, ac dabunt operam, ut constitutiones, et regulae serventur.

17. Criminalem jurisdictionem habebunt in omnia crimina, quae quilibet, licet externus, intra fines universitatum patrarit.

18. Ejusmodi crimina non modo poenis ad correctionem infligendis, sed et vinculis ad annum multabunt, adhibito suffragio rectoris, atque alterius ex advocatis consistorialibus in Romana universitate; in aliis vero universitatibus tum rectoris, tum unius e collegio legali.

19. Si crimen sit ejusmodi quod atrocius puniri debeat, tradent foro, cui de jure, ubi ejus causa agatur.

20. Iidem archi-cancellarii, vel cancellarii praesint electioni professorum, ac publicae academicorum graduum collationi, et praemiorum distributioni.

21. In qualibet universitate praeter archicancellarium, aut cancellarium rector existat.

22. Munus rectoris archigymnasii Romani, seu Romanae universitatis advocatorum consistorialium collegio adscribitur, quod collegium, ut moris est, rectorem eliget a summo pontifice approbandum.

23. Caeterarum universitatum rector a sua Sanctitate ex renunciatione sacrae congregationis deputabitur.

24. Rectorum munus esto videre per se ne disciplina a professoribus, auditoribus, famulis tenenda, manca fiat ac debilis; et dare operam, ut horum agendi ratio continentissima sit, et ad religionem informata.

25. Rectores calendarium anni scholastici conformabunt, ac praelectionum horas ita distribuent, ut auditorum quilibet interesse valeat illis praelectionibus, quae in sua disciplina praescribuntur ad gradus capessendos. Videbunt quo quisque merito ad studia universitatum, vel ad academicos gradus, et praemia contendat, eosque tantum excipient, quos intelligent iis dotibus instructos, quae ab ordinationibus requiruntur.

26. Rector diebus, quibus habentur scholae, tamdiu in universitate versetur, quamdiu professores doceant: vel de assensu archi-cancellarii, seu cancellarii alterum vice-rectoris nomine delegabit, qui dicto tempore advigilet personaliter, ut ordo servetur, et unusquique suo munere diligentissime fungatur.

27. Rector, aut vice-rector notabit professores, qui non docuerint, vel stata hora non adfuerint, et absentiae causas, quas iidem exhibuerint, ad trutinam revocabit.

28. Rector primum obtinet locum post archi-cancellarium, vel cancellarium; et si quando alteruter absit, vel impediatur, rectoris esto vices illius gerere cum eadem auctoritate.

TITULUS IV.

De collegiis, vel collegialibus corporatis quatuor disciplinarum.

De collegiis et collegialibus corporatis quatuor disciplinarum.

29. §. 5. In quavis universitate sunto quatuor collegia, nempe theologicum pro classe studiorum sacrorum; legale pro legalium studiorum classe; medico-chirurgicum pro classe medico-chirurgica; et philosophicum pro classe philosophicorum studiorum.

30. Collegium theologicum universitatis Romanae constabit ex hodiernis, ac pro tempore existentibus magistro sacri palatii apostolici, qui eidem ut antea praeerit, sacrista ejusdem palatii, commissario sacrae Inquisitionis, et procuratoribus generalibus ordinum fratrum s. Dominici Praedicatorum, minorum s. Francisci Conventualium, Eremitarum s. Augustini, Carmelitarum calceatorum, ac Servorum beatae Mariae virginis. In hocce collegium professores s. scripturae, s. Theologiae, et ecclesiasticae historiae in eadem universitate cooptabuntur.

31. Collegium theologicum universitatis Bononiensis constabit membris duodecim.

32. Collegium theologicum in secundariis universitatibus octo constet membris.

33. In Romana universitate collegium legale non conflabitur, eum ejusmodi munere fungatur collegium aulae consistorialis advocatorum.

34. Collegium legale universitatis Bononiae duodecim membris constet.

35. Collegium legale in universitatibus secundariis octo membris esto.

36. Collegium medicum universitatum Romae et Bononiae medici duodecim efficiant. His addantur sex numero chirurgi.

37. In collegium medicum urbis Romae medicus, et chirurgus summi pontificis cooptentur; si vero, dum quis in medicum, aut chirurgum summi pontificis eligitur, membrorum numerus sit completus, membrum esto supranumerarium cum jure successionis, ubi primum locus fuerit vacuus.

38. Item in collegio medico utriusque supradictae universitatis, professores medicinae veterinariae, ac pharmaciae locum habeant, quum de rebus agendum sit ad ipsorum professionem pertinentibus.

39. Collegia medica in universitatibus secundariis sex medicis, ac binis chirurgis constabunt. Pharmaciae professor in iisdem locum habeat, si de rebus quaestio fiat, quae ad ejus professionem spectent.

40. Collegium philosophicum universitatum Romae, et Bononiae duodecim membris existat. In secundariis universitatibus sex illud membra constituant.

41. Unicuique collegio suus erit praeses, qui semper esto ejusdem collegii decanus, excepto theologico Romae collegio; ultimum vero membrum secretarii munere fungetur.

42. Nemo poterit in collegia adsciscl, nisi vitae, ac morum integritate commendetur; et in aliqua publica universitate doctoris laurea fuerit donatus in ea disciplina, ad cujus collegium contendit.

43. Regulares authenticas exhibento literas manu proprii superioris firmatas, ex quibus pateat, integrum studiorum curriculum confecisse, et grado, vel docteris, vel magistri ex instituti sui regulis esse decoratos, aut in publica universitate lauream doctoralem fuisse consecutos.

44. Sanctitas sua per sacram congregationem membra collegiorum deliget; in praesentia vero cum vel nova collegia institui, vel numerus collegarum compleri debeat, praecipua habebitur ratio tum eorum qui antea ad collegia ex facto extincta pertinebant, tum professorum, qui nunc secundum proprias disciplinas vices gerunt eorumdem collegiorum.

45. Collegia posthac novas regulas, et statuta sancire, aut antiquas poterunt in usum revocare. In hisce constitutionibus proponant, quidquid ad regimen et decus collegii conducat.

46. Ejusmodi constitutiones vel antiquae vel recens factae non valeant, antequam a sacra congregatione fuerint adprobatae.

47. Collegiorum membra exinde amoveri non poterunt absque gravissima causa; quam sacra congregatio expenderit.

48. Scopus, et officium collegiorum esto examina habere, et ferre suffragium in professoribus deligendis, et collatione laurearum, aliorumque graduum academicorum, atque in discipulis praemiis decorandis exeunte anno scholastico.

49. Praeterea collegia habeantur veluti consultores nati sacrae congregationis: idcir-

co quum ab eadem interrogentur de aliqua re gravioris momenti, vel de quapiam quaestione ad eorum disciplinam spectante sententiam suam aperiant: iisdemque jus esto per archi-cancellarium, aut cancellarium subjiciendi sacrae congregationis judicio reformationes, et nova consilia, quaecensuerint magis idonea ad disciplinarum, atque artium progressum, ad auditorum denique utilitatem promovendam.

50. In qualibet universitate sit aula collegiorum comitiis habendis.

51. Collegii theologici primae sint partes prae caeteris collegiis: legale collegium subsequatur: inde collegium medicum: tandem philosophicum. Excipe dumtaxat in universitate Romana collegium advocatorum aulae consistorialis, cui jus praecedendi confirmatur.

TITULUS V.

De professoribus, eorumque electione.

De professoribus, eorumque electione.

52. §. 6. Professores, qui nunc obtinent cathedras in universitatibus, nulli examini subjiciantur.

53. Professores in posterum deligantur per concursum, prius exhibita fide scientiae, et morum, ac praemissis publicis denunciationibus, quae triginta ante diebus erunt adfigendae.

54. Prae ceteris id omnino requiritur, ut, qui cathedrae inhiant obtinendae, laurea doctorali sint insigniti in ea disciplina, quam profiteri exoptant. Concursus forma haec esto.

55. Competitores januis clausis hora indicta in bibliotheca universitatis, et ex permissu utendi libris ejusdem bibliothecae, non vero aliis, neque ullis scriptis, sex horarum spatio dissertationem exarabunt latino sermone in argumentum, seu textum sortito propositum ex numero non minus triginta ad cathedram spectantium, quam expetunt.

56. Singuli e collegio aliquot argumenta aut textus exhibeant (competitoribus antea nullo modo aperienda), e quibus mane ejus diei archi-cancellarius illa deliget, quae in sortem conjiciantur, et argumentum tum sortito ductum competitoribus nulla interposita mora proponetur, in quod dissertationem conficiant.

57. Quo tempore competitores dissertationem conscribent, rector, ac duo collegii membra ex bibliotheca ne discedant.

58. Esto capsula clavi munita, et archi-cancellarii, vel cancellarii, nec non rectoris sigillo obsignata, cujus pars superior sit pertusa, in quam singuli e competitoribus dissertationem propria manu subscriptam ingerent.

59. Elapso tempore concursus capsula statim ad archi-cancellarium, vel cancellarium deferatur, et ipso, aut sequenti die rector, et collegium apud archi-cancellarium, vel cancellarium conveniunt. Antequam capsula aperiatur, num sigilla integra sint expendetur.

60. Si competitorum tantus esset numerus, ut comitiis semel habendis omnes eorum dissertationes perlegi, et quanta opus est maturitate aestimari non possent, dissertationes in capsula reponantur sigillis munienda archi-cancellarii, aut cancellarii, et rectoris. Postridie ejus diei iterum omnes convenient explendi examinis gratia.

61. Hujusmodi dissertationum examine confecto, dies competitoribus dicatur: quo die a collegio subjicientur examini verbali latino sermone habendo de rebus, ad cathedram conferendam pertinentibus.

62. Continuo archi-cancellarius, aut cancellarius, rector, et collegium coeant ad deliberandum de professore eligendo. Postremum collegii membrum primo loco aperiet sententiam, et caetera membra gradatim opinionem suam aperient usque ad archi-cancellarium, aut cancellarium. Sententiae in collegio dictae nulla ratione extra collegium deferantur.

63. Post ea tres globuli albi coloris, ac totidem nigrantes unicuique distribuantur, et secreto ferantur suffragia: adeo ut ex majori suffragiorum numero de praestantiori merito judicetur.

64. In quovis professore eligendo praeter archi-cancellarium, vel cancellarium, rectorem, et collegium, intersint cum suffragio in Romana quidem universitate tres e collegio advocatorum consistorialium, in Bononiensi senator, et duo conservatores, in aliis universitatibus prior magistratus.

65. Si contingat ut quidam competitores parem obtinuerint suffragiorum numerum poterit archi-cancellarius, vel cancellarius aut sortibus doctis rem definire, aut suo secundo suffragio alterutrum donare quem digniorem putaverit.

66. A lege concursus in sola universitate Romana excipiuntur cathedrae s. Scripturae binae cathedrae theologicae, theologiae moralis cathedra, atque ethicae, quas in eadem universitate peculiarium nonnullorum ordinum regularium professores obtinent.

67. Quapiam ex praedictis quinque cathedris vacante, superior generalis illius ordinis, ad quem spectat, tres viros archi-cancellario proponat, qui specimen doctrinae exhibeant, instituto examine in forma scholastica a collegio theologico; quo peracto archi-cancellarius, rector, et collegium ipsum per secreta suffragia unum deligent.

68. Eadem servabitur methodus eum ob aetatem provectam, aut ratione valetudinis infirmae, vel quacumque alia de causa, quisquam ex quinque supradictis lectoribus exercentibus ab onere docendi eximendus sit, adjutorem illi decernendo eum jure in posterum succedendi.

69. Cujuslibet professoris electio, nemine excepto, ad s. congregationem deferenda est, ut ab ea confirmetur.

70. Neque legi concursus, neque ulli examini verbali subjiciatur, qui ita omnibus se probavit (imprimis operibus ab se in lucem editis) ut aliis doctrinae experimentis non indigeat. Quod tamen cum contingat, summo pontifici electio reservatur.

71. Quisque professor post electionem a cathedra depelli nequeat. Si quis graviter deliquerit, eumdem archi-cancellarius, vel cancellarius a munere exercendo ad tempus removere possit; et nulla interposita mora s. congregationem ea de re moneat, penes quam tantum erit facultas remotionis decernendae.

72. Si quis professor officium, aut munus aliquod gerendum accipiat, ex quo congregatio intelligat ipsum impediri a lectione per se exercenda, cathedram vacantem declarabit.

Titulus VI.

De professorum officiis.

De professorum officiis. 73. §. 7. Professores aderunt hora praefinita lectionibus habendis ex calendario, quod singulis annis in scholarum instauratione publice adfigatur.

74. Ubi vel morbus urgeat, vel aliud impedimentum intercedat a rectore aestimandum, professor substitutum admoneat, ut lectiones loco sui prosequatur.

75. Professores modo tradant sanam doctrinam, ac voce, et exemplo officiant, ut animos juvenum ad religionem, et bonos mores informent (cujus rei archi-cancellarii, aut cancellarii, rectores, atque adeo s. congregatio constantissime ac diligentissime curam gerant) verum etiam in sua quisque disciplina errores, ac systemata refellat, quae directe, vel indirecte juvenum animos corrumpant.

76. Propterea in docendo ea servabunt, quae s. congregatio praescribenda existimabit quoad non nulla argumenta religionem, mores, et publicum ordinem spectantia.

77. Quilibet professor utatur cursu typis impresso, et horae dimidium in explicando insumet, tempus autem quod superest in interrogandis, et exercendis auditoribus.

78. Cursus vel tractatus typis impressus ab ipsomet professore seligetur, attamen s. congregationi proponatur, ut ratum habeat.

79. Professor e scriptis poterit additiones, vel novas res excogitatas dictare, quas putet majori scholasticis profectui futuras.

80. Professor, qui typis mandavit suum cursum, eodem uti valeat in habendis lectionibus, dummodo s. congregatio ratum habuerit.

81. Professores qui velint suum cursum intra praefinitum tempus praelo subdere, atque interim e suis scriptis lectiones habere, s. congregationi ea de re supplices literas adhibento.

82. Sacrorum, et legalium studiorum professores cursum latine conscriptum deligant, et in explicationibus lingua latina utantur.

83. Professores studiorum medicorum et chirurgicorum cursum latine exaratum usurpabunt, sed nonnunquam in explicationibus, ad majorem claritatem, italico sermone loquantur, tamen indicent verba latina synonima. Excipe anatomicen, physiologiam, medicinam theoricam, ac tractatus de medicina, et chirurgia legali, in quibus, ut quod decet servetur, tam in cursu typis edito, quam in explicationibus, lingua dumtaxat latina erit usurpanda.

84. Professores studiorum philosophicorum italica lingua uti poterunt in tractatibus, et explicationibus, si excipias professores logicae,

metaphysicae, atque ethices, qui semper latino sermone utentur.

85. Professores eloquentiae, linguarum, et hujusmodi studiorum lingua latina, vel italica loquentur, prout res, de quibus agunt, expostulant.

86. In scholis earum disciplinarum, in quibus argumentationis usus est, quovis die sabbati loco explicationis disputatio habebitur de uno vel pluribus argumentis, quae elapsis hebdomadae diebus explicata fuerint. In scholis earum doctrinarum ubi argumentationi locus non est, quovis die sabbati exercitationes habeantur, quas professores existiment auditorum progressui maxime accommodatas.

87. Quivis professor diligenter auditores omnes in album referat, easque denotet qui assiduitate, et progressu reteris antecellunt, nec non eos, qui vel scholas intermittunt, vel in studiis nequaquam proficiunt.

88. Hujusmodi catalogis professores utantur, ut negligentes admoneant, et pro rei veritate assiduitatis, ac progressus testificationes dent in patentibus literis, seu matricolis cujuscumque auditoris.

TITULUS VII.

De substitutis.

De substitutis. 89. §. 8. Saltem unus esto substitutus, idest professor supranumerarius in qualibet facultate. In disciplina legali duo erunt, alter pro scholis juris naturae et canonici, alter pro reliquis scholis legalibus.

90. Munus esto substitutorum vices gerere professorum exercentium, quum vel infirmi fuerint, vel impediti, ea omnia officia absolventes, ad quae professores tenentur.

91. Substituti jus habeant succedendi cathedrae quae prima vacarit in ea disciplina; ideoque publico concursu deligantur, sicut et caeteri professores.

92. Iisdem privilegiis utentur, quibus professores: in publicis universitatum functionibus locum habeant, eodemque ac professores ornatu vestium decorentur.

93. Annuum tamen stipendium iis non solvatur antequam in cathedram successerint; tantummodo aliqua largitio eis tribuatur cum suppleverint praeter numerum viginti lectionum.

94. Quantum ad quinque cathedras archigymnasii Romani ordinibus regularibus adsignatas, superior generalis unum e religiosorum familia statim eligat cum rectoris adprobatione, qui professoris aegrotantis, vel impediti vices gerat.

TITULUS VIII.

De bibliothecariis.

95. §. 9. In qualibet universitate bibliothecarius esto. Is ab archi-cancellario, vel cancellario eligatur, et a s. congregatione confirmetur. Quantum ad bibliothecam Alexandrinam universitatis Romanae observetur bulla san. mem. Alexandri VII. De bibliothecariis.

96. Ad eum spectet curare, ut bibliotheca sit bene composita, et librorum indices exacte digesti.

97. Bibliotheca in commune commodum pateat singulis diebus, quibus scholae habeantur, dimidium horae ante lectiones mane, et vespere: ante meridiem horis quatuor continuis, post meridiem vero horis binis cum dimidio.

98. Diebus quibus vacant lectiones, exceptis dominicis diebus, aliisque divino cultui ex praecepto dicatis, bibliotheca pateat iisdem horis pro majori scholasticorum commoditate.

99. Feriis aestivis pateat horas quatuor, ab initio earumdem feriarum usque ad diem trigesimam septembris, et claudatur media hora ante meridiem: idem servetur primis tribus diebus tum feriarum carnis privi, tum hebdomadae majoris.

100. Per easdam ferias aestivas, ultra dominicos dies, aliosque ex praecepto divino cultui dicatos, clausa esto bibliotheca qualibet feria quinta, in festo s. Petri ad vincula, ac diebus, quibus laureae solemnes publice donabuntur, vel aliud solemne officium in templo universitatis peragatur. Item clausa esto primo kalendas octobris ad aperitionem scholarum.

101. Quovis anno calendarium dies ostendat, quibus bibliotheca non aperiatur.

102. Bibliothecarius ad bibliothecam se conferet singulis diebus, quibus patebit, neque inde abscedat nisi hora advenerit ejus claudendae.

103. Esto volumen, ubi quicumque librum legendum postulet, proprium nomen ejusque libri titulum describat. Bibliothecarius unumquemque librum descriptum reddendum curabit, antequam is cui traditus est e bibliotheca proficiscatur.

104. Caveat, ne quid in paginis librorum scribatur, neve ullo pacto corrumpantur.

105. Item caveat, ne conviciis bibliotbera personet, neve quis loquatur, aut legat cum aliorum perturbatione.

106. Antequam e bibliotheca discedat, maturius perspiciat, num quot libri eo die ad legendum sint dati, tot etiam redditi fuerint, et ad pluteos redacti; ac si quis fortasse liber deesset, rectorem moneat, de libro, qui deest, deque eo cui commodatus fuerat, ut liber reperiri possit, isque corripi, atque etiam puniri, qui abstulit.

107. Bibliothecario nefas esto tradere legendos quacumque de causa libros prohibitos iis, qui legitimam ad hoc facultatum non exhibeant.

108. Ne quis licet bibliothecarius librum quemlibet e bibliotheca efferat.

109. Ostio bibliotherae obserato, claves maneant penes bibliotbecarium cujus fidei committuntur.

110. Ejusmodi regulae typis impressae prostent semper in cujuscumque universitatis bibliothecis.

TITULUS IX.

De astronomicarum specularum, et museorum moderatoribus.

De astronomicarum specularum, et museorum moderatoribus.

111. §. 10. Cura speculae astronomicae et museorum committatur professoribus earumdem disciplinarum.

112. Moderatores sedulo machinas, et caetera sibi commissa tueantur.

113. Sicubi inventarium non extaret, intra sex menses omnino conficiatur, et quovis anno machinae, et alia hujusmodi cum inventariis, in quibus fuerint descripta, conferantur, Rector deligat qui collationi praesit.

114. In archiviis cujuscumque universitatis inventariorum exemplum ponatur, ac, subinde in iis machinae, et caetera notentur quae sibi universitates compararerint.

115. Moderator speculae astronomicae assidue caelum servet, atque ephemerides componat, quae deinceps dato tempore in lucem edantur.

116. Cum astronomicis praestantioribus quantum ei datum erit, literarium ineat commercium, ut quae nova phenomena dignoscuntur accipiat, eorumque veritatem exploret, quo hujusmodi scientiam locupletiorem reddat studiosis, atque emolumento sit non modo naturalibus, sed et sacris disciplinis.

117. Museorum moderatores quater in hebdomada se se ad ea conferant.

118. Ibidem manebunt, tum ut lectiones, ubi opus fuerit, habeant, tum etiam ut scholasticorum commoditati inserviant.

119. Eorum munus esto penitus internoscere rerum praestantiam, et usum, non modo ut eas expliceut auditoribus universitatis, verum etiam aliis sive literatis viris, sive quacumque dignitate praestantibus qui ad musea ventitent.

TITULUS X.

De custode horti botanici.

120. §. 11. Custos horti botanici professori botanicae subjectus esto, atque eo loco consistat, qui ad suum officium fuerit datus. Deligatur vero a rectore universitatis. De custode horti botanici.

121. Nefas esto tradere, vendere, commutare plantas seu vigentes, seu arentes, semina, vel aliud quidpiam ad viridarium spectans absque facultate rectoris universitatis.

122. Ea omnia praestet quae jubeat professor quoad scientiam, et praxim botanicam.

123. Non licet custodi peculiarem sibi hortum botanicum excolere.

124. Ejus esto diligenter notare species herbarum, et earum omnium compages apparare. Exemplum plantarum descriptum in archivio ponatur.

125. Hortos purgabit, instaurabitque: professori rei herbariae praesto sit, ejusque vestigiis inhaereat in botanicis excursionibus.

TITULUS XI.

De bidellis, aliisque famulis.

126. §. 12. In qualibet universitate sunto bidelli, aliisque famuli.

127. Hos rector universitatis deliget: suo fungantur officio prout rector jusserit, vel eo absente qui vices gerit rectoris. De bidellis, aliisque famulis.

128. Praeterea bidelli, quo tempore lectiones habentur, impediant quominus in universitate turbae fiant, vel strepitus excitentur, atque eorum munus esto discipulos admonere, aliasve personas quae modestiam, ac silentium non servarent: quod si nihil profecerint rectori significabunt.

129. Iidem bidelli maturius, ac diligentius certiorem faciant rectorem ubi quidquam praeter consuetudinem fiat sive in scholis, sive intra universitatum terminos.

Titulus XII.

De redditibus universitatum recte administrandis.

De redditibus universitatum recte administrandis.

130. §. 13. Rector universitatis Romae illius redditus ut antea administret.

131. In aliis universitatibus magistratus civitatis administratorem eligat qui idoneam fidejussionem praestet, atque a s. congregatione approbetur. Magistratus congruum administratori stipendium solvendum decernat.

132. Ante idus octobris cujuscumque anni magistratus album conficiat sumptuum in totum annum scholasticum insequentem. Unius archi-cancellarii, vel cancellarii esto seu adprobare sumptus, seu modum aliquem iisdem adhibere.

133. Si intra annum sumptus aliquis fieri debeat extra ordinem, archi-cancellarii auctoritas accedat, sine qua nec magistratus jubeat solutionem pecuniae, nec administrator solvat; secus impensas aere proprio deficiant.

134. Administratores anno scholastico exeunte, atque adeo infra mensem septembris diligentem administrationis rationem exhibento archi-cancellario, et magistratui.

135. Sumptus ad calculum vocati, quos archi-cancellarius, vel cancellarius et magistratus probarint, ad s. congregationem deferantur, cujus in potestate erit eosdem supremo judicio confirmare.

Titulus XIII.

De scholis publicis extra universitates.

Scholis publicis extra universitates.

136. §. 14. Episcopi habita ratione civium qui in urbibus oppidisque suarum dioecesum versantur, item animadvertentes, quae sit cuicumque civitati facultas alendarum scholarum, cum magistratibus deliberabunt, ac s. congregationi proponent quot velint publicas scholas communes instituere, ut s. congregatio ea de re ferat sententiam.

137. Hisce scholis episcopi praeerunt, atque in singulis communitatibus virum ecclesiasticum deligent, qui per se advigilet in iis omnibus, quae ad doctrinam, et mores spectant: ac dabunt operam ut praeceptores doceant suos discipulos rudimenta fidei, et religionis dogmata.

138. Episcopi ab his scholis invisendis ne abstineant.

139. Quos episcopus scholis praefecerit, il anno scholastico exeunte de scholarum statu episcopum admoneant, ut, si qua in re putet episcopus scholis consulendum, ad s. congregationem rem deferat.

140. Ad urbis, vel oppidi magistratum spectabit curare, ut regulae scholasticae disciplinae vigeant; dare operam ut praeceptores, et discipuli suo fungantur munere, atque ut ratio ordinis habeatur.

141. Magistratus publicis literis diem concursus edicet pro scholis communibus quae vacent, ac delectos viros periclitandae doctrinae idoneos adhibeat.

142. Experimentum habeatur coram magistratu, et episcopi legato. Post experimentum comitia convocentur, quibus intersit episcopi legatus: postquam illi, a quibus examen fuit institutum, suam dixerint sententiam, a magistratu per occulta suffragia delectus esto, qui majorem suffragiorum numerum obtinuerit.

143. In posterum esto solius episcopi novos magistros delectos adprobare.

144. Consilia communitatis temporibus praestitutis ferant suffragia quoad magistros ex veteri consuetudine, et lege status pontificii; integra magistris manente licentia deferendi preces ad sacram congregationem juxta art. 7.

145. Si extra ea tempora consiliis communitatis videatur publicum magistrum justis de causis a docendo avocare, rem deferant ad episcopum, qui factis consultationibus poterit, si ita existimet, scholae munus magistro ad tempus abrogare, sacrae Studiorum congregationi rem exponens, ut quid praeterea sit agendum intelligat.

146. Episcopo etiam facultas esto gravibus de causis sibi perspectis publicum magistrum ad tempus removere, neque consilium poterit repugnare, vel rem in dubium revocare; tamen integrum sit ad s. congregationem recurrere.

Titulus XIV.

De auditoribus excipiendis.

De auditoribus excipiendis.

147. §. 15. In quavis universitate extabit liber, ubi auditores omnium scholarum notentur.

148. Liber ineunte anno scholastico primum patebit. Ad rem plenius absolvendam tres in partes annus scholasticus distribuatur, quas dixeris *Terzerie*. Prior esto a die 5 novembris usque ad diem vigesimam quintam decembris. Altera a die secunda ianuarii ad sabbatum ante dominicam Palmarum. Tertia a feria quarta post pascha ad finem anni scholastici.

149. Quicumque iuribus, et honoribus frui velit, qui universitatum auditoribus conveniunt, ac petere gradus, et praemia, a rectore matriculam suae receptionis accipiat, eamque ab eodem rectore subscriptam; quam oportebit quumodolibet ineunte anno scholastico renovari.

150. Ob eam rem liber sive elenchus auditorum pateat ad diem decimam novembris; in eoque quivis auditor inscribat manu sua nomen, cognomen, aetatem, patriam, paroeciam, domum et significet ad quam velit disciplinam incumbere.

151. Clauso libro post diem decimam novembris, rector universitatis usque ad diem primam decembris poterit gravibus tantum de causis concedere, ut quispiam adolescens nomen adscribat, qui praestituto tempore id non fecerit. Post diem primam decembris rector nemini gratiam facere possit.

152. Rector non tradat receptionis matriculam prima vice petentibus nisi testificationes de vita, et moribus, deque studiis peractis exhibeant; et inde probandi erunt in examine instituendo a quatuor professoribus, aut membris collegiorum, quos rector deputabit.

153. Ad philosophiae studia recipiendi dabunt specimen humanarum literarum; atque in primis linguae latinae. Item ad studia theologicarum legalium, medicarum disciplinarum non recipiantur nisi qui in eo examine probaverint studiis logicae, methaphysicae, et elementorum algebrae, geometriae, ac physicae operam dedisse.

154. Ab eo examine possint eximi, qui in aliqua universitate aut gradum academicum, aut praecipuam aliam de progressu in eisdem studiis testificationem acceperint.

155. Auditores jam recepti, quique cursum scholasticum pergunt, nova matricula donentur, dummodo probent aut superiori anno sese lectionibus assiduos praestasse in eisque profecisse, aut gradum academicum esse consecutos, et demum congregationi spirituali adfuisse.

156. In adversa matriculae parte universitatis professores fidem faciant tertio quoque mense auditores non modo assiduos fuisse lectionibus, verum etiam specimen dedisse progressus in cuiuscumque hebdomadae exercitationibus.

157. Aegritudo, testimonio medici comprobata, vel gravius aliquod impedimentum, de quo rector judicet, assiduitatis defectum valeat excusare.

Titulus XV.

De disciplina auditorum.

158. §. 16. Nemo discipulorum, absque iusta causa absit e schola cum lectio incipiat, aut inde exeat, nisi cum perfecta fuerit, secus ei professor testificationem neget de assiduitate. De disciplina auditorum.

159. In unaquaque schola, cuivis studio dent operam, obedientiam exhibeant, et obsequium suis professoribus, silentio praeterea, modestia, ac diligentia tum lectionibus, tum aliis exercitationibus scholasticis insistant.

160. Si qui debitam obedientiam, et obsequium omittant, in eadem schola a professore admonendi sunt, et si res id postulet, eorum nomina ad rectorem deferantur.

161. Item ad rectorem deferenda eorum nomina erunt, qui factis, et colloquiis seu impiis, seu obscenis, aut inurbanis pravo exemplo sint, vel impedimento iis qui in scholas ventitant, aut extraneis.

162. Discipulorum delicta, si leviora sint, a rectore corripiantur, prout merentur.

163. Si gravius quid deliquerint, integre manentibus articulis 17. 18. 19., ab universitate expellendi sunt, etiamsi crimen extra universitatem perpetraverint.

164. Expulsio a rectore duntaxat ne decernatur; sed Romae quidem archi-cancellarius, rector, et aulae consistorialis advocati: in aliis universitatibus archicancellarius, sive cancellarius, rector, et tres insuper professores decani, quibus alienus sit reus, in consilium coeant, deque ipsius poena occultis suffragiis statuant. Majori numero suffragiorum res conficitur, et si reus expulsione plectatur, decretum hocce affigatur universitatis parietibus.

165. Cum quis expulsus sit, is nec in eadem, nec in alia Pontificii status universitate recipi amplius possit.

166. Nemini cum lectio habetur, ingredi liceat quacumque de causa in aliam scholam, praeterquam in eam tantum, cui sit adscriptus.

167. Severe interdicitor ne quis discipulus universitatem adeat cum baculo, sive quovis armorum genere, ne si militiae quidem nomen dederit.

168. Item prohibentor omnes ne quamcumque chartam lacerent, quae praesidum jussu, vel in scholis, vel in alio universitatis pariete fixa sit.

169. Nemo neque ante, neque post lectionum tempus, neque cum habentur, propter scholas deambulet, aut strepitum faciat, aut vocibus obstrepat.

170. Omnes a conventiculis abstineant, nec ullo praetextu simul multi coeant. Loca autem, atque homines prorsus vitent, qui in vulgus non bene audiant.

171. Archi-cancellarii sive cancellarii una cum rectoribus potestatem habeant aliud quodque perscribendi, quod opportunum fore putent, quo facilius, et ex ordine scholarum disciplinam proveniat. Id vero antequam executioni mandetur, a sac. congregatione sanciatur.

172. Praescriptae ordinationes communes sint cum aliis quoque scholis, quae publicae habeantur, quamquam extra universitates constitutae.

173. Tam episcopus, quam magistratus jus habeant discipulos expellendi ex scholis communitatis, ob aliquam gravem culpam commissam.

174. Parochi cum rasciscant aliquem in sua paroecia nimis libere vivere, sive graviore quodam flagitio reum, si universitati, aut scholis communitatis sit addictus, de hac re episcopum, aut rectorem certiorem faciant.

Titulus XVI.

De officiis pietatis, et religionis.

175. §. 17. In unaquaque universitate templum extabit aut oratorium, quo sacra fiant ac pietatis officia peragantur. De officiis pietatis, et religionis.

176. Sacerdotes saeculares societatis s. Pauli apostoli pergant spirituale regimen exercere, et operam suam impendere in universitate Romana.

177. In aliis universitatibus archi-cancellarius, sive cancellarius committant hanc praecellentem ac sanctam provinciam, aut alicui regularium familiae, aut societati sacerdotum saecularium doctrina, atque exemplo spectabilium.

178. In templo, aut oratorio cujusque universitatis haec annua sacra habeantur et pietatis officia.

179. Quo die apertio fit universitatis, solemne sacrum faciendum est ad impetranda Sancti Spiritus dona. Aderunt archi-cancellarius, sive cancellarius, rector, collegia, professores, bibliothecarius, ceterique universitatum ministri, ac discipuli universi. Sacro peracto, singuli professores, et magistri fidei professionem emittent ad formulam, quam Pius IV. tradidit. Deinde unus ex numero professorum orationem latinam recitet pro inauguratione studiorum, et finem imponent consuetae preces « *Veni Creator Spiritus; Deus qui corda fidelium; et Deus omnium fidelium pastor et rector*.

180. In exitu anni scholastici pariter, adstantibus iisdem ipsis qui supra memorati sunt, solemne sacrum fiat pro gratiarum actione, quo expleto post cantum hymni Ambrosiani dicantur preces « *Deus cujus misericordiae, et Deus omnium etc.*

181. Idem sacrum solemne fiat, iisdemque ipsis adstantibus, cum ejus sancti dies sacra recurrat, quem quaeque universitas patronum habeat.

182. Si qua universitas alios praeterea festos dies celebret, in hoc nihil immutandum.

183. Singulis diebus, quibus lectio habetur, saltem unum sacrum fiat, cui discipuli interesse possint.

184. Diebus dominicis, atque aliis divino cultui ex praecepto dicatis, sive in templo, sive in oratorio ad hoc instituto congregatio habeatur, ad quam convenire jubeatur omnes discipuli. Ea autem initium sumat ab aliqua pia lectione, quae durabit ad dimidiam horam, ad hoc ut in juvenum animis christianae pietatis germina aut defigantur, aut melius crescant. Deinde decantatis precibus « *Veni Creator Spiritus*, *Deus qui corda fidelium*, *et Deus omnium fidelium etc.*, recitetur unum ex nocturnis cum laudibus officii parvi beatae Mariae virginis; postea praeses congregationi, sive alius sacerdos ab eo delectus brevem super evangelium sermonem habebit, qui sit plenus studii, ac pietatis: deinque sacrum fiat. Praeses in subsidium adhibeat alios sacerdotes moribus, et doctrina spectatos, qui discipulorum confessiones audiant, eosque ad sacram Eucharistiam suscipiendam disponat. Finem habebit congregatio, litaniis Lauretanis nuncupatis, et aliquo psalmo, aut hymno, aut prece ad perseverantiam in divino famulatu retinendam.

185. Cum diem suum obeat quisquam, aut discipulus, aut alius universitati addictus, in prima congregatione omisso officio beatae Mariae virginis recitetur officium defunctorum pro ipsius animae piaculo. Si defunctus sit professor, sive unus ex collegiis universitatis die a rectore constituendo ei justa solemnia persolvantur, quibus adsint collegia, professores, et discipuli.

186. Singulis quibuscumque annis extremo tempore quadragesimali fiant exercitia spiritualia ab omnibus discipulis, delectis ad hoc per archi-cancellarium, vel cancellarium duobus sacerdotibus, sive pluribus, qui doctrina, ac studio religionis censeantur idonei, qui animos auditorum excitent, atque ad meliorem frugem reducant.

187. Omnibus his pietatis ac religionis officiis obligantur omnes omnino cuique scholae adscripti tam clerici, quam laici. Si qui vero desint, sive valetudinis impedimento, sive alia justa causa, de hac re praeses congregationis certior fiat. Ab hac lege dumtaxat dispensantur sacerdotes, et clerici, qui eodem tempore, sive ex obligatione, sive ex ministerio debeant operam suam praestare aut parœcialibus, aut aliis ecclesiis, hac tamen cautione adhibita, ut tribus quibusque mensibus de veritate rei exhibeant testificationem praesidi congregationis.

188. Singulis tribus mensibus praeses congregationis in manus rectoris tradat elenchum omnium discipulorum, in eoqua religiosissime notatum sit quam quisque frequens fuerit, quoties accesserit ad sacramenta, ut diligentem, ut modestum se exhibuerit, vel quoties in his deliquerit.

189. Praeses elenchum habeat, in quo diligenter perscribatur, quoties quisque in congregatione interfuerit; eum vero rogatus sit de assiduitate cujusquam testificari, distincte numerum appunat.

190. Ad hoc at quis pro discipulo habeatur, atque ut possit honores, gradus, ac praemia petere, eam testificatione assiduitatis auctum esse oportet. Si quis vero aut numquam, aut raro, aut sine exteriori devotionis, ac pietatis specie interfuerit, correctioni obnoxius sit: et si a pertinacia non desistat, ab universitate ajiciatur.

191. Professores universitatum, ut sunt virtute spectabiles, sic omni ope curent, ut eam liberi sint, ad hujusmodi exercitia frequentes accedant, que juvenum animi majorum exemplo ad pietatem, ac religionem impellantur.

192. In reliquis scholis publicis extra universitates institutis episcopi sive templum, sive oratorium destinabunt, si id discipulorum multitudo requirat, in quo discipuli pietatis ac religionis exercitia peragant.

193. Quae de pietatis ac religionis officiis pro universitatibus jussa sunt, eadem omnia pro istis etiam scholis publicis dicta volumus; prudentiae autem episcoporum, ac zelu permittimus, ut pro diversitate locorum ea accommodari curent.

194. Item episcopis illud commendatum volumus, quod opportune ac sedulo provideant, ut in parvis etiam oppidis, atque ubi una tantum, vel duae scholae sint, discipuli sacro quotidie intersint, utque juxta aetatem, et ingenii captum sacramenta frequentent.

Titulus XVII.

De graduum collatione.

De graduum collatione. 195. §. 18. Tam primariis quam secundariis universitatibus jus esto hosce tres gradus conferre in theologicis, legalibus, et philosophicis disciplinis, nimirum baccalaureatem, licentiam, et doctoratum.

196. In disciplinis medicis, ac chirurgicis universitatibus secundariis tantum jus esto duos prius memoratos gradus impertiri; doctoratum autem conferre universitatis Romanae proprium sit, ac Bononiensis; quae duae universitates dumtaxat facultatem etiam concedant medicinae, ac chirurgiae publice exercendae.

197. Nemo laurea donabitur, nisi antea baccalaureatum, et licentiam obtinuerit.

198. Baccalaureatus, et licentia nemini concedatur, praeterquam iis, qui, examine instituto, digni habiti fuerunt a tribus membris collegii per rectorem designandis. Examen pro baccalaureatu habeatur de iis omnibus, quae primo anno cursus scholastici; pro licentia de iis, quae secundo, et tertio anno traduntur.

199. Qui vero lauream petunt, experimentum subeant in iis omnibus, quae universim disciplinam respiciunt. Laureae sunt triplicis generis, ad honorem, scilicet, ad praemium, et communes: laurae ad honorem et ad praemium praevio examine, et concursu; communes praevio examine conferuntur, prout in titulis qui sequuntur explicabitur.

200. Candidati specimen exhibeant coram collegio illius disciplinae, in qua lauream petunt. Examina cuivis personae, aut coetui delegata omnino prohibentur, et gradus, si qui forte post bujusmodi experimenta collati essent, ipso jure irriti sunto.

201. Collegiales conveniant ad periclitandam candidatorum doctrinam legitimi non sint absque archi-cancellarii, sive cancellarii, aut saltem rectoris praesentia, et interventu sex saltem collegii membrorum. Omnes tamen qui ad collegium pertinent, vocandi; et horum si qui abfuerint, nullum ex laureatorum impensis fructum percipiant, praeterquam si aegrotaverint: neque ex compacto aliquid sibi invicem remittant, ex his enim nihil absentibus percipere liceat.

202. Si candidatus non approbetur, impetrare a rectore poterit, ut post sex menses ad experimentum redeat, quod si tum etiam non probetur, spes alterius experimenti in posterum ei nulla sit.

203. Collegia de peritia eorum qui lauream aliosque gradus postulent non remisse cognoscant, ut ne hujusmodi experimenta ad simplicem speciem reducantur. Si qua collegia indoctis nimium indulserint, s. congregatio providebit, ne amplius id accidat contra leges.

204. Quantum ad externas formas, baccalaureatus, et licentia possunt conferri etiam privatim, et sine ulla apparatus pompa.

205. Laureae publice conferantur in aula universitatis, solito apparatu.

206. Qui laurea, aut bacealaureatu, aut licentia donatur, is qualibet vice fidei professionem emittat secundum formam a Pio IV praescriptam: medici antequam matriculam accipiant pro libera facultate medicinae exercendae, jurent quemadmodum s. Pius V. constituit.

207. Quaecumque diplomata archi-cancellarii, sive cancellari, rectoris et collegii praesidis subscriptione muniantur. Ad collegia, et cathedras utriusque primariae universitatis, nec non ad beneficia, et officia quaelibet urbis, et curiae Romanae ac civitatis Bononiensis, pro quibus obtinendis laurea doctoralis requiratur, ii tantummodo admittantur, qui doctoratus lauream in alterutra earumdem universitatum consecuti sint: integre manentibus privilegiis, seu indultis, quae Sedes apostolica pro nonnullis officiis alicui civitati, seu nationi impertiverit.

Titulus XVIII.

De cursu scholastico ad lauream.

208. §. 19. Qui lauream s. theologiae consequi velint, oportet, ut duobus saltem annis tum sacrae scripturae, tum historiae ecclesiasticae praelectiones audierint, quamvis earum disciplinarum professores suum cursum expleant plurium annorum spatio, tum etiam ut integrum cursum theologicum absolverint, quem duo professores quatuor annis conficiunt: eorum primus hora prima antimeridiana, alter hora prima pomeridiana legit. Qui cursus ita distinguitur. De cursu scholastico ad lauream.

Anno primo.

1. Sacra Scriptura.
2. S. Theologia horis antemeridianis.
3. S. Theologia horis pomeridianis.

Anno secundo.

1. Sacra Scriptura.
2. S. Theologia horis antemeridianis.
3. S. Theologia horis pomeridianis.

Anno tertio.

1. S. Theologia horis antemeridianis.
2. S. Theologia horis pomeridianis.
3. Historia Ecclesiastica.

Anno quarto.

1. S. Theologia horis antemeridianis.
2. S. Theologia horis pomeridianis.
3. Historia Ecclesiastica.

209. Qui utriusque juris lauream consequi valint, cursum excurrsat institutionum canonicarum, civilium, criminalium, juris naturae, et gentium; praeterea praelectiones frequenteut duorum professorum juris canonici, videlicet professoris juris publici ecclesiastici duobus annis; et duobus annis praelectiones professoris textus canonici, qui annis quinque exponet libros decretalium, referens, cum opus sit, canones, et decreta recentium conciliorum oecumenicorum, et posterioras Romanorum pontificum constitutiones; et denique per tres annos adeant cathedras textus civilis, quem duo professores quatuor annis interpretantur secundum quinquaginta libros pandectarum, et, com opus sit, referent in locum suum correctiones, quas jus canonicum in nonnullis legibus civilibus fecit, et quidquid posterioribus temporibus constitutum est. Professores in tradendis lectionibus ipsum corpus civile sequantur, quod ut quinquaginta pandectarum libros in septem partes dividit, ita et ipsi faciant; primus tres partes priores explicet, qui ut quadriennium expleat, primum annom inchoabit de origine, et progressu juris civilis, et de ratione universas leges, et statuta interpretandi, deque regulis juris, et verborum significatione « Alter reliquas partes explicet. Cursus accommodabitur methodo, quae sequitur.

Anno primo.

1. Institutiones canonicae.
2. Institutiones civiles.
3. Institutiones juris naturae ac gentium.

Anno secundo.

1. Institutiones juris publici ecclesiastici.
2. Institutiones juris criminalis.
3. Textus civilis.

Anno tertio.

1. Institutiones juris publici ecclesiastici.
2. Textus canonicus.
3. Textus civilis.

Anno quarto.

1. Textus canonicus.
2. Textus civilis) ab utroque professore ex-
3. Textus civilis) plicandus.

210. Discipulos, ut lauream in medicina obtineant, assiduos esse oportet praelectionibus professoris anatomiae ejusque dissertationibus, et cadaverum inspectionibus in museo anatomico faciendis, tum lectionibus professoris chymiae, quibus practicas operationes atque indicationes adjunget, mox praelectionibus professori theorices botanicae qui etiam usum, et virtutes rei herbariae practice demonstrabit, tum praelectionibus physiologiae generalis, ac semioticae, nec non pharmaciae practice exponendae, quarum disciplinarum cursus uno anno absolvetur, et denique praelectionibus hygiaonae, therapeuticae generalis, et materiae medicae, nec non medicinae politicae et legalis, ut et medicinae theoretico-praticae, quae omnia duorum annorum spatio tradenda sunt. Scholae adeundae erunt sequenti ordine.

Anno primo.

1. Anatomia.
2. Physiologia.
3. Chymia.

Anno secundo.

1. Botanica.
2. Hygiaena, theraupeutica generalis, et materia medica.
3. Pathologia generalis, et semioptica.

Anno tertio.

1. Hygiaena, theraupetica generalis, et materia medica.
2. Medicina theorico-practica.
3. Medicina politica, et legalis.

Anno quarto.

1. Medicina theoretico-practica.
2. Medicina politica, et legalis.
3. Pharmacia prartica.

211. Discipuli, qui laureas chirurgiae petunt, cum medicis vacabunt praelectionibus anatomiae, chymiae, physiologiae, pathologiae generalis, at semiopticae, hygiaenae, therapeuticae generalis, et materiae medicae, pharmaciae practicae, medicinae politicae, et legalis, et praelectionibus chirurgorum propriis, nimirum chirurgiae theoreticae, et obstetriciaa, quarum prima duobus annis, altera uno tantum tradetur. In cursu chirurgico haec erit series disciplinarum.

Anno primo.

1. Chymia.
2. Anatomia.
3. Physiologia.

Anno secundo.

1. Chirurgia theorica.
2. Pathologia generalis, et semioptica.
3. Hygiaena, therapeutica generalis, et materia medica.
4. Medicina legalis, et politica.

Anno tertio.

1. Chirurgia theoretica,
2. Hygiaena, therapeutica generalis, et materia medica.
3. Medicina legalis, et politica.
4. Obstetricia.

212. Discipuli ad lauream capessendam in philosophia frequentent cathedras logicae, metbsphysicae, ethicae, elementorum algebrae, et geometriae introductionis ad calculum, et calculi sublimis, et physicae experimentalis, quarum disciplinarum cursus uno tantum anno conficitur, et praelectiones professorum mechanicae et hydraulicae, opticae atque astronomiae, qui duobus annis integrum cursum concludunt. Praeterea feriatis diebus in elencho notandis adsint experimentis in museo physico, et practicis demonstrationibus tum mechanicae, atque hydraulicae, quibus earum professor operam dabit dichus, et locis opportunis, tum etiam opticae, et astronomiae, quas professor in museo physico, et specula exhibebit. Philosophiae cursus hac methodo conficiendus est.

Anno primo.

1. Logica, et metaphysica.
2. Elementa algebrae, et geometriae.

Anno secundo.

1. Ethica.
2. Physica.
3. Introductio ad calculum.

Anno tertio.

1. Calculus sublimis.
2. Mechanica, et hydraulica.
3. Optica, et astronomia.

Anno quarto.

1. Mechanica, idraulica.
2. Optica, et astronomia.

213. Praescripti cursus scholastici ad gradus capessendos in disciplinis theologica, legali, medica, chirurgica, et philosophica ad duas dumtaxat spectent universitates primarias Romanam scilicet, et Bononiensem, in quibus omnes inerunt cathedrae, quotquot ad hos cursus ordinatae sunt. Pro universitatibus secundariis, quae non omnes praenotatas scholas complecti debeant, s. congregatio cursus scholasticos indicabit, simul ac fuerint eaedem universitates inspectae, ac recognitae.

TITULUS XIX.

De laurea ad honorem, et ad praemium.

De laurea ad honorem, ad premium. 214. §. 20. In disciplinis theologica, legali, medica, chirurgica, et philosophica concursus fiat exeunte quovis anno scholastico pro laureis conferendis ad honorem, et praemium.

215. In quolibet anno concursu unaquaeque universitas quatuor laureas in quibuscumque praenotatis disciplinis impertiat.

216. Duo, qui in concursu singulare prae se meritum tulerint, omnesque alios vicerint, duas primas laureas ad honorem obtineant: reliqui duo, qui post priores laudatissimi omnium habeantur, secundas laureas ad praemium consequantur.

217. Privilegia laurearum ad honorem haec sunt.

I. Immunitatem habere cujusvis impensae, quae pro hujusmodi re facienda esset.

II. Recipere quidquid solutum sit pro prioribus gradibus, nimirum pro baccalaureatu, atque licentia.

III. Frui jure praelationis ad obtinendas cathedras, praemisso tamen concursu, et caeteris paribus.

IV. Frui eodem jure, ut in collegia quis admittatur, caeteris paribus.

218. Haec postrema duo privilegia in diplomate doctoratus enunciauda erunt.

219. Laureatis ad praemium datur immunitos impensae quocumque ea nomine facienda sit pro laurea. Quod vero quis impenderit pro baccalaureatu, sive pro licentia, id ei ne restituatur.

220. Discipuli uno ante mense certiores fiant in quem diem, aut in quos dies laurearum petitio sit.

221. Ut quis petiter idoneus sit, requiratur, ut in universitate cursum scholasticum confecerit ad normam cuique disciplinae praescriptam. Debeat itaque rectori exhibere matriculas, in quibus professores tertio quoque mense testati sint de assiduitate, et profectu studiorum. Quodcumque aliud testimonium hujusmodi, licet sit eorumdem professorum, nihil ponderis habebit. Exhibeat etiam diploma baccalaureatus, et licentiae.

222. Praeterea probet congregationi spirituali diligenter interfuisse.

223. Demum facultas petitionis iis dumtaxat detur, qui eo ipso anno cursum scholasticum expleverint.

224. Quae testimonia cum rite facta esse rector cognoverit, ad experimentum verbo constituendum petiterem admittat, quod haud multis diebus ante concursum fiat a quinque viris, aut ex collegiis, aut ex numero professorum per rectorem delectis.

225. Nisi qui in hoc verbali examine dimidiam saltem partem suffragiorum tulerit, jus petendae laureae nullum habeat.

226. Competitores januis clausis, hora indicta, in una, eademque aula universitatis nullo librorum, vel scriptorum subsidio, omni sublata communicatione, sex horarum spatio dissertationem exarabunt latino sermone in argumentum seu textum sortito propositum a numero non minus quinquaginta argumentorum, seu textuum: et pro laureis utriusque juris argumenta, seu textus ab utroque jure sumantur. Quantum vero ad reliqua eaedem cautiones adhibeantur, ac methodus servetur, quae petentibus cathedram praescribitur in articulis 56, 57, 58, 59, 60, 62, 63, 65.

227. Qui medicinae, sive chirurgiae cursum expleverint in universitatibus secundariis, ibique baccalaureatum, atque licentiam adepti sint, cum ad scholas clinicas Romae, aut Bononiae admissi fuerint, ad experimentum possint accedere, et lauream petere ad honorem aut ad praemium, dummodo rectori primariae universitatis ea testimonia, quae requiruntur, scripto exhibeant.

228. Si eorum quis laureas ad honorem, aut ad praemium merebitur, earum omnibus utatur privilegiis, restitutione tantum excepta impensae, quae facta sit pro baccalaureatu, et licentia.

TITULUS XX.

De laureis in forma communi.

229. §. 21. Quicumque cursu studiorum expleto petere noluerint, aut in petitione lauream non sint meriti; generatim vero quisquis vel Pontificiae ditioni subjectus, vel alienigena, qui studiis absolutis in aliqua publica studiorum universitate doctoris laurea insigniri velit, voluntatem suam aperiat rectori ejus De laureis in forma communi.

universitatis, in qua laurea decorari cupiat, testificationesque praeferat de studiis recte peractis, de parentum honestate, ac de sui vita, et moribus..

230. Cum rector documenta rite confecta esse cognoverit, sinat, ut candidatus ad experimentum accedat.

231. Item ad experimentum admittat pro laureis s. theologiae eos clericos, qui cursum theologicum in seminariis episcopalibus confecerint.

232. Atque eos etiam omnes pro obtinenda tum s. theologiae, tum juris utriusque laurea, qui etsi in aliqua universitate studiis non vacaverint, beneficium tamen aut dignitatem ecclesiasticam, seu aliquod munus publicum adepti sint, ad quod laurea doctoralis requiratur.

233. Et ab ipsis exhibenda erunt documenta de studiis peractis, de honestate parentum, de vita, et moribus: et pecuniam pro expensis deponant.

234. Qui baccalaureatu, aut licentia praediti non sint, poterunt hos duos gradus una cum laurea adipisci.

235. Petitores a collegio examinentur ad formam articulorum 200, et 201.

236. Experimentum primum verbaliter fiat aut interrogationibus, aut argumentationibus: deinde sortito ducatur argumentum, in quos sex horarum spatio candidatus dissertationem exarabit latino sermone absque librorum, ac scripturarum praesidio, et coram rectore, sive membro collegii, quod ipse rector delegaverit.

237. Ob eam causam quodvis collegium centum argumenta ex omni disciplina desumpta in elencho rectori tradendo proponat, ut iis cognita, atque perspecta sint, qui experimentum de se facere valint.

238. Perscripta dissertatione, collegium coeat sive ipso die, sive die sequenti; quod cum accidat, dissertatio sigillo obsignetur, et rectori tradatur.

239. Candidatus promoveatur ad lauream qui numerum suffragiorum ultra mediatatem tulerit, ejusque dissertatio in archivio universitatis servanda ponatur.

240. Iis qui probati non fuerint reddatur dissertatio, et pecunia deposita; integra manente lege articuli 202 pro his qui novum experimentum postulaverint.

TITULUS XXI.

De matricula pro libera facultate medicinae, et chirurgiae facienda.

241. §. 22. Cum quis doctoratum medicinae, aut chirurgiae adeptus sit, ab ejus exercitio abstineat, donec ejusmodi facultatis matriculam mercet; aliter poenas incurrat a lege sancitas. De matricula pro libera facultate medicinae, et chirurgiae facienda.

242. Nemo autem ejusmodi matriculam mereatur, nisi qui duos annos scholae clinicae operam dederit, sive medicus fuerit, sive chirurgus.

243. Hoc biennio in universitatis albo conscribi postulet, ejusque rei apud se conscriptum testimonium habeat, in quo professor scholae clinicae tertio quoque mense de ejus assiduitate, ac progressu testetur. Donec vero huic scholae addictus fuerit, statutis universitatis, ac legibus subjiciatur.

244. Biennio exacto, testimonia studii, ac pietatis rectori exhibeat, quibus cum rector cognoscat officio suo eum satisfecisse, collegio medico-chirurgico allegabit.

245. Hujus collegii sit, eorum periculum facere, num matricula digni sint, ut publice, ac jure medicinam et chirurgiam facere possint.

246. Proinde universitates tum Romana, cum Bononiensis medicinae, ac chirurgiae clinicae scholas habeant.

247. Scholae clinicae medicae locum praebeat Romae archixenodochium s. Spiritus in Saxia; scholae clinicae chirurgicae xenodochium s. Jacobi quod dicitur Incurabilium; Bononiae utrique scholae xenodochium a Magdalena nuncupatum.

248. Medicinae clinicae schola toto anni tempore pateat, quo morborum qualitates dignoscantur pro anni viribus praepotentes.

249. Ei scholae curae sit observationibus barometricis, termometricis, atque hygrometricis operam dare, ut aeris temperies quae sit, quantaque ejus in aegra corpora potestas recte cognoscatur.

250. Praeter primarium medicinae clinicae professorem, adhibeatur et alius, qui vices ipsius gerat, cum is impeditus sit; quatuor praeterea juvenes discipuli, quisque pro variis diei, ac noctis horis; duo insuper valetudinarii; et chirurgus adsistens pro incisionibus.

251. Sint duae aulae clinicae, una pro viris duodecim cubilia habens; altera pro mulieribus cum sex cubilibus; mulieribus autem duae valetudinariae adsint, alterna vice earum curae addictae.

252. Altera quoque schola pro chirurgia clinica pateat toto anni tempore. Habeat et ipsa, qui professoris vices agat, ut et juvenes, quot necessitas postulet.

253. Penes utrumque scholae clinicae professorem jus esto eligere ex quovis urbis xenodochio aegrotos; quos aptos ad erudiendos juvenes putet. Cursus scholae clinicae tum medicae, tum chirurgicae duobus annis expleator.

254. In altero Institutionis annu juvanes medici, qui idonei a professore reperiuntur, ejus ductu aliquam curationem tractandam suscipiant; idem juvenes chirurgi faciant, professoris permissu, atque ductu.

255. Medicamenta, victum, subsidia religionis, et quidquid aegrotis opus est, exceptis professorum stipendiis, ac ministrorum largitionibus, xenodochia suppeditent, apud quae instituta est schola clinica.

256. Hortus botanicus universitatis, nec non professores chymiae, pharmaciae, et materiae medicae quoties opus fuerit scholae clinicae ministrabunt nova, ac praestantissima medicamenta, quae tum aegrotis utilia, tum discipulis scitu digna putent.

257. Fragmina anatomiae, quae clinicorum cadaverum sectio dabit, in Anatomico musaeo parentur, serventurque.

258. Effluxe quolibet anno, professores scholae clinicae majoribus universitatis declarent, quid in sua schola praecipue peractum sit, quidque animadversione dignum putaverint.

Titulus XXII.

De matricula ad pharmaciam libere exercendam.

De matricula ad pharmaciam libere exercendam. 259. §. 23. Qui in pharmacia erudiri velint, cursum duorum annorum impleverint.

260. Scholas autem frequentent.

Anno primo.

Chymiae, et herbariae.

Anno secundo.

Materiae medicae, et pharmaciae.

261. Pharmaciae discipuli post primum annum obtinent baccalaureatum, post alterum licentiam.

262. Peracto cursu scholastico, atque utroque gradu adepto, antequam pharmaciam facere queant matriculam liberi exercitii obtineant oportet.

263. Idcirco periculum doctrinae suae faciant tam theoreticum quam practicum judicantibus collegiis medicorum, ac pharmacopolarum.

264. Haec matricula eis jus tradat sui muneris exercendi in toto statu Pontificio. Pro matricula vero artis libere exercendae nec medici, nec chirurgi, nec pharmacopolae nihil imposterum aerario publico solvere teneantur.

Titulus XXIII.

De experimento quod edere ii debent, qui fieri notarii postulant.

265. §. 24. Penes universitates tam primarias, quam secundarias judicium esto de eorum peritia qui notariorum albo adscribi velint. Qui ad experimentum accedunt, ut notarii fiant, eos cursum logicae, atque ethicae, et institutionum civilium, ac canonicarum persolvisse oportet. De experimento quod edere ii debent qui fieri notarii postulant.

266. Petitor, si hasce disciplinas in universitate status Pontificii didicerit, tabellam exhibeat, in qua professores tertio quoque mense testati sint de ipsius assiduitate, et progressu; praeterea attestationem praesidis congregationis habeat oportet, cui in ea universitate pietatis officia ac religionis curae sint.

267. Si in scholis extra universitates studuerit, tabellas eorum afferat, a quibus eductus est, et testimonium de vita, et moribus exhibeat.

268. Experimentum subeat, periclitantibus ipsum membris collegii legalis, se opportunis disciplinis apprime sit instructus, coram rectore universitatis, qui duos notarios urbis praestantiores advocet ad hoc, ut pressius eum interrogent, quae notariorum sint. Dein rector, et collegium suffragia adhibeant; major suffragiorum numerus judicium de ipsius peritia statuat.

269. Id vero non satis erit, ut officium notarii jure exerceat: ad leges enim publicas accomodare se omnino debeat.

TITULUS XXIV.

De impensis.

De impensis. 270. §. 25. Impensae faciendae iis, qui gradus adepti sint, vel matriculas, vel diploma ad notariatum, comprehensis omnibus, quae solvi ex quacumque causa solita sunt, et servatis privilegiis laurearum ad honorem, sive ad praemium, hae sint prout sequuntur.

Pro baccalaureatu scutata.	X
Pro licentia.	X
Pro laurea.	XL
Pro matriculu liberi exercitii.	VI
Pro diplomate ad notariatum.	VI

271. Qui neque baccalaureatum, neque licentiam consequutus sit, et petierit, ut ad hosce gradus promoveatur, simulque ad lauream per modum unius, solvat summam scutatorum. LX

272. Qui laurea medicinae donatos, lauream chirurgiae postulet, et vicissim; pro secunda laurea dimidium impensarum solvat, hoc est scutata XX, nec teneatur baccalaureatum, et licentiam petere.

273. Harum impensarum fructus distribuatur secundum ordinationes, et consuetudinem cujusque universitatis. Quantum ad collegia quae creanda sunt, aut in pristinum restituenda, et ad collegia jam constituta, quorum collegae vigore harum ordinationum augeantur, fructuum distributio fiat secundum leges, quae ab iisdem collegiis constituentur, et a s. congregatione confirmabuntur.

274. Quos vero hos sumptus facere sua fortuna non patitur, postquam rectori per acta summaria eorum paupertas cognita sit, eis impensarum immunitas detur.

275. Item consanguinei in primo, et secundo gradu eorum qui membra sint collegiorum, aut professorum munus exerceant, dimidium pendant. Consanguinei, et a studiis advocatorum aulae consistorialis ab omnibus impensis sint immunes.

TITULUS XXV.

De annuis experimentis.

De annuis experimentis. 276. §. 26. Antequam annus scholasticus ad finem vergat, fiant in omnibus scholis universitatis examina de iis rebus, quae per annum explicatae fuerint, fiantque praefinito die, discipulisque indicto.

277. Ad hoc professores omnes revocent ad certas quasdam propositiones, atque argumenta non pauciora, quam quindecim, praecipuas res, quas eo anno docuerint.

278. Ex his propositionibus una sortito ducatur ab archi-cancellario, sive cancellario, de qua cuique discipulo coram viro ab eodem archi-cancellario, sive cancellario deputando, in uno eodemque loco, ac nulla communicatione inter se, disserendum erit intra quatuor horas, sine ullo librorum, aut scriptorum subsidio.

279. Tales dissertationes per hujusmodi deputatum tradantur archi-cancellario, sive cancellario, qui faciat, ut eas tres e collegio, arbitratu suo electi, summa examinis maturitate dijudicent.

280. Item archi-cancellarius, sive cancellarius, rector, et praedicti collegae electi conveniant, et quid quaeque dissertatio valeat, judicent.

281. Duo qui caeteris praestiterint praemio efficiantur, eorumque nomina ponantur in elencho praemiorum post nomina eorum, qui lauream vel ad honorem, vel ad praemium sunt consequuti.

282. In scholis publicis extra universitates eodem modo instituantur examina sub finem anni scholastici, aut per lucubrationes, aut per interrogationes pro captu auditorum cujuscumque classis.

283. Hujusmodi examina instituantur coram magistratu, et deputato episcopi; qui auditorum experimentum faciant, a magistratu deligantur.

284. Magistratui cura erit, ut pro communitatis facultatibus nonnulla praemia conferantur iis discipulis, qui caeteros superarint in singulis scholis.

285. Idem magistratus initio anni scholastici, absolute autem ante medium novembrem, conferat se in publicas scholas una cum deputato episcopi, et discipulos examinet,

qui de classe aut schola inferiori transitum ad classem, aut scholam superiorem facere velint. Magistratus deliget, qui discipulos interrogent.

Titulus XXVI.

De anno scholastico, et de vacationibus.

De anno scholastico, et de vacationibus.

286. §. 27. In universitatibus, et publicis scholis extra universitates initium docendi fiat nonis novembris, quamvis hic dies cadat in diem Jovis: finis autem in primariis universitatibus quinto kalendas julias, in secundariis decimo tertio kalendas sextiles. In scholis extra universitates, quae sunt supra rhetoricam secundo idus sextiles. In scholis humanitatis ac rhetoricae secundo nonas septembris.

287. In aliis scholis inferioribus duodecimo secundo kalendas octobris.

Omnibus diebus anni scholastici docebitur, exceptis diebus qui sequuntur: nempe scholae vacabunt.

Diebus dominicis, atque aliis divino cultui dicatis ex praecepto.

Die Jovis vacabunt dumtaxat, cum necessarium erit quintam lectionem adimere.

Vacent item festo die s. Catharinae, patroni urbis, ac universitatis, aut scholarum, et anniversario coronationis summi pontificis.

Feriae sanctae Natalitiae contineantur die vigesima quarta decembris, et die primo januarii.

Carnis privi includantur die sabbati qui dominicae sexagesimae praecedit immediate, et die Cinerum.

Paschae vero a dominica Palmarum usque ad tertium diem festum durabunt.

Praeter praedictas vacationes ordinarias, archi-cancellarius, vel cancellarius quantum ad scholas universitatis, magistratus vero quantum ad scholas communitatis facultatem habeant concedendi, cum opus erit, extraordinarias vacationes, quae enuncientur pridie ejus diei.

288. In primariis universitatibus, aeque ac secundariis quisque professor per integram horam doceat. Horae antimeridianae a pomeridianis dividantur.

289. In scholis publicis extra universitates, lectiones earum disciplinarum, quae rethoricae supereminent, ad duas saltem horas producantur, aut continuas, aut mane, et post meridiem divisas.

290. Lectiones rhetoricae, et classium inferiorum, ad horas quinque doceantur, ita ut duas, et dimidiam mane; totidem pomeridiano tempore doceatur.

Titulus XXVII.

Ordinationes generales.

291. §. 28. His ordinationibus non teneantur seminaria episcopalia, quibus ut secundum Ecclesiae canones jus dicant, episcopis erit integrum. Ordinationes generales.

292. Item scholae, seu studia apud regularium ordinum familias, in quibus earum alumni erudiuntur, talibus ordinationibus ne subjiciantur.

293. Educationis, ac institutionis convictus, et publicarum scholarum collegia regularibus ordinibus tradita, ad normam proprii eorum instituti regi, et regularibus suis superioribus subjici pergant, quin tamen sacrae congregationis auctoritas penitus excludatur.

294. Convictus, et collegia viris non regularibus commendata intra sex menses confirmatione sacrae congregationis muniri debeant.

295. Academiae scientiarum, literarum, atque artium erigi non poterunt sine auctoritate sacrae congregationis.

296. Academiae jam erectae, quae auctoritatem legitimam, aut temporis praescriptionem habent, stare pergant; auctoritate tamen sacrae congregationis confirmandae.

297. Academiae artium, et archeologiae subjectae sint cardinali S. R. E. camerario, ut antea.

298. Praeses cujusque academiae curabit ne intra scientiarum, ac literarum exercitationes laedantur, nec directe, nec indirecte religio, mores, et publicus societatis ordo; itemque teneatur s. congregationi, et gubernio rationem reddere, si quid in hac re peccatum sit, quod non valuerit ipse impedire, aut praevidere.

299. Qui sive publice, sive private pueros mutuo doceri faciant, iis omnino interdicitur, ac ubique ditionis Pontificiae. Si qui vero ausint eo modo docere, vel hanc docendi ratio-

nem in dioeceses inducere studeant, in eos episcopi animadvertant.

300. Leges pueris ac puellis in scholis observandas condendi in posterum munus erit congregationis Studiorum. Hujusmodi scholae in urbe cardinalis vicarij auctoritati subjiciantur, et in statu ecclesiastico ordinariis locorum.

301. Quaecumque communitas, sive corpus, a quo redditus ad alimentum, et institutionem studiosorum juvenum administrentur, intra trimestre sacrae congregationem doceat, quod nisi fecerit, ab administratione amovebitur.

302. Romae instituetur schola medicinae veterinariae, rebus omnibus opportune instructa.

303. Contra eos qui medicinam, chirurgiam, obstetriciam, pharmaciam, et medicinam veterinariam exercuerint, nulla praediti legitima potestate, cardinalis Sanctae Romanae ecclesiae camerarius poenas statuat, ut antea fecit.

304. Nomina auditorum, qui laureas ad honorem, et ad praemium, et in annuis examinibus praemia tulerint, legantur in aula universitatis eodem die, quo archi-cancellarius, sive cancellarius, laureas conferat, et praemia distribuat: idque faciat ea pompa atque ritu, quem juventutis incitamento magis idoneum judicaverit. Aderunt rector, collegia, et professores.

305. Curae sit s. congregationis Studiorum, ut singulis annis, cum primum apertio scholarum fit, elenchus typis impressus appareat, inscriptis nominibus archi-cancellariorum, cancellariorum, rectorum, membrorum cujusque collegii, et professorum cujusque universitatis: post vero collegarum, et professorum nomina, eorum opera quaevis praelo edita, et memoratu digna notentur: hujus rei gratia quilibet collega, atque professor cujusque universitatis teneatur exemplar unum operis impressi exhibere s. congregationi Studiorum.

306. Eadem s. congregatio curabit, ut ii professores praemiis donentur, qui publici juris fecerint opus aliquod et sibi, et universitatibus Pontificii status honorificum.

307. Nemo in opere suo publicando professor, aut collega inscribi possit, nisi prius rectori universitatis librum obtulerit, ab eoque sibi copia facta sit tituli inscribendi.

308. Archi-cancellarius universitatis Bononiensis, et cancellarii aliarum universitatum advocent magistratum civitatis ad functiones sive sacras, sive literarias, quae publice celebrentur in eadem universitate: magistratus autem secundus sedeat post archi-cancellarium, sive cancellarium.

309. Qui in numerum professorum harum universitatum cooptatus sit, post electionem continuo adeat magistratum obsequii praestandi gratia.

Quas praeinsertas regulas, et ordinationes, ac omnia, et singula in eis contenta et praescripta cum ad rectam juventutis institutionem, ad virtutem in animis excitandam, atque ad studiorum profectum opportuna, et apta fore conspexerimus, ex certa scientia, et matura deliberatione Nostra, deque apostolicae potestatis plenitudine approbamus, et confirmamus, eisque praesentis Nostrae perpetuo valiturae sanctionis inviolabile robur, ac firmitatem adjicimus, eadem apostolica auctoritate statuentes, ac praecipientes quod in tota Nostra ecclesiastica ditione vim legis habere, et ab omnibus ad quos spectat, ac pro tempore spectabit in futurum exactissime observari debeant, atque adimpleri.

Omnes idcirco, et singulas priores ordinationes, statuta, et consuetudines, quibus universitates studiorum, gymnasia, scholae, et quaevis alia publicae institutionis loca in temporali Nostra ditione existentia regi, et gubernari usque in praesens consueverunt, illarum tenores licet specifica, et individua mentione dignos hic etiam de verbo ad verbum pro insertis habentes simili apostolica auctoritate harum serie infirmamus, abrogamus, et abolemus.

§. 29. Motu insuper, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus dictas universitates studiorum, gymnasia, scholas, aliaque publicae institutionis loca, illarumque personas, res, bona, jura, et proprietates ab administratione, jurisdictione, auctoritate, regimine, ac subjectione quarumcumque congregationum, collegiorum, magistratuum, tribunalium, et aliorum quorumcumque, quibus etiam ab antiquissimo tempore subsint, etiam si sint Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, ac sanctae sedis de latere legati, ex nunc imposterum segregamus, separamus, secernimus, eximimus, ac liberamus; eas- De jurisdictione ordinariorum super universitatibus, gymnasiis, scholis, aliisque publicae institutionis locis.

demque universitates, gymnasia, scholas, aliaque publicae institutionis loca perpetuo committimus, concredimus, et subjicimus curae, administrationi, regimini, ac potestati episcoporum, aliorumque moderatorum in antedictis ordinationibus designatorum cum facultatibus, praeeminentiis, juribus, ac muneribus in ipsis ordinationibus nominatim expressis, et non aliter, nec alio modo.

Deputatio congregationis Studiorum.

§. 30. Ut autem huic tam gravi negotio, quoad ejus fieri possit, opportune consulere, atque insertarum ordinationum pro salubri studiorum regimine stabili methodo prospicere valeamus, peculiarem nonnullorum venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium infranominandorum ecclesiasticam congregationem perpetuo mansuram vigore praesentium erigimus, instituimus, ac deputamus, eidemque omnimodam in studiorum universitates, gymnasia, scholas, aliaque publicae institutionis loca in tota Nostra temporali ditione potestatem, ac jurisdictionem ad formam supradictarum ordinationum perpetuo concedimus, ac tribuimus, atque ut a nemine in praemissorum exercitio quacumque de causa, sub quovis titulo, jure, praetextu, colore, auctoritate, ac potestate impediri, turbari, vel prohiberi umquam possit, districte interdicimus; praefataeque congregationi plenam, ac liberam concedimus facultatem, juxta casuum, rerum, ac temporum diversitatem, ordinationes ipsas declarandi, interpretandi, accomodandi, et extendendi, sublata cuilibet etiam expressa mentione digno qualibet in similibus quoque casibus, et ex identitate rationis, aut quovis alio titulo, causa, vel praetextu easdem interpretandi, declarandi accomodandi, et extendendi facultate.

Nominatio membrorum congregationis.

§. 31. Ad hujusmodi vero ecclesiasticam congregationem hac prima vice constituendam praeter venerabiles fratres Nostros Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales Julium Mariam de Somalia sacri collegii decanum, et vicecancellarium, uti Nostrum secretarium status, Bartholomaeum Pacca uti Sanctae Romanae Ecclesiae camerarium, Placidum Zurla uti Nostrum in urbe vicarium generalem, Franciscum Xaverium Castiglioni uti congregationis Indicis praefectum, et Franciscum Guidobono Cavalchini uti praefectum congregationis Boni Regiminis, eorumque in respectivo officio perpetuis futuris temporibus successores; dilectos pariter filios Nostros Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales Emmanuelem de Gregorio, et Franciscum Bertazzoli nominamus, eligimus, ac deputamus, eumdemque Franciscum cardinalem Bertazzoli hujusce congregationis praefectum instituimus, atque in ipsius congregationis secretarium designamus dilectum filium Joannem Soglia presbyterum, et familiarem Nostrum, eosque omnes, et singulos hoc jure, munere, ac nomine frui, insigniri, et nuncupari debere statuimus. Eveniente autem obitu, vel diuturna absentia, sive altera causa, ob quam aliquis eorum, qui non ratione officii, sed libera deputatione Nostra in praedictam congregationem cooptatus est, ab eadem recesserit, alium in ipsius locum subrogandi Nobis, ac pro tempore existentibus Romanis pontificibus successoribus Nostris facultatem reservamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 32. Decernentes hasce Nostras literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet interesse habentes, vel habere praetendentes vocati, et auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel alio quolibet etiam substantiali defectu notari, impugnari, aut alias infringi, suspendi, restringi, limitari, vel in controversiam vocari, seu adversus eas restitutionis in integrum, aperitionis oris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut justitiae remedium impetrari posse, sed semper, et perpetuo validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, ac obtinere, et ab omnibus ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari, ac supradictis universitatibus, gymnasiis, scholis, et locis, nec non personis quorum favorem praesentes Nostrae literae concernunt, perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere, neque ad probationem, seu verificationem quorumcumque in iisdem praesentibus narratorum umquam teneri, nec ad id in judicio, vel extra cogi, seu compelli posse, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane esse, ac fore volumus, et declaramus.

Derogatio contrariorum.

§. 33. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, aliisque Nostris, et cancellariae

apostolicae regulis, nec non dictarum universitatum, gymnasiorum, scholarum, et aliorum locorum etiam confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et concessionibus, quamvis expressa, specifica, et individua mentione dignis; quibus omnibus, et singulis, eorum totis tenoribus, ac formis praesentibus pro insertis habentes, ad praemissorum effectum latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse derogamus caeterisque contrariis quibuscomque.

Sanctio poenalis. §. 34. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum confirmationis, approbationis, statuti, ordinationis, praecepti, liberationis, absolutionis, segregationis, separationis, commissionis, subjectionis, erectionis, institutionis, deputationis, nominationis, jussionis, derogationis, decreti, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quarto, quinto kalendas septembris, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 28. aug. 1824. Anno I.

LV.

Derogatio partialis literarum apostolicarum datarum quinto decimo kalendas martias millesimo octingentesimo vigesimo primo super ordinatione ecclesiae cathedralis Anneciensis.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Venerabili fratri Claudio Francisco episcopo Anneciensi, salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Postquam felicis recordationis Pius septimus praedecessor Noster per apostolicas sub plumbo literas datas quintodecimo kalendas martias anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo primo episcopalem sedem Anneciensem in Sabaudiae ducatu erexerat, ot in illius cathedrali, et parochiali ecclesia capitulum constituerat cum legibus et conditionibus in iisdem literis distinctim expressis, atque contentis, fuerunt tuo nomine preces exhibitae laudato pontifici, quibus humillime postulabas, ut attentis peculiaribus dioecesis circumstantiis, ac locorum qualitate nonnulla in praefatis literis decreta, et sancita opportune ab apostolica Sede immutarentur. Quoniam vero dictus praedecessor Noster Pius septimus supremum diem explevit antequam sententiam suam aperuerit, tuque novas de hac re obsequentissimas Nobis preces iterasti, fuerunt omnia ad examen denuo revocata, audito etiam dilecto filio Josepho Barbaroux extraordinario charissimi in Christo filii Nostri Caroli Felicis Sardiniae regis illustris, ac Sabaudiae ducis apud hanc sanctam Sedem missione tunc decorato, cunctarumque expositarum rationum momentis attente ac diligenter perpensis, tuis votis, ac supplicationibus benigne in Domino censuimus annuendum.

§. 2. Praevia igitur suppressione, et extinctione parochialitatis cum cura animarum in cathedrali ecclesia Anneciensi statutae facultatem tibi concedimus, et impertimur, ut eamdem parochialitatem cum animarum cura, et eum suis juribus, bonoribus, privilegiis ac emolumentis eidem competentibus ad alteram ecclesiam Nostrae Dominae vulgo nuncupatam istius civitatis Anneciensis libere transferre valeas. Revocando alterius, atque annullando priorem capituli cathedralis dotationem potestatem similiter tibi facimus, ut redditus praebendarum ipsius capituli cathedralis hac methodo in posterum servanda designes, videlicet praebendae praepositurali, quae est prima post pontificalem dignitas annuas quatuorcentum libras monetae Pedemontanae, seu francorum Gallicanorum, archidiaconatui, et cantoratui secundae, ac tertiae dignitatibus libras, seu francos similes biscentum anuatim pro qualibet, septem vero canonicis residentialibus annuas libras seu francos similes mille tercentum aequaliter inter eos dividendos. Decernimus insuper, ut duo canonici honorarii praedictae cathedralis ecclesiae Anneciensis minime gaudere possint facultate ferendi votum in capitulo, privilegio hujusmodi in primodictis literis contento prorsus extincto remanente. Firmis denique iis, quae laudatus Pius pontifex statuerat cir- Tenor concessionis.

ca theologalis, ac poenitentiariae praebendarum collationem, auctoritatem tibi, tuisque in episcopatu Anneciensi successoribus, ut si temporum circumstantiae in peculiari aliquo casu id postulabunt uni, vel alteri ex canonicis a praelaudato rege nominatis, et actu existentibus theologalem, ac poenitentiariam praebendas assignare respective valeatis. Volumus autem, ut actorum omnium per te in executione praesentium literarum conficiendorum exemplum authentica forma exaratum ad hanc sacram congregationem rebus consistorialibus praepositam transmittere tenearis, ut in ipsius congregationis archivio asservetur.

Clausulae sublata, et decretum irritans.

§. 3. Praesentes vero literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet interesse habentes, vel habere praetendentes vocati, et auditi non fuerint, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed perpetuo validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere volumus, atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, aliisque Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, nec non constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum suppressionis, extinctionis, translationis, assignationis, facultatis, derogationis, decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quarto, tertio kalendas septembris, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 1 sept. 1824. Anno I.

LVI.

Unio ecclesiae Sarsinatensis cum suis capitulo, clero, populo, ac integra dioecesi alteri finitimae episcopali ecclesiae Brictinoriensi.

Leo episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Dominici gregis procuratio humilitati Nostrae divinitus commissa Nos adigit, ut apostolica auctoritate iis omnibus prospicere studeamus, quae et in ipsius utilitatem redundare, et in aptiorem sacrorum tractationem accedere dignoscamus; eaque profecto de causa, si quando pontificalis cathedrae dignitatem ob episcopalis mensae tenuitatem minus accommode sustineri posse compertum fuerit, talis ecclesiae cum proximiori unionem decernere consueverunt Romani pontifices, ut et pristinus unius honor perstet incolumis, et alterius res sacra ab utriusque ecclesiae antistite rite, ac utiliter procuretur. Prooemium.

§. 2. Hac Nos mente reputavimus, cum statum accepimus Sarsinatensis episcopalis ecclesiae, cujus mensa perexiguum nunc exhibet redditum annuum scutorum circiter sexcentum; quae nullo modo satis esse possunt ad episcopalem sustinendam dignitatem. Non ignoramus equidem in teterrima praeteritorum temporum conversione propositum fuisse hujusce Sedis episcopalis suppressionem, ad quam tamen reapse perficiendam nunquam deventum fuit; quin immo felicis recordationis Pius septimus praedecessor Noster sedem ipsam de proprio antistite opportune providit: Nosque pariter peculiarem habendam esse rationem censemus hujusce antiquissimae sedis Sarsinatensis, cujus episcoporum usque a saeculo quinto extat memoria, quamque non levibus argumentis extasse conjicitur jam inde ab eo tempore, quo discipuli sancti Apollinaris provinciae Ravennatensis apostoli ex missione beati Petri apostolorum principis evangelium Christi ibidem disseminarunt. Ratio concessionis.

§. 3. Nolentes autem civitatem illam sanctae Sedi addictissimam, et pluribus nominibus commendabilem honore privare cathedrae episcopalis, quae ad praesens vacat per translationem venerabilis fratris Petri Balducci ad episcopales Fabrianensem, et Mathelicensem invicem perpetuo canonice unitas ecclesias re mature, diligenterque perpensa id Nobis consilii duximus ineundum, quo tam civitati ac dioecesi, quam episcopali dignitati consultum sit. Idem ut supra.

Tenor decretae unionis.

§. 4. Ex certa igitur scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine antedictam episcopalem ecclesiam Sarsinatensem pastoris solatio nunc destitutam cum suis capitulo, clero, populo, ac integra dioecesi alteri finitimae episcopali ecclesiae Brictinoriensi aeque principaliter perpetuo unimus, atque unitam declaramus, ita ut ambo in posterum concathedrales sint, unus, idemque antistes utrique praesit ecclesiae ac dioecesi, Brictinoriensis, et Sarsinatensis episcopus insimul censeatur, et sit, atque una ecclesia minime sit alteri subjecta, sed ambo sint independenter, et aeque principaliter unitae. Unus idcirco, idemque Sarsinatensis, et Brictinoriensis nuncupandus episcopus ambarum ecclesiarum, ac dioecesium curam geret, et administrationem, in actis Brictonoriensem ecclesiam respicientibus titulum Brictinoriensem Sarsinatensi praeferet et viceversa atque metropolitanae Ravennatensi ecclesiae suffragabitur, ac in posterum quilibet novus antistes una vice primum Brictinoriensis, alia vero vice primum Sarsinatensis ecclesiae, ita deinceps similiter alternando possessionem capiet incipiendo post primam sedium vacationem ab ecclesia Sarsinatensi, easdemque ecclesias, tam in spiritualibus quam in temporalibus reget, servatis omnibus, quae juxta canonicas sanctiones servari debent, apud Sarsinatensem ecclesiam per aliquod anni spatium residere tenebitur, atque in una, ac altera dioecesi distinctum habebit vicarium generalem cum sua item distincta curia episcopali, et peculiares examinatores synodales, ut clerici, ac presbyteri commode examinari, atque ad concursus respective admitti valeant: pro duabus autem suis dioecesibus unum tantum synodum convocare, eumque primo loco in ecclesia Sarsinatensi, ac deinde in Brictinoriensi, et ita deinceps alternis vicibus celebrare poterit, ac debebit. In casu vero vacationis dictarum sedium episcopalium utrumque capitulum proprium juxta canonicas regulas eliget vicarium capitularem, qui ordinariam in respectiva dioecesi, durante sedium vacatione, ad praescriptum sacri concilii Tridentini jurisdictionem exerceat.

Deputatio episcopi sedium unitarum.

§. 5. Istis porro apostolicis literis debitae executioni plenariae demandatis volumus, ut praevio canonico processu coram dilecto filio auditore Nostro super statu Sarsinatensis ecclesiae de more conficiendo per literas apostolicas in forma brevis a dataria Nostra apostolica separatim expediendas, venerabilis frater Fridericus Bencivenni modernus episcopus Brictinoriensis ecclesiae quoque Sarsinatensi in episcopum praeficiatur, et pastorem curam, regimen, et administrationem ejusdem Sarsinatensis ecclesiae cum omnimoda jurisdictione, ac superioritate in clerum, et populum totius Sarsinatensis dioecesis ipsi in spiritualibus, et temporalibus plenarie committendo.

Onera episcopo imposita.

§. 6. Volumus praeterea, quod mensae episcopalis Sarsinatensis bona, redditus, ac proventus cujuscumque generis tam actu, quam in futurum eidem mensae spectantia a die adipiscendae per antedictum Fridericum episcopum Brictinoriensem Sarsinatensis episcopatus possessionis, cedant favore ipsius Friderici episcopi, ejusque in episcopatu praedicto successorum, adjectis tamen sequentibus obligationibus, nempe – 1. – supportandi quaelibet onera infixa episcopali mensae Sarsinatensi, – 2. – solvendi dilecto filio Gregorio Peranzaoi presbytero dioecesis Brictinoriensis quoad vixerit scuta centum in singulos annos decurrere incipientes a die captae ut supra possessionis, quod onus, ipso Gregorio decedente, statim cessabit: – 3. – impendenti quotannis incipiendo a proximo futuro anno millesimo octingentesimo vigesimo quinto in reparationem fabricae tam cathedralis ecclesiae quam episcopii, et ad comparandam praedictae ecclesiae cathedrali sacram suppellectilem summam ab infradicendo executore cum voto duorum canonicorum ipsius cathedralis ecclesiae Sarsinatensis a capitulo tam pro prima hac vice, quam ipsis, aut eorum alterutro decedente, vel de capituli gremio canonice discedente capitulariter congregato deputandorum taxandam, ac definiendam: ad quem effectum expresse mandamus, ut ab eodem executore assistentibus, tam novo episcopo Sarsinatensi, quam duobus canonicis praedictis peritia super reparationibus, et instaurationibus ecclesiae cathedralis, et palatii episcopalis, nec non suppellectilibus iisdem ecclesiis necessariis conficiatur, ita ut erogata in tot annis ratis integra summa in ipsa peritia designata dictus episcopus ab hoc onere omnino li-

ber, et immunis censeatur, et sit, atque ad nihil aliud, nisi ad ordinariam utriusque aedificii manutentionem, quatenus, et prout de jure, teneatur.

Praeceptum de inscribendis fructibus in libris camerae apostolicae.

§. 7. Volumus denique, quod Sarsinatensis ecclesiae taxa in libris camerae apostolicae actu inscripta una cum taxa ecclesiae Brictiooriensis invicem perpetuo canonice unitae in iisdem libris describatur.

Deputatio executoris apostolici.

§. 8. Quocirca venerabili fratri Octavio Zollio episcopo Ariminensi, quem in barum literarum executorem eligimus, ac deputamus, necessarias omnes, et opportunas ad praemissorum effectum plene consequendum tribuimus facultates etiam quamcumque personam in ecclesiastica dignitate constitutam subdelegandi, et super quacumque oppositione in actu exequutionis quomodolibet forsan oritura, servatis tamen de jure servandis, etiam definitive, et quavis appellatione remota libere, ac licite definiendi, et pronunciandi.

De exemplis actorum ad s. congregationem consistorialem mittendis.

§. 9. Eidem vero Octavio episcopo injungimus, et mandamus, ut exempla singulorum actorum in harum literarum exequutionem conficiendorum, quam primum fieri poterit, in authentica forma ad sacram congregationem rebus consistorialibus praepositam transmittat, in ipsius congregationis archivio de more servanda.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 10. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quilibet interesse habentes, vel habere praetendentes vocati, et auditi non fuerint, et praemissis non consenserint, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio etiam substantiali defectu notari, ot impugnari posse, sed eas semper validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari debere: et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis praefatarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, caeterisque licet expressa, specifica, et individua mentione dignis non obstantibus quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum unionis, subjectionis, facultatis, praecepti, mandati, statuti, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quarto, kalendis septembris pontificatus Nostri anno primo.

LVII.

Dat. die 1. sept. 1824. Anno I.

Impositio perpetuae pensionis super redditibus mensae Hispalensis favore equestris ordinis Americani ab Isabella catholica nuncupati in regno Hispaniarum.

Leo episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Consueverunt non raro praedecessores Nostri Romani pontifices peculiaribus ornare beneficiis equestres ordines a regalium principum liberali munificentia institutos, et ab apostolica Sede approbatos, ut fidelium subditorum animi ad egregias excolendas virtutes in privatam et publicam utilitatem magis magisque inflammentur.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque carissimus in Christo filius Noster Ferdinandus Hispaniarum rex catholicus ad consulendum equestris ordinis Americani ab Isabella catholica nuncupati ab eo paucis ab hinc annis instituti, et a felicis recordationis Pio papa septimo praedecessore Nostro approbati continuis necessitatibus pro illius decore sustinendo, proque oneribus supportandis opportunum fore judicaverit, si favore praedicti equestris ordinis aliqua reservaretur pensio super tertia parte fructuum archiepiscopalis mensae Hispalensis, quae de ipsius Ferdinandi regia jurepatronatus esse dignoscitur, suasque ad hoc per dilectum filium Antonium Vargas y Laguna Constantiae marchionem ejus apud Nos et apostolicam Sedem ministrum plenipotentiarium Nobis preces obtulerit.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos idcirco ipsius catholici regis votis quantum in Domino possumus annuere cupientes ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine super omnibus et singulis archiepiscopalis ecclesiae Hispalensis in praesentiarum pastoris solatio destitutae fructibus, redditibus, ac proventibus pensionem annuam perpetuis futuris temporibus duraturam, et ab omni et quocumque onere prorsus liberam, immunem, et exemptam in duas aequales solutiones; unam videlicet in Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, atque alteram in Nativitatis sancti Joannis Baptistae festivitatibus dividendam, pro rata tamen annuorum bismille biscentum octoginta quinque ducatorum auri de camera et juliorum duodecim cum dimidio monetae Romanae octoginta mille regalibus de Vellon monetae Hispanicae respondentium favore antedicti equestris ordinis Americani ab Isabella catholica nuncupati eidem regi grati, atque accepti in ipsius ordinis subventionem, ac subsidium reservamus, constituimus, et assignamus dummodo tamen summa pensionum tam impositarum quam in posterum imponendarum insimul sumpta tertiam liberam partem fructuum praedictae archiepiscopalis mensae Hispalensis, non excedant, decernentes quod moderni archiepiscopalis mensae Hispalensis administratores, et deinde Hispalenses archiepiscopi pro tempore existentes ad integram solutionem supradictae pensionis per praesentes reservatae eidem equestri ordini sive ejus legitimo procuratori faciendam juxta reservationis, constitutionis, et assignationis praefatarum tenorem fore efficaciter obligatos, ac volentes et eadem auctoritate statuentes, quod ille ex praesulibus vel administratoribus praedictae mensae Hispalensis, qui in dictis terminis, vel saltem infra triginta dies illorum singulos immediate sequentes antedictam pensionem per eum dicto equestri ordini debitam non persolverit, cum effectu lapsis diebus eisdem in statutas canonicas poenas incurrat, a quibus donec equestri ordini praedicto, vel ejus legitimo procuratori de pensione hujusmodi tunc debita integre satisfactum, vel aliás amicabiliter concordatum fuerit praeterquam in mortis articulo constitutus relaxationem nequeat obtinere, quodque praesentes literae semper, ac perpetuo validae et efficaces esse, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac memorato equestri ordini plenissime suffragari debeant, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus, et inane declaramus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus Lateranensis concilii novissime celebrati pensiones annuas super mensarum archiepiscopalium fructibus, redditibus, et proventibus nisi ex cessionis, aut alia probabili causa reservari prohibentis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae metropolitanae ecclesiae Hispalensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet forsan concessis, confirmatis, approbatis, et innovatis, etiamsi pro tempore existenti metropolitanae ecclesiae Hispalensis antistiti, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim ab apostolica sit Sede indultum quod ad praestationem, vel solutionem alicujus pensionis minime teneantur, et ad id compelli aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Quibus omnibus et singulis harum quoque serie derogamus, ac derogatum esse volumus, et statuimus, caeterisque contrariis licet speciali, specifica, et individua mentione dignis non obstantibus quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum reservationis, constitutionis, assignationis, declarationis, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; siquis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quarto, nonis septembris, pontificatus Nostri anno primo.

LVIII.

Dat. die 5 sept. 1824. Anno I.

Impositio pensionis perpetuae super bonis mensae Toletanae favore equestris Ame-

ricani ordinis nuncupati ab Isabella catholica in Regno Hispaniarum.

Leo episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium. §. 1. Equestres ordines sapientissimo regum consilio et auctoritate ad compensanda praesertim fidelium subditorum merita liberaliter instituti atque ab apostolica Sede approbati non parum honoris, ac utilitatis christianae reipublicae afferre consueverunt ita ut Romani pontifices praedecessores Nostri peculiaribus gratiis eos identidem ornare non dubitaverint.

Expositio precum. §. 2. Cum itaque carissimus in Christo filius Noster Ferdinandus Hispaniarum rex catholicus ad consulendum equestris ordinis Americani ab Isabella catholica nuncupati ab eo paucis ab hinc annis instituti et a felicis recordationis Pio papa septimo praedecessore Nostro approbati continuis necessitatibus pro illius decore sustinendo, proque oneribus supportandis opportunum fore judicaverit si favore praedicti equestris ordinis aliqua reservaretur pensio super tertia parte fructuum archiepiscopalis mensae Toletanae, quae de ipsius Ferdinandi regis jurepatronatus esse dignoscitur, suasque ad hoc per dilectum filium Antonium Vargas y Laguna Constantiae marchionem ejus apud Nos et apostolicam Sedem ministrum plenipotentiarum Nobis preces obtulerit; Nos idcirco ipsius catholici regis votis quantum in Domino possumus benigne annuere cupientes ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine super omnibus et singulis archiepiscopalis ecclesiae Toletanae in praesentiarum pastoris solatio destitutae fructibus, redditibus, ec proventibus pensionem annuam perpetuis futuris temporibus duraturam, et ab omni et quocumque onere prorsus liberam, immunem et exemptam in duas aequales solutiones unam videlicet in Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, atque alteram in Nativitatis sancti Joannis Baptistae festivitatibus dividendam, pro rata tamen bismille octingentorum quinquaginta septem ducatorum auri de camera et juliorum duorum cum dimidio monetae Romanae, centum mille regalibus de Vellon monetae Hispanicae respondentium favore antedicti equestris ordinis Americani ab Isabella catholica nuncupati eidem regi grati atque accepti in ipsius ordinis subventionem ac subsidium reservamus, constituimus, et assignamus, dummodo tamen summa pensionum tam impositarum, quam in posterum imponendarum insimul sumpta tertiam liberam partem fructuum praedictae archiepiscopalis mensae Toletanae non excedant. Decernentes quod moderni archiepiscopalis mensae Toletanae administratores, et deinde Toletani archiepiscopi pro tempore existentes ad integram solutionem supradictae pensionis per praesentes reservatae eidem equestri ordini sive ejus legitimo procuratori faciendam juxta reservationis, constitutionis, et assignationis praefatarum tenorem fore efficaciter obbligatos; ac volentes et eadem auctoritate statuentes, quod ille ex praesulibus, vel administratoribus praedictae mensae Toletanae, qui in dictis terminis vel saltem intra triginta dies illorum singulos immediate sequentes antedictam pensionem per eum dicto equestri ordini debitam non persolverit cum effectu lapsis diebus eisdem in statutas canonicas poenas incurrat, a quibus donec equestri ordini praedicto, vel ejus legitimo procuratori de pensione hujusmodi tunc debita integre satisfactum, vel alias amicabiliter concordatum fuerit, praeterquam in mortis articulo constitutus relaxationem nequeat obtinere, quodque praesentes literas semper ac perpetuo validae et efficaces esse, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac memorato equestri ordini plenissime suffragari debeant, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane declaramus.

§. 3. Non obstantibus Lateranensis concilii novissime celebrati pensiones annuas super mensarum archiepiscopalium fructibus, redditibus et proventibus nisi ex cessionis aut alia probabili causa reservari prohibentis, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non dictae metropolitanae ecclesiae Toletanae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet forsan concessis, confirmatis, approbatis, et inno- Derogatio contrariorum.

vatis etiam pro tempore existenti metropolitanae ecclesiae Toletanae antistiti, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim ab apostolica sit Sede indultum, quod ad praestationem vel solutionem alicujus pensionis minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Quibus omnibus et singulis harum quoque serie derogamus, ac derogatum esse volumus, et statuimus, caeterisque contrariis licet speciali, specifica, et individua mentione dignis non obstantibus quibuscumque.

Sanctio poenalis. §. 4. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum reservationis, constitutionis, assignationis, declarationis, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; siquis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimoquarto, nonis septembris, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 21. sept. 1824. Anno I.

LIX.

Deputatio administratorum ecclesiae Lugdunensis pro singulis vacationibus facta in personam vicariorum generalium pro tempore existentium.

Leo. PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio, et tenor concessionis. §. 1. Per alias Nostras apostolicas in simili forma brevis die vigesima septima decembris superioris anni expeditas literas venerabilem fratrem Joannem Paulum episcopum tunc temporis Lemovicensem, nunc vero archiepiscopum Amasenum, metropolitanae ecclesiae Lugdunensis administratorem in spiritualibus et temporalibus ad Nostrum et apostolicae Sedis beneplacitum constituimus ac deputavimus. Satis hoc pacto illius dioecesis procurationi consuluimus: verum expositum nuper fuit Nobis, quod si quandoque ipsum archiepiscopum administratorem supremum obire diem contigerit, intercepta itidem foret jurisdictio ad regimen dioecesis necessaria, cum et capitulum vicarios capitulares eligere nequiret, et vicarii generales ab administratore renunciati a sibi delata potestate illico cessarent. Nobis insuper denunciata fuere vota carissimi in Christo filii Nostri Ludovici Francorum regis christianissimi, congruum a Nobis in eam rem remedium deposcentis. Quare cum nostrarum sit partium praecavere, ne in dioecesum administratione legitima jurisdictio ullo umquam tempore desit, cumque in humanae vitae fragilitate omni sit momento temporis casus pertimescendus quo Lugdunensis dioecesis suo administratore orbata remaneat, apostolica auctoritate Nostra tenore praesentium decernimus, et mandamus, ut eveniente obitu venerabilis fratris archiepiscopi Amaseni Lugdunensis ecclesiae administratoris, vicarii generales qui tunc temporis ab eo constituti inveniantur in Lugdunensis dioecesis gubernatione perseverent, donec aliter ab hac sancta Sede fuerit constitutum. Eas propterea nunc pro tunc facultatibus omnibus necessariis, atque opportunis instruimus, quibus freti, Lugdunensem dioecesim statim post archiepiscopi administratoris obitum regere et gubernare ad Nostrum et hujus sanctae Sedis beneplacitum libere et licite possint, et valeant.

Derogatio contrariorum. §. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris die vigesima prima septembris anno millesimo octingentesimo vigesimoquarto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 21. sept. 1824. Anno I.

LX.

Novae leges indictae pro recta administratione domus Lauretanae, et implemento onerum eidem adnexorum.

Leo episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. In apostolicae Sedis culmine divina providentia viribus licet imparibus constituti, ac omnium ecclesiarum sollicitudine pergravati

ad religionis sanctissimae bonum, et rectam ecclesiae patrimonii dispensationem quantum cum Domino possumus incumbere quotidiano studio non omittimus.

Ratio constitutionis.

§. 2. Inter caeteras siquidem hujusmodi curas praecipue Nobis occurrit ea, quae perinsigne almae Lauretanae domus tantis summorum pontificum praedecessorum Nostrorum favoribus et gratiis cumulatum respicit sanctuarium. Cum itaque, sicut accepimus, nonnulli abusus irrepserint in oblationum, ac munerum receptione, atque administratione per pios universi orbis fideles almae domui praestitorum, vel sola devotionis causa sine alicujus oneris penso, sive adjecto onere vel missarum, vel aliorum piorum operum; Nos hujusmodi defectus, atque abusus a domo Domini prorsus tollere, ac perpetuo eliminare cupientes opportunas ordinationes, ac jussiones per praesentes Nostras literas apostolicas statuere, ac decernere constituimus.

Memorantur quae a praedecessoribus fuerint disposita super oblationibus sacrae Lauretanae aedi factis.

§. 3. Et sane felicis recordationis Romani pontifices praedecessores Nostri Sixtus IV. sua constitutione edixit, ut oblationes omnes, ac legata sacrae Lauretanae aedi collocata absque ulla deductione, ac decremento eidem tribuerentur. Julius vero II. constitutionibus datis ad rectam ejusdem sacrae aedis Lauretanae administrationem, et regimen plane vetuit, quemquam tametsi dignitate auctum, sumere sibi posse facultatem accipiendi dona, oblationes, tum etiam missarum eleemosynas, quae ad Lauretanam basilicam pertinerent, indicta poena excommunicationis, et mulctae decem nummorum argenteorum, si semel, si vero iterum id fecerint, carceris etiam ad arbitrium cardinalis ejusdem sacrae aedis patroni. Quodquidem interdictum idem ipse pontifex maximus alia bulla edita die vigesima prima octobris millesimo quingentesimo septimo iteravit, eoque teneri significavit sacerdotem quemlibet, et clericum Lauretanum, ut scilicet iisdem devicti censuris, et beneficiis, stipendioque, quod ex ministerio sacrae Lauretanae aedi praestando perciperent, spoliati haberentur sacerdotes, et clerici, qui sibi fas esse ducerent, pecuniam, ceram, eleemosynas, vel quidquid aliud accipere, quod Deiparae Lauretanae virgini eadem in basilica offerendum deferretur.

Idem ut supra.

§. 4. Post haec Leo X. literis in forma brevis datis die decima octava januarii anni millesimi quingentesimi decimi quinti interdixit pariter sacerdotibus omnibus, administris, peregrinis, et alienigenis, cujusque tandem gradus, ordinis, et religionis essent, ne exciperent, aut alio utcumque diverterent eleemosynas, oblationes etiam voto promissas, aut pietatis, vel quavis alia de causa ad Lauretanum sanctuarium spectantes, addita poena excommunicationis latae sententiae, a qua absolvere nemo posset, nisi Romanus pontifex, et simul praescripsit non modo posse neminem sibi attribuere eleemosynas sive liberas, sive ad sacra peragenda, tum etiam dona, ceram, aliasque pias oblationes, utpote ad sanctuarium ipsum tantummodo pertinentes, verum etiam debere eos, qui aliquid hujusmodi offerent, remittere ad administros dumtaxat constitutos sanctuarii ipsius, ut omnia omnino in ejus commodum cederent.

Idem ut supra.

§. 5. Clemens porro VIII. bulla edita die vigesima maji anni millesimi quingentesimi nonagesimi tertii superiores omnes comprobavit constitutiones, et innovavit interdicta, et poenales prohibitiones, quas memorati pontifices maximi jam edixerant. Iis accesserunt bullae editae a Paulo V, altera quidem die vigesima sexta aprilis anni millesimi sexcentesimi sexti, altera vero die decima tertia octobris anni millesimi sexcentesimi vigesimi, ac denique alia a Clemente X. die trigesima prima martii millesimo sexcentesimo septuagesimo quarto; quibus hi iidem pontifices impositis tum excommunicationis, tum aliis etiam corporis poenis prohibuerunt, quominus eleemosynae, oblationes, aliaque dona, et quodcumque pium missarum legatum excipi possent a sacerdotibus, poenitentiariis, aliisque poenitentiae administris vel Lauretanis vel advenis: cum omnimoda cura, et administratio omnium, et quarumcumque eleemosynarum, oblationum, et piorum legatorum, donationum, et largitionum tam sanctae cappellae, quam ecclesiae Lauretanae, aliis quibuscumque altaribus, et cappellis, in ea existentibus, vel etiam episcopo Lauretano etiam Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali pro tempore existenti, et capitulo, dignitatibus, canonicis, aliisque personis praedictae ecclesiae Lauretanae in ea commorantibus vel non, aut hospitali, aut monti Pietatis etiam promissis, vel anniversariis, aut aliis divinis celebrandis ad cardinalem pro tempore, tunc existentem,

privative spectare debeat, ac pertinere, ut latius habetur in praedicta constitutione Pauli V. anni millesimi sexcentesimi secundi.

Abusus irrepti super erogatione obiationum memorantur.

§. 6. Hae tamen curae, et tam conceptis verbis iteratae constitutiones tot summorum pontificum satis nequaquam fuerunt, ut quod illi spectabat assequerentur. Sacra enim Lauretana congregatio Nobis significavit, quod plerique sunt, qui fas sibi esse ducunt, excipere, atque in alios convertere usus eleemosynas, et oblationes, quae sacrae Lauretanae aedi deferuntur, tum a Christifidelibus, qui undique pietatis causa illuc confluunt religiosissimum sanctuarium invisori, tum etiam ab aliis religiosis hominibus, vel ex testamento, vel dono datae, quodque etiam gravius, nonnulli reperiuntur sacerdotes, qui non levi cum eorum animae detrimento autumantes commemoratas praedecessorum Nostrorum constitutiones jam obsolevisse, neque amplius servari, sibi vindicare non dubitant hujusmodi eleemosynas, easque praesertim, quae ad sacra peragenda, conferuntur, quae quidem omnes ab hujusmodi sanctae domus custodia missarum nuncupata perripi plane deberent, unde grave sane damnum infertur tum huic ipsi, tum piis etiam operibus, quae ibidem exercentur. Neque id satis: aliud enim, et maximum hinc profluit incommodum, quod sacerdotes omnes, cum sibi habeant missarum eleemosynas ita sanctuario ereptas, haud operantur sacris ex mente, et pro oneribus sanctuarii ejusdem, unde fit, ut exeunte anno onera missarum nec numero pauca, tum quae stata, ac perpetua, tum quae adventitia peragenda adhuc supersint, cum non adsint sacerdotes, qui sacris velint operari pro eodem sanctuario.

Confirmantur constitutiones Julii II, et Pauli V. cum aliqua modificatione.

§. 7. Nos igitur vehementer exoptantes quantum quidem possumus sacrae Lauretanae aedis rationibus consulere, ut indemnes serventur, et invecti pravi usus, et incommoda amoveantur, et simul arceantur ea, quae in posterum possent irrepere, motu-proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine comprobamus, confirmamus, innovamus supramemoratas constitutiones summorum pontificum praedecessorum Nostrorum, maxime vero Julii II, et Pauli V, et quidquid in iis continetur, easque in pristinum robur, et vim revocamus, earumque praescripta omnino servanda praecipimus, tametsi quivis vel pravus, vel contrarius irrepserit usus, et consuetudo etiam publica, pervulgata, et tolerata per quodcumque temporis intervallum, prorsus ut praecipiamus et explicite, distincteque jubeamus easdem ipsas constitutiones inviolate in posterum esse servandas, exceptis iis, quae ob superiorum temporum conversiones, vel modificanda, vel amplianda censuimus, ut facilius, et exactius, quae praescribimus, exequi valeant.

Tenor modificationum.

§. 8. Ac primum quemadmodum ex memoratis Julii II, et Pauli V. bullis habetur, Nos etiam expresse mandamus, ut omnes eleemosynae, oblationes, legata, et dona, quae Christifideles aut ex voto, aut ex pietatis sensu, aut ad lucrandas indulgentias, aut ad pia legata per se ipsos, vel per alios sacrae Lauretanae aedi offerunt, et cuilibet ex altaribus, cappellis, episcopo, capitulo, aliisque personis, sive cum onere, aut conditione, aut absque aliquo onere, et conditione, vel etiam simpliciter absque ulla altarium, cappellarum, aut alia etiam qualibet onerum, conditionum, et personarum, et locorum mentione, et specificatione, ac alias inibi facta, vel relicta, facienda, vel relinquenda, ut in praedicta constitutione Pauli V. plenius continetur administrari, et recipi nequeant nisi ab praesule sanctae illius domus administratore, neque umquam fas sit canonicorum collegio, dignitatibus, canonicis, beneficiariis, cappellanis, clericis, poenitentiariis, aliisque poenitentiae administris sacerdotibus saecularibus, et regularibus cujuscumque tandem ordinis, et societatis, vel Laureti, vel ubicumque degentibus, et quavis sub jurisdictione iisdem propositis poenis, quae in commemorata Julii II. bulla, quam, uti supra demonstravimus, vigere rursus plane volumus, quovis praetextu, ratione, causa, quamvis pia, necessaria, et juridica exigere sibi, vel aliis attribuere, administrare, vel sese immiscere administrandis eleemosynis, legatis piis, donationibus, oblationibus, et largitionibus tum pecuniae, tum aliarum rerum, sacrarum scilicet suppellectilium, gemmarum, sacrorum vasorum, aliorumque ornamentorum, quae Lauretani sanctuarii intuitu fiant, expresse jubentes, ut si quandocumque missarum etiam eleemosynae ex voto, vel pietate offerantur commemoratis canonicis, dignitatibus, beneficiariis, cappellanis, poenitentiariis, aliis-

que confessariis sacerdotibus Lauretanis, vel cuivis alteri sacerdoti, ne Laureti quidem moranti, nequeant hi omnes hujusmodi eleemosynas, oblationes, et dona excipere, nisi in indictas velint incidere poenas, sed hujusmodi eleemosynas, oblationes, et dona per pios homines data ad sacram Lauretanam aedem debeant aut per se deferre, aut etiam mittere ad custodes ab praesule pro tempore administratore constitutos, qui haec omnia excipiant, atque in sacrosanctae illius basilicae custodiam nuncupatam referant, et simul eosdem ipsos teneri volumus custodiae ejusdem administris denuntiare ipsos offerentes, piasque oblationes, ut eas noscant, neque umquam hominum improbitate, ac fraude tam insigne sanctuarium Christifidelium oblationibus, ac donis fraudari contingat.

Confirmatio resolutionis congregationis Lauretanae super supputatione redituum sacrae domus editae.

§. 9. Quoniam vero hac ratione satis provisum a Nobis fuisse confidimus incommodis, ac detrimentis, quae in sacram Lauretanam aedem redundare possunt ex eleemosynarum, aliarumque largitionum jactura, et privatione, reliquum nunc est, ut sacris quibusque peragendis opportune consulamus, quotidianam injungendo supputationem eorum, quae stata ac perpetua sunt, quaeque ex testamentis, aut legatis piis proficiscuntur, tum illorum, quae adventitia dicuntur, quaeque dignoscuntur sexto quoque mense reclusis eleemosynarum capsulis, quod quidem fieri solet in vim pontificii diplomatis. Hac de causa ubi rem diu serioque perpendimus de eaque majore, qua licuit diligentia inquirendum curavimus, opportunum profecto duximus ea comprobare, quae sacra congregatio Lauretana digessit, atque praescripsit ad earum normam quae alias bo. me. praesul Alliata evulgaverat visitatione ab eo Laureti apostolica delegatione peracta anno millesimo octingentesimo quarto. Cum enim haec plane cohaerere videantur cum iis, quae hac Nostra constitutione praescribenda censuimus, sacrae Lauretanae congregationi auctoritatem tribuimus, qua in usum ea statim deducat, et simul jubemus, ut in Nostras hasce referantur literas, ne dubitari umquam possit de suprema approbatione Nostra. Quam ad rem eidem sacrae Lauretanae congregationi, praeter eas, quibus jam pollet, extraordinarias quoque (si forte opus sit) concedimus facultates, quibus praescripta haec eadem integrum sortiri possint effectum, et vim, ut scilicet inquirere illa valeat in eorum violatores ea prorsus ratione, quae illius sanctuarii commodis opportunior videatur.

De vetita celebratione missarum in sanctuario, quae non peragatur ex eleemosyna a custodia distributa.

§. 10. Jam vero cum dubitari nequaquam possit, quin praelaudati Romani pontifices praedecessores Nostri prohibentes relatis constitutionibus sacerdotibus quominus accipere possent eleemosynas pro celebratione missarum in sanctuario, et basilica Lauretana, et simul mandantes, ut hae eleemosynae percipi omnino deberent ab ejusdem sanctuarii custodia, si minus aperte, et expresse, at quidem certe tacite, atque implicite jussisse dicendi sunt, ut sacerdotes omnes tum Lauretani, tum advenae, qui sacram aedem invisunt, non possent operari sacris, nisi pro ipsius sanctuarii oneribus, exceptis tantum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, et praesulibus, qui pro se ipsis eorumque pietatis causa sacrum facere vellent. Nam si memorati summi pontifices eorum constitutionibus hoc alterum nequaquam spectassent, non modo quod sibi in primis proposuerant non fuissent assequuti, verum etiam id incommodi inde profectum, quod Lauretana administratio nullo pacto posset in annum omnia missarum onera, quibus gravatur, adimplere, dum interea, sacerdotibus in sacra domo et basilica ex eorum voluntate, et arbitrio sacris operari licuisset. Et sane incommodum hocce ortum videtur ex quo sacerdotes sibi licere putarunt sacra facere pro propriis eleemosynis, non vero pro sanctuarii oneribus ex quo magnus adeo erat quotannis haud celebratarum missarum numerus, ut alibi impositis oneribus satisfieri oporteret, ne diutius eorum implementum differretur.

Idem ut supra.

§. 11. Nos igitur, ut hanc ordinis inversionem et incommodum in posterum omnino amoveamus, supramemoratas praedecessorum Nostrorum bullas comprobantes, et ampliantes ex Nostrae potestatis plenitudine expresse iterum prohibemus, et interdicimus singulis quibusque sacerdotibus tum Lauretanis tum alienigenis, qui sacris operari velint in ara sacri sacelli, vel Deiparae virginis ab Angelo salutatae, aut aliis in aris basilicae Lauretanae, ne ea facere possint pro eleemosyna aliunde accepta. Qua ex re declaramus, et aperte praescribimus quod, exceptis Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, et praesulibus, sacerdoti-

bus vero reliquis una tantum vice in singulos menses, qui velint ibi sacrificium offerre pro se ipsis, eorumque pietate, et sacerdotibus etiam Lauretanis pro cappellaniis, et legatis Laureti constitutis, ex quibus etsi liberi nominandi juris, aliquod tamen commodum ex sacris suppellectilibus in eamdem sacram aedem redundat; caeteri autem sacerdotes omnes nullo pacto possint ibi missas applicare, nisi pro oneribus sacrae ejusdem aedis ex mente, et voluntate a custodibus significata, et eleemosyna ab iisdem attributa. Quod autem mandavimus pro missis in commemoratis altaribus sancti sacelli, et Deiparae virginis ab Angelo salutatae, atque basilicae, idem omnino praescribimus pro iis, quae quotidie in valetudinario, et quae quandoque, ut infra dicemus, in hospitiis regularium familiarium, et idcirco erit praesulis administratoris curare, ut eleemosyna suppeditetur pro quolibet ex hisce sacris.

De eleemosynae quantitate pro singulis sacris a sacerdotibus recipienda a custodia.

§. 12. Caeteras inter causas, quibus aliquot ab hinc annis ortum missarum inadimplementum in Lauretana basilica cum eam etiam fuisse cognoverimus, tenuitatem scilicet eleemosynae, quae obulis decem constat solummodo pro unoque sacro in ara sancti sacelli, et Deiparae Virginis ab Angelo salutatae, et in altaribus basilicae, et si sciamus sacerdotes Lauretanos generatim bonis satis instructos ex ministerio, quod insigni illi basilicae praestant; tamen ob oculos habentes rationes expositas, et commune sacrorum eleemosynae augmentum aliis concessum dioecesibus, aliquid etiam hac super re indulgendum putavimus, et sacrorum eleemosynam augere, ita tamen, ut discrimen aliqund intersit sacra inter facienda in aris sancti sacelli, et Deiparae Virginis ab Angelo salutatae, et sacra in aliis ejusdem basilicae altaribus. Itaque statuimus, ut eleemosyna sacrorum sine cantu in altaribus basilicae constet obulis duodecim cum dimidio, unde non poterit postbac accipi a piis hominibus eleemosyna obulorum decem, sed duodecim cum dimidio. Cum vero sanctuarium Lauretanum ex eleemosyna trium juliorum, quam ex antiquo privilegio accipit in singula sacra facienda in aris sancti sacelli, et Deiparae virginis ab Angelo salutatae, julium unum vero dare consueverit sacerdotibus ea peragentibus, volumus ut in posterum sacerdotibus hisce quindecim pro quolibet sacro obulos praebeat; possit vero reliquum eleemosynae convertere in ornatus ejusdem sancti sacelli, et basilicae Lauretanae quod tamen typis expressum cuique pateat in basilicae custodia, ut pii quique homines noscant, quos in usus impendatur eleemosyna trium juliorum, quam illi praebent in singula sacra.

Onera capitulo imposita in exonerationem Lauretanae domus.

§. 13. Quo vero facilius etiam quantum fieri potest sacra Lauretana aedes annuum quo tenetur, missarum onerum adimplementum plane absolvat, necesse esse duximus, eam exonerare omnino sacrorum oneribus statis, et perpetuis, eaque omnia imponere canonicorum collegio, capituloque Lauretano, ita tamen ut aeque accedat compensatio. Et sane novimus memoratum canonicorum collegium, et capitulum Lauretanum, veteri conventione inita, cum rei familiaris sanctuarii Lauretani administris in se suscepisse onus annuum sacrorum numero octomillium quatuorcentum octodecim ex iis, quae stata, ac perpetua ad sacram Lauretanam aedem pertinebant, pacta compensatione quadam quotidianae distributionis et panis, et vini ab rei familiaris sanctuarii Lauretani administris suppeditandae iis, qui choro tenebantur, quae quidem distributio hoc postremo tempore in certam pecuniae vim fuit permutata. Enim vero cum visum Nobis sit idem canonicorum collegium, et capitulum Lauretanum posse, aliqua etiam cum compensatione reliqua in se suscipere sacra; quae stata, ac perpetua quaeque constant quatuor millium quingentorum sexaginta sex, seu veriori numero, sacrae Lauretanae aedi nunc peragenda, volumus, et praescribimus, ut missae hae similiter committantur in posterum canonicorum collegio, et capitulo Lauretano ex methodo jam praescripta in commemoratis regulis sacrae congregationis Lauretanae. Interea tamen ad rei familiaris sanctuarii Lauretani administros pertinebit canonicorum collegio, et capitulo Lauretano, qui hocce onus sibi assumit, aequam praebere compensationem, aut ex panis et vini quotidiana distributione, aut ex annuali praestatione aequivalentis quantitatis frumenti, et vini juxta veterem consuetudinem ad formam Nostri chirographi dati die decimaprima julii proxime praeteriti, idque praeter horum sacrorum quatuor millequingentorum sexaginta sex, seu veriorem numerum eleemosynam, quae semper erit quinde-

eim obulorum in singula sacra, temetsi ex iis sint nonnulla facienda in altaribus sacrae basilicae, pro quibus supra statuimus eleemosynam obulorum solummodo duodecim cum dimidio. Haec autem altera compensatio suppeditari a sanctuario debebit commemorato canonicorum collegio et capitulo Lauretano pro rata parte iisdem plane temporibus, eaque ratione, qua iis ipsis compensatio praebetur pro sacris numero octomille quatuorcentum octodecim, quae antea in se susceperant. At si forte progressu temporis sacra congregatio Lauretana pro bono rei familiaris sanctuarii utilius esse duxerit, ut dicta compensatio canonicorum collegio, capitulo Lauretano pro sacrorum oneribus statis, et perpetuis alia ratione sit subministranda, facultates necessarias, et opportunas eidem sacrae congregationi concedimus, et impertimur, ut illam seligat methodum, quam attentis temporum circumstantiis, et ad onerum missarum adimplementum, et ad interesse sanctuarii Lauretani aptiorem putabit.

Revocantur privilegia concessa extruendi domestica sacella in civitate Laureti.

§. 14. Non pauca domestica sacella Laureti reperiuntur contra praescriptiones summorum pontificum praesertim vero recol. mem. Benedicti XIV, Clementis XIII, et Clementis XIV, qui peculiaribus eorum rescriptis per ens, quos a secretioribus habebant consiliis, vicissim per sacram congregationem Lauretanam haec dari privilegia vetarunt, cum recte possent, nequaquam decere in urbe, in qua extat tam insigne sanctuarium, pios homines amoveri ab eodem frequentando. Accedit, quod haec ipsa domestica sacella in causa fuerunt, quare sacra Lauretana aedes tot sacrificia posthabere, ac differre debuerit; siquidem privilegia hujusmodi a sancta Sede subrepta, quibus plures Lauretanae familiae facultatem habent faciendi sacrum semel, et pluries etiam in die in privatis eorum sacellis, efficiunt ut sacerdotes non operentur sacris in Lauretana basilica pro ejusdem oneribus, sed vel celebrent pro sacelli Domino, vel pro eleemosyna aliunde percepta.

Idem ut supra.

§. 15. Nos igitur, cum probe noverimus hujusmodi privilegia, quibus fruuntur Lauretanae familiae, et nonnullae etiam sodalitates Laureti canonice erectae obtenta fuisse a Nostris praedecessoribus non absque obreptionis, vel subreptionis vitio, aut alio quocumque defectu, et simul eadem privilegia adversari prioribus praescriptionibus summorum pontificum Benedicti XIV, Clementis XIII, et Clementis XIV, justisque rationibus quibus hi iidem fuerunt adducti, ut domestica sacella Laureti prohiberent, revocamus omnia memorata privilegia etiam ab sodalitatibus accepta, eaque irrita omnino, nulliusque roboris esse declaramus, ut vetitum posthac sit non modo sacrum inibi fieri, sed ne sacratum quidem lapidem asservari. Quod vero attinet ad peculiaria privilegia, quibus nonnulli privati Lauretani fruuntur, volumus, ut dum vixerint, ii, quibus nominatim ea sunt privilegia concessa, possint sibi sacrum indicere in domesticis eorum sacellis, si modo tamen aegrotent, et semper habita pro qualibet vice licentia in scriptis ab episcopo Lauretano, declarantes, quod post eorum obitum eadem privilegia omnino evanescant, neque licitum amplius sit sacrum facere in privatis hisce sacellis; concedimus autem, ac permittimus regularium familiarum alumnis, qui hospitium Laureti habent, una cum sacello, ubi ex privilegio potest nunc fieri sacrum, ut inibi fieri possit ab iisdem alumnis e morbo convalescentibus, ea tamen ratione, quam supra praescripsimus, idemque sacris etiam virginibus in intimis earum sacellis, expresse tamen declarantes, sacra, quae ibidem fient, valere tantummodo pro ipsis sacris virginibus, et iis, qui in clausura degunt, ultra missae inservientem, ut praecepto audiendi sacrum diebus festis satisfaciant. Hac igitur de causa volentes ne in posterum ab iis, qui Nobis sunt vel a literis in forma brevium, vel a supplicibus libellis privilegium ullum hujusmodi detur pro urbe Lauretana, tametsi adsint testificationes literis consignatae episcopi Lauretani, et Recinetensis, inhibemus huic quominus eas subscribere possit quovis ex praetextu, et causa pro dicta Lauretana urbe, cum perspectum, exploratumque omnibus esse oporteat, ubi tam insigne reperitur sanctuarium ab eo minime avertendos pios homines peculiaribus privilegiis.

Regulae propositae pro exacto missarum onerum implemento.

§. 16. Subjicimus nunc regulas a Lauretana congregatione propositas pro exacto omnium onerum missarum implemento, videlicet.

« Rerum usus per plures jam annos satis superque docet, quam difficile sit, ne sacrificiorum numerus, quo Lauretanum sanctua-

rium in singulos annos tenetur, sive stata ea sint; et perpetua, sive adventitia simul facienda in aris vel sanctae domus, vel basilicae posthabitus, et dilatus remaneat eorum incuria; quibus advigilandum est ut plane servetur quidquid hac super re provide identidem praescripserunt Lauretana congregatio, et praesules Laureti gubernio praefecti ».

« Ut igitur tam turpis amoveatur perturbatio, et inordinata quaeque agendi ratio ac negligentia, utque etiam apprime constet, facta ea sacra fuisse, quae Christifidelium pietate a Lauretano sanctuario peragenda, vel tempore ab iis praestituto, vel in annum, neque ita protrahantur, ut ab eodem Lauretano sanctuario peragi nequaquam amplius possint, opus esse duximus aliquas digerere regulas ad illarum normam, quas bonae mem. Joannes Alliata dum viveret praesul edidit in sua visitatione apostolica Laureti anno millesimo octingentesimo quarto, quippe quae percommodae, perque opportunae visae sunt ad amovendam quamcumque pravam consuetudinem, dilationem, perturbationem, et negligentiam in missarum oneribus implendis, quibus sanctuarium Lauretanum pergravatur ».

« Quam ad rem in duobus sacrariis, quorum alterum thesauri, alterum vero urceolorum nuncupatur sint oportet quinque codices sive libri, quorum paginis cujusque mensis dies vertentis anni adscripti, et antea cogniti, et comprobati a praesule sanctae domus Lauretanae administratore, a quo etiam eorumdem librorum pagina qualibet suo signo sit connotata, ut vertente anno neque ficta apponi, neque vera subtrahi possit ».

« Horum autem librorum primus referet sacrorum onera, quae certa, et perpetua, quaeque vel ex testamentis, vel ex legatis, vel aliunde proficiscentur, quae tamen ad canonicorum collegium, et capitulum Lauretanum debent pertinere ».

« Alter sacra quae in dies superveniunt, seu adventitia ».

« Tertius sacrorum onera posthabita, atque dilata ».

« Quartus cappellaniarum onera, quibus nonnulli Lauretani sacerdotes fruuntur, sive eae sint liberae collationis, sive ad sanctam Lauretanam domum pertineant ».

« Quintus denique exhibebit sacerdotes, qui rem divinam faciunt semel dumtaxat in quolibet mense; propriae pietatis impulsu, nullaque percepta eleemosyna ».

« Cum apostolicae constitutiones excommunicationis, aliisque etiam corporis poenis indictis omnino vetent sacerdotem aliquem sacrum facere Laureti posse, nisi pro oneribus Lauretani sanctuarii, aut cappellaniae, qua fruitur, haud licet cuivis sacerdoti sacris operari pro oneribus generatim sacrae sedis, aut sibi eligere aliam aram ab ea, quae nominatim pro onere locali constituta est, aut facere potius sacrum emortuale, quam votivum Deiparae Virginis. Qua de re debebit ipse significare iis, qui sacrariis praesunt, dum sacris operari intendat pro statis oneribus, quaeque ad ipsum pertinent, vel pro cappellania, qua fruitur; secus enim sacrum facere debebit ex mente, et voluntate librorum custodum; quod si forte ille nolit, custodes sacras vestes ei denegare debebunt omnino ».

« Hac de causa aedituus thesauri, et librorum custos sacrarii urceolorum sacerdotibus, quibus nec ex eorum parte, neque ex cappellania sacrum erit faciendum, significare omnino debebunt, qua mente, quaque in ara faciendum sit sacrum, eo semper servato ordine, ut primum pro sacris adventitiis eodem ipso die peragendis, deinde vero pro posthabitis, et dilatis ».

« Libri in quos relata sacra vel stata, vel adventitia, vel dilata, vel ex cappellaniis adnotatum habeant necesse est ex parte quotidianum onus explendum, ex alia vero sacerdotis, qui explevit, nomen; siquidem vetitum plane est, aliquem alium, praeter sacerdotem, ad quem pertinet satisfacere sacrorum oneribus tam statis, aut ex parte, tum etiam ex cappellaniis posse pro sacerdote, quamvis impedito, id facere, cum fixum statutumque sit cuilibet sacerdoti per se propria onera explenda, nisi forte peculiarem habeat aliter faciendi licentiam a praesule administratore ».

« Aeditui porro iidem curabunt, ut liber in quo adnotanda sacra a sacerdotibus ex eorum pietate peracta, quotidianas exhibeant rationes, in eoque adscribantur, uti supra dictum est, sacerdotes illi, qui significarunt, se sacris operari ex eorum pietatis sensu absque eleemosynae perceptione, (servata tamen lege quod sit una tantum in mense) unde nosci quotidie possint eorum sacerdotum nomina ».

« Sacerdotes quotidie post sacrum notare debebunt eorum nomen in uno ex quinque jam commemoratis libris ex mente, quo sacris fuerunt operati, vetita omnino prava consuetudine, qua id fiat pluribus post diebus, vel etiam exeunte mense, aut aliud substituatur nomen depravata manu. Erit autem tum aeditui, tum librorum custodis liceam quotidie ducere, ubi nulla adest nota missae pridie illius diei celebratae, et simul propria manu notare onus expletum; quisquis tamen praescriptae methodo non se accommodet, hoc ipso renuntiare ostendet juri percipiendae eleemosynae ex sacrificio confecto, sed non adnotato in libro, in quo debebat ».

« Si quid vero hisce in regulis delinquatur, cum impediat, quominus sacrorum onera suo quoque tempore persolvantur, idque certum, exploratumque appareat, suspensionis poena, si semel, muneris etiam amotione, si iterum, plectetur aedituus, et librorum custos, cujus conniventia, aut incuria factum ut sacerdos violator suum nomen in his libris non adnotavit, praeter onus adimplendi quidquid male, aut nullatenus expletum. Quod si sacerdos non servet has regulas, dissentientibus aedituis, hi debebunt illico hac de re certiorem facere praesulem administratorem, ut opportune provideat, ne in commodum latius maneat ».

« Sacrorum moderator curabit, ut ex sacris vel dilatis, vel adventitiis suppeditetur eleemosyna pro missis, quae quotidie celebrantur in valetudinario, et orphanotrophio, et in hospitiis regularium, cum adsint convalescentes, atque etiam festis diebus de praecepto in altare carcerum civitatis ipsius Lauretanae, et simul rationes habebit de his omnibus, uti praescriptum de sacris faciendis in altaribus sanctae domus, et basilicae, siquidem haec sacra loca tamquam ejusdem basilicae adnexa putantur ».

« Ut autem in diem pateat, quaenam sacra per annum dilata, iidem thesauri aeditui, et librorum custos notare quotidie in libro debebunt dilatorum onerum, quaenam pridie facienda omissa, ex una quidem adventitia, ex alia vero parte stata, ac perpetua, quo facilius expleri illa possint die liberiore. De his vero ratio habeatur cum collegio canonicorum, et capitulo, a quibus erant explenda. Jam si eadem dilata sacra peragantur praeter nomen a sacerdotibus apponi-tum in libro dilatorum onerum, ut pateat ea jam expleta, aeditui iidem opportune id adnotare debebunt in linea codicis rationum quotidianarum nullo signato nomine; die aut mense superiore, unde dignoscatur tempus, quo onus fuerit expletum, atque ita facilius trimestris fieri queat collatio, quae tertio quoque mense facienda erit, ut infra dicetur ».

« Aeditui iidem ipsi, et librorum custos majore quo fieri possit ordine, ac diligentia habeant necesse est librum, in quo notetur quotidie ex parte sacerdotum nomen, qui sacris operati fuerunt in aris tum sanctae domus, tum basilicae, ex alia vero regestum, cui eorum nomen adscripserunt; et simul indicare sacerdotes, qui sacra fecerunt in hospitiis, et altaribus extra basilicam, unde quotidie noscantur sacerdotes, qui rem divinam fecerunt, et qua mente ».

« Quoniam vero his duobus rationum libris opus omnino est, ut pateat, quaenam sanctuarii onera, et qua mente a sacerdotibus quotidie fuerint expleta, si quid forte in iis perturbatum, vel inordinatum reperiatur, aeditui suspensionis, atque etiam remotionis a munere poena omnino afficientur, uti pro re, et tempore praesul administrator opportunum arbitrabitur ».

« Quod jam vetitum, idem ipsum, et nunc plane vetatur, ne in utroque sacrario eleemosyna ullo adventitia pro sacris faciendis accipi umquam possit, quoniam piae largitiones omnes ad hanc rem debent praeberi solummodo sanctae domus custodiae, a qua postea praescribendum erit implementum in libris sacrorum adventitiorum, neque ferendus umquam quivis pravus usus hac super re forsan invectus ».

« Cum ad sacrorum moderatoris munus pertineat advigilare, ut quidquid hoc gravissimam negotium spectat, ex ordine, et ex hisce praescriptionibus omnino procedat, ejus etiam muneris erit curare quotidie, ut iidem rationum libri exacte digesti reperiantur, quippe quod ipse praestare debebit quidquid erratum, aut actum fuerit contra hasce regulas, aeque ac aedituus, et librorum custos iisdem propositis poenis subjiciatur ».

« Ut autem sacra congregatio Lauretana tertio quoque mense nosse plane queat, num exacte ejus praescripta serventur, et simul num sanctuarii onerum quotidianae habean-

tur rationes, quo nova pro tempore praescribat, quibus quamlibet sacrorum dilatio impediatur, necesse omnino esse videtur, ut quarto quoque ineunte mense praesul administrator fidum, sibique probatum sacerdotem seligat, qui una cum sanctae domus ratiocinatore attente, diligenterque omnium rationum libros supra commemoratos disquirant, et simul videant. Primo num tribus superioribus mensibus fuerint adamussim servata, quae sunt praescripta ».

« Secundo, notent, num quis sacerdos sacrum confecerit pro alienis oneribus ».

« Tertio, indicem extrahant illorum sacerdotum qui ex eorum pietate sacrum fecerunt juxta praescriptam regulam apposita die ».

« Quarto, eorum etiam sacerdotum indicem conficiant, quorum nomina in libris inscripta non reperiantur diebus, quibus sacra peregarint ».

« Quinto cognoscant quaenam sacra peracta per tres menses, unde reddi ratio possit de dilatione, si qua esset, sacrorum, quae vel stata sint, vel adventitia ».

« Sexto denique omnibus hisce libris eorum debebunt apponere nomen, ut probata, ac confirmata maneat disquisitio facta trium superiorum mensium, neque perturbatio aliqua oriri in posterum possit ».

« Quidquid ex hac trimestrali investigatione collectum, ubi a praesule administratore recognitum, et probatum fuerit, mitti debebit ad sacram congregationem Lauretanam, quae si ei opportunum videbitur, aliam hujusmodi investigationem vertente anno fieri jubebit, ex qua si quid in officio erratum appareat ab iis, quibus tantae rei advigilandi cura commissa, poterit etiam ipsos amovere a munere, quod exercent in rebus sanctae domus administrandis ».

Facultates tributae congregationi Lauretanae declarandi, et interpretandi constitutionem.

§. 17. Quod si decursu temporis eveniat, ut dubium aliquod, aut controversia oborietur de servanda, interpretanda, aut declaranda hac Nostra constitutione, concedimus, ac tribuimus facultates necessarias, et opportunas eidem Lauretanae congregationi declarandi, statuendi, definiendi quodvis dubium, et controversiam, et quidem absque ullo perfugio, et provocatione. Jubemus praeterea ut neque episcopus, neque canonicorum collegium, et clerus Lauretanus, vel quivis alius, cujus interesse possit, ut supra diximus, vel sua interesse opinetur; qui non auditi, aut vocati assensum non praebuerint Nostris hisce literis, quacumque de causa, tametsi legitima, et juridica, possint umquam de obreptionis, vel subreptionis, aut nullitatis vitio, seu Nostrae intentionis, aut quocumque alio defectu eas oppugnare, vel ad trutinam, et juridicam discussionem revocare, sed illas semper validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter observari debere, sublata cuilibet qualibet auctoritate fulgenti, etiamsi palatii apostolici auditori, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali etiam de latere legato quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et si secus super his a quoquam ullo umquam tempore contigerit attentari irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 18. Non obstantibus, quatenus opus sit, felicis recordationis Symmachi, et Pauli II, atque Innocentii IV, et Pii IV, aliorumque etiam in provincialibus, et generalibus conciliis Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum editis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque, licet specifica, expressa, et individua mentione dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 19. Volumus denique, ut praesentium literarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio et extra adhibeatur, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 20. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum praescriptionis, declarationis, attributionis, approbationis, declarationis, revocationis, indulti, mandati, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, eique ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quarto undecimo kalendas octobris, pontificatus Nostri anno primo.

ANNO SECUNDO

LXI.

Dat. die 1. octob. 1824. Anno II.

Concessio aperiendi fenestram in muro ecclesiae s. Peregrini civitatis Foroliviensis ad usum domus Jacobi Romagnoli, conservanda adhibitis repagulis usque dum eadem domus erit habitata a dicto Jacobo ejusque descendentibus naturalibus.

Venerabili fratri Episcopo Foroliviensi.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Jacobus Romagnoli Foroliviensis civitatis vel dioecesis, quod cum ipse anno 1812. coenobium, quod antea fratres ordinis Servorum beatae Mariae virginis nuncupati incoluerant, in civitate Foroliviensi situm, atque ecclesiae sancti Peregrini Latiosi adhaerens emisset, in quo ad praesens cum sua familia habitat, et ex quo peculiaris aditus ad privatum sacrarium seu cappellam sanctissimi Crucifixi, (cujus imaginem miraculo orga s. Peregrinum ipsum claram speciali cultu ac devotione Forolivienses venerantur) patebat, quae quidem privata cappella in emptione domus comprehensa fuit; quoque per angustam portam ad ecclesiam praedictam aditum habet, lis anno 1822. de his aditibus intercludendis vel non, orta est inter congregationem praepositam administrationi locorum piorum Forolivii, et praedictum Jacobum Romagnoli, quae lis diu multumque, nec modicis expensis in ecclesiastica curia Foroliviensi agitata fuit, ac tandem transactio quaedam inita fuit ac sancita, et dilecti filii Nostri ejusdem provinciae Foroliviensis cardinalis legati auctoritate confirmata. Hujus vero transactionis instrumentum cum ad congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium concilii Tridentini interpretum pervenisset ob nonnullorum clamores, qui de eadem transactione apud memoratam congregationem conquesti fuerant, congregatio ipsa re mature perpensa, et Foroliviensis episcopi, aliorumque requisita sententia transactionem praefatam generice confirmandam esse censuit, ita tamen ut ex confirmatione nihil inferri valeat pro approbatione contractus emptionis coenobii praedicti. Cum insuper eadem congregatio concedi posse ex quadam indulgentia censuerit, ut clauso quocumque aditu, qui ex privata domo seu coenobio ad praedictum sancti Peregrini sacellum pateat, Jacobus Romagnoli ejusque familia, et descendentes, durante eorum in praefata domo habitatione parvam fenestram ex apostolicae Sedis indulgentia habere possint in superiori aedium, seu coenobii praedicti parte, quae in conspectu cappellae sancti Peregrini sita est, quemadmodum in transactione ipsa propositum fuit, ubi praefatus Jacobus pro sua, suorumque descendentium, ac familiarum spirituali consolatione missam audire, aliisque ecclesiasticis functionibus interesse possint, Nobis propterea idem Jacobus hu-

militer supplicari fecit, ut sibi in praemissis opportune providere, atque ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos itaque eumdem Jacobum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium concilii Tridentini interpretum consilio, fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus, ut eidem exponenti facultatem aperiendi fenestram in illa superiori aedium ipsarum parte, quae in conspectu cappellae sancti Peregrini extat, et ex illa audiendi missam etiam diebus festis, auctoritate Nostra apostolica gratis impertiaris, ita tamen ut in interiore parte fenestrae crates lignea, et ferrea parietibus stabiliter infigantur, et in ejusdem ecclesiae muro, atque in loco patenti lapis apponatur in quo declaretur, quod attigua domus in quam fenestra aperta ad interiorem ecclesiae partem patet, immunitate non gaudet ecclesiastica.

Declaratio specialis.

§. 3. Volumus autem ut ex memorata exponentis domo, seu coenobio nullus pateat aditus, vel ad praedictam ecclesiam sancti Peregrini, vel ad praefatum privatum sacellum, seu cappellam sanctissimi Crucifixi, quod si adhuc aliquis pateat aditus muro extructo stabiliter perpetuo obstruatur.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Haec concedimus et indulgemus non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ecclesiae praedictae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die prima octobris millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno secundo.

LXII.

Dat. die 5. octob. 1824. Anno II.

Reformatio tribunalium status Ecclesiastici, codicis judiciarii, et praxeos, cum praefinitione novarum taxarum judicialium.

Leo PP. XII.

Moto-proprio.

§. 1. Dopo le orribili calamità, che afflissero per molti anni lo stato Ecclesiastico, tornato nel 1814. Pio VII. Nostro predecessore di gloriosa ricordanza al pieno possesso della sovranità temporale, mise mano coraggiosamente all' innalzamento di un edifizio di pubblica amministrazione, che nello stabilimento de' nuovi metodi, e nell' uniformità del sistema contribuisse alla felicità de' popoli, sanzionandolo col moto-proprio dei 6 luglio 1816. E non risparmiando nè spesa, nè cure, con altro moto-proprio del 22. novembre dell' anno appresso 1817. pubblicò un nuovo codice di procedura civile insieme col regolamento generale sulla tassa de' giudizj.

Ma vide quel pontefice nella sua somma perspicacia, che in opere di questa natura, non può giammai tutto prevedersi in principio, cosicchè quelle nobili istituzioni coll' esperienza, e con i lumi, che sarebbero sopravvenuti, avrebbero potuto rettificarsi e migliorarsi; come se ne protestò espressamente nel primo dei suddetti moti-propri, e come fece conoscere col fatto negli anni successivi in tante provvidenze emanate per organo della segreteria di stato, le quali però distaccate dall' intero corpo delle disposizioni, e male interpretate, non hanno portato quei vantaggi, a cui si mirava per il bene della giustizia, e per la tranquillità dei sudditi.

Era dunque necessità di ricomporre quel vasto edifizio, il che forse avrebbe fatto lo stesso Nostro antecessore, se fosse per altro tempo sopravvissuto. Quando piacque alla divina onnipotenza di chiamarci a succedergli, fu allora nel principio del Nostro pontificato, che tanto in voce, quanto in iscritto, ci furono presentati moltissimi reclami da ogni ordine di persone; ed anche da quelli, che nelle loro querele non potevano nascondere delle mire secondarie, e di privato interesse; onde il sistema della pubblica amministrazione, e

della procedura, e delle tasse venisse interamente cambiato, o per lo meno modificato, ed emendato.

Ed accrescendosi ogni giorno, e da ogni provincia de' Nostri dominj le rappresentanze, persuasi Noi dall'altra parte, che in affare di tanta importanza, si dovesse procedere colla più matura ponderazione, ci determinammo di destinare una commissione di giureconsulti noti per la loro dottrina, integrità, ed attaccamento al governo, i quali ci riferissero in iscritto, se nei primi cinque titoli del moto-proprio dei 6. luglio 1816, e così nella procedura, e nelle tasse, si contenessero disposizioni tali, che meritassero di esser cambiate, e riformate, proponendoci i metodi, e le providenze da sostituirvi.

Noi protestammo apertamente, che se per il più felice andamento della pubblica amministrazione e per il più regolare, e spedito corso della giustizia fosse dovuto caricarsi il Nostro erario di maggiori spese non v'era sagrificio, a cui non l'avessimo volentieri assoggettato; ma se l'uno e l'altro avesse potuto ottenersi col maggior sollievo de' popoli, e col minor dispendio dell'erario, questo era il più ardente de' voti, che nelle attuali circostanze formavamo nel Nostro cuore.

Animata da questi sentimenti la commissione, dopo il travaglio di pochi mesi, ci ha presentato la riforma tanto del moto-propriu 6 luglio 1816, quanto della procedura, e delle tasse annesse; lavori, che sottoposti da Noi all'esame di quei cardinali di S. Chiesa, onde è composta la congregazione consultiva, sono stati accettati, e coi lumi loro anche migliorati.

Nel nuovo piano, alcune delegazioni meno ample, sono state riunite all'altre più vicine, conservate però le une, e le altre nel raego, in cui erano prima: ai tribunali collegiali di prima istanza, sono stati surrogati de'giudici singolari più acconci all'istruzione dei processi; ristretto il numero dei giudici in alcuni tribunali, altri tolti del tutto tanto nelle delegazioni, quanto in Roma, ma eretto in Roma un tribunale particolare di Commercio, di cui si era privi; cessano i così detti giudici supplenti, la di cui istituzione potè sembrare opportuna nel sistema dei tribunali collegiali, ove poi nell'adottato piano di riforma diviene affatto superflua; facilitato immensamente il corso de' giudizj sia per la loro celerità, sia per il minor dispendio.

Alla comunità, ed ai consigli ampliate le facoltà; i consigli meglio equilibrati tra li diversi ordini di persone; restituita alla nobiltà quella distinzione, di cui gode in tutti gli stati civilizzati; accordata finalmente ai proprietarj oltre il suffragio nelle pubbliche deliberazioni, una più estesa, e più libera disposizione delle loro sostanze.

E ciò, che richiamava maggiormente la Nostra vigilanza, e le Nostre provvidenze, viene mantenuta nel suo pieno lustro, e vigore la giurisdizione episcopale, e restituita alla prerogativa, colla quale l'esercizio della medesima fu ampliato da Benedetto XIV. Nostro predecessore di felice ricordanza. Quindi con quella uniformità, che dee essere lo scopo principale di una savia legislazione, le stesse prescrizioni di procedura, le stesse tasse, ed uno stesso idioma più nobile, e più adattato al corso degli atti giudiziali, regoleranno tutti i giudizj tanto nelle curie laiche, quanto nelle ecclesiastiche, tolto l'uso introdottosi, che nello stato Pontificio le cause ecclesiastiche si agitassero in un linguaggio, e le cause laiche in un'altro, onde frequentemente in un medesimo tribunale, ed in una medesima adunanza si parlassero due diverse favelle. Che però, volendo Noi, che queste disposizioni tutte abbiano l'assoluta, e totale esecuzione, di Nostro moto-proprio, e colla pienezza della Nostra sovrana potestà ordiniamo, e prescriviamo quanto siegue:

Riforma del sistema dell' amministrazione pubblica.

TITOLO I.

Organizzazione governativa.

Art. 1. §. 2. Lo stato Ecclesiastico è ripartito in tredici delegazioni, oltre la capitale, ed i luoghi soggetti alla medesima. Reformatio publicae administrationis, et gubernii provinciarum.

I nomi delle delegazioni sono i seguenti: Bologna, Ferrara, Ravenna, Forlì, Pesaro e Urbino, Macerata e Camerino, Fermo ed Ascoli, Spoleto e Rieti, Viterbo e Civitavecchia, Ancona, Perugia, Frosinone con Pontecorvo, Benevento.

2. Le delegazioni riunite di Macerata e Camerino, di Fermo ed Ascoli, di Spoleto e

Rieti, di Viterbo e Civitavecchia saranno sempre contradistinte con ambedue i nomi, come finora è stata quella di Pesaro e Urbino. La tabella da pubblicarsi in appresso designerà quelle variazioni, che si credesse conveniente di fare rispetto all' attuale demarcazione di ogni delegazione, e di ogni governo.

3. Avendo le delegazioni riunite due capoluoghi, in uno farà residenza il delegato, e nell'altro, in cui non lascerà di dimorare per quel tempo, che crederà alle circostanze più opportuno, vi sarà un luogotenente con le stesse facoltà dei governatori distrettuali, esercibili nell' estensione e demarcazione, che hanno, o saranno per avere le dette riunite delegazioni, secondo l'indicata tabella da pubblicarsi.

4. Nelle delegazioni, ove sia destinato un cardinale, la delegazione assume il titolo di legazione, ed il cardinale prende il titolo, ed ha tutti gli onori di legato con quelle speciali prerogative, che gli sono attribuite con le lettere in forma di breve.

5. Le delegazioni saranno suddivise in governi di primo e secondo ordine.

6. Il delegato in ciascuna delegazione esercita, sotto la dipendenza dei dicastari superiori per tutto ciò, ch' è conservato nelle rispettive sue attribuzioni, la giurisdizione in tutti gli atti di governo, e di pubblica amministrazione, eccettuati tutti gli affari, che per ragione di materia spettano alle potestà ecclesiastiche, quelli, che riguardano l'ordine giudiziario civile, quelli che spettano alla direzione del pubblico erario, e quelli che nelle quattro delegazioni di Bologna, Ferrara, Ravenna, e Forlì fossero attribuiti a speciali commissioni per il regolamento dell' acque.

7. Presso ogni delegato vi saranno due assessori, dei quali si prevalerà il delegato per il disbrigo degli affari. I medesimi dovranno dipendere dal delegato in tutto ciò, che non verrà ad essi specialmente attribuito nei titoli seguenti.

8. Presso ogni legato, o delegato vi sarà una congregazione governativa, composta del gonfaloniere, e di due anziani del capo luogo. Nelle delegazioni riunite la congregazione sarà una sola, e risiederà, ove risiede il delegato.

Questa congregazione si adunerà presso il legato, o delegato ordinariamente due volte la settimana, nei giorni, che dai medesimi verranno stabiliti; e straordinariamente tutte le volte, che ve ne sarà il bisogno.

Clausulae salutares, et irritantes et derogatio contrariorum. §. 113. Volendo, e decretando, che il presente Nostro moto-proprio, e quanto in esso viene ordinato, e prescritto, debba sempre, ed in tutte le parti del Nostro stato inviolabilmente osservarsi; che non possa a tutte, e singole cose contenute nel medesimo mai darsi, nè opporsi eccezione di orrezione, e sorrezione, nè di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, che mai sotto tali, o altri pretesti, colori, e titoli, di qualsivoglia validità, ed efficacia essi siano, ancorchè di *jus quæsito*, o di pregiudizio del terzo non possa mai, quanto si è da Noi con questa Nostra legge ordinato, e prescritto, essere impugnato, moderato, rivocato, ridotto *ad viam juris*, neppur *per aperitionem oris*, che così o non altrimenti debba in perpetuo giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualunque siasi tribunale, tanto laico, che ecclesiastico del Nostro stato, e da qualunque altra autorità, benchè degna d'individua, speciale, e specialissima menzione; togliendo a tutto indistintamente ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interpetrare in contrario, e dichiarando fin d'adesso nullo, irrito, ed invalido tuttociò, che da ciascono di qualunque autorità munito scientemente, o ignorantemente fosse giudicato, e prescritto, o si tentasse di giudicare, e prescrivere contro la forma, e disposizione del presente Nostro moto-proprio, il quale vogliamo, che vaglia, ed abbia il suo pieno effetto, ed esecuzione con la semplice Nostra sottoscrizione, quantunque non siano state chiamate, e sentite, qualsisiano persone privilegiate, e privilegiatissime, che avessero, o pretendessero avervi interesse, e che per comprenderle vi fosse bisogno d'individualmente, ed espressamente nominarle, non ostante la bolla di Pio IV *de registrandis*, la regola della nostra cancelleria *de jure quaesito non tollendo*, e non ostante ancora tutte, e qualsisiano costituzioni apostoliche Nostre, e dei Nostri predecessori, ordinazioni, brevi, decreti, chirografi, bandi, editti, leggi, statuti, riforme, stili e consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali cose tutte, e singole avendo qui il tenore per espresso, e riferito di parola in parola, in quanto possano opporsi alla piena, e totale esecuzione di quanto si contiene nel presente moto-proprio, ampiamente, ed in ogni più valida maniera deroghiamo, ancorchè tali costituzioni apostoliche, ed altre ordinazioni fossero rivestite di clausole derogatorie, essendo precisa Nostra intenzione, e volontà, che sempre, ed in tutto il Nostro stato debbino inviolabilmente, ed in ogni tempo osservarsi le disposizioni da Noi presentemente stabilite, e prescritte, abolendo, e dichiarando nulle, irrite, e di niuna efficacia tutte le altre, che non si conformino alle medesime. Dato dal Nostro palazzo apostolico nel Vaticano nel giorno anniversario della Nostra coronazione 5 ottobre 1824.

LXIII.

Dat. die 1. nov. 1824. Anno II.

Nova paroeciarum urbis distributio, et ordinatio.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Super universam coelestis patris familiam, meritis licet imparibus, divina dispositione constituti, dum ecclesiarum omnium sollicitudine urgemur, praecipuam a Nobis curam impendendam esse noscimus in commoda et utilitatem lectissimae illius gregis Nostri partis, quae oculis Nostris quotidie obversatur, quamque beatissimi apostolorum principes vel ab ipso Romanae Ecclesiae exordio, deinde vero praedecessores Nostri Romani pontifices peculiari semper dilectionis studio prosecuti sunt.

Reformationis necessitas ostenditur. §. 2. Quare ubi primum apostolicae servitutis onus humilitati Nostrae impositum est, convertimus animum ad paroecias hujusce almae urbis; de quarum statu, et necessitatibus diligentissime per Nos investigatum fuerat, dum vicarii in spiritualibus generalis felicis recordationis Pii Septimi decessoris Nostri munere fungeremur. Qui quidem pontifex, re prius mature considerata, operi manum admoverat, idque ad exitum fere perduxerat, verum morte praeventus, constitutionem, quam ad ejusdem operis complementum parabat, evulgare non potuit.

Opus inceptum a praedecessore prosequitur.

§. 3. Iisdem ergo vestigiis insistentes opus non tam Nostrum, quam sapientissimi decessoris Nostri, imo vero aeterni pontificis Christi Jesu, aggredimur. Nil enim aliud Nobis proponimus, quam majorem Dei gloriam, Christifidelium Romae degentium salutem, operariorum in vinea Domini laborantium dignitatem, et commoda.

Prudentium ecclesiasticorum virorum consilia fuisse exquisita declaratur.

§. 4. Nequid vero in tantae molis negotio praetermitti a Nobis videretur accuratissimum de eo examen instauravimus, adhibitis etiam in consilium ecclesiasticis viris pietate, doctrina, rerumque experientia commendatis, ac singularum paroeciarum statum, et conditionem sedulo perpendentes, alias vidimus populo refertas, ampiioribusque limitibus circumscriptas, alias exiguum admodum parochianorum numerum recensentes; alias minus recte dispositas, incertosque fines exhibentes ex nova viarum, atque aedium molitione; nonnullas erectas in humilioribus ecclesiis, in quibus nec populus contineri, nec divina officia ea, qua par est, majestate peragi possunt; alias denique tenui admodum censu praeditas, ut nec ad divini cultus splendorem, nec ad congruam parochorum sustentationem sufficiat.

Ratio, et finis constitutionis.

§. 5. Tot itaque, tantisque incommodis occurrere volentes, ac prae oculis habentes, quae a Tridentina synodo de paroeciarum divisione, unione, dotatione, nova erectione salubriter decreta sunt, illud Nobis proposuimus, ut urbis paroeciae certis limitibus circumscribantur, atque ita inter se sejunctae, ac divisae sint, ut nulla in posterum quaestio oriri possit; ut quaelibet paroecia plebem, nec plus aequo amplam, nec nimis contractam recenseat, ut parochiales tituli in iis ecclesiis vel conserventur, vel instituantur, in quibus divinus cultus debita majestate, atque splendore peragi, ac populus commode convenire possit; ut nova redditum, ac honoris accessione parochorum dignitati et feliciori conditioni consulatur.

Quo vero saluberrimos hosce fines assequamur, hac Nostra perpetuo valitura constitutione, deque apostolicae potestatis plenitudine rem universam disponimus, atque sancimus ut infra.

Descriptio paroeciarum suppressarum.

§. 6. Perpetuo supprimimus, et extinguimus infrascriptas paroecias, quarum administratio parochia ex clero saeculari assumptis commissa erat, nimirum.

Sanctae Mariae ad Martyres.
S. Apollinaris.
Sanctissimi Salvatoris de Cuppellis.
Sanctissimi Salvatoris in Pede Pontis.
Sanctissimi Salvatoris ad Montes.
Sanctissimi Salvatoris in Campo.
S. Mariae ad Cryptam pictam.
S. Mariae in Publiculis.
S. Mariae in Campo Carleo.
S. Joannis in Ayno.
S. Jacobi in Suburbio.
SS. Simonis, et Judae.
S. Thomae ad Cincios.
S. Stephani in Piscinula.
SS. Vincentii et Anastasii in Arenula.
SS. Venantii et Ansovini Camortium.
S. Blasii in via Julia.
S. Nicolai Incoronatorum.
S. Ivonis Britannorum.
S. Simeonis Prophetae.
S. Benedicti in Piscinula.
S. Ceciliae Transtyberim.
S. Susannae.
S. Luciae ad Apothecas.
S. Luciae de Tincta.
S. Laurentii ad Montes.

Supprimimus pariter, et extinguimus sequentes paroecias, quibus parochi ex clero regulari hucusque praefuerunt, videlicet.

Sanctissimi Salvatoris in Unda.
S. Mariae de Pace.
S. Mariae in Trivio.
S. Mariae in Monterone.
S. Mariae in Posterula.
S. Stephani supra Cacum.
S. Nicolai in Arcione.
S. Nicolai de Praefectis.
S. Nicolai ad Caesarinos.
S. Francisci de Paula ad Montes.
S. Praxedis.

Absolutio patronorum ab praestatione onerum, et applicatio bonorum suppressarum paroeciarum.

§. 7. Patronos ecclesiasticos, et laicos paroeciarum, quas suppressas decrevimus, quorum plures sunm jam in eam rem consensum libenter se praebituros declaraverant id efflagitantes, ut eximerentur ab oneribus, quibus ex paroeciarum patronatu adstringebantur, liberos edicimus ab obligationibus, quibus antea obnoxii erant ad statas summas in numerata pecunia parochis pro congrua, vel subsi-

dii causa persolvendas. Secernenda autem erunt bona illa stabilia, redditus, aliive census, quorum penes parochos erat procuratio, ut ex fundatorum praescriptione, vel ad commodiorem parochorum sustentationem, vel ad missarum, eleemosynarum, piorumque operum legato, vel in alium quemlibet designatum finem impenderentur. Bona isthaec una cum monumentis, tabulisque de fundorum statu ac proprietata et de oneribus, quibus subsunt, sacras item suppellectilea, ac vasa et uteosilia parochialibus functionibus obeundia addicta tradi volumus dilecto filio Nostro cardinali vicario, ut de iisdem in commodum aliarum paroeciarum disponere possit.

Optio patronis laicis relicta retinendi vel renunciandi patronatum.

§. 8. Patronis laicis, qui jure potiebantur nominationis ad paroeciaa suppressas, liberum erit patronatum ecclesiarum retinere, ita tamen ut onus etiam iisdem perstet tuitionis illarum, vel dimittere jus illud, et ecclesias cedere cum aedibus et fundis, aliisque ad easdem spectantibus.

Compensatio eisdem tributa pro amisso nominationis jure.

§. 9. Cum vero ob amissum nominationis jus congruam iisdem compensationem impertiri velimus, concedimus ipsis, eorumque haeredibus et successoribus, non tamen extraneis jus nominandi, ac praesentandi ad canonicatum in collegiatis infra descriptis cum adnexa praebenda communis massae, qui primum ad liberam s. Sedis collationem sit vacaturus, dummodo tamen probatum per eosdem rite fuerit coram Nostro cardinali vicario legitimum ipsorum jus, ejusque actualis possessio: nimirum patronis paroeciae ss. Simonis, et Judae nominationem attribuimus ad canonicatum in collegiata s. Eustachii: patronis paroeciae s. Mariae ad Cryptam Pietam, ad canonicatum collegiatae s. Mariae ad Martyres: patronis paroeciae s. Mariae in Publiculis, ad canonicatum collegiatae s. Angeli in Foro Piscium: patronis demum paroeciae s. Thomae ad Cincios, ad canonicatum collegiatae s. Nicolai in Carcere Tulliano.

De modo exercendi novum tributum jus nominandi.

§. 10. Porro canonicatus hujusmodi, ad quos ipsi prima hac vice nominabunt, jure hoc nominationis affectos perpetuo decernimus literasque apostolicas in eam rem iisdem patronis dandas curabimus, facta prius Nobis relatione per Nostrum cardinalem vicarium, ut de hac concessione perenne perstet monumentum. Nominati vero nonnisi per bullarum expeditionem ad canonicatuum possessionem immittentur: atque ad controversias inter patronos praecidendas, quatenus plures sint, qui jure illo patronatus fruebantur: eo casu per turnum nominationem peragi volumus juxta modum ab eodem cardinali vicario pro circumstantiarum varietate stabiliendum. Ac si ea sit canonicatuum praedictorum conditio, ut pensionibus sustinendis pares dignoscantur jus iisdem impertimur, ut ad eas quoque nominare rite possint.

§. 11. Ex paroeciis autem in praesens extantibus, eas, quae sequuntur, conservandas ducimus juxta novam finium designationem, aliasque ordinationes hisce apostolicis literis praefiniendas: nimirum ex clero saeculari paroecias. — Descriptio paroeciarum servandarum.

S. Joannis in Laterano.
S. Petri in Vaticano.
S. Laurentii in Damaso.
S. Mariae Transtyberim.
S. Mariae in via Lata.
S. Mariae in Cosmedin.
S. Eustachii.
S. Marci.
S. Mariae in Aquiro.
S. Angeli in Foro Piscium.
S. Nicolai in Carcere Tulliano.
SS. Celsi et Juliani.
S. Thomae in Parione.
S. Joannis Florentinorum.
S. Ludovici Gallorum.
S. Catharinae de Rota.
Ex clero autem regulari paroecias.
S. Laurentii in Lucina.
S. Marcelli.
S. Mariae in Via.
SS. XII. Apostolorum.
S. Martini ad Montes.
S. Mariae supra Minervam.
S. Bartholomaei in insula Tyberis.
S. Grisogoni.
S. Augustini.
SS. Quirici, et Julittae.
S. Mariae de Populo.
S. Mariae in Campitello.
S. Mariae Transpontem.
S. Spiritus in Saxia.
SS. Vincentii et Anastasii in Trivio.
S. Andreae de Fractis.
S. Caroli ad Catinarios.
S. Mariae in Monticellis.
SS. Salvatoris de Curte.

Creatio novarum paroeciarum.

§. 12. Veteribus hisce paroeciis alias adjiciendas decrevimus, ut quod hoc in negotio conficiendo contendimus unice, re assequamur, ut nimirum et numero, et qualitate ecclesiarum quo possit cumulatius prospiciamos populi utilitati, et sacrorum splendori. Quare de apostolicae potestatis plenitudine infrascriptas ecclesias in parochiales erigimus.

S. Mariae Majoris.
S. Hadriani in Foro Romano.
S. Mariae ad Montes.
S. Jacobi in Augusta.
S. Rochi.
S. Mariae nationis Picenae.
S. Luciae Gonfalonis.
S. Dorotheae.
S. Bernardi ad Thermas.

Pontificiae aedes a quavis jurisdictione parochiali eximuntur.

§. 13. Pontificiae aedes Lateranenses, Vaticanae, et Quirinales territorium prorsus distinctum, atque ab omni parochiali jurisdictione liberum, et exemptum Nobisque, et Romanis pontificibus successoribus Nostris immediate subjectum, constituent. Curam animarum, et caetera parochialia munia in iis peraget antistes pontificii sacrarii praefectus.

Pro illis officium vice parochi gerendum sub sacristae committitur.

§. 14. Officium vice-parochi geret sub-sacrista pro tempore existens, qui libere, ac suo jure illud exercebit, quando per obitum, vel alia de causa munus sacristae vacare contingat; ipsi proinde facultates in id necessarias, et opportunas per praesentes tribuimus.

Designantur baptisteria pro collatione baptismatis, et certa loca pro exercitio functionum parochialium pro degentibus in Pontificiis aedibus.

§. 15. Pro sacramentorum administratione, et paroecialium functionum exercitio sacella per Nos designanda in pontificiis aedibus praesto erunt. Verum pro baptismatis collatione adsignamus baptisteria trium basilicarum, nimirum s. Joannis in Laterano pro palatio Lateranensi, s. Petri in Vaticano pro aedibus Vaticanis, et s. Mariae Majoris pro Quirinali palatio. Funera etiam illorum, qui in pontificiis aedibus decesserint, duci volumus ad easdem basilicas; porro sodalitia, aliique ad funus acciti una cum parocho ecclesiae tumulantis in aliquam ex ecclesiis proximioribus convenient, si in Quirinali palatio extat defunctus, vel in basilicam, si in Lateranensi, vel demum ad sancti Michaelis in Burgo, si in Vaticano.

Quando crux palatinae paroeciae sit extollenda.

§. 16. Crux pontificiae palatinae paroeciae ob singulare jus, quo ipsam donatam decernimus, extollatur unice tunc quando ad continentes basilicas funus procedit, sed quando etiam in alias quaslibet ecclesias perducitur, quibus vel in majorum sepulcro, vel ex electione defunctus sepeliendus sit.

De praecedentia parochi palatini.

§. 17. Item, qui personam parochi palatini geret primum in praecedendo locum tenebit quoties non adsit alter parochus, cui dumtaxat primus cedet.

De emolumentorum divisione.

§. 18. Mediam porro partem emolumentorum majorum funeris ad paroeciam palatinam spectare volumus. Aliam vero emolumentorum medietatem basilicae ad quam elatus est defunctus tribuendam denunciamus, servatis super illorum perceptione consuetudinibus et concordiis, quae obtinent inter earum basilicarum capitula, et vicarios ipsarum perpetuos. Id et de ecclesiis caeteris cautum sit ad normam statuti Rumani cleri, in quibus defuncti sepeliantur.

De sacerdotibus adjutoribus adhibendis.

§. 19. In palatiis in quibus sub-sacrista non degit, eliget sacrista presbyteros pietate ac rerum peritia commendatos ex sui nutu amovibiles, qui pro ipso curam animarum gerant, quibus stata stipendia ex palatii aerario persolventur. Facultates eisdem necessarias, et opportunas ipse impertietur, ut rite id muneris obire possint.

Privilegium ecclesiae ss. Vincentii et Anastasii condendi praecordia summorum pontificum confirmatur.

§. 20. Nequid autem dubii de funerum juribus oriatur, decernimus, quod si quis in uno ex palatiis apostolicis decedat, nondum acquisito ibidem domicilio, emolumenta funeris ad eam basilicam et parochum spectent in cujus adnexa apostolica aede occubuit. Parochiali ecclesiae ss. Vincentii et Anastasii ad Trivium privilegium integrum servamus, ut ibidem pro veteri more humi tradantur praecordia summorum pontificum, ut quorum unus fuit in Ecclesiae bonum affectus eodem etiam mortalitatis loco ipsorum corda socientur.

Leges quoad pontificium seminarium latae confirmantur.

§. 21. Pontificium Nostrum seminarium, quod nuper ad aedem s. Apollinaris constituendum curavimus per alias Nostras apostolicas in forma brevis literas a parochi jurisdictione, in cujus paroecia situm est, sustulimus, certasque de paroeciali regimine in ipsius alumnos, caeterosque ibidem degentes exercendo conditione praefinivimus, quas omnino servandas mandamus.

Peculiaris dispositio pro degentibus in hospitio apostolico ad Ripam Majorem

§. 22. Item hospitium apostolicum ad Ripam Majorem quod a ss. Michaele et Xisto nuncupatur illustre pontificiae charitatis ac munificentiae monumentum, dignum profecto existimavimus, in quod peculiares sollicitudi-

nes Nostras converteremus hac in paroecialis rei ordinatione, ut faciliori, et utiliori ratione egenis invalidis, aliisve ibidem degentibus in animarum necessitates cuncta Ecclesiae praesidia praesto essent.

Idem ut supra.

§. 23. Hinc ex auctoritatis Nostrae plenitudine universam illam aedem ex paroeciali territorio sanctissimi Salvatoris in Corte, cui juxta novam paroeciarum divisionem in praesens subesset perpetuum in modum sejungimus, atque ab illius parochi jurisdictione eximimus: mandamusque, ut ibidem resideat sacerdos saecularis, vel regularis pietate, ac scientia commendatus, eligendus per cardinales protectores, seu visitatores, vel per eos, quibus iis deficientibus supremum loci illius regimen sit delatum, atque ad ipsorum nutum amovibilis, qui tamen per examen coram cardinali vicario Nostro sit nedum ad curam animarum adprobatus, sed et ad confessiones monialium excipiendas. Huic porro presbytero congrua mercede per hospitium donando concedimus titulum curati, plenamque eidem, et absolutam jurisdictionem parochialem tribuimus super personas singulas degentes in dicto hospitio, et suis adnexis, ac in ergastulis ibidem extantibus, exceptis apothecis, aliisque partibus exterioribus earum aedium, quae per personas extraneas conducuntur, quas jurisdictioni ejusdem parochi sanctissimi Salvatoris obnoxias esse volumus. Cuncta itaque parochialia officia, atque ad normam statuti cleri Romani adsistentiam matrimoniis, quae in hospitio contrahi contingat, et paschalem communionem, nec non cadaverum tumulationem in interiori ecclesia honori s. Michaelis dicata exequetur curatus praedictus. Insuper praeter salutarem opem infirmis, et decedentibus praebendam, obstrictum se meminerit onere concienandi, agendi cathechesim, tradendi christianae doctrinae rudimenta, nec non evangelium explicandi horis, ac locis per summos aedis moderatores constituendis, quibus in muneribus obeundis operam eidem ac studium navare mandamus confessarios caeteros, presbyteros ac clericos, qui hospitio et adnexis alio quolibet nomine inserviunt. Porro majora emolumenta funebria hospitio addicimus, minora vero, aliave omnia, quae stolae nuncupant, curato attribuimus.

§. 24. Felicis recordationis decessor Noster Pius VII. literis in forma brevis quarum initium. « *Cum super juribus parochialibus* » sub die vigesima octava maji millesimo octingentesimo vigesimo decrevit, ut omnes, et singulae cujusque conditionis, status, et sexus personae, quae in palatio oratorum regis christianissimi habitationem, et domicilium habeant, ibique vere habitant, dummodo certis pro francorum legatione officiis ibidem funguntur, aut ad eorumdem oratorum familiam, vel famulatum vere pertineant, sint, et esse censeantur subditi pleno jure parocho ecclesiae s. Ludovici nationis Gallorum, cui proinde eos omnes subjecit, assignavitque. Itemque per easdem literas edixit, ut si paroeciali jure non donaretur ecclesiae sanctissimae Trinitatis ad Montem Pincium omnes et singuli nationis Gallorum, qui ad excolendas liberales artes in hac regia Francorum academia morantur, sive ii sint moderatores loci, sive artium alumni, sive in famulatum adsciti, dummodo in iis aedibus academiae vere resideant, et habitent, parocho ecclesiae s. Ludovici nationis Gallicanae subditi pleno jure essent, et esse censerentur. Cum igitur inter paroerias haud annumerata sit praedicta ecclesia, volumus in suo robore permanere praescriptionem hujusmodi memoratis in literis sancitam, licet etiam academia illa alias in aedes aliquando transferatur. Ne vero, qui in academia praedicta degunt, spiritualibus auxiliis careant, ob nimiam ipsius academiae longinquitatem ab ecclesia s. Ludovici, jubemus, ut idoneus presbyter praefatae nationis, examine ad curam animarum per cardinalem vicarium adprobandus, titulo vice-parochi amovibilis ad nutem parochi s. Ludovici, et ab eodem necessariis, et opportunis facultatibus muniendus, stabilem moram ducat in aedibus sanctissimae Trinitatis in Monte Pincio, et rite munus suum defungatur, sacrorum procuratione iis adsistens, qui sunt in academia moramque eorumdem disciplinae advigilans. E redditibus ecclesiae s. Ludovici merces, quae pars sit, huic vice-parocho persolvetur.

Confirmatio constitutionis editae ad diem 28. maji 1820 pro subditis christianissimi regis.

§. 25. Hinc ut ad omnium almae urbis paroeciarum circumscriptionem progrediamur, decernimus, ut novi earumdem limites constituti sint juxta territoriorum divisionem, qui in tabula descripti sunt per Nos perpensa,

Circumscriptio finium paroeciarum

adprobata, et manu Nostra firmata, quam una cum hisce literis apostolicis adservari volumus penes secretariam vicariatus, nec non ab cardinali vicario Nostro communicari parochis, aliisque interesse habentibus.

De custodia librorum parochialium.

§. 26. Cum maximopere intersit rei, et sacrae, et publicae tutissimam librorum parochialium custodiam haberi, cumque ex nova paroeciarum circumscriptione haud mediocris difficultas obveniat nanciscendi libros, quibus extant monumenta, quae postulantur, mandamus ut penes secretariam vicariatus impensa publica constituatur generale tabularium, in quo libri omnes parochiales adserventur. Stato itaque tempore per cardinalem vicarium praefiniendo, libri omnes etiam vetustiores, quibus animarum census, baptismata, matrimonia, ac defuncti describuntur, a qualibet paroecia tum si ex extinctis sit, tum si ex perextantibus, transferentur ad memoratum archivium, ibique ordinatim ac partite collocabuntur. Quod si parochi optarent memoriam ipsorum retinere, datum erit iisdem aere proprio exempla ipsorum conficere, quin tamen fas ipsis sit testimonia authentica ex iis deducere. Moderatores paroeciarum tam veterum, quam recens constitutarum mittent in posterum ad archivium regesta totius anni, e quibus praefecto archivii dumtaxat jus erit edere authentica testimonia. Mercedes pro hisce monumentis tradendis corrogatas, ablatis impensis tabularii, in parochorum commodum cedere decernimus, et inter ipsos aeque distribuantur.

Idem ut supra.

§. 27. Exceptas hac in praescriptione, atque a divisione emolumentorum e generali archivio provenientium declaramus tres patriarchales basilicas, quibus libri paroeciales relinquuntur. Mitti attamen quotannis jubemus in generale tabularium exemplaria accuratissima regestrorum totius anni, ut ibidem una cum caeterarum paroeciarum libris perstent: jus autem non erit praefecto archivii testimonia ex ipsis perhibere. Jus vero parocho basilicae Lateranensis integrum reservamus super libro, quo omnes in urbe confirmati adnotantur: item ex archivio Vaticanae basilicae super eorum indice, qui ibidem confirmationis sacramentum suscipiunt.

Consulitur decori paroeciarum.

§. 28. Cupientes decori prospicere paroeciarum omnium, nec non commodiorem, promptioremque sacri baptismatis administrationem inducere, fontes baptismales in unaquaque paroecia extare volumus, ac proinde impensis fisci in iis in quibus desiderantur, erigi eosdem quamprimum curabimus atque instrui supellectili universa ad sacramenti ipsius procurationem necessaria.

Idem ut supra.

§. 29. Sublatum proinde edicimus onus, quo filialium ecclesiarum parochi adesse obstringebantur in ecclesiis matricibus solemni fontis benedictioni sabbato sancto, et in vigilia Pentecostes, imposito tamen iisdem onere matricibus ecclesiis cereum trium librarum singulis annis tradendi solemni die titulari earumdem. Cessabunt etiam obsequia erga matrires aedes debita ex parochialitatis nomine ab filiabus ecclesiis, quae a parochialium censu sunt expunctae. Suo tamen robore permaneant jura, quibus alio quolibet titulo praeter parochialitatem matrices in filiabus potiuntur, sive ex conservatis eaedem sint, sive ex suppressis.

Dotatio paroeciarum.

§. 30. Cum id maxime Nobis curae fuerit parochorum conditionem meliorem efficere juxta apostoli Pauli monitum (ad Timoth. cap. 5. vers. 12.) Qui bene praesunt duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina: dicit enim scriptura: Non alligabis os bovi trituranti, et dignus est operarius mercede sua probe animadvertimus parochorum e clero saeculari stipendia omnino augenda esse, cum pro parochis regularibus satis consultum sit per religiosas eorumdem communitates, per quas necessaria iisdem suppeditantur. Hinc decernimus ut quilibet parochus e clero saeculari annuo scutorum tercentum Romanae monetae censu potiatur, praeter lucra, et emolumenta, quae ex incertis dicunt, atque ut insuper scuta triginta recipiat ad vectigalia, aliaque onera fundis inhaerentia sustinenda, ut integer perstet et liber memoratus redditus.

De assignatione bonorum, ac redituum praebenda.

§. 31. Ad tuto dignoscendum, quinam in praesens saecularium paroeciarum redditus sint, ut inde census ad praestitutam normam compleri queat, mandamus universis ecclesiarum parochialium moderatoribus tam ex abolitis, quam ex perextantibus, ut intra mensem a datis hisce literis proferant cardinali vicario, seu viro per eumdem designando accuratum indicem bonorum omnium immobilium, sive urbanorum, sive rusticorum, tum etiam canonum, quindenniorum, legatorum,

censuum, pensiuuum, aliorumque redditnum, ac jorium, nec non stipendiorum, quae ab Nostru acrario persolvuntur, quae quidem stipendia perpetuu perdurare edicimus. Ex omnibus bisce bonis, ac redditibus insimul collatis a qoibus dempta volumos stipendia, quae in numerata pecunia parocbis ecclesiarum suppressarom persolvebant capitula patroni ecclesiastici, monasteria, ordines regulares, cullegia, et sodalitia, cum bujosmodi stipendiorum solutio ux iis, quae supra sancivimus, cessare debeat, constituta dos tribuetur pro singulis paroebis. Quidquid autem ad ipsius dotis complementom deerit, ab aerario Nustro suppleri decernimus.

De praebendis concedendis parochis.

§. 32. Id Nos maxime contendentes, nuquid ad duplicem bonorem desideretur qum dignus legimus evangelicos uperarios, decernimus, ut, quemadmodum viearius curatus perpetuus basilicae Lateranensis potitur ibidem praebenda beneficiaria, ita et vicarii curati perpetui basilicarum patriarchalium Vaticanae nimirum et Liberianae per apostoliras literas beneficiariis earomdem accenseantur, ubi primum aliqua ibidem beneficiaria praebenda liberae Nostrae cullationis vacaverit. Idem parocbi, seu vicarii perpetui aliarum basilicarum minorum et collegiatarum canunicatum primo vacaturum per literas apostolicas consequentur, qui sit ex communi, ut vocant, massa. Utrisque varo sedendi jus tribuimus inter beneficiarios vel canunicos respective ordinis presbyteralis, eunctisque potiri eos volumus joribus, privilegiis, praerogativis, et emulumentis qoibus caeteri ex illu urdine fruuntur, fructosque, ac distributiones integru percipere, licet ex parochiali munere ne choru, sacrisque adsint, praepediantur. Praeterea declaramus praebenda, quae ipsis prima bac vicu erunt collata, addictas in perpetuum fure ipsorum iu officiu successoribos. De redditibus veru earum rationem balientes, statoimus, pensiones super ipsis assignari nequaquam debere, exceptis beneficio Vaticanae basilicae, aliisque canunicatibus ditioria census paruchis addiceudis, quibus eaedem perpetuu imponi potuerunt favure vice-parochorum in pontificii aerarii uxonerationem. Cumqoe beneficium quod jamdiu in Lateranensi basiliea vicario curato tributom est, stata quadam pensione oueratum est, eam dividi in duo beneficia, quae primo vacaverint, jubemos, ut vicarii perpetui commudis consulamus. Interim verò donec vacare aliquam ex iis praebeudis non contigent, eos illicu post basce literas execotiuni mandatas jubemus stallo, aliisque praerogativis, privilegiis, praeeminentiis, atque insignibus gaudere, quibus uti caeteros ex collegio datum est. Atque ut voluntas baec Nostra prumptiori donetur effectu, denunciamus nullam boc tempore coadjuturiae aut resignationis gratiam admissum iri, donec parocbi de beneficio, vel canonicatu uti supra cautum ust provisi foerint. Stipendium reliquis e elero saecolari parochis decretum integre per vicarius perpetuos et parorhos basilirarum et collegiatarum percipi vulumus, cum Nostra baec de beneficiis, et canonicatibus in eos adsignatis dispositio unice ad ipsus majori censu augendos tendat, quo et dignitati pro luco quem tenent cummodius tuendae, et oneribus facilius sustinendis pares sint. Quod si eorom quispiam pensione aliqoa, aut alio simplici beneficio absque chori servitio dictis in ecclesiis, vel in aliis sit donatus, factam eidem facoltatem denunciamus, ut eorumdem possessionem rite et in posterum teneat.

De concursibus adhibendis pro electione parochorum.

§. 33. Ad adolescentes clericos in dies magis excitandos, ut in sacras disciplinas se dedant, utilem deinceps, ac sedulam uperam in dominica vinea excolenda cullocaturi, ubi vacoam rectore esse contigerit parochialem ecclesiam etiam patronatu aliquo affectam, ex cuncilii Tridentini praescripto, atque ex pontificum praedecessorom Nostrorum, ac praesertim Benedicti XIV constitutionibus, peragi concursum volumus ad normam in vicariatu sancitam, jure patronis reservatu eligendi uuum ex tribus adprobatis in eo concursu, qui iisdem per cardinalem vicarium significandi erunt. Si enim in omnibus ecclesiasticis beneficiis recte collocandis studium, ac diligentiam adhiberi uportet, ut ministri cojusqoe ecclesiae rationibus accumudati adsciscantur id cum primis in deligandis parochis curandum erit, qoi populu instituendo, et ad coelum deducendu duces praeficiontur.

Exemptio paroeciae s. Ludovici Francorum.

4. 34. Paroeciam s. Ludovici Francorum ab generali bac legu exceptam dicimus: inspectis enim peculiaribus illius pii loci circumstantiis perdurare volumus morem praesentandi idoneum presbyterum per cardinalem vicarium praevio examine prubandum, et

canonice instituendum. Congrua autem pro parocho, itemque stipendia pro vice-parocho, et aedituo, caeterique sumptus intuitu paroeciae faciendi ex redditibus praefatae ecclesiae suppeditabuntur.

Curatorum amovibilium usus supprimitur.

§. 35. Cum utiliori rei sacrae procurationi impedimento ut plurimum sit mercenarios presbyteros eidem praeponi, quos proinde experientia constat eo quo par est in honore haud haberi, ne quid hoc etiam ex capite parochialis ordinis dignitati deesse videatur, decernimus, ut extincto curatorum amovibilium ad nutum officio, paroecia quaelibet in posterum regatur per parochum, qui nomine, ac juribus fruatur archipresbyteri, rectoris, aut vicarii perpetui pro varia ecclesiarum conditione, adeo ut qui ad eas adsciscantur titulum assequuti censeantur vere, ac proprie dicti beneficii cum cura animarum, e quo, nonnisi causis ad sacrorum canonum regulas cognoscendis, nequeant dimoveri.

De parochis regularibus.

§. 36. De regularium vero parochorum electione servari, jus, quod in more positum est, edicimus.

Excludantur jura communitatum, sodalitiorum, et collegiorum.

§. 37. Ex paroeciarum erectione in ecclesiis s. Hadriani in Foro Romano, s. Jacobi in Augusta, s. Rochi ad Ripam minorem Tyberis, s. Salvatoris in Lauro, s. Luciae Goofalonis nullum jus collatum censeatur curae habitualis communitatibus, collegiis, sodalitiis, quibus eadem spectant, ac proinde qui iisdem administrandis designabuntur, nomine, et juribus veri parochi pollere decernimus.

Peculiares dispositiones pro paroeciis s. Mariae Majoris, et s. Mariae ad Montes.

§. 38. Peculiaribus ex causis decernenda nonnulla speciatim censuimus de paroeciis s. Mariae Majoris, et s. Mariae ad Montes. Sacrosancta enim patriarchalis basilica Liberiana, quam singulari dilectionis affectu complectimur, ob honorem Beatae Virginis, cujus ibidem imago celeberrima, vel a priscis temporibus pientissima populorum frequentia celebratur, ex caeteris quibus praestat nominibus, demum ob archipresbyteri munus, quo ibidem functi sumus, praeclara Nostrae in eam voluntatis monumenta promeretur. Hinc illius basilicae capitulo liberaliter concedimus in perpetuum habitualem curam paroeciae, quam in eadem erigimus, una cum jure eligendi unum ex adprobatis in concursu, cui ab cardinali archipresbytero pro tempore canonica institutio adtribuetur eadem plane ratione, quae pro perpetuo Vaticanae basilicae vicario in more posita est. Atque ne per paroeciales functiones divina praepediantur, vel perturbentur officia, quae in praefatae basilicae choro quotidie persolvuntur, eidem assignamus, et adjungimus perpetuum in modum ecclesiam s. Viti cum continenti domo, ut ibidem defunctorum cadavera exponantur, et tumulentur, aliaque paroecialia munia procurentur prout pro Vaticana paroecia cautum est; nec non ut vicarius curatus, vice-parochus, et aedituus in proximis aedibus immorentur.

Idem ut supra.

§. 39. Item pro paroecia recens constituta in ecclesia s. Mariae ad Montes, quae spectat ad piam domum Catbecumenorum, ad quam antea pertinebat suppressa ecclesia ss. Salvatoris omnino jura eidem confirmata declaramus, quibus jam pridem in paroecia ss. Salvatoris fruebatur, eaque in ecclesia s. Mariae ad Montes, translata esse sancimus; parochus vero ibidem titulo vicarii perpetui nuncupabitur.

De ministris, aliisque adjutoribus in quavis paroecia adhibendis.

§. 40. Ut populi commoditati, ac majori sacrorum cultui apprime consulamus, in iis praesertim ecclesiis paroecialibus, quae carent clero, mandamus ut iis omnibus praeter vice-parochum extet sacerdos sacrista, et aedituus paroeciae ministerio addictus. Vice-parochi e clero saeculari stipendio fruentur scutorum centum viginti, ac congruam mercedem accipient sacrista, et aedituus. Insuper qualibet in ecclesia parochiali binos confessarios rite adprobatos adesse volumus, qui nedum ad confessiones excipiendas, sed, et ad caetera sacrorum officia, et ad missam in festis, statisque aliis diebus celebrandam praesto erunt. Cardinalis vicarius ex sibi per Nos traditis instructionibus opportune providebit pro regularium ecclesiis, quibus subsidio opus sit ad sancita hoc in articulo exequenda.

De domibus parochialibus

§. 41. Cum summopere intersit, quemlibet in ecclesiae suae vigilia, custodiaque permanere, ac pro gregis salute adsidue excubare, jubemus, ut in paroeciis hac Nostra constitutione erectis domus apud easdem designentur, quibus commode parochus, vice-parochus, et aedituus resideant, ut animarum, et sacrae aedis curae, quam debent operam facilius praestent. Id et pro parochialibus veteribus cautum volumus, ut nimirum si parochialibus aedes vel desint, vel longius ab ecclesia, nec satis amplae ac decentes sint, apte prospiciatur per cardinales titulares commen-

datarios, visitatores apostolicos, ac per caeteros quoslibet earumdem ecclesiarum praepositos, re cum cardinali vicario collata.

De emolumentis parochialibus.

§. 42. Haec porro de parochialibus emolumentis sancimus. Primo itaque de funerum emolumentis nihil innovandum censemus in paroeciis regularium, in quibus majora, quae vocant emolumenta cedunt monasterio, minora vero tribuuntur parocho, nisi aliter per istituti leges cautum sit. In saecularium vero paroeciis, quae perstant, de majoribus funerum stipendiis, aliisque eo nomine ad parochos, capitula, collegia, sodalitia, loca pia spectantibus servari accuratissime volumus, quae in more iostitutoque majorum adhuc posita fuere, atque in eum finem privilegia, conventiones, pacta apostolico beneplacito roborata, ac tribunalium placita, et congregationum decreta, nec non centenarias consuetudines, quatenus opus fuerit, adprobamus et confirmamus.

Idem ut supra.

§. 43. Quo vero ad ecclesias paroeciales in praesens constitutas baec praescripta, decretaque sint.

Idem ut supra.

§. 44. Vicarius curatus perpetuus basilicae Liberianae iisdem quoad funerum mercedes juribus potietur, quibus vicarius curatus perpetuus basilicae Vaticanae tam ex jure, quam ex consuetudine gaudet.

Idem ut supra.

§. 45. Ordines regulares, et pii coetus tum ecclesiastici tum saeculares extantes in ecclesiis parochialibus recens erectis s. Hadriani in Foro Romano, s. Jacobi in augusta, s. Rochi ad Ripam minorem Tyberis, ss. Salvatoris in Lauro, s. Luciae Goofalonis, habita ratione incommodi, quod infertur, hospitii et impensarum in tuitionem domus pro parocho, viceparocho et aedituo, suppellectilium, aliorumque onerum intuitu paroeciae substinendorum, accipient medietatem emolumentorum majorum funerum sacrario adtribuendam; alteram vero partem mediam parocho decernimus.

Idem ut supra.

§. 46. Item parochorum erunt emolumenta minora et oblationes occasione benedictionum mulierum post partum, et donorum in sabatho sancto.

Idem ut supra.

§. 47. In exequiis, et funeribus eorum, qui in iis ecclesiis sepulcra peculiaria, seu majorum habent, omnia emolumenta spectabunt ad easdem ecclesias, excepta mercede associationis cum consueto fasciculo candelarum pro parocho, nisi forte sui obitus tempore domicilio potiatur intra illius paroeciae limites, in cujus ecclesiae sepulcrum majorum extat, tunc quippe servari volumus, quae communi jure statuta sunt.

Idem ut supra.

§. 48. Nullam itidem partem parochi earum ecclesiarum sibi contendant, neque in concessione peculiarum locorum pro sepulcris efformandis, vel lapidibus ibidem apponendis, neque in oblationibus quae hisce ex causis a fidelibus praestentur, sed integre jura haec moderatoribus et curatoribus ecclesiarum independenter a parochis reservamus, et reservata edicimus.

Idem ut supra.

§. 49. Quod si iis moderatoribus et curatoribus haud visum fuerit memorata onera suscipere eadem in parochos deferentur, quibus idcirco integre obtingent majora etiam emolumenta, firmis per-extantibus pro ecclesiis juribus supra recensitis pro sepulcris familiarum, quae jam extabant, vel construentur in posterum, tum etiam pro lapidum appositione. Eaedem tamen ecclesiae gratuito domum, ipsiusque tuitionem praestabunt, uti cautum est.

De stipendiis augendis pro pondere majorum emolumentorum.

§. 50. Porro cum nonnullae ex paroeciis ob novos iisdem decretus fines majorem etiam animarum numerum recenseant, atque exinde emolumenta ex funeribus crebriora ipsis obveniant, juri et aequitati consonum est, augeri etiam stipendia, aliaque lucra, quae a capitulis, collegiis, sodalitiis, at locis piis earumdem parochis et administris persolvebantur, oe scilicet in stati census implemento adtribuendo majoribus ac par sit oneribus aerarium Nostrum adstringatur. Hinc cardinali Nostro vicario committimus, ut auditis iis quorum interest, definiat, utrum, at qua in summa augenda sint memorata illa stipendia.

Peculiaris dispensatio super electione et confirmatione eorum qui saeculares suppressas paroecias administrarunt.

§. 51. Licet ex iis, quae disposuimus per concursum parochi in posterum adsciscendi omnino sint, ut tamen eorum rationem habeamus, qui in praesens saeculares paroecias suppressas administrant, quique jam antea ad curam animarum adprobati fuere hac prima vice dumtaxat absque examine ab cardinali vicario eligi ipsos, vel inter tres patronis praesentandos connumerari, nec non ab ipso cardinali vicario in possessionem paroeciae immitti indulgemus. Iis vero, qui nulli praeficientur paroeciae, adsignamus ex aerario Nostro pro congrua sustentatione annuam pensionem vitalitiam scutorum centum octoginta,

donec beneficium vel praebendam ecclesiasticam aequalis vel majoris redditus adipiscantur. Pensionem eamdem iis quoque parochis emeritis impertiendam edicimus, quos ob perditam valetudinem, vel aetate confectos ad paroecialia munera rite obeunda impares cardinalis vicarius censuerit, Nostramque in id voluntatem acceperit. Quod si forte parochus emeritus fuerit ex iis qui beneficio, vel canonicatu ratione paroeciae gaudent, decernimus ipsius praebendam nonnisi post ejus obitum parocho successori esse attribuendam, qui proinde congruam dumtaxat, at caetera emolumenta interea percipiet.

De modo praestandi stipendia, et dimittendi debita paroeciarum.

§. 52. Quidquid desit in summam necessariam ad praefinitam parochorum et vice parochorum atque aedituorum stipendia, nec non ad cappellanias erigendas, ab Nostro aerario praestari in perpetuum mandamus, ac decernimus. Item ab eodem, et debita extingui jubemus paroeciarum, sive quae sublata sunt, sive quae perextant, dummodo de iisdem apud cardinalem vicarium jure legitimo edoctum fuerit.

Dispositio transitoria.

§. 53. Item quoadusque acta pro decreta paroeciarum divisione exequenda absolvantur et rectores paroecias recens constitutas procurandas susceperint, declaramus et decernimus parochos actuales in suae jurisdictionis exercitio interea temporis perdurare, donec de eo dimittendo ab cardinali vicario admoneantur.

De suburbanis paroeciis.

§. 54. Insuper jubemus nihil innovandum de suburbanis paroeciis, quas cum suis parochis permanere in statu quo denunciamus utiliora, et de iis aptius ordinandis consilia Deo bene juvante quamprimum inituri quae deinceps per aliam Nostram constitutionem sanciemus.

Cardinali vicario urbis caetera curanda relinquuntur.

§. 55. Licet in novo hoc paroeciarum ordine ac statu decernendo cuncta, quae in rem facera visa sunt serio diligenterque perpendenda curavimus, ut tamen voti compotes felicius efficiamur, committimus cardinali Nostro vicario ut accuratius animadvertat si quae in paroeciarum finibus designandis immutationes in majorem populi utilitatem cessurae forent, easque praefiniat; item si ob ecclesiae parochialis longinquitatem, vel ex paroeciae amplitudine utilius dignoscatur cappellanum curatum constitui in aliqua ecclesia, quae intra illius limites extat, qui parocho subjectus sit, et ad ipsius nutum amovibilis, atque ad sacramentorum administrationem et infirmorum curam praesto ibidem sit: imo et novam paroeciam constabiliat, ubi animarum utilitas postulet: quas tamen facultates ad annum a data praesentium computandum eidem impertimur, quo elapso, si quid immutandum occurrat, pontificium placitum peti volumus.

§. 56. Porro praeterea, quae variis ex causis eidem cardinali vicario tenore praesentium commisimus, eumdem generalem hujusce Nostrae constitutionis executorem nominamus et eligimus, omnibus et singulis in eam rem eidem attributis amplioribus facultatibus.

Constitutionis executor nominatur.

§. 57. Insuper potestatem eidem tribuimus ad cognoscendas quocumque tempore summarie, et absque judicii strepitu, atque ad definiendas, auditis interesse habentibus, quacumque appellatione remota, lites, ac quaestiones, quae fortasse de paroeciarum finibus excitari contingat; ad summas assignandas, quibus ad statutas paroeciarum census integre habendos opus sit, item ad sanciendum praesertim in ecclesiis capitulorum, regularium, aliorumque coetuum, quaenam functiones speciatim parochorum sint, et quae communes cum caeteris, ac demum qua ratione, ac quo tempore una potius, quam altera perfici debeat ad dissidia quaelibet praecidenda: item ad declarandum quibus in ecclesiis vel saecularibus, vel regularibus vice-parochi, sacristae, aeditui, et confessarii praeficiendi sint, et quaenam summa ad stipendia iisdem sancita persolvenda opus sit: item ad binas cappellanias ubi oporteat, stabiliendas, et ad ipsarum dotem praestitutis per Nos mediis comparandam: item ad erigendum apud secretariam vicariatus generale librorum parochialium archivium, et ad libros etiam vetustiores ab paroeciis recipiendos, exquirendosque: item ad secernendas in ecclesiis parochialibus noviter erectis, et in caeteris quoque impensas et onera, quibus parochi subesse debeant, vel quibus earumdem moderatores, seu pii coetus ad quos ecclesiae spectant, obstringantur: item ad consulendum tuitioni ecclesiarum olim parochialium cleri saecularis, quando etiam a laicis patronis cedantur, et ad eas sodalitiis, piisque aliis congregationibus tradendas: item ad disponendum favore paroeciarum existentium de fontibus baptismalibus, ac suppellectilibus parochialibus ex

Judex privativus declaratur controversiarum occasione vulgationis novae constitutionis promovendarum.

suppressis paroeciis provenientibus: ac denique ad explicandas, interpretandas, ac declarandas harum literarum ordinationes, et ad dubietates enotandas, si quae in posterum occurrerint; ex plenitudine quippe apostolicae auctoritatis mandamus, ut ipsius cardinalis vicarii declarationibus, responsis, decretis a persona qualibet, et ab universis tribunalibus pareatur eo plane modo, ac si a Nobis ipsis promanarint.

Facultates extenduntur etiam pro successoribus in officio vicariatus.

§. 58. Demum eidem cardinali vicario facultates omnes necessarias et opportunas tribuimus ad plenam et integram hujusce constitutionis executionem, ejusque in vicariatus officio successoribus cum primis commendamus, ut in accuratam rerum per has literas decretarum observantiam advigilent, nec non iisdem facultates impertimur ad definiendas quaestiones, si quae inde exoriri contigerit, atque ad declarandas Nostrae hujusce paginae praescriptiones.

Constitutio motu proprio lata declaratur.

§. 59. Praesentes autem literas, et in eis contenta, et statuta quaecumque nulla umquam ex causa, colore, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam ex eo quod paroeciarum patroni sive ecclesiastici, sive laici, vel alii quilibet in praemissis, seu in eorum aliquo jus, aut interesse, quamvis ex fundatione, dotatione, vel ex alio quocumque titulo etiam oneroso, seu privilegiato habentes, vel habere praetendentes etiam quomodolibet in futurum cujusvis status, ordinis, congregationis, instituti, praeeminentiae etiam cardinalitiae, vel quacumque alia ecclesiastica vel mundana dignitate fulgentes quamvis specifica, et individua mentione, et expressione digni illis non consenserint, seu quod aliqui ex ipsis ad ea minime vocati vel etiam nullimode, aut non satis auditi fuerint, neque causae propter quas praesentes emanaverint satis adductae, probatae, aut verificatae fuerint de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae aut consensus interesse habentium aliove quolibet defectu quantumvis magno, inexcogitato et substantiali, sive etiam ex eo, quod in praemissis solemnitates et quaecumque alia forsan servanda, et adimplenda, minime servata et adimpleta fuerint, notari, impugnari, aut in controversiam, et judicium vocari, seu adversus eas restitutionis in integrum, aperitionis oris, aut aliud quodcumque juris, facti vel justitiae remedium impetrari posse: sed tamquam ex pontificiae providentiae officio, et motu-proprio, certa scientia, matura deliberatione, deque Nostrae apostolicae potestatis plenitudine factas et emanatas omnimoda firmitate perpetuo validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis quorum favorem concernunt plenissimo suffragari, atque etiam ab omnibus, ad quos respective pertinet, et pertinebit in posterum inviolabiliter observari volumus et decernimus; sicque et non aliter in praemissis per quoscumque ordinarios, et delegatos judices etiam causarum palatii apostolici auditores ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, eorumque congregationes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, censeri, ac definiri, irritum et inane decernentes quidquid ab eorum quolibet in contrarium judicari, et decerni, seu scienter vel ignoranter attentari contigerit.

§. 60. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, de suppressionibus committendis, vocatis, quorum interest, aliisque Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, omnibusque, et singulis Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum constitutionibus et ordinationibus, nec non quarumcumque ecclesiarum etiam patriarchalium, seu ordinum, congregationum, et institutorum etiam specialiter exprimendorum quantumvis juramento, confirmatione apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, literis apostolicis, concessionibus, donationibus, indultis etiam in corpore juris clausis, aut sub quibusvis formis, et verborum tenoribus seu clausulis, et decretis etiam derogatoriarum derogatoriis et irritantibus in genere, vel in specie etiam motu-proprio et de apostolicae potestatis plenitudine, seu consistorialiter, aut ad rogum, aliorumque supremorum principum instantiam, vel peculiarium quorumcumque meritorum intuitu, aliove titulo etiam oneroso, quibuscumque capitulis, ordinibus, monasteriis, congregationibus, institutis, locis piis, collegiis, societatibus, gentibus, familiis, personis quacumque ecclesiastica, vel mundana dignitate fulgentibus quamtumvis specifica et individua mentione dignis, aliisque quibuslibet in contrarium praemisso- Derogatio contrariorum.

rum concessis ac pluries etiam confirmatis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis etiamsi de illis eorumque totis tenoribus, et formis specialis, specifica, et individua mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, causas et occasiones ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso et forma in illis tradita observata inserti forent praesentibus pro expressis insertis, ac specificatis habentes pari motu, scientia, et apostolicae Nostrae auctoritatis plenitudine illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum plenissimo et latissime, ac specialiter, et expresse derogamus, eaque respective, et quatenus praesentibus adversantur, de medio tollimus, et abolemus.

Fides habenda transumptis.

§. 61. Praesentium vero literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eamdem fidem in judicio et extra haberi volumus, quae ipsis praesentibus haberetur, si originaliter exhiberentur.

Sanctio poenalis.

§. 62. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae suppressionis, extinctionis, exemptionis, erectionis, circumscriptionis, solutionis, assignationis, collationis, concessionis, derogationis, indulti, facultatis, decreti, statuti, mandati, et voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quarto, kalendis novembris, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 4. nov. 1824. Anno II.

LXIV.

Concessio aedium facta congregationi Societatis Jesus ad effectum instaurandi collegium Nobilium, et collegium Germanicum Hungaricum.

Monsignor Belisario Cristaldi Nostro e della Nostra Camera Apostolica tesoriere generale.

Fondatio collegii Nobilium de urbe.

§. 1. Intenti fin dai primi giorni della esaltazione Nostra al pontificato a procurare i mezzi tutti diretti alla buona istruzione, ed alla educazione della gioventù, e riconoscendo, che dalla buona istituzione di questa dipende come la riforma de' costumi, e l'emenda delle massime pericolose, ovunque serpeggianti a danno della religione, e della sovranità, così pur l'ordine, la quiete, e la regolarità di qualunque stato; determinammo con Nostro motu-proprio in forma di breve spedito li 19 maggio dell' anno corrente di restituire il collegio Romano, e l'esercizio delle pubbliche scuole in esso collegio alla Compagnia di Gesù, come più ampiamente risulta dal breve suindicato; annonciammo, e stabilimmo nel breve medesimo di fondare un collegio per la educazione, ed istruzione di nobili convittori in particolare adattata abitazione, da determinarsi, assegnarsi, o consegnarsi assolutamente entro sei mesi prossimi decorrendi dalla data del detto breve, stabilendo, che il governo di detto collegio dovesse rimanere parimento affidato alla direzione dei chierici regolari di detta Compagnia di Gesù, come lo era prima della soppressione, senza però che potesse a riflesso di tal carico dimandarsi dai medesimi alcun assegnamento, oltre i mensuali scudi mille assegnati, ed ordinando fin d' allora la consegna ai soci della compagnia della casa suburbana esistente presso la città di Tivoli, che già ora ad eso dall' antico collegio de' Nobili, e ad onesto diporto dei nobili alunni nel tempo di villeggiatura.

sub regimine Patrum Societatis Jesus.

Concessio domus.

§. 2. Volendo ora ridurre a compimento le Nostra intenzioni, ripristinando il detto collegio in Roma sotto la cura della stessa Compagnia di Gesù, non abbiamo creduto di poter scegliere abitazione più adattata a quest' oggetto di quella, che già ora al medesimo destinata, o situata nella strada, che dalla piazza della chiesa di s. Ignazio tende alla piazza della Rotonda, nella quale trovasi attualmente collocata la segreteria, computisteria, e cancelleria della reverenda fabbrica di s. Pietro, al riflesso specialmente di rimanere il locale indicato prossimo per la sua situazione alla chiesa di s. Ignazio, ed al collegio Romano, nel quale in seguito di detto Nostro motu-proprio già fin dal 1.° del mese spirato di ottobro sonosi trasferiti i chierici regolari della Compagnia di Gesù per l' esercizio delle pubbliche scuole, dai medesimi già ora riaperte; ed abbiamo pensato di traslocare gli offizj suin-

menzionati inservienti alla fabbrica di s. Pietro nel palazzo già Sampieri, acquistato nei scorsi mesi da voi per la Nostra camera apostolica, in vista di ordine a voi datone, per aversi pronto alla esecuzione di quelle providenze, che già intendevamo di adottare.

Reintegratio collegii Germanici Ungarici, et concessio aedium collegii Umbro Fuccioli.

§. 3. Contemporaneamente ravvolgemmo nella Nostra mente il pensiero di ripristinare il collegio Germanico Ungarico: ma si presentò subito la difficoltà, che rimanendo già per altra Nostra precedente disposizione trasiocate nel locale annesso alla chiesa di s. Apollinare, che prima era ad uso del detto collegio, il seminario del clero Romano ed il vicariato di Roma, e dovendosi trasiocare ancora gli offiej tutti del vicariato medesimo non sarebbe potuto lo stesso locale, comunque ampliato, pienamente riuscire al doppio suindicato oggetto, e quindi stabilimmo di fissare locale separato e distinto per il suddetto collegio Germanico-Ungarico in quello attualmente addetto al collegio dell'Umbria, denominato Umbro-Fuccioli, esistente nella piazza di s. Lucia delle Botteghe Oscure. Pria peraltro di ordinare la esecuzione di tali provvidenze stimammo prudente d'interpellarvi, essendo pervenuto a Nostra notizia, che il palazzo succennato già anticamente ad uso di educazione degli alunni nobili sotto la direzione della Compagnia di Gesù venisse dopo la soppressione delle compagnia acquistato dal Monte di Pietà di Roma, quale attualmente trovasi a carico della Nostra camera apostolica sotto la vostra assoluta amministrazione, e direzione, ed essendoci anche necessario di conoscere, se avevate ad alcun uso addetto il palazzo Sampieri, che intendevamo di cedere alla reverenda fabbrica di s. Pietro, in surrogazione all'altro sopranominato palazzo; ora voi soddisfacendo a tali ricerche ci avete esposto, trovarsi disponibile ad ogni Nostra determinazione il palazzo Sampieri, come eziandio ci avete riferito, che l'altro palazzo suddetto nella vicinanza della piazza di s. Ignazio, dopo la soppressione della Compagnia di Gesù venisse acquistato dal Monte di Pietà, in seguito di due separati contratti, col primo de' quali del dì 10. gennajo 1774. il cardinale Guglielmo Pallotta allora tesuriere in forza di chirografo della felice memoria di Clemente XIV, segnato nel dì 30 del dicembre 1773, cedesse al Monte il palazzo indicato valutato in scudi trentadue mila, de' quali ventimila soltanto furono sborsati dal Monte, giacchè i residuali scudi dodicimila rimasero, in esecuzione del chirografo suddetto, rilasciati, o condonati a favore del Monte di Pietà per agevolare maggiormente l'opera pia dei prestiti su i pegni alla classe indigente, e col secondo contratto del dì 21. aprile dello stesso anno 1774. celebrato dal cardinale Andrea Corsini, come economo del seminario Romano, pel prezzo di scudi dodicimila fossero dal Monte acquistate le botteghe colle abitazioni annesse, e con tutti gli altri locali, niuno escluso, posti sotto il palazzo suddetto, quali erano rimasti nel primo contratto preservati a favore della camera apostolica, e del patrimonio ex Gesuitico. Ci avete ancor riferito, che con istromento del dì 26 agosto 1796. il tribunale della Fabbrica di s. Pietro riportasse, previo opportuno beneplacito apostolico, l'investitura, ed enfiteusi perpetua di detto palazzo, e degli altri locali annessi dal Monte di Pietà proprietario, sotto diverse condizioni per l'annuo stabilito canone di scudi mille cinquecento trenta, in forza del quale contratto enfiteutico non sia al presente il monte se non che padrone diretto del palazzo, e locali annessi al medesimo, avendone l'utile dominio la fabbrica di s. Pietro, servendo il locale suddetto a riunione dei diversi uffiej del tribunale, e dell'amministrazione della fabbrica, e rimanendo poi a privati inquilini locata la parte del medesimo superflua al disimpegno dei detti uffiej: ricevuto da voi tale rapporto, tanto più ci sembrò conveniente richiamare all'antico uso il palazzo, già addetto al collegio de' Nobili ed insieme al seminario Romano, in quanto che al seminario già avevamo in altro modo provveduto, ed il collegio dei Nobili n'era rimasto privo, allorchè cessò di esistere insieme colla Compagnia di Gesù, a cui apparteneva; di modo che tornando ora ad esistere l'uno, e l'altra, era ben congruo richiamare il palazzo alla proprietà della compagnia, ed all'uso del collegio. Ed altronde rilevando Noi, che nei passaggi occorsi del locale suddetto fortunatamente non avea avuto luogo contrattazione, e disposizione alcuna tra particolari, ma soltanto tra stabilimenti pii dipendenti tutti dalla santa Sede, e dalla Nostra apostolica autorità, e rilevando altresì, che il diritto, quale ha nel locale la fab-

brica di s. Pietro, non consiste, che nel solo dominio utile procuratosi ad oggetto di riunire nel medesimo i diversi officj dalla sua amministrazione, ci sembrò ben facile di provvedere al bisogno della reverenda fabbrica, surrogando il palazzo Sampieri, ora camerale, assai capace di raccogliere tutti gli offici della medesima.

Concessae domus liberae declarantur, proviso indemnitati jus habentium.

§. 4. Volendo pertanto commettere ad esecuzione le provvidenze sovra espresse, in parte già da Noi pubblicate, e dare alle medesime la piena esecuzione, di certa scienza, e ben matura deliberazione, per la pienezza della Nostra pontificia potestà, col presente Nostro chirografo ordiniamo, stabiliamo, e dichiariamo risolute tutte le concessioni, disposizioni, e contrattazioni seguite come sopra nel tempo intermedio alla ripristinazione della Compagnia di Gesù tra la camera Nostra apostolica, e congregazione dei cardinali deputata alla direzione, ed amministrazione della chiesa di s. Ignazio, collegio, e seminario Romano, ad il Monte della Pietà, e tra questo, o la fabbrica di s. Pietro; dichiarando rescissi, e come non avvenuti i contratti tutti sovraindicati, derogando colla pienezza della potestà Nostra alle solennità tutte di chirografi, e beneplaciti dei predecessori Nostri intervenuti per la effettuazione, ed autorizzazione dei contratti suddetti, il tenore dei quali intendiamo, che si abbia qui per espresso; e quindi ordiniamo, che sia reintegrata, come effettivamente reintegriamo la Compagnia di Gesù nella proprietà del palazzo suenunciato, e delle fabbriche al medesimo annesse, e loro dipendenze nello stesso modo in cui godevalo prima della soppressione, (nello stato però, in cui trovaasi attualmente il suddetto palazzo, e fabbriche annesse) col solo peso degli antichi censi esistenti prima della soppressione della Compagnia di Gesù, e non di altri, che fossero sopravvenuti; e questa reintegrazione la facciamo specialmente ad oggetto d' ivi ripristinare, e nuovamente aprire il collegio dei Nobili, a forma in tutto di quanto pria di detta epoca praticavasi nel locale medesimo per l' oggetto anzidetto. Ed affinchè il tribunale, e l' amministrazione della fabbrica di s. Pietro abbia, come attualmente, riuniti in un solo locale gli uffiej tutti a se relativi, vogliamo, che debbano questi tutti trasferirsi, o collocarsi nel palazzo già Sampieri, ora di pertinenza camerale, e perciò ordiniamo a voi, come tesoriere della Nostra camera di cedare alla fabbrica di s. Pietro all' oggetto suddivisato il detto palazzo con tutti i suoi annessi, e dipendenze, affine di averlo, possederlo, e goderlo tal quale lo ha acquistato la Nostra camera, ed a forma di quanto conveniste nell' istromento d' acquisto da voi stipolato: come eziandio supplirete a tutta vostra cura, e carico della istessa Nostra camera a tutte le spese occorrenti al collocamento conveniente nel detto palazzo degli uffiej di detta fabbrica di s. Pietro esistenti ora nell' altro palazzo, al godimento del quale abbiamo, come sopra, reintegrata la Compagnia di Gesù, attribuendovi a tale oggetto le facoltà qualsivogliano opportune, con dichiarazione, che rimanendo libera la reverenda fabbrica dell' annuo canone di scudi millecinquecento trenta, rispetto al sagro Monte, debba corrispondere il canone, di cui è gravato il palazzo Sampieri in somma tanto minore, cioè di soli scudi quattrocento. Affinchè poi il pio stabilimento del Monte di Pietà non abbia a risentire per le disposizioni come sopra dettate diminuzione veruna nelle sue rendite erogabili nei prestiti su i pegni alla classe indigente estremamente cara al Nostro cuore, destinerete al Monte suddetto una rendita annua perpetua, corrispondente all' intiero canone dal medesimo convenuto colla fabbrica di s. Pietro nell' annua quantità di scudi mille cinquecento trenta, dandovi relativamente alla cessione, o destinazione da farsi di detta rendita a carico della Nostra camera le facoltà tutte necessarie, ed opportune. E volendo ora commettere ad effetto anche l' altra Nostra determinazione già sopraespressa relativamente alla destinazione di locale adattato per il collegio Germanico Ungarico, non essendo per i motivi indicati più compatibile la residenza del medesimo nel locale di s. Apollinare, dopo avere sopra tal oggetto presi gli opportuni concerti col preposito generale della Compagnia di Gesù, abbiamo con piena di lui soddisfazione determinato di surrogare per residenza del detto collegio il locale del collegio Umbro-Fuceioli, del quale perciò con tutte le sue pertinenze, dipendenze, ed annessi, nello stato in cui al presente ritrovasi, ordiniamo la cessione assoluta in favore de' chie-

rici regolari della Compagnia di Gesù, ed in loro nome del preposto generale della medesima, riserbandoci di dettare in appresso le determinazioni convenienti tanto rapporto ai collegiali, quali ed esistessero, od avrebbero luogo nel collegio Umbro-Foccioli, quanto sovra i beni, ed effetti destinati al loro mantenimento. Dovranno intanto i beni già appartenenti al collegio Germanico-Ungarico, e tuttora esistenti sotto particolare amministrazione, passare, e tornare in piena proprietà, ed amministrazione libera, ed assoluta dei chierici regolari della Compagnia suddetta di Gesù dal primo del nuovo prossimo anno per il mantenimento di detto collegio Germanico-Ungarico, da trasportersi come sopre nel locale anzidetto del collegio Umbro-Fuccioli, meno che il fondo denominato la Parinla per il motivo di sopra espresso, restendo l'intero locale di s. Apollinaro, e fabbricato tutto annesso, comprese le sottoposte botteghe, o la chiesa dedicata a s. Apollinaro con tutti gli arredi sagri, e robbe appertenenti alla medesima, applicati in perpetuo al vicariato di Roma, ed al Nostro seminario Romano: incaricando però voi Nostro tesoriero generale di assumere a carico del Nostro erario i censi creati per l'ampliezione della detta fabbrica, ed autorizzandovi a surrogare altri fondi di proprietà camerale in luogo de' fondi censiti, supplendo colla pienezza della Nostra autorità al consenso de' creditori censuarj, e senza loro pregiudizio, e derogando per la esecuzione, e perfetta osservanza di tutto le cose suddette a tutte, o singole disposizioni de' predecessori Nostri, in qualunque forma, o modo si trovassero emanate.

Concessio subventionis pecuniariae pro sumptibus necessariis pro reductione aedium ad eorum destinatum.

§. 5. Alla piena esecuzione delle disposizioni come sopra dettate ordiniamo, che debbano nell'anno prossimo 1825. trasferirsi nel nuovo locale, destinato come sopra, alla residenza del collegio Germanico tutti i collegiali provvisoriamente dimoranti nella casa professa del Gesù, che vi si debbano altresì ricevere, a proporzione delle rendite, quelli che in seguito saranno per venire al collegio suddetto. All'effetto poi, che possa la Compagnia suddetta di Gesù sopplire alle spese che saranno per occorrere, onde ridurre il palazzo ora ritenuto dalla fabbrica di s. Pietro della presente destinazione del medesimo a quella conveniente di collegio, ed in compenso altresì delle spese, e di qualunque restauro, o adattamento occorrente al locale del collegio Umbro-Fuccioli, e di quelle spese ancora alle quali ha supplito del proprio la compagnia nella fabbrica del collegio Romano per adattarla nell'interno al ricevimento degl'individui dell'ordine, ed agli altri usi, assegniamo alla Compagnia di Gesù per una sol volta la somma di scudi diecimila, da passarsi ratatamente alla medesima nel corso di un anno dalla Dataria apostolica, a cui abbiamo già passati gli ordini opportuni per la somministrazione suddetta. Ed interessandoci sommamente la pronta ed esatta esecuzione di queste Nostre sovrane disposizioni, diretto alla ripristinazione di due grandiosi stabilimenti utilissimi per le educazione tanto della Nostra gioventù che della estera, egualmente a Noi affidata nel regime della Chiesa universale, ne incarichiamo tutti, e ciascuno rispettivamente in ciò, che li risguarda, ma più particolarmente voi, come tesoriere generale della Reverenda Camera, per tuttociò che risguarda il Nostro erario, come sopra.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 6. Volendo, e decretando, che il presente Nostro chirografo ammesso, e registrato in camera, secondo la bolla di Pio IV *de registrandis*, vaglia, o debba avere il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore in virtù della semplice Nostra sottoscrizione: che non possa a tutte, o singole cose contenute nel medesimo mai darsi, nè opporsi eccezione di orrezione, o surrezione, nè di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà: che mai sotto tali, o altri pretesti, colori, titoli di qualsivoglia validità, ed efficacia essi siano, ancorchè *di jus quaesito*, o di interesse del terzo, non possa mai quanto si è da Noi col presente chirografo ordinato, o disposto essere impugnato; moderato, rivocato, ridotto ad *viam juris*, neppure per *aperitionem oris*, e non altrimenti debba nelle cose premesse giudicarsi, definirsi, ed interpetrarsi da voi, da qualunque siasi tribunale, congregazione, ancorchè di reverendissimi cardinali, Rota, Camera, e qualunque altra autorità, benchè degna d'individua, a specialissima menzione; togliendo a tutti indistintamente ogni facoltà, a giurisdizione di definire, ed interpretare in contrario, e dichiarando fin da ora nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che da ciascuno di qualunque autorità munito scientemente, o

ignorantemente fosse giudicato, o si tentasse di giudicare, e prescrivere contro la forma, e disposizione del presente chirografo, benchè non siano state chiamate, e sentite qualsisiano persone, che avessero, o pretendessero avervi interesse, nè vi sia stato chiamato, citato, nè inteso il commissario della Nostra camera.

Derogatio contrariorum. §. 7. Non ostante finalmente qualunque altra costituzione, chirografo, breve, legge, stile e consuetudine, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali cose tutte, e singole, avendone qui il tenore per espresso, e riferito di parola in parola, in quanto possano opporsi alla piena, e totale esecuzione di quanto si prescrive, e contiene nel presente chirografo ampiamente, ed in ogni più valida maniera deroghiamo, ancorchè tali costituzioni apostoliche, ad altre ordinazioni fossero rivestite di clausole derogatorie delle derogatorie. Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano questo di 1. novembre 1824.

Leo PP. XII.

Dat. die 8. nov. 1824. Anno II.

LXV.

Applicatio reddituum duarum ecclesiarum parochialium s. Michaelis de Fontillas, et s. Vincentii de Cidadelhe favore piae domus presbyterorum saecularium Missionis civitatis Lisbonensis.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Inter multa onera cum sacrosancti apostolatus officio debilibus humeris Nostris imposita illud etiam connumerandum censemus, et si quando graviores controversiae inter ecclesiasticas personas ortae sint, eas resecatis tum litium diuturnitatibus, ac dispendiis, tum partium querelis, ac simultatibus definitionis Nostrae oraculo decidamus, penitusque de medio tollamus.

Expositio precum. §. 2. Nuper siquidem dilectus filius eques Joannes Petrus Migueis de Calvalho e Brito apud hanc sanctam Sedem negotiorum gestor nomine carissimi in filii Christo Nostri Joannis Portugalliae, Brasiliae, et Algarbiorum regis fidelissimi Nobis exposuit, quod licet sanctae mem. Benedictus XIV. praedec. Noster per triplices suas sub plumbo literas datas pridie kalendas octobris anni Domini millesimi septingentesimi quadragesimi quinti, quarto kalendas decembris anni millesimi septingentesimi quinquagesimi, et octavo kalendas decembris anni millesimi septingentesimi quinquagesimi secundi cuncta disposuerit pro perpetua applicatione reddituum duarum liberae ordinariae collationis parochialium ecclesiarum, unius videlicet s. Michaelis de Fontillas, et alterius sancti Vincentii de Cidadelhe nuncupatarum in dioecesi Portugallensi existentium favore piae domus presbyterorum saecularium congregationis Missionis tunc ad spirituale Christifidelium commodum et utilitatem in civitate Lisbonensi regiis sumptibus noviter erectae: nihilominus ob interjectas praedictarum parochialium possessores varias oppositiones ea, quae a supralaudato Benedicto pontifice sancita fuerant, ad plenariam executionem hucusque demandari minime potuerunt.

Tenor concessionis. §. 3. Votis igitur praefati regis benigne annuere, et controversias hujusmodi omnino dirimere cupientes motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine supramemoratarum trium literarum tenores praesentibus pro integre insertis habentes, et quaestiones quaslibet super hoc negotio ad Nos avocantes, silentiumque super iis imponentes, decernimus, atque statuimus, quod eveniente quovismodo ex personis modernorum rectorum antedictarum parochialium de Fontillas et de Cidadelhe respective vacatione, illarum titulum abbatiale suppressum et extinctum intelligatur, ac futuri parochi praevio assueto concursu ex pro tempore existente episcopo Portugallensi, at antea praesentandi, et in posterum canonice instituendi debeant vicarii perpetui dumtaxat appellari, quodque omnia et singula praedia vulgo Passays nuncupata, ut cujusvis generis fructus, redditus, et proventus, primitiae, decimae, canones, census, pensiones, cunctaque alia jura realia, et dominicalia per abbates possessa cum suis oneribus cedant integre, et absque ulla prorsus exceptione in perpetuam veram et realem possessionem, commodum

et utilitatem supradictae domus congregationis Missionis civitatis Lisbonensis, atque a presbyteris ejusdem congregationis semper libere ac privative administrentur.

Conditio concessioni adjecta.

§. 4. Hac solummodo expresse adjecta conditione, quod praedicta congregatio ambarum parochialium ecclesiarum dumtaxat fabricam prout antea debebant abbates, exceptis tamen expensis, quae vulgo quisamentos appellantur, opportune manutenere; cuilibet ex duobus vicariis curatis perpetuis, quibus universa stolae emolumenta de pede altaris noncupata spectabunt, necessariam pro respectiva eorum habitatione domum parochialem ipsorum vicariorum sumptibus manutenendam, nec non portionem praedii Passays nuncupati ad quamdam olerum pro parochorum usu plantationem respective assignare, itemque annuam congruam juxta morem et consuetudinem dioecesis Portugallensis pro decenti uniuscujusque vicarii sustentatione, ac domus residentiae parochialis tuitione, habita quoque expensarum pro quisamentis ratione in summa ab infrascripto praesentium literarum exequutore praefinienda solvere perpetuis futuris temporibus debeat ac teneatur.

Deputatio executoris apostolici.

§. 5. Ut autem cuncta a Nobis, ut supra disposita rite, ac celeriter ad suum perducantur effectum, venerabili fratri Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali patriarchae Lisbonensi, quem harum Nostrarum literarum exequutorem eligimus, ac deputamus, ejusque in patriarchatu Lisbonensi successoribus necessarias omnes, et opportunas tribuimus facultates, ut singula instrumenta, et documenta quaelibet respicientia jus, et bona quaecumque dictarum parochialium presbyteris memoratae domus congregationis Missionis absque mora tradere facere, parique modo enunciatam congruam utrique vicario curato perpetuo singulis annis ab antedicta congregatione Missionis persolvendam stabiliter praefinire, ac sive per se, sive per dilectos filios pro tempore existentem vicarium suum generalem, provisorem patriarchalem appellatum, vel actualem priorem collegiatae ecclesiae regalis de Guimaraens nuncupatae omnia ut supra ordinata perficere, ac super quacumque oppositione in actu exequutionis hujusmodi quomodolibet forsan oritura servatis de jure servandis etiam definitive, ac quacumque appellatione remota pronunciare, delegata sibi apostolica auctoritate libere ac licite possit, et valeat.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Praesentes vero literas, et in eis contenta, ac statuta quaecumque etiam ex eo quod quilibet in praemissis interesse habentes, vel habere praetendentes illis non consenserint, vel vocati et auditi non fuerint, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aliove quolibet etiam substantiali defectu notari, impugnari, aut alias infringi, suspendi, restringi, limitari, vel in controversiam vocari nunquam posse, sed illas tamquam ex pontificiae providentiae officio, motu proprio, certa scientia, et potestatis plenitudine emanatas perpetuo validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, atque ab omnibus, ad quos spectat et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum et prorsus inane esse ac fore volumus atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus quibusvis litium pendentiis, ac quovis decreto seu quavis sententia in contrarium praemissorum forsan facta, seu lata, ac Nostris, et cancellariae apostolicae regulis de jure quaesito non tollendo, nec non dictarum parochialium quibusvis privilegiis, indultis, et concessionibus, licet specifica et individua mentione dignis, aliisque specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; quibus omnibus et singulis ad praemissorum effectum latissime et plenissime, ac specialiter et expresse derogamus, et derogatum esse declaramus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam Nostrae applicationis, statuti, assignationis, electionis, deputationis, mandati, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quarto, sexto Idus novembris, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 11. [illegible] Anno II.

LXVI.

Erectio sedis Oleastrensis in regno Sardiniae.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

§. 1. Apostolatus officium Nobis ex alto commissum indesinenter Nos urget, atque sollicitat, ut illuc novos constituamus praesules, ubi fideles populos locorum distantia, itinerumque longinquitate sejunctos quodammodo viduatos agnoscimus proprio pastore, qui in tanta praesertim temporum acerbitate sancta, et inconcussa catholicae fidei dogmata omnibus a recta via declinantibus opponat, gregemque suum verbo, et exemplo ita instruat assidue, ut uberrimi sacramentorum pabuli particeps factus coronam vitae in triumphantis Ecclesiae sinu mereatur accipere.

Expositio precum.

§. 2. In hac ipsa consideratione carissimus in Christo filius Noster Carolus Felix Sardiniae rex illustris praedecessorum suorum vestigiis laudabiliter inhaerens valde in rem sacram opportunum fore Nobis declaravit, si quod jam usque ab anno millesimo septingentesimo nonagesimo septimo circa novae sedis episcopalis Oleastrensis in actu provisionis archiepiscopatus Calaritani fuerat a recordata memoria Pio papa VII. designatum, ac etiam in literis promotionis moderni illius archiepiscopi statutum, ac expressum, id nunc ad optatum perducatur effectum.

Dismembratio provinciae Oleastrensis a dioecesi Calaritana.

§. 3. Nos igitur piis laudati regis votis quantum in Domino possumus, benigne obsecundantes, omnibusque rite perpensis ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praevia Oleastrensis provinciae, aliorumque pagorum numerum triginta locorum constituentium disjunctione ac dismembratione a dioecesi Calaritana terram Tortoli, quae prae caeteris dignior habetur, et in dicta provincia commodior reperitur, in civitatem episcopalem cum omnibus honoribus, privilegiis, et praerogativis, quibus aliae civitates pontificali sede decoratae, earumque cives non tamen titulo oneroso acquisitis in praefato Sardiniae regno gaudent, erigimus, aliasque terras vel pagos nuncupatos, Ardali, Arzana, Bari Bonnei, Elini Esterzili, Gairo, Girasul, Jerzu, Ilbono, Lanusei, Loceri, Lozzorai, Manurri, Ossini, Perdasde, Fogo, Sedali, Scalaplano, Serçi, Seulo, Tsiana, Tertenia, Friei, Ulassai, Urzelei, Ussassai, Villagrande Strisaili, Villanova Strissili, Villspuzzo cum omnibus in illis respective consistentibus parochialibus, collegiatis, aliisque ecclesiis, monasteriis, conventibus, et quibuslibet saecularibus, vel quorumcumque ordinum regularibus: beneficiis ecclesiasticis, ac utriusque sexus personis, habitantibus, et incolis tam laicis, quam clericis, et beneficiatis pro territorio dioecesano Oleastrensi constituimus et assignamus.

Erectio ecclesiae cathedralis sub invocatione s. Andreae apostoli.

§. 4. In eadem vero civitate Tortoli existentem parochialem ecclesiam sub invocatione s. Andreae apostoli ad gradum cathedralis ecclesiae Oleastrensis nuncupandae, sub ipsius s. Andreae apostoli invocatione, et cum eadem animarum cura evehimus, et extollimus, illamque metropolitico juri pro tempore existentis archiepiscopi Calaritani uti suffraganeam subjicimus, ac in ea sedem, cathedram, et dignitatem episcopalem pro uno deinceps episcopo Oleastrensi nuncupando, qui eidem ecclesiae, civitati, ac dioecesi Oleastrensi praesit, ac omnia, et singula jura, officia, et munia episcopalia exerceat cum suis infrascripto capitulo, arca, sigillo, mensa episcopali, seminario puerorum ecclesiastico, caeterisque pontificalibus insigniis, jurisdictionibus, praerogativis et indultis realibus, et pastoralibus ad alias cathedrales ecclesias ipsius regni Sardiniae, non tamen ex peculiari privilegio, vel titulo oneroso spectantibus eadem apostolica auctoritate erigimus, et constituimus.

Erectio capituli.

§. 5. In antedicta porro ecclesia cathedrali Oleastrensi capitulum institutum volumus ex unica archipresbyteratus curati majori post pontificalem dignitate, et sex canonicis ordinis presbyteralis, quorum alter theologus, alter erit poenitentiarius, nec non ex sex beneficiatis residentialibus, qui servitio chori, capituli, et parochi erunt semper obstricti. Animarum cura erit penes archipresbyterum, cui adjutrices praebere manus debebunt omnes canonici modo, et forma a futuro Oleastrensi episcopo praescribenda: tam archipresbyteratus, quam quilibet canonicatus ab apostolica Sede, atque

ab episcopo respective conferentur praevio canonico concursu, et servata quoad praebendas theologalem et poenitentiariam dispositione contenta in litteris apostolicis in forma brevis incipientibus « *Nuper* » editis a sanctae memoriae Clemente XIV. praedecessore Nostro sub die vigesima nona decembris anni millesimi septingentesimi sexagesimi noni. Tali deinde efformato capitulo facultatem impartimur gaudendi omnibus, et singulis honoribus, et privilegiis non tamen titolo oneroso acquisitis, quibus aliae cathedrales ecclesiae ejusdem Sardiniae insulae legitime ac libero fruuntur, et gaudeat, itemque condendi quaelibet statuta, ordinationes, et decreta, licita tamen et honesta, ac sacris canonibus, decretisque concilii Tridentini, et apostolicis constitutionibus minime adversantia, quae postmodum pro eorum robore et plenario effectu erunt omnino ordinario subjicienda, et ab eo speciatim approbanda.

Adsignatio aedium pro habitatione episcopi et seminario clericorum.

§. 6. Pro decenti porro, et commoda futuri episcopi Oleastrensis, ejusque in episcopatu successorum cum ecclesiastica sua curia habitatione, ac pro ecclesiastici puerorum ad praescriptum concilii Tridentini seminarii erectione peculiares aedes in antedicta civitate Tortoli a praelaudato rege pro hujusmodi respectivis usibus eligendas concedimus et assignamus.

Dotatio mensae, et seminarii.

§. 7. Atque ut pro tempore existentis episcopi et capituli Oleastrensis, nec non seminarii puerorum ecclesiastici congruae dotationi respective consulatur, omnes praestationes, redditus, ac decimas ex antedictis terris, seu pagis a dioecesi Calaritana dismembratis obvenientes, atque, ut asseritur, deductis oneribus summam annuam viginti quinque millium sexcentum circiter librarum monetae Sardiniae attingentes, ac certo modo ab infrascripto praesentium literarum exequutore praefiniendas, et in suo decreto exequutoriali exprimendas antedictis episcopo, capitulo, et seminario perpetuo in posterum applicandas esse decernimus, ita ut episcopo decem mille quatuorcentum librae, capitulo cathedrali librae septem mille tercentum, seminario episcopali termille biscentum librae annuatim respective tribuantur, reliquae autem librae quatuor mille septingenta circiter ab eodem exequutore collatis cum futuro Oleastrensi episcopo consiliis tam in augomentum dotationis seminarii, quam in hujusce novae dioecesis parochorum, seu rectorum congruam integre ac fideliter erogentur. Quoniam vero praefata cathedralis capituli dotatio inter praebendas ac distributiones erit dividenda, et archipresbyteratus propria sua parochiali praebenda perget gaudere, hinc est quod medietas annuae summae hujusce dotationis pro praebendis canonicatuum praefinienda quoad duas ex quinque partibus canonicis theologo, et poenitentiario, et quoad reliquas tres ex quinque partibus quatuor aliis canonicis erit respective assignanda; altera autem medietas ipsius annuae summae praedictae dotationis pro distributionibus inter archipresbyterum, et sex canonicos, sexque residentiales beneficiatos aequaliter partienda erit pariformiter assignanda.

Praefinitio territorii novae dioecesis.

§. 8. Antedictam profecto civitatem Tortoli, atque integrum novae dioecesis Oleastrensis territorium cum omnibus et singulis in eis contentis ab archiepiscopi Calaritani ordinaria jurisdictione prorsus eximimus et liberamus, ipsasque civitatem, ac dioecesim eum quibuslibet ecclesiis, beneficiis, monasteriis, conventibus, et utriusque sexus personis tam laicis, quam ecclesiasticis saecularibus, et regularibus non tamen exemptis ordinariae spirituali jurisdictioni ac potestati futuri ac pro tempore existentis Oleastrensis episcopi perpetuo itidem subjicimus atque supponimus.

Nominatio archipresbyteri aliorumque canonicorum.

§. 9. Ad consulendum interea celeriori novi capituli cathedralis Oleastrensis erectioni modernum rectorem primodictae parochialis ecclesiae s. Andreae apostoli ad unicam post pontificalem majorem et curatam archipresbyteratus ejusdem cathedralis ecclesiae Oleastrensis dignitatem transferimus et promovemus; atque harum literarum exequutori potestatem facimus, ut pro hac prima vice Nostro et Sedis apostolicae nomine servatis supradictis omnibus servandis sex approbatos dignos et idoneos presbyteros in totidem respectivis canonicatibus praebendis, aliosque sex dignos pariter, et idoneos ecclesiasticos viros in totidem beneficiatis residentialibus respective itidem canonice instituat, ea tamen adjecta conditione quod suspensa manente, uno tantummodo excepto

archipresbytero, quorumcumque fructuum perceptione idem archipresbyter, et quilibet canonicus atque beneficiatus infra sex menses a die captae per eum possessionis computandos literas apostolicas confirmationis, et novae provisionis respective archipresbyteratus, canonicatus, et beneficiatus a dataria Nostra petere, atque expedire teneatur.

Praeceptum de asportandis documentis in cancellaria Oleastrensi.

§. 10. Ut autem commodo et indemnitati novorum dioecesanorum opportune provideatur, mandamus omnes et singulas chartas, scripturas, instrumenta, testamenta, piorum operum fundationes, et quaevis alia documenta quocumque nomine nuncupata ad praefatas terras, earumque incolas respective spectantia ab archiepiscopali cancellaria Calaritana extrahendas esse, atque ad novam Oleastrensem episcopalem cancellariam transferendas, ibique deponenda et asservanda.

Praeceptum de inscribendis fructibus in libris Camerae.

§. 11. Volumus pariter quod juxta redditus annuos praedictae novae mensae episcopali Oleastrensi ut supra assignandos consueta taxa de more efformetur atque in libris camerae Nostrae apostolicae adscribatur.

Jus nominandi episcopum regi pro tempore reservatur.

§. 12. Quoniam vero archiepiscopalis ecclesia Calaritana, ex cujus dismembratione nova erigitur episcopalis ecclesia Oleastrensis ad nominationem, seu praesentationem pro tempore existentis Sardiniae regis illustris provideri ab apostolica Sede consuevit, Nos, attentis quoque praeclaris in religionem et Ecclesiam meritis praelaudati regis Caroli Felicis libenter concedimus, ut hac etiam prima vice et in futuris vacationibus idem rex, ejusque in Sardiniae regno successores dignam et idoneam, iisque dotibus quas sacri canones requirunt praeditam ecclesiasticam personam nominare, seu praesentare valeat a Nobis et Romanis pontificibus successoribus Nostris juxta statutas formas per apostolicas literas canonice promovendam, et instituendam.

Deputatio executoris apostolici.

§. 13. Denique ut cuncta a Nobis ut supra disposita rite ad suum perducantur effectum venerabilem fratrem Nicolaum Navone modernum archiepiscopum Calaritanum in harum literarum apostolicarum exequutorem, cum omnibus et singulis necessariis, et opportunis facultatibus eligimus, ac deputamus, ut collatis cum laudato rege consiliis, ac praevia supramemorata dotatione in valida forma perficienda ad sedis episcopalis Oleastrensis, illiusque capituli cathedralis erectionem, seminarii institutionem, ac dioecesis circumscriptionem procedere, aliaque superius ordinata per se, vel per aliam, seu alias personam vel personas in ecclesiastica dignitate constitutam, seu constitutas ab eo subdelegandam, vel subdelegandas peragere, et super quacumque oppositione in actu exequutionis hujusmodi quomodolibet forsan oritura, servatis tamen de jure servandis, etiam definitive, et quarumque appellatione remota pronunciare, delegata sibi apostolica auctoritate libere, ac licite possit et valeat.

Praeceptum de transmittendis actis executorialibus.

§. 14. Eidem insuper Nicolao archiepiscopo injungimus, ut authentica singulorum tam per se, quam per subdelegatos in hujusmodi executionem conficiendorum actorum exempla intra quadrimestrem ab expleta executione ad apostolicam Sedem transmittat de more asservanda in archivio hujus congregationis rebus consistorialibus praepositae.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 15. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet in praemissis interesse habentes, vel habere praetendentes illis non consenserint, seu quod aliqui ex ipsis minime vocati, aut non satis auditi fuerint, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut alio quolibet quantumvis substantiali defectu notari, impugnari, aut alias infringi, suspendi, restringi, limitari, vel in controversiam vocari minime posse, sed semper et perpetuo validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari; sicque et non aliter per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet qualibet aliter judicandi, et interpretandi facultate judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari; irritum et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 16. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, ac etiam in synodalibus, provincialibus, generalibusque conciliis editis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, praedictaeque metropolitanae ecclesiae Calaritanae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et

consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis concessis; quibus omnibus et singulis illorum tenores pro plene et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum latissime, et plenissime, ac specialiter et expresse harum quoque serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis. §. 17. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae dismembrationis, separationis, translationis, erectionis, institutionis, assignationis, attributionis, concessionis, commissionis, injunctionis, declarationis, decreti, mandati, et voluntati infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quarto, tertio idus novembris, pontificatus Nostri anno secundo.

LXVII.

Dat. die 24 octob. 1824. anno II.

Ampliatio facultatum concessarum poenitentiariis, et confessariis urbis tempore jubilaei.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Annum auspicatissimum magni jubilaei, quem pia christiani populi vota praestolabantur, ex divinae liberalitatis dono laeti nuper denunciavimus, datis in eam rem apostolicis literis nono kalendas junii. Confidimus profecto, dante Deo voci Nostrae vocem virtutis, Nostrasque sollicitudines obsecundantibus carissimis in Christo filiis Nostris catholicis principibus, et in eumdem finem connitentibus venerabilibus fratribus ecclesiarum antistitibus, convolaturos undique filios Israel in civitatem Sion, in qua coelestium thesaurorum dona sibi ex apostolicae Sedis benignitate patere intellexerunt.

Ratio concessionis. §. 2. Nos quidem de tanto bonorum cumulo in eos elargiendo impense solliciti, ad ea comparanda, quibus et foveatur religio, et divini cultus majestas commendetur, et opportuna adventantium commoda praesto sint, curas jampridem pro temporum, quae nacti sumus, ratione convertimus, nullumque charitatis officium patiemur ab humilitate Nostra desiderari.

Idem ut supra. §. 3. Cum vero illud praecipue acceptabili hoc tempore expetatur, ut qui gravioribus criminibus se dedere, atque ecclesiasticis censuris, aliisque conscientiae anxietatibus obstringuntur adeant cum fiducia thronum gratiae, et disrupta demum vincula sua conspicientes sacrificent Deo hostiam laudis; in id etiam animum appulimus, ut pro commissa Nobis divinitus suprema ligandi, atque solvendi potestate, prompta, ac facillora remedia habeantur.

Idem ut supra. §. 4. Hoc proinde consilio praedecessorum Nostrorum exempla ob oculos habentes, nedum in alma urbe Nostra augendum confessariorum numerum, sed et ampliores iisdem facultates adtribuendas censuimus, ut quolibet abjecto difficultatis timore, certaque spe veniae sustentati fidentius omnes vulnera animarum aperiant, et sanitati reddantur, ac paci.

Idem ut supra. §. 5. Copiosiores autem gravissimam hanc pastoralis dispensationis partem certa, rectaque ratione procurari, nec ullum, quoad ejus fieri poterit, circa facultatum praesertim limitas, earumque usum dubitationi, aut errori locum relinqui, constitutioni felicis recordationis Benedicti XIV quae incipit «*Convocatis*» pro jubilaeo pariter editae, in qua de facultatum id genus intelligentia, atque usu omnia perspicue absoluteque tradita perleguntur, decrevimus inhaerere; Nostro idcirco motu proprio, certaque scientia, ac de apostolicae potestatis plenitudine, rem hanc universam ad eum, quem hisce Nostris literis edicimus, modum ordinandam, atque dirigendam mandamus.

De electione poenitentiariorum facienda a cardinali poenitentiario majore. I. §. 6. Quare venerabili fratri Nostro cardinali majori poenitentiario per praesentes committimus, ac demandamus, ut juxta memorati Benedicti XIV, constitutionem, cujus initium «*In apostolicae poenitentiariae officio*» praeter consuetos trium basilicarum s. Joannis Lateranensis, s. Petri in Vaticano, et s. Mariae Majoris poenitentiarios minores pro basilica etiam s. Pauli via Ostiensi praesenti anno sancto similes poenitentiarios designet,

nec non alios insuper a se jam electos, vel eligendos tam in memoratis quatuor basilicis, quam in reliquis quoque sive saecularium, sive regularium, ac praesertim quoad fieri poterit in variarum nationum urbis ecclesiis novos similiter poenitentiarios deputet, et extra ordinem abunde multiplicet.

Concessio facultatum.

II. §. 7. Porro hisce poenitentiariis sive in quatuor basilicis, sive in aliis urbis ecclesiis per cardinalem majorem poenitentiarium, ut praefertur, deputatis, vel per anni sancti cursum deputandis subsequentes facultates pro hoc dumtaxat anno sancto duraturas de apostolicae potestatis plenitudine concedimus, et impertimur, videlicet.

Facultas absolvendi regulares, qui extra religionem peccata sua confiteri prohibentur.

III. §. 8. Absolvere possint per se ipsos tantum, et in foro dumtaxat conscientiae quascumque personas sibi confitentes etiam regulares, cujuscumque sint ordinis, congregationis, et instituti; etiamsi ex praescripto superiorum, vel suarum constitutionum etiam a Sede apostolica approbatarum, vel alias ex indulto, decreto, aut praecepto apostolico extra propriam religionem peccata sua confiteri probibeantur, a quibuscumque sententiis excommunicationis, aliisque ecclesiasticis censuris etiam summo pontifici, et Sedi apostolicae quomodolibet etiam in bulla Coenae reservatis, et a sacris canonibus fulminatis, nec non ab omnibus peccatis, et excessibus quantumcumque gravibus, et enormibus, etiam Sedi apostolicae reservatis: Injunctis tamen salutaribus poenitentiis, et aliis de jure iisdem poenitentibus injungendis.

Facultas absolvendi a censuris etiam Sedi apostolicae reservatis.

IV. §. 9. Absolvere item possint a supradictis censuris in jure latis, etiam Sedi apostolicae reservatis, quamvis publicae in partibus sint, quamvis deductae, aut nominatim declaratae, ac denunciatae in iisdem partibus sint per locorum ordinarios, aut alios quoscumque judices, praemonitis tamen poenitentibus de libello, ut infra, in his casibus publicis omnino conficiendo. Post absolutionem nimirum conficiant libellum supplicem expresso nomine, cognomine, ac dioecesi poenitentis, et casu hujusmodi censurae publicae subjecto, et subtus scribant testimonium absolutionis ab eadem censura concessae, eumdemque poenitentem dirigant ad officium poenitentiariae apostolicae, ut recipere possint breve in forma missi, vel remissi absoluti juxta praxim ejusdem officii poenitentiariae.

A censuris ab homine, et judice latis absolvere valeant ad unum effectum consequendi jubilaeum.

V. §. 10. A censura ab homine, seu a quocumque judice de partibus nominatim lata absolvere valeant ad effectum dumtaxat indulgentias praesentis jubilaei consequendi ita ut semel ac consecuti jubilaeum fuerint, eadem, qua antea, censura adstricti remaneant, ac teneantur parere sententiae judicis, et absolutionem ab eodem petere, perinde ac si numquam absoluti fuissent. Atque his poenitentibus nullum detur testimonium absolutionis, neque confessionis.

A censuris propter haeresim absolvere possunt in solo foro conscientiae.

VI. §. 11. Absolvere insuper valeant pro foro conscientiae tantum a censuris propter haeresim formalem externam incursis (dummodo tamen poenitens non fuerit publice dogmatizans) praevia coram ipso confessario abjuratione haeresis secreta.

Idem a censuris sanctae Sedi reservatis.

VII. §. 12. Absolvere possint pro foro conscientiae a censuris eos, qui nomen dederint sectis ab apostolica Sede etiam nuper damnatis, servatis tamen iis, quae in apostolicis constitutionibus praescribuntur.

Facultas commutandi vota.

VIII. §. 13. Omnia, et singula simplicia vota etiam Sedi apostolicae reservata etiam jurata commutare dispensando in alia pia opera.

Declaratio circa votum perpetuae castitatis.

IX. §. 14. Votum tamen perpetuae castitatis ita commutare possint ob periculum incontinentiae, et quidem tantummodo ad effectum nubendi, monendo poenitentes, facturos ipsos contra idem votum, si extra usum matrimonialem delinquant; remansuros proinde eodem prorsus, ac antea, voto castitatis obstrictos, si conjugi supervixerint.

Similis pro voto Religionis.

X. §. 15. Votum etiam religionis commutare dispensando possint ad effectum nubendi ob praedictum periculum incontinentiae, ad effectum vero vitam tantum caelibem in saeculo ducendi, si poenitentes onera religionis sufferre se posse rationabiliter diffidant, vel si dote sufficienti ad ingrediendam religionem careant.

Monitum super modo procedendi ad dispensationes elargiendas.

XI. §. 16. Meminerint vero, sibi abstinendum ab eorum votorum commutatione, in quibus agitur de praejudicio tertii. Quare in eo, quod pertinet ad vota, quamvis simplicia, seu perseverantiae, seu alia emitti solita in aliqua congregatione, vel communitate, ac vota obligatoria a tertio acceptata non se ingerant. Abstineant pariter a commutatione voti de non ludendo, praesertim quoad personas ecclesiasticas seu saeculares,

seu regulares: quoad alios vero si forte attenta personarum conditione, et circumstantiis, justa ratio pro commutatione afferatur, non aliter in casu ipsam concedant, quam excepto ludo alias quomodocumque prohibito, et iis praeterea conditionibus praescriptis, unde ludus ex commutatione permissus honeste fiat. Nec dissimiliter se gerant circa vota pocolia, seu praeservativa a peccatis, ne detur ansa peccandi liberius. Quod si fortasse ejusmodi circumstantiae occurrant, quae aliquam commutationem merito exposcant, non aliam certe concedant, quam quae non minus a peccato committendo refrenet, quam prior voti materia.

Facultas dispensandi ab irregularitate.

XII. §. 17. Dispensare possint super irregularitate ob haeresim, sed ad exercendos tantum ordines: item super irregularitate ob violationem censurarum contracta, et occulta remanente cum sacerdotibus, aut in sacris constitutis tam saecularibus, quam regularibus.

Declaratio circa dispensationes ab impedimentis matrimonialibus.

XIII. §. 18. Cum illis, qui scienter, vel ignoranter cum impedimento gradus secundi, et tertii, vel tertii solius, aut tertii, et quarti, vel quarti solius consanguinitatis, vel affinitatis ex copula licita provenientis, matrimonium jam contraxerunt, dummodo hujusmodi impedimentum occultum remaneat, dispensare pro foro tantum conscientiae possint ad remanendum in matrimonio.

Idem super nullitatibus irreptis in dispensationibus apostolicis subreptionis, vel obreptionis vitio extortis.

XIV. §. 19. Cum illis, cui ab apostolica Sede dispensationem obtinuerunt super aliquo impedimento publico, quod tamen non sit primus, et secundus tantum gradus, vel secundus tantum gradus consanguinitatis, vel affinitatis ex copula licita provenientis, et in precibus, vel prae verecundia copulam inter eos sequutam tacuerunt, vel falso copulam asseruerunt (dummodo nullitas praedictae dispensationis ex hujusmodi reticentia, vel assertione respective proveniens occulta sit) dispensare pro foro tantum conscientiae valeant tam ad remanendum in matrimonio jam contracto, quam ad illud contrahendum, si nondum sit contractum.

Idem ut supra ex causa incestus.

XV. §. 20. Dispensare, seu revalidare literas apostolicas super aliquo ex impedimentis obtentas, quae irritae, ac nullae redditae fuerint ex incestu sive post petitam dispensationem, sive post illius expeditionem, et ante respectivam executionem patrato, ac iterato etiam usque ad eamdem executionem, dummodo sit in casibus occultis, sive agatur de matrimonio contrahendo, sive de jam contracto injuncta semper congrua poenitentia salutari.

Facultas dispensandi ab impedimento occulto primi et secundi gradus.

XVI. §. 21. Similiter pro foro conscientiae tantum dispensare valeant super impedimento dirimente occulto tam primi, et secundi, quam primi tantum, aut secundi tantum gradus affinitatis ex copula illicita provenientis in matrimonio contracto, ac etiam dummodo causae graves, et quae canonice sufficientes habentur, intersint, in contrahendo: ita tamen ut si hujusmodi affinitas proveniat ex copula cum matre desponsatae, vel desponsandae, hujus nativitas copulam antecesserit, et non aliter.

Idem super impedimento cognationis spiritualis.

XVII. §. 22. Dispensare similiter pro eodem foro tam de contracto, quam de contrahendo possint super impedimento cognationis spiritualis, itemque super occulto impedimento criminis, neutro tamen machinante, idest quando solum concurrant adulterium, et fides data de matrimonio contrahendo post conjugis mortem.

Declarationes speciales.

XVIII. §. 23. Hisce vero in casibus matrimonialium dispensationum possint etiam quandocumque opus fuerit, pro foro conscientiae legitimare prolem, non tamen ex adulterio susceptam.

Idem ut supra.

XIX. §. 24. Dispensare ad petendum debitum possint in casu affinitatis incestuosae matrimonio supervenientis.

Idem ut supra.

XX. §. 25. Ad petendum pariter debitum illis, qui voto simplici castitatis obstricti, matrimonium contraxerunt, dispensare valeant illos monendo facturos contra id votum, si extra usum matrimonialem delinquant, ac remansuros eodem prorsus, ac antea, voto obstrictos, si conjugi supervixerint.

Facultas dispensandi a visitationa basilicarum.

XXI. §. 26. Super visitatione quatuor basilicarum cum exteris, qui vel ob paupertatem, vel ob aliam urgentem causam in urbe remanere non possunt, dispensare valeant vel reducendo ad tres saltem dies visitationes earumdem basilicarum, alioquin per quindecim dies ab iisdem visitandarum, vel visitationes praescriptas in alia pia opera pro sui arbitrio prudenti commutando.

Quos dispensare non valeant declaratur.

XXII. §. 27. Cum civibus autem, et incolis Romanis, qui morbo, vel aliquo legitimo impedimento detenti non valeant memoratas ba-

silicas visitare, possint praescriptas iisdem per triginta dies visitationes in alia pia opera, quae illorum possibilitati proportionata esse viderint, dispensando commutare: suam tamen conscientiam oneraturi, si super hujusmodi visitationibus inconsultu, et sine justa, et ratinaabili causa sire cum exteris, sive cum Romanis civibus, aut incolia dispensaverint.

Confirmantur facultates aliasconcessae a constitutione Benedictina « Pastor bonus ».

XXIII. §. 28. Ceterum alias facultates praedictis trium basilicarum poenitentiariis minoribus pridem concessas, aut forsitan concedendas per cardinalem majorem poenitentiarium in vim generalium facultatum, quibus ex Benedicti XIV. constitutione « *Pastor bonus* » vel alias ab sancta Sede, et a Nobis ipsis est instructus, salvas, et firmas hoc ipso jubilaei anno esse, et fore, atque ab iis hoc etiam anno durante non secus, ac alio qnovis tempore erga omnes exerceri juxta ejusdem constitutionis aliarumque respective concessionum tenorem debere, et licite posse, decernimus, et declaramus.

De recursu habendo ad pontificem pro casibus vel exceptis, vel non comprehensis.

XXIV. §. 29. Easdem vero facultates tam in memorata Benedicti XIV constitntione « *Pastor bonus* » et alias etiam ab apostolica Sede, vel a Nobis ipsis cardinali majori poenitentiario tributas, quam in praesentibus Nostris literis expressss, atque contentas, praedicto majori poenitentiario, et apostolicae poenitentiariae officio confirmamns, et respective, quatenus opus sit, pro hoc anno sancto concedimus, et impertimur ad hoc ut ipse major poenitentiarius iis omnibus, et singulis tam per se ipsum, quam per alios quoscumque a se eligendos confessarios in urbe uti licite valeat. Si quos autem casus ad ipsum poenitantiariae officium, vel ad aliquem ex dictis poenitentiariis, seu confessariis deferri contingat, qni sub praesentium literarum dispositione comprebensi non dignoscantnr, vel etiam in iisdem sint excepti; onus erit praefati majoris poenitentiarii, ad quem poenitentiarii minores, et confessarii praedicti recursum habebunt, apostolatum Nostrum super illis consulere: Nos enim eidem praescribere non ommittemus, qnidquid opportunum in Domino judicabimus, ut animarum vulneribus sanandis idonea remedia aptentnr.

De confessariis a cardinali vicario eligendis.

XXV. §. 30. Cum autem ad majora animarum lucra anno hoc salutaris expiationis comparanda, multiplicandos adbnc esse operarios pro excrescentis messis copia dignoscamus, vestigiis insistentes praedecessorum Nostrornm committimns dilecto filio Nostro cardinali in urbe, ejusque districtu vicario in spiritualibus generali, ut ex confessariis tam saecularibus, quam regnlaribus ab se alias ad audiendas confessiones approbatis, seu approbandis quamplures, vel, si id satius censuerit, omnes etiam designet, qui facultates infra descriptas por anni sancti decnrsum exercere libere possint, ut in implendo sanctissimo ministerio ntilius adlaborent.

Facultates eisdem concessae.

XXVI. §. 31. Quara iidem confessarii absolvere possint per se ipsos tantum, et in foro dumtaxat conscientiae personas sibi confitentes, exceptis regularibus extra suum ordinem confiteri probibitis, a quibuscumque ecclesiasticis censuris etiam summo pontifici, et Sedi apostolicae, etiam in bulla Coenae reservatis, et a sacris canonibus fulminatis; dummodo tamen bujusmodi censurae non sint publicae, necnon ab omnibus peccatis, excessibua quantumlibet gravibus etiam Sedi apostolicae reservatis, injunctis tamen salutaribus poenitentiis, et aliis de jure iisdem poenitentibus injungendis.

Idem ut supra.

XXVII. §. 32. Omnia, at singnla simplicia vota etiam jurata, etiam Sedi apostolicae reservata, exceptis castitatis, religionis, aliisque superius n. XI. memoratis votis, commutare in alia pia opera valeant.

Idem ut supra.

XXVIII. §. 33. Dispensare possint circa visitationes praescriptas quatuor basilicarnm easque commutare eodem omnino modo ac conceditur poenitentiariis, n. XXI, et XXII. Praeter hanc autem facultatem dispensandi circa praedictas visitationes sciant, nullam aliam dispensandi cum quoqnam facultatem sibi concedi.

Declaratio super usu facultatum indultarum.

XXIX. §. 34. Hisce autem amplioribus facultatibus per praesentes literas ex apostolicae benignitatis indulgentia adtributis, intelligant omnes tam poenitentiarii minores, quam confessarii caeteri iisdem respective muniendi, uti se non posse, nisi cum iis poenitentibus, qui praesens jubilaeum consequi sincere, et serio volunt, atque ex hoc animo ipsum lucrandi, et reliqua opera ad id lucrandum necessaria adimplendi, ad confessionem apud ipsos peragendam accedunt: neque item posse iisdem uti cum iis poenitentibus, qui bujus anni sancti jubilaeum semel jam lucrati fuissent.

Ampliatio numeri confessariorum pro religiosis regularibus.

XXX. §. 35. Praeterea regularium quoque commoditati uberius consulere, simulque angendo numero confessariorum pro jubilaei consuetudine prospicere volentes, praemissas nuper facultates, quas confessariis a cardinali vicario designandis hoc anno competere statuimus n. XXVI, XXVII, XXVIII easdem omnes, et singulas pari modo pro eodem anno tribuimus, et concedimus omnibus confessariis illis regularibus cujuscumque ordinis, congregationis, et instituti, qui alias ejusdem cardinalis vicarii, seu ipsius vicesgerentis approbationem ad audiendas confessiones habeant, et insuper per suos respective regulares praelatos, seu superiores ad excipiendas suorum religiosorum confessiones deputati fuerint: ad hoc scilicet, ut iidem confessarii facultates hujusmodi erga solos proprii respective ordinis poenitentes religiosos hoc jubilaeum lucrari volentes exercere in suis quique coenobiis, seu domibus libere, et licite valeant: quibus etiam regularibus confessariis facultatem dispensandi cum iisdem religiosis poenitentibus in sacris ordinibus constitutis super irregularitate ob censurarum violationem contracta, dummodo occulta sit, tenore praesentium, ac dicto anno, dictaque occasione dumtaxat, atque sub conditione superius n. XII assignata, concedimus, et impertimur.

De dispensationibus assequendis ab eis qui legitime praepediuntur causa quominus visitationes basilicarum exequantur.

XXXI. §. 36. Nostrae itidem charitatis sollicitudines ad eos convertemus, qui legitima causa praepediuntur, quominus decretas quatuor basilicarum visitationes exequantur, quales sunt praesertim moniales, aliaeque virginea, seu mulieres in perpetua clausura viventes, vel oblatae, aliaeque in religiosis, aut piis domibus, seu conservatoriis degentes, necnon carceribus, seu custodiis detenti, et morbis affecti: aliis quippe Nostris peculiaribus literis statuemus, quae in Domino magis expedire videbuntur, ut et ipsi praemissarum absolutionum, ac plenarii jubilaei participes effici valeant.

Praecipitur procedendum esse ad tramites constitutionis Benedictinae cujus initium « Convocatis ».

XXXII. §. 37. Cum vero de recto peculiarium hujus generis facultatum usu saluberrima monita praelaudatus praedecessor Noster felicis recordationis Benedictus XIV. pro ea, qua praestabat, sacrarum rerum peritia memoratis suis literis, quarum initium « *Convocatis* » proposuerit, ea iterum edi separatim, mandavimus, ut qui fidelium animabus pro poenitentiae sacramentum adjuvandis praeficiuntur, habeant inde regulam luculentissimam, ad quam in perdifficili procuratione consilia, ac judicia sua religiose componant. Omnibus idcirco confessariis, qui praestitutis facultatibus uti velint, eadem perlegere, ac commentari diligenter edicimus, ne in gravissima actione quidpiam a recto alienum ob rerum ignorationem sibi vel invitis excidisse non sine acerbo animi dolore aliquando nanciscantur.

Monitum ad omnes sacros administros.

XXXIII. §. 38. Cunctos interim sacrorum administros, quibus hoc salutis officium committi contingat, paterno affectu admonemus, ut ad divinum dimittendi peccata ministerium honorati, eodem rite, et, quibus par est, religionis, charitatis, prudentiae studiis perfungantur: cumque Ecclesiae filios ingemiscamus ex errorum invalescentium colluvie circumferri omni vento doctrinae, id in primis enitantur, ut cunctos doceant vias Domini, et a sapientia propellant, quae secundum Deum non est. Æquo autem animo, atque ad patientiam comparato excipiant universos, exemplo illius confirmati, cujus personam gerere sibi datum est. Fiet hoc pacto, ut poenitentes cum sibi viscera misericordiae, coelestesque thesauros undique reserari conspiciant, alacriores convertantur ad Dominum, ac per poenitentiae sacramentum sese eidem reconciliare satagant sollicite.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 39. Praesentes vero literas, omnesque, et singulas concessiones, limitationes, monita, declarationes, ac voluntatis Nostrae significationes in iis contentas de nullo defectu impugnari, et redargui posse, sed omnimoda firmitate validas esse, et censeri, et ab iis omnibus, ad quos pertinet, exactissime observari, eisque etiam, quorum favorem respective concernunt, plenissime suffragari volumus, atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 40. Non obstantibus praemissis Nostris, aliisque apostolicis, seu in universalibus, provincialibus, aut synodalibus conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus, necnon quarumcumque personarum, aut ordinum etiam mendicantium, congregationum, societatum, et institutorum etiam specialem, et individuam mentionem promerentium etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, legibus, usibus, et consuetudinibus etiam immemora-

bilibus, indultis quoque, et privilegiis etiam Mari Magno, seu Bolla Aurea, aut aliter nuncupatis, et sub quibuscumque tenoribus, et formis, et quibusvis etiam suspensionum et derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus clausulis, seu irritantibus decretis etiam simili motu, scientia, et potestatis plenitudine, et alias quomodolibet concessis, et iteratis vicibus confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, quatenus praesentibus in aliquo adversari dignoscantur, illis alias in suo robore permansuris, pro hac vice dumtaxat amplissime, et latissime, ac specialiter, et expresse, velut si eorum tenores praesentibus per extensum inserti forent, derogamus, et derogatum censeri volumus, et decernimus.

Sanctio poenalis. §. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum concessionum, limitationum, monitorum, declarationum, mandatorum, decretorum, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quarto: duodecimo kalendas novembris, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 21. nov. 1824. Anno II.

LXVIII.

Abbatia nuncupata sanctae Mariae Criptae Ferratae nullius dioecesis subjicitur jurisdictioni ordinarii, et in temporalibus jurisdictioni gubernatoris districtualis.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium. §. 1. Inter caeteras curas, et sollicitudines, quae in universalis Ecclesiae procuratione, et regimine ex apostolatus munere, quo altissimi Dei judicio fungimur Nobis incumbunt, non exiguam partem sibi vindicat studium, vigilantia, atque sedulitas pontificiae ditionis subditorum, quo magis fieri possit commodis utilitatique consolere. In id animum intendentes, expedire quam maxime novimus, ut in ejusdem provinciarum ambitu homines populique degentes in spiritualibus ab episcopis, et in temporalibus a gubernatoribus tantummodo sine ullo discrimine, avulsa prorsus quacumque alienae potestati subjectione regantur. Dum pateris hisce detinebamur curis oblata nuper occasiu Nobis suasit regimini territorii, et hominum monasterii seu abbatiae Mariae Cryptae Ferratae, atque etiam terrarum, et locorum ab ea dependentium, quae hactenus non in spiritualibus tantum, sed aliquo fortasse modo in temporalibus etiam jurisdictioni illius abbatis commendatarii pro tempore obnoxia fuerant, providere.

Ratio concessionis. §. 2. Hinc, cum per obitum Herculis Sanctae Romanae Ecclesiae dum viveret diaconi cardinalis Consalvi nuncupati, qui ex apostolica concessione et dispensatione praedictum monasterium ad sui vitam in commendam obtinebat vacaverit et vacet ad praesens antedicta commenda. Nos hujusmodi vacatione durante id consilii coepimus pro majori quoque eorumdem hominum et territorii locorum commoditate, nec non ad omne quaestionem germen extirpandum illos ab alia qualibet jurisdictione jam prorsus exemptos tum dioecesis ordinario in spiritualibus tum gubernatori districtuali in temporalibus subjicere.

Tenor motus proprii. §. 3. Ea propter omnibus mature ad exactissimam lancem revocatis motu proprio, certaque scientia, ac de plenitudine Nostrae apostolicae potestatis praerogativam territorii separati, qua hactenus praefatum monasterium seu abbas s. Mariae Cryptae Ferratae potitus est, omneque jus spiritualis jurisdictionis forsan quasi episcopalis activae in clerum et populum in territorio abbatiali, et in locis ab illa dependentibus, quod hucusque abbates commendatarii, eorumque vicarii fortasse exercuerunt, omnino cassamus, extinguimus, delemus, et abrogamus, salva tamen monasterio et monachis sanctae Maria Cryptae Ferratae exemptione passiva ab ordinarii jurisdictione eisdem vigore apostolicorum indultorum, et sacri concilii Tridentini decretorum competente.

Unio territorii abbatiae dioecesi Tusculanae. §. 4. Praefatos autem homines, territorium, et loca ab illo dependentia Tusculanae dioecesi in perpetuum unimus addicimusque, ac venerabili fratri Francisco Xaverio Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali Castillioneo

nuncupato hodierno episcopo Tusculano, ejusque pro tempore successoribus in eisdem territorio et locis ordinariam jurisdictionem, auctoritatem, potestatem, jura, facultates, et praerogativas, quibus in reliqua sua dioecesi fruitur, et quae ad episcopum de jure, ac de consuetudine spectant et pertinent, concedimus, tribuimus, et impertimur.

Jura abbati reservata.

§. 5. Quocumque ita sublato praetensi illius territorii separati quasi episcopalis jurisdictionis vestigio ab abbatia sanctae Mariae Cryptae Ferratae, abbati regulari pro tempore existenti aliquam praerogativam speciali sanctione impertiri ac reservare volentes, eidem facultates tribuimus ad sui nutum amovibiliter nominandi ac praesentandi unum presbyterum, vel saecularem, vel regularem, qui tamen latinum observet ritum ad sui libitum, qui juxta praescripta s. Concilii in sessione XXIV. cap. XVIII. de reformatione ab episcopo examinatus atque idoneus repertus, et adprobatus parochi munus obire, animarumque curae in paroecia ejusdem abbatiae vacare valeat. Et insuper eidem regulari abbati pro tempore facultatem similiter tribuimus praesentandi antedicto episcopo nonnullos ipsius monasterii monachos approbandos ad sacramentales excipiendas confessiones Christifidelium ad eamdem abbatialem ecclesiam confluentium; quibus confessariis hortamur memoratum episcopum, ut aliquoties infra annum, ac praecipue in festis solemnioribus ei placeat impartiri licentiam poenitentes absolvendi a casibus quoque in ipsa Tusculana dioecesi reservatis.

Idem ut supra.

§. 6. Elargimur quoque abbati regulari pro tempore facultatem, protestatemque in matrimoniis a personis in eodem Cryptae Ferratae territorio degentibus et commorantibus contrahendis examinandi testes super contrahentium statu libero, eorumque examen per cancellarium ipsius monasterii recipiendi, nec non per parochum curam animarum pro tempore inibi exercentem explendi proclamationes, seu denunciationes matrimonii celebrationi praemittendas, servatis in omnibus, quae in hisce peragendis denunciationibus a sacro concilio Tridentino praescripta ac sancita manent, quin tamen unquam quocumque modo eidem abbati regulari pro tempore liceat umquam se ingere, et jus dicere in causis, quae si judicialiter cognosci, ac definiri oporteret tam super separatione thori, quam super nullitate matrimonii licet in ipsa paroecia contracti ad episcopi Tusculani, non autem ad abbatis praedicti judicium deferri debeant, inspecta etiam hac in parte bulla sanctae memoriae Benedicti XIV. praedecessoris Nostri sub datum pridie nonas aprilis anno millesimo septingentesimo quadragesimo septimo, et incipiente « *Inter multa* » quoad privilegia praefati abbatis monasterii sanctae Mariae Cryptae Ferratae.

Subjectio territorii in civilibus jurisdictioni gubernatoris Tusculani.

§. 7. Temporalem quoque jurisdictionem tam in civilibus, quam in criminalibus, et quam in antecessum ut supra idem abbas commendatarius pro tempore in eodem territorio et hominibus inibi degentibus per gubernatores ab ipso deputatos exercebat, aeque per praesentes motu proprio tollimus, extinguimus, abrogamus, ac praedictum territorium, loca, terras, et personas temporali jurisdictioni gubernatoris Tusculani pro tempore subjicimus atque supponimus, ea tamen lege, ut ex causa hujusce unionis nec ipse gubernator, nec ejus cancellarius, et ministri quidquam vel percipere, vel sibi vindicare ex praefatae abbatiae redditibus nunquam valeant. Hoc autem territorium sic unitum, et incorporatum, ejusque homines Tusculanae dictioni ac regimini ad instar aliorum locorum jurisdictioni et inspectioni congregationum venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium tam super consultationibus ditionis ecclesiasticae, quam Boni Regiminis in omnibus, et per omnia deinceps, et in perpetuum subjectum, subjectosque respective decernimus.

Bona abbatiae monasterio Cryptae Ferratae in emphitheusi conceduntur.

§. 8. Opportuno insuper studio, ac sollicitudine conservationi, atque culturae bonorum tum urbanorum et rusticorum, agrorum, aedificiorum, praediorumque, ac redditnum, juriumque exigendi omnes et singulos fructus ac proventus, caeterorumque sine ulla exceptione, quae dotem ejusdem commandae per hasce Nostras literas modo suppressae constituebant, quaeque pridem abbas commendatarius pro tempore percipiebat, et in praesentiarum stante ejusdem commendae vacatione, jura ecclesiastici spolii jam ad Cameram Nostram apostolicam et modo per amplae translativae cessionis virtute a Nostro praedecessora felicis recordationis Pio pp. VII. sua motus proprii schedula in lucem edita die deci-

nonona julii millesimo octingentesimo decimo septimo ad congregationem Propagandae Fidei spectare dignoscuntur; quo magis fieri possit consulere cupientes ex praemissis, aliisque gravibus causis animum Nostrum moventibus motu, scientia, deliberatione, atque potestatis plenitudine paribus, abbati regulari, et monachis saepedicti monasterii s. Mariae Cryptae Ferratae specialem gratiam facere volentes, eorumque singulares personas a quibusvis ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, firma omnimoda ejusdem commendae abrogatione; omnia et singula quomodocumque, et qualitercumque spectantia bona mobilia, et immobilia tum urbana, tum rustica, et aedificia, molendina, opificium ad usum ferrariae; jus percipiendi canones livellarios, praestationes, ex causa concessionum emphyteuticarum, aut locationum perpetuarum, aut ad tempus ab abbate commendatario stipulatarum ab emphyteutis, et respective conductoribus ad tempus, seu ad longum et longissimum tempus, omnesque redditus, et quoscumque proventus ut supra cujuscumque generis et speciei decurrendos ac respective decurrendas a die prima januarii proximo futuri anni millesimi octingentesimi vigesimi quinti eidem monasterio sanctae Mariae Cryptae Ferratae ejusque abbati regulari, et monachis in emphyteusim perpetuam damus, concedimus, ac tribuimus sub annuo canone scutorum sexmillium tercentum monetae Romanae, ita tamen ut monasterium plenissime servet locationis conductionisque contractum a praedefuncto cardinali Consalvi super eisdem abbatiae, seu commendae bonis jam confecto favore dilectae in Christo filiae Mariannae viduae Pereira, et dilecti filii Vincentii Senni cujusve exitus erit de mense septembris anni millesimi octingentesimi vigesimi quinti. In hac vero emphyteutica concessione comprehensa tantummodo, et ad idem monasterium translata declaramus bona illa, canones, proventus, redditusque omnes, actiones, et privilegia, quibus ultimus abbas commendatarius gavisus potitusque fuit, et juxta ultimum praecedentem statum, descriptiones et inventaria vel confecta, vel conficienda in tabulis hujusce concessionis stipulandis alligandis, ac citra ullam congregationis Propagandae Fidei cessionariae, vel cujuscumque ab ea causam habentis responsabilitatem, evictionisque obligationem, pro quocumque futuro eventu, decremento, et periculo eorumdem bonorum decurtationum, canonum, affictuum, proventuum, reddituumque percipiendorum ab eodem monasterio, cui tamen servata volumus ad cogendos emphyteutas pro canonum solutione, privilegia, quae eidem ultimo abbati commendatario competebant post epocham recentis motus proprii felicis recordationis Nostri praedecessoris Pii VII publici juris facti die decimasexta julii millesimo octingentesimo decimosexto, injuncto ipsi monasterio onere propriis sumptibus, et absque ulla congregationis Propagandae Fidei contributione efformandi cabraeum, quoad omnia et singula suppressae commendatae abbatiae bona praemissis accurata illorum descriptione, mensuratione, confinium ubicatione, et valore, ac ad rectum statum redigere, et quatenus opus sit de novo conficere, illudque sic confectum, omnibusque mendis expurgatum, ac plane digestum ipsi congregationi Propagandae Fidei infra terminum in stipulando instrumento praefigendum gratis tradere. Quo vero ad dativam realem eisdem bonis, fundisque impositam, et quotannis ab ultimo ipso abbate commendatario in scutis quatuorcentum octoginta quatuor, et obulis quinque camerae apostolicae, ejusque quaestoribus exsolutam, aut exsolvendam simplicis aequitatis intuitu, risico et periculo dicti monasterii ampliandam non esse concedimus, ita ut quodcumque contingibile illius futurum augmentum debeat eidem monasterio a memorata congregatione bonificari, ut si e converso ejusdem dativae quaecumque fiat in posterum decurtatio, quod minus in dativae causam exsolverit monasterium, id in utilitatem congregationis de Propaganda Fide Nostrae Camerae quoad jura spoliorum ut supra suffectae cedere debeat, et a monasterio libere eidem congregationi rependi, declarantes ulterius quod sicuti praetensum ullius dictae abbatiae territorium in censimento confecto jussu praedecessoris Nostri Pii Sexti minime fuit allibratum, quodque tam ab eodem Pio Sexto quam a Pio Septimo itidem praedecessore Nostro libere semper reputatus fuit a quocumque

onera taxae fundiariae dativa nuncupatae: ita omnino exemptum ab hujusmodi onere praefatum abbatiale territorium nunc etiam et in posterum debeat perdurare.

Pensio emphyteutica solvenda erit cui pontifex jusserit.

§. 9. Quae pensio scutorum sexmillium tercentum monetae Romanae de juliis decem pro quolibet scuto singulis annis Romae per procuratorem generalem persolvenda iis personis, quas Nos et Romani pontifices successores Nostri pro tempore existentes per literas apostolicas nominabunt et designabunt cum perennis et perpetua esse debeat, volumus, et decernimus, quod per obitum personarum, quibus portio aliqua ejusdem pensionis a Nobis vel a successoribus Nostris assignata fuerit, nunquam praefata portio censeatur extincta, et in commodum, atque emolumentum abire possit praefati monasterii, sed fructus in intermedio tempore decurrendi, spolii nomine ad ipsam congregationem de Propaganda Fide uti cessionariam camerae apostolicae pertineant; quoad usque Romano pontifici videatur eamdem pensionis ratam seu portionem sic vacantem alteri per literas apostolicas concedere, et impertiri. Et praeterea prohibemus, atque interdicimus omnibus, et quibuscumque, qui partem aliquam, aut integram etiam pensionem praefatam ex concessione apostolica obtinebunt quamvis sint speciali mentione digni, et quocumque etiam Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis honore et dignitate praefulgeant, aut generalis aut specialis indulti titulo innitantur, nec exiguam ejusdem pensionis partem resignare, et transferre valeant, et quatenus resignatio hujusmodi facta fuerit, eam nullam, irritam, et effectu prorsus vacuam exnunc prout extunc decernimus, atque saecimus.

Laudemia, et quindennia s. congregationi de Propaganda Fide reservantur.

§. 10. Quo vero ad laudemia, et quindennia, vel exsolvenda ab emphyteutis in causam alienationum ab eisdem factarum, vel a quocumque de jure debita, declaramus eadem laudemia et quindennia, si quae sint maturata ad diem usque trigesimam primam decembris inclusive vertentis anni millesimi octingentesimi vigesimi quarti cessura fore jure spoliorum eidem congregationi de Propaganda Fide, caetera vero subinde maturanda, et illa etiam ex materiatis quae detegi in posterum fortasse contingat, ad praefatum monasterium in vim praesentis concessionis spectare, et pertinere statuimus.

Onera emphyteutae monasterio imposita.

§. 11. Et si porro emphyteuta teneatur nedum bona in emphyteusim sibi concessa manutenere, et conservare, nec non rustica tamquam bonus, et solers agricola excolere et in meliorem statum proba cultura evehere; urbana autem restaurare et in splendiorem formam redigere, quae onera eidem monasterio perpetuo incumbent absque ulla spe, vel minimam canonum decurtationem, vel quidquam a congregatione quo supra nomine consequendi, nihilotamen minus pari aequitatis, aliisque causis animum Nostrum moventibus, attento quod pro parte monasterii exhibita fuerit peritorum relatio, ex qua patet aedificia, et fabricas in actuali statu repertas, ab eisque invisas nonnullis sine mora peragendis indigere urgentibus restaurationibus, quorum importantia summam scutorum octinganta quinquaginta attingit, ex speciali tamen gratia annuimus, ut pro rata scutorum tercentum tantum supplere debeat eadem congregatio. Omnes autem et singulae reparationes in posterum iisdem aedificiis occurrentes a monasterio suis sumptibus integre erunt peragendae.

Concessio privilegiorum, aliarumque legum et conditionum praefinitio.

§. 12. Caeteras vero conditiones, pacta, et leges, quae in hac Nostra concessione statuimus, tum etiam sumptus, et expensas, atque onera ab eodem monasterio ferenda, privilegia, et praerogativas eidem concessas in peculiari schedula Nostri motus proprii Nostra manu signata latius declaravimus, et opportuna praescripsimus, quam quidem schedulam uti partem integralem praesentium, et tanquam iisdem praesentibus de verbo ad verbum insertam haberi volumus, et juxta declarationes in eadem expressas quoad praemissa judicari, et censeri, atque omnia et singula in eadem praescripta et ordinata plenissime adimpleri, ac perpetuo observari praecipimus et mandamus.

Declaratur praesentes literas motu proprio fuisse latas.

§. 13. Demum tam praesentes literas, quam dictam schedulam, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quicumque in praemissis aliquod interesse habentes, seu habere praetendentes ad id vocati, citati, et auditi non fuerint, seu causae propter quas eaedem praesentes emanarint, satis adductae et descriptae non fuerint, aut ex quovis capite, aut titulo etiam laesionis, subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel quocumque alio defectu notari, impugnari, in jus,

vel controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci minime posse; sicque in praemissis omnibus et singulis per quoscumque judices etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et camerae etiam praefatae clericos, ac ejusdem camerae thesaurarium generalem, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere, et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum decernimus.

Deputatio executoris apostolici, cum facultatibus judicis privativi.

§. 14. Qua de re dilecto filio Nostro Aloisio tituli sancti Marci Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Ercolani nuncupato congregationis de Propaganda Fide in oeconomicis praefecto, aliisque in ejus officio oeconomiae pro tempore successoribus omnem facultatem, et auctoritatem harum quoque literarum vi plenissime tribuimus, et impertimur, ut ad hujusce emphyteusis perpetuae concessionem, et ad instrumenti similis contractus stipulationem procedant pro annuo antedicto canone scutorum sex mille tercentum monetae Romanae de juliis decem pro quolibet scuto per modum regulae excluso quocumque reductionis beneficio semper libero, omnique tempore immuni a quocumque onere imponendo etiam privilegiato, et privilegiatissimo, et si super proprietate fundorum, seu livellorum, et canonum constitui posset ab ipso monasterio emphyteuta, vel monachis in perpetuum forma et modo indicata in schedula Nostri motus proprii persolvendo sub devolutionis caducitatisque poenam subeundam si per annum tantum in illius solutionem mora fuerit contracta; confirmantes ulterius licentiam, ut ipse actualis oeconomiae dictae congregationis praefectus, aliique pro tempore successores manus regiae, camerali more, aliorumque fiscalium privilegiorum ad solutionem decurrendorum canonum pro portione illa, quae antedictam spectet congregationem ratione spoliorum cogere possint non solum, sed etiam ut pro omnimoda et plenaria exequutione omnium et singulorum pactorum emphyteutici contractus ipsi gerant, agant, atque exequantur omnia et singula, quae in praesentibus Nostris et in praedicta schedula continentur et mandantur, nec non quascumque controversias, et quaestiones, si quae oriturae erunt, privative ad tribunalia cameralia deferre valeant, ut summarie, simpliciter, de plano, et absque strepitu, et figura judicii, ac sola facti veritate inspecta, nec non quacumque appellatione, seu recursu penitus remotis dirimantur, definiantur, illisque finis imponatur.

Derogatio contrariorum.

§. 15. Non obstantibus, quatenus opus sit, felicis recordationis Symmachi, et Pauli II. ac aliorum de rebus Ecclesiae non alienandis, nec non supradicti monasterii, illiusque abbatis commendatarii jurisdictione, ac privilegiis Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum constitutionibus apostolicis, et una de jure quaesito non tollendo, ac altera de dismembrationibus, et suppressionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, Nostris et cancellariae apostolicae regulis, nec non dictorum ordinis, et congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; quibus omnibus et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur praesentibus pro plene et sufficienter insertis habentes ad praemissorum effectum latissime et plenissime, ac specialiter et expresse harum pariter serie derogamus, et derogatum esse statuimus, contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 16. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum extinctionis, cassationis, abrogationis, unionis, adjectionis, annexionis, concessionis, impertionis, declarationis, dationis, praecepti, mandati, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pridie idus novembris pontificatus Nostri anno secundo.

LXIX.

Dat. die 12. nov. 1824. Anno II.

Applicatio bonorum suppressi beneficii sub invocatione sancti Georgii civitatis s. Elpidii

favore sororum oblatarum sub regula sancti Francisci Salesii ejusdem civitatis.

Dilecto filio Nostro Caesari S. R. E. presbytero cardinali Brancadoro nuncupato ex concessione, et dispensatione apostolica metropolitanae ecclesiae Firmanae archiepiscopo:

Leo PP. XII.

Dilecte fili Noster
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. De puellarum institutione, qua et bonitatem, et disciplinam, et artes pro sui secus conditione apprime edoceantur maxime solliciti pontificiam indulgentiam libenter intendimus ad ea comparanda quibus ipsam apte induci, et confoveri dignoscimus.

Expositio precum. §. 2. Quare cum dilectae in Christo filiae sorores oblatae nuncupatae, quae regulis sancti Francisci Salesii ut asserunt insistentes haud ita pridem coivere in terra s. Elpidii istius Firmanae dioecesis, ibique ad puellas pie informandas instituendasque assiduam, atque utilem operam impendunt a fel. record. decessore Nostro Pio VII postulaverint, ut beneficii simplicis sub invocatione s. Georgii eodem in oppido erecti, ac per obitum episcopi tunc temporis Ripani vacantis fructus centum ducatorum auri de camera valorem, ut asseritur non excedentes sibi tribueret, nec non translationem omnium onerum eidem beneficio adnexorum in ipsarum ecclesiam indulgeret; quarum postulationibus ipse summus pontifex annuendum censuerit, datis in id literis apostolicis in simili forma brevis sub die tertia augusti anni millesimi octingentesimi decimi quarti, cumque sublatis in praesens difficultatibus quibus optata hujus beneficentiae executio praepedita hactenus fuit eaedem dilectae in Christo filiae a Nobis id iterum suppliciter efflagitarint.

Tenor concessionis. §. 3. Nos qui probe novimus, qua sedulitate, fide, ac prudentia in praestitutum sibi finem praedictae oblatae sorores collaborent, decrevimus earumdem preces obsecundare, eo etiam consilio, ut ex pontificia hac liberalitate Nostra simul tum memoratis sororibus, tum caeteris quibusque in id operis connitentibus admoveantur; quapropter eas exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, ac singulares earum personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existent ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus earum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, suppresso penitus, sublato, et extincto titulo collativo praedicti simplicis beneficii s. Georgii circumspectioni tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut omnia et singula bona, jura, redditus, et proventus ejusdem simplicis beneficii cum suis obligationibus et oneribus piae domui dictarum sororum perpetuum in modum, auctoritate Nostra apostolica attribuas, assignes, et unias, ut inde census ad ipsarum tuitionem necessarius augeatur; ea tamen lege ut onera missarum quibus beneficium illud obnoxium erat in earumdem ecclesiam transferantur, ibique accurate impleantur. Omnes idcirco facultates in eam rem necessarias, et opportunas eadem auctoritate tibi dilecto filio Nostro tenore praesentium conferimus et impertimur. Nobis interea reservantes regulas, et constitutiones pii hujusmodi instituti post opportunum examen approbare.

§. 4. Non obstantibus Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus; quibus omnibus; et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus; caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta novembris millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno secundo. Derogatio contrariorum.

LXX. Dat. die 16 nov. 1824. Anno II.

Facultas construendi parvum chorum in oratorio consodalitatis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo terrae Thi Polentinae

dioecesis favore Cajetani Laurini ejusque descendentium.

Venerabili fratri Episcopo Polentino.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper curarunt dilecti filii prior, et consodales sodalitii beatae Mariae virginis de Monte Carmelo nuncupatae in terra Titi istius Polentinae dioecesis canonice, prout asseritur erecti, confratrum et consororum numerum ita excrevisse, ut praesens eorum oratorium eum minime capiat, ac proinde opportunum spatium pro ampliatione a dilecto filio Cajetano Laurino, qui eidem oratorio contiguam habet domum, postulaverint. Hisce annuens votis praedictus Cajetanus, suae spirituali quoque consolationi et commodo consulere desiderat, facultatem impetrando parvum chorum, qui interius oratorio eidem respondeat, ac per quem e propria domo sacrosanctum missae sacrificium etiam diebus festis de Ecclesiae praecepto audiri possit, aperiendi. Quum autem bujusmodi petitio nil detrimenti afferat oratorio praedicto, consodales memorati humiliter a Nobis petiere, ut opportunam eidem Cajetano tribuamus facultatem.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum, et regularium praepositorum consilio, praedictorum sodalium precibus annuentes, ac eumdem Cajetanum, et singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis, quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut, veris existentibus narratis, accedente consensu sodalitii, petitam facultatem aperiendi parvam fenestram praedictam, latitudinis palmorum quatuor, et altitudinis duorum, crate ferrea muniendam, ad hoc ut dictus Cajetanus Laurino ejus consanguinei, descendentes, et familiares in servitio eadem in domo cohabitantes incruento sacrificio assistentes praecepto satisfacere, aliisque functionibus vacare possint, auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio, et conscientia impertiaris; ita tamen et ejusdem fenestrae constructio quamlibet excludat exteriorem communicationem, et accessus ad eam ab omni domestico usu sit liber, et tandem in pariete lapis apponatur in conspicuo loco cum declaratione, quod domus dictae familiae nulla gaudeat immunitate ecclesiastica.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima tertia novembris anno millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno secundo.

LXXI.

Dat. die 14. nov. 1824. Anno II.

Prorogatio indulti celebrandi missam et officium ante mediam noctem in festo Nativitatis D. N. Jesu Christi in ecclesia parochiali sancti Francisci Vineae dioecesis Venetiarum.

Venerabili fratri Patriarchae Venetiarum.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper curavit dilectus filius presbyter Joseph Segalin parochus sancti Francisci Vineae istius dioecesis Venetiarum, fratribus ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum, qui praedictam ecclesiam sancti Francisci olim obtinebant per felicis recordationis Benedictum pp. XIV. praedecessorem Nostrum, datis apostolicis literis in simili forma brevis, concessum fuisse, ut officia et missa, quae hora consueta juxta ritum Ecclesiae in nocte Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi post mediam noctem

celebrari solebant; in posterum ad evitanda nonnulla scandala in populo ante mediam noctem celebrari possent. Quum autem indultum praedictum post fratrum discessum cessaverit, et vigeant adhuc memoratae caussae, praedictus parochus humiliter a Nobis petiit, ut sibi, suisque successoribus eamdem facultatem tribuamus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur praedictum oratorem, ac singulares personas, quibus praesentes literae favent, specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis in ecclesia praedicta sancti Francisci Vinese missa et officia divina, quae in ea post mediam noctem Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, sicut praemittitur, hactenus celebrari consueverunt, in posterum etiam ante eamdem mediam noctem celebrari libere et licite possint et valeant, ita, ut sacerdoti taliter celebranti id ad culpam nullo modo valeant imputari, auctoritate Nostra apostolica arbitrio tuo concedas et indulgeas.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima sexta novembris millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 7. dec. 1824. Anno II.

LXXII.

Indultum celebrandi missam in privato domestico oratorio pro equite Balthasari Solazzi Castriota, illiusque descendentibus masculis in infinitum civitatis Rossanensis.

Dilecto filio Equiti Balthasari Solazzi Castriota Rossanensis.

Leo PP. XII.

Dilecte fili
salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper curasti, quod alias auctoritate apostolica sub certis modo et forma tunc expressis, tibi, uxori tuae, tuisque filiis, et descendentibus masculis tantum ex masculis per lineam masculinam indultum fuit, ut in privatis domorum vestrae habitationis oratoriis sacrosanctum missae sacrificium in vestra, familiaeque vestrae praesentia celebrari facere possetis et valeretis, prout in apostolicis desuper expeditis literis, quarum tenorem praesentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur. Nunc autem cum tu, ad tuae, tuorumque devotionis augmentum, spiritualemque profectum et consolationem plurimum copiaa sacrosanctum missae sacrificium juxta Ecclesiae ritum nocte Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi in privatis oratoriis hujusmodi celebrari facere, Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut tibi in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos itaque te specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurreris, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi, tuisque omnibus quibus superius memoratae apostolicae literae favent, ut in iisdem privatis domorum vestrae habitationis oratoriis in nocte Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi unam missam, hora tamen consueta juxta ritum Ecclesiae, nempe post mediam noctem, ac post auroram ejusdem noctis alias duas missas juxta ritum eumdem celebrari solitas, celebrari facere et licite possitis et valeatis, servata tamen in reliquis praedictarum apostolicarum literarum forma et dispositione auctoritate Nostra apostolica concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus omnibus et singulis illis, quae in dictis literis decretum fuit non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die septima decembris anno millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 7. dec. 1824. Anno II.

LXXIII.

Absolutio a caducitate, cum confirmatione concessionis emphyteuticae favore Francisci Gorini domus sitae in foro majori civitatis Firmi de directo dominio sodalitii sanctissimi Sacramenti ejusdem civitatis.

Dilectae in Christo filiae Margaritae Prosperi Firmanae, seu alterius civitatis, vel dioecesis.

Leo PP. XII.

Dilecta in Christo filia salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Curasti Nobis exponi, te haeredem esse viri olim tui Aloisii Paglialunga haeredis Livii Antonii germani fratris sui, qui quidem Livius anno superioris saeculi nonagesimo tertio contracto emphyteusis ad tertiam Josephi Ciferri masculinam generationem utile dominium adeptus est domus cujusdam cum apotheca, sitis in majori foro Firmano; quaeque ad sanctissimi Sacramenti Firmanum sodalitium pertinet, assumpto onere annui canonis nummorum scutatorum novemdecim, cautum est autem in exaratis hoc de contracto per notarium tabulis « Che ec. In caso ec. che dai Paglialunga medesimo e suoi si alienasse, anche in minima parte la suddetta casa con bottega, preso il vocabolo di alienazione nel più ampio significato, esclusi però gli affitti, illico, et immediate, incorra nella caducità, e sia lecito alla detta confraternita di consolidare il dominio utile col diretto de facto, senza braccio di giudice ec. » Ac quia haeres Livii Aloisius oratricis vir cum attigisset annum aetatis suae octogesimum, et, ut credibile est, tam gravi in aetate oblitus esset pacta emphyteosis, anno millesimo octingentesimo vigesimo cessit illius jura Francisco Gorini, pepigitque idcirco sibi ac suis haeredibus (ob ingentes enim sumptus in domus, et apothecae reparationem factos longe auctus est utriusque valor) annuum canonem nummorum scutatorum septuaginta; verendum est oratrici, ne post tam graves impensas in iis reficiendis collocatas, ob violatam ab Aloisio oblivioso sene pactionem, auferatur sibi utile illarum dominium, agatque sodalitium pro devolutione, quam vocant, et unione dominii utilis cum dominio proprietatis. Quocirca suppliciter a Nobis petiit, ut suis incommodis occurramus, et vitium, quo contractus primigeniae emphyteusis ob ejus cessionem inficitor, apostolica Nostra potestate sanemus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos vero oratricem peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerit, hujus tantum rei causa absolventes, et absolutam fore censentes, accepto de petitione hujusmodi testimonio venerabilis fratris archiepiscopi Firmani, ac dummodo res usque ad hanc diem in judicium non sit deducta, auctoritate apostolica concedimus, et indulgemus, ut licet Livio Antonio Paglialunga ejusque successoribus adempta sit alienandi emphyteuticum fundum, seu fundos facultas; ac licet Aloisius ejus frater alienaverit utile eorum dominium; emphyteuticus tamen contractus a Livio Antonio initus cum sodalitio Firmano suam firmitatem obtineat, parique robore praeditus sit contractus, quo Aloisius ejus frater emphyteusis jura cessit Francisco Gorini, ac translata in illum voluit. Quod spectat autem ad reliqua praecipimus pacta servari, quae utrique contractui sunt addita.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Haec concedimus atque mandamus, non obstantibus constitutionibus, et sanctionibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die septima decembris millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 12. dec. 1824. Anno II

LXXIV.

Dismembratio territorii pagi Svitensis a dioecesi Constantiensi, ejusque unio territorio Curiensi.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Imposita humilitati Nostrae in rem christianam universam sollicitudo proferre Nos

adigit apostolicae benignitatis dispensationem ad ea comparanda quibus in Dominici gregis utilitates felicius prospectum iri dignoscamus. Hoc proinde consilio in eas veterum dioecesium divisiones, ac novas applicationes annuendum ut plurimum censemus, quibus facilior atque commodior sacrorum procuratio fideli populo concilietur.

Expositio precum.

§. 2. Quoniam justis gravibusque de causis felicis recordationis Pius pp. VII. praedecessor Noster ab antiqua amplissima dioecesi Constantiensi multis ab hinc annis territorium pagi Svitensis disjunxit ac separavit, ac deinde per literas apostolicas in forma brevis datas die nona mensis octobris anni Domini millesimi octingentesimi decimi noni spiritualem ipsius territorii administrationem venerabili fratri Carolo Rodulpho episcopo Curiensi ad beneplacitum Sedis apostolicae commisit, atque in praesentiarum ejusdem pagi Svitensis gubernium humiles Nobis exhibuerit preces, ut hujusmodi territorium Curiensi dioecesi stabiliter unicemus, atque aggregaremus, exhibita Nobis insimul congrua ad hunc effectum dotis assignatione; Nos, auditis prius per apostolicam apud Helvetiam foederationem nuntiaturam supradictis episcopo et gubernio, atque omnibus mature perpensis memoratis precibus benigne in Domino duximus annuendum.

Descriptio territorii dismembrati, et respective uniti.

§. 3. Ex certa igitur scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine universum territorium pagi Svitensis quod constat triginta locis seu paroeciis, nempe, Schivitz, Arth, Steinen, Muttahal, Morschach, Iberg, Sattel, Illgau, Laurez, Ingenbohl, Steinerberg, Rothenthurm, Römerstalden, Alpthal, Gersau, Lachen, Altendorf, Galgenen, Schübelbach, Richenburg, Tuggen, Wangen, Noulou, O. Weggithal, H. Weggithal, Einsiedlen, Kussnacht, Woleran, Freyenbach, et Freusisberg, vulgo nuncupatis ab antedicta olim dioecesi Constantiensi abstractum, avulsum, et separatum dioecesi Curiensi integre perpetuo adjungimus, adnectimus, et incorporamus cum omnibus et singulis ecclesiis, beneficiis, clero, popolo, ecclesiasticis tam secularibus, quam regularibus (non tamen exemptis) cujusvis status, gradus, et conditionis intra fines memoratorum locorum, et parpeciarum pagi Svitensis positis, eumdemque territorium hodierni ac pro tempore existentis episcopi Curiensis ordinariae jurisdictioni, regimini, et potestati perpetuis futuris temporibus subjicimus atque supponimus.

Praeceptum de erigendis binis canonicatibus in ecclesia Curiensi nuncupandi forenses et concedendi incolis, et civibus pagi Svitensis.

§. 4. Decernimus itidem ut in capitulo cathedralis ecclesiae Curiensis bini erigantur pro pago Svitensi canonici non residentes forenses nuncupandi, qui sint incolae, et cives pagi Svitensis doctrina, prudentia, morum probitate, laudabili functionum ecclesiasticarum exercitio, aliisque canonicis qualitatibus episcopi testimonio praefulgeant, quique iisdem, ac veteres ipsius capituli canonici forenses gaudeant juribus et privilegiis, ac praesertim ad electionem episcopi cum eodem sedis et suffragii jure convocentur, efficiantque partem integralem et constitutivam canonicorum numero quindecim, ex quibus praedictum cathedrale capitulum Curiense constare in posterum debebit. Collatio autem hujusmodi canonicatuum quam Nobis et apostolicae Sedi pro hac prima vice reservamus, in futuris vacationibus indulgemus, ut ad nominationem magistratus pagi Svitensis et capituli cathedralis Curiensis per menses inter se alternando, scilicet in mensibus januarii, martii, maij, julii, septembris, et novembris capitulo, et in reliquis mensibus februarii, aprilis, junii, augusti, octobris, et decembris magistratui respectiva spectet, ita tamen ut capitulum respiciens magistratus commendationes, et magistratus ipse non alios respective nominent, nisi incolas et cives pagi Svitensis, qui ut supra dictum est morum honestate, prudentia, doctrina, laudabili functionum ecclesiasticarum exercitio, aliisque canonicis qualitatibus praefulgeant. Quilibet porro nominatus a capitulo canonicam in sua praebenda institutionem a pro tempore existente episcopo Curiensi obtinere, et quilibet a pagi magistratu nominatus apostolicas provisionis literas a dataria tenebitur impetrare, antequam praebendae possessionem capere, illiusque fructus percipere valeat, firma in omnibus legitima consuetudine actu vigente circa veterum canonicorum capituli Curiensis electionem.

Pensiones a pago Svitensi solvendae quolibet anno.

§. 5. Ad quoddam profecto levamen hodierni et pro tempore Curiensis episcopi, cui per hanc unionem pastoralis officii onus non parum augetur, statuimus, ut eidem in episcopali sua residentia singulis annis in die fe-

sto sancti Martini prout pagus Svitensis se obligavit persolvantur numerati et sine minima detractione mille et quingenti franchi Helvetici, quos episcopali mensae Curiensi perpetuo addicimus et attribuimus; pariterque decernimus, ut antedictis duobus canonicis forensibus ad formam obligationis a memorato pago emissae quadringenti octoginta franchi Helvetici quolibet anno libere solvantur.

Alia ut supra.

§. 6. Et quoniam clerici antedicti pagi Svitensis recipiendi, educandi, et instituendi erunt in episcopali Curiensi seminario (quod sub immediata episcopi directione prout hucusque, ita et in posterum manere debere pagi magistratus expresse recognovit ac professus est) hinc eidem seminario annuam summam quadrigentorum octoginta francorum tribuimus quos pagus Svitensis pro pauperioribus suae gentis clericis in episcopali seminario degentibus singulis annis se praestaturum spopondit.

Consulitur securitati solutionis harum pensionum.

§. 7. Ut autem solutioni praedictarum summarum episcopo, binis canonicis forensibus pagi Svitensis, et seminario Curiensi in singulos annos assignatarum securitati stabili ratione consulatur, pagus Svitensis bona funda respondentia valori capitali triginta quinque millium librarum Svitensium omnino libera, et a quovis onere soluta tenebitur assignare, quorum dominium et proprietas ad ecclesiam pertinebit: pagi tamen magistratus, requirente episcopo pro tempore existente eorumdem bonorum suscipere poterit administrationem, curamque gerere sequentibus sub conditionibus, et praemissis, nempe ut ista bona vere sint proprietas ecclesiae, eorumque dominium ad ecclesiam perpetuo spectet, ut singulorum annorum redditus ex iis provenientes nonnisi pro supra recensitis causis et dotibus impendantur favore mensae episcopalis Curiensis, duorum canonicorum forensium pagi Svitensis, et pauperiorum gentis Svitensis clericorum in Curiensi seminario commorantium, ut cuilibet episcopo Curiensi pro tempore existenti jus sit per se, vel per delegatum suum praedictorum bonorum administrationem et pecuniarum distributionem inspiciendi, ut bona ipsa nullo umquam tempore nulloque praetextu amoveri ex loco, aut extra fines pagi Svitensis extrahi possint: ut denique si forte progressu temporis hujusmodi bonorum redditus insufficientes evadant pagi magistratus hoc non obstante praemissas episcopali mensae duobus canonicis forensibus ac pauperioribus Svitensibus seminarii alumnis annuas respective summas integre solvere teneatur. Pari modo Svitensis pagus nullatenus particeps erit modo existentis dotationis vel episcopalis sedis vel seminarii Curiensis, itemque nec priorum relationum et status, quem dotationes istae habuerunt ita ut nullas obligationes aut sequelas inde sibi in posterum contrahat; neque ad ullum aliud onus obligetur, quam quod in se ut supra suscepit.

Jus praesentandi episcopum capitulo reservatur.

§. 8. Demum quod attinet ad Curiensis episcopi electionem decernimus exequendam esse juxta legitimam et hucusque receptam consuetudinem ab ejus capitulo cathedrali, in quo duo novi Svitenses canonici forenses iisdem ac veteres Curiensis capituli canonici juribus gaudebunt, firmo tamen et in suo robore manente jure quoque Sangallensi cathedrali capitulo concesso concurrendi cum capitulo Curiensi ad Curiensis et Sangallensis episcopi electionem in omnibus ad formam literarum apostolicarum felicis recordationis Pii papae Septimi praedecessoris Nostri sub datum sexto nonas julii anni Domini millesimi octingentesimi vigesimi tertii.

Deputatio executoris apostolici.

§. 9. Quocirca venerabili fratri Ignatio episcopo Cyrensi Nostro et Sedis apostolicae apud Helveticam foederationem nuntio, eoque absente, dilecto filio Paschali Gizi apostolicae Lucernensis nunciaturae auditori, quem harum Nostrarum literarum executorem eligimus, et deputamus necessarias omnes, et opportunas ad praemissorum effectum plenarie consequendum tribuimus facultates etiam quamcumque aliam personam in ecclesiastica dignitate constitutam subdelegandi, ac super quacumque oppositione adversus praemissa in actu executionis quomodolibet forsan oritura, servatis de jure servandis, etiam definitive et quavis appellatione remota libere ac licite pronunciandi. Eidem vero executori injungimus ut actorum omnium in praemissorum executionem conficiendorum authentica exempla suo tempore Romam transmittat in archivio hujus sacrae congregationis rebus consistorialibus praepositae de more asservanda.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 10. Praesentes autem literas etiam ex eo quod quilibet interesse habentes, vel ha-

bere praetendentes vocati et auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint, nullo umquam tempore de subreptionis, aut obreptionis, vel nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae defectu impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed perpetuo validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere volumus atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, ac Nostris et cancellariae apostolicae regulis ac in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis praedictaeque Curiensis ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum disjunctionis, separationis, unionis, incorporationis, subjectionis, dotationis, assignationis, statuti, commissionis, deputationis, decreti, mandati, derogationis, ac voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire: siquis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quarto, decimo septimo kalendas januarii pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 17. dec. 1824. Anno II.

LXXV.

Condonatio poenarum inflictarum, vel infligendarum regularibus apostatis, si ad suos ordines revertantur.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium

§. 1. Pastoris aeterni vices, licet immeriti, gerentes in terris, paternae charitatis Nostrae partes esse reputamus, ut oves quas sathanae versutia a caulis Domini abduxit, ad easdem opportunis rationibus reducere, et ne in perpetuum pereant, quantum Nobis ex alto conceditur, providere studeamus.

Tenor concessionis.

§. 2. Itaque adventante jam anno jubilaei, anno scilicet remissionis et gratiae, quem ad totius catholicae Ecclesiae consolationem, atque aedificationem, apertis, atque largiter prolatis spiritualium gratiarum dispensationi Nostrae divinitus creditarum thesauris, indiximus, et benedicente Domino confidimus maximo cum animi Nostri gaudio auspicari, pietatis Nostrae viscera erga regulares professionis suae desertores aperire, eosque revocare decrevimus ad Christi ovile, suos videlicet cujusque ordines, extra quos, luporum rapacium insidiis atque periculis expositi, misere vagantur, ut ad salutarem vitae normam, quam amplexi fuerant, velut postliminio reversi, vota sua Domino reddere contrito, et humiliato corde enitantur. Quare Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum, ac praesertim fel. rec. Benedicti XIV. qui occasione generalis jubilaei, ejusmodi regularium desertorum reductioni provide consuluerunt, vestigiis inhaerentes, auctoritate apostolica tenore praesentium misericorditer indulgemus, ac statuimus, et decernimus, ut regulares apostatae, et fugitivi, cujuscumque sint ordinis, tam mendicantium, quam non mendicantium, congregationis, societatis, et instituti etiam necessario exprimendi, qui citra montes intra quatuor, ultra montes vero intra octo menses a publicatione earumdem praesentium literarum inchoandos, sua sponte ad suam quisque religionem redierint, tunc poenarum omnium ipsis propter apostasiam hujusmodi inflictarum, vel infligendarum remissionem, atque impunitatem assequantur: ita tamen, ut debeant a suo quisque respective superiore humiliter petere absolutionem, et coram eo culpam fateri, atque emendationem polliceri; et viceversa superior benigne illos teneatur ab hujusmodi poenis absolvere, et paterna charitate complecti; cui propterea, ad effectum praemissum dumtaxat, quatenus opus sit, omnem facultatem necessariam dicta auctoritate harum serie impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus quibusvis apostolicis, seu in universalibus, provincialibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, ac quorumvis ordinum, congregationum, societatum, et institutorum, aliisve quibusvis etiam juramento,

confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stilis, et usibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis etiam ordinibus, congregationibus, societatibus, et institutis hujusmodi, illorumque generalibus, et aliis superioribus, ac quibuslibet, sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis, etiam motu proprio, et de apostolicae potestatis plenitudine, ac consistorialiter, et alias quomodolibet in contrarium praemissorum in genere, vel in specie concessis, et quantiscumque vicibus iteratis, approbatis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ut individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, exprimerentur, et insererentur, praesentibus pro plene et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 4. Ut autem eaedem praesentes literae omnibus facilius innotescant, volumus illarum exempla ad dilectos filios Nostros et apostolicae Sedis nuntios, ac venerabiles fratres patriarchas, archiepiscopos, episcopos, aliosque ecclesiarum praelatos, et locorum ordinarios transmitti, qui illas quantocitius publicare studeant. Ipsarum vero praesentium literarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eamdem omnino fidem in judicio, et extra illud ubicumque locorum haberi, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrorum indulti, statuti, decreti, concessionis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quarto, quinto decimo kalendas januarii, pontificatus Nostri anno secundo.

LXXVI.

Dat. die 18 decem. 1824 Anno II.

Concessio indulgentiarum occasione jubilaei assequendarum a monialibus, tertiariis, aliisque in monasteriis, piisve domibus degentibus, item pro anachoretis, infirmis, et captivis.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad futuram rei memoriam.

Pontificia providentia piis fidelium votis et necessitatibus occurrit.

§. 1. Studium paternae charitatis, qua universas Domini gregis oves complectitur, Nos adigit, ut ad ea salubriter procuranda, quibus majora ipsis commoda in animarum bonum praesto sint, impense contendamus. Cum itaque ingentem eorum numerum mente concipiamus, qui legitima causa praepediti nequeunt ad beatorum apostolorum limina pro indicto a Nobis anni sancti jubilaeo, uti iisdem in votis esset, convolare; exemplo praedecessorum Nostrorum decrevimus ipsis etiam consulere, ne coelestium thesaurorum, quos hic reseramus, communicatione sese orbatos derelinqui, lamententur.

Jubilaeum cum opportunis favoribus illi adjunctis ad diversa personarum genera extendit.

§. 2. Constitutioni proinde felicis recordationis Benedicti XIV. quae incipit *Paterna charitas*, plane inhaerentes, praesentium literarum tenore opportunas rationes praescribendas censuimus, per quas tam viri, quam mulieres in eremis, monasteriis, et religiosis domibus assiduo vitam degentes, seu in custodiis, et carceribus detenti, aut morbis et infirmitatibus procul ab urbe impediti, etiam ad ipsam urbem non accedentes, neque sacras apostolorum memorias, et patriarchales ejusdem urbis basilicas respective visitantes, praemissarum absolutionum, concessique a Nobis plenarii jubilaei participes effici valeant.

Ad moniales oblatas, tertiarias, aliasque puellas et mulieres, quae hic declarantur.

§. 3. Ut autem nemini dubium oriri possit, quaenam personae sub harum literarum providentia comprehendantur; in primis moniales omnes, quaecumque solemnia religionis vota emiserunt, et in monasteriis, sub perpetuae clausurae legibus, sive locorum ordinariis, sive regularibus superioribus, sive apostolicae Sedi immediate subjectae, vivunt; earum quoque novitias, aliasque virgines, seu mulieres saeculares, educationis, aut alia de causa, cum opportunis licentiis, in eisdem monasteriis habitantes; item monasteriorum hujusmodi moniales, quae aliquando ad eleemosynas colligendas ex eorumdem clausura egrediuntur; nec non oblatas in communitatibus viventes, quarum institutum ab hac apostolica Sede approbatum existit, cum earum pariter novitiis, educandis, aliisque cum ipsis conviventibus, licet rigorosae clausurae legibus adstrictae non sint; tertiarias quoque sub uno eodemque tecto collegialiter viventes, una cum earum novitiis, educandis, aliisque saecularibus personis, in earum societate viventibus, quamvis rigorosam clausuram non observent, earumque institutum, nec umquam ad hunc diem ab apostolica Sede approbatum aut confirmatum extiterit, neque pro approbato, praesentis concessionis vigore, in posterum haberi debeat; ac denique puellas, atque mulieres in conservatoriis degentes, quamvis neo monialium, nec oblatarum, nec tertiariarum numero habeantur, neque clausurae legibus subjectae sint, tam in urbe, quam extra eam ubique locorum et gentium existentes, praesentis concessionis favoribus uti, frui, et gaudere posse volumus, et declaramus.

Ad anachoretas, et eremitas, de quibus in hac declaratione.

§. 4. Item anachoretas, et eremitas, non quidem eos, qui nullis clausurae legibus adstricti, sive collegialiter et in societate, sive etiam solitarii, sub ordinariorum etiam regimine, certisque legibus aut regulis obtemperantes, vivunt; sed eos, qui in continua, licet non omnimoda perpetua clausura, et solitudine, contemplativae vitae exercitiis dediti, alter ab altero seorsim degunt, etiamsi monastici, aut regularis ordinis, et instituti professores existant, uti Cistercienses aliquot, et Chartusienses monachi, et eremitae s. Romualdi in more habent, sub hujus concessionis amplitudine volumus comprehensos.

Ad captivos, carceratos, relegatos,

§. 5. Ad eos etiam utriusque sexus Christi fideles, qui in captivitate apud hostes quoquo modo existunt, nec non ad eos, qui ubique locorum, ex civilibus, aut criminalibus causis, in carceribus tam episcoporum, aliorumque ecclesiasticorum superiorum, et tribunalium, quam saecularium principum, et magistratuum, et ad regulares, qui in carceribus claustralibus detinentur, vel quia eorundem earum causae expeditae sint, vel quia tempus poenae eisdem impositae non adhuc sit elapsum; quive, ex superiorum quorumcumque praecepto, aliquem locum, aut civitatem, carceris, at custodiae, seu exilii, et deportationis loco habent; ac demum ad eos, qui in triremibus, seu alibi ad opus damnati, uique addicti reperiuntur: ejusdem praesentis concessionis gratiam misericorditer extendimus. Pro iis tamen, qui carceribus tribunalis sanctae Inquisitionis inclusi ubicumque detinentur, ea quae paternae providentiae Nostrae opportuna videbuntur, per organum ipsius Inquisitionis officii praescribere non ommittemus.

damnatos ad opus etc.

Ad acta vel habitu infirmos, et senes septuagenario majores.

§. 6. Denique ad infirmos pariter utriusque sexus, tam laicos, quam ecclesiasticos, sive saeculares, sive cujuslibet ordinis, congregationis, et instituti regulares, qui nempe extra urbem actu aliqua laborant corporis infirmitate, e qua, juxta medici judicium, non ita tempestive liberari poterunt, ut intra ipsum jubilaei annum ad urbem conferre se valeant, vel qui, licet de hujusmodi infirmitate convaluerint, non tamen sine gravi incommodo, et recidivae periculo, Romanum iter conficere possent; quive etiam habitualiter infirma valetudine utuntur, adeo ut iter hujusmodi suscipientes, in actualem facile morbum, aliudve grave corporis incommodum incidere possent; ac demum ad senes septuagenario majores; quaecumque inferius praesentibus literis respective statuentur, spectere, et pertinere volumus pariter, et declaramus.

Praemissis omnibus opera pro jubilaeo consequendo facienda designat.

§. 7. Hos itaque omnes et singulos monemur, hortamur, et obsecramus in Domino, et peccata sua in amaritudine animae recolentes, totoque cordis affectu detestantes, salutari poenitentiae sacramento, et congruis satisfactionis operibus coaelectius suas expiare curent; tum ad vivificum divinae mensae convivium, innocentiae et charitatis stola ornati, reverenter accedant: Deumque optimum maximum, per unigenitum filium ejus, ac per merita beatissimae virginis Mariae, et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, em-

niumque sanctorum, juxta Nostram, Ecclesiaeque mentem, enixis precibus orent, pro ejusdem Sanctae Ecclesiae exaltatione, haeresum extirpatione, catholicorum principum concordia, et totius christiani populi tranquillitate et salute; in eumque finem alia tum voluntaria, tum sibi in locum visitationis quatuor basilicarum urbis ab ecclesiasticis superioribus, ut infra, injungenda religionis, pietatis, aut charitatis opera, devote peragant; et exequantur.

In locum visitationis basilicarum Urbis alia opera ab ecclesiasticis superioribus respective injungi mandat.

§. 8. Nos enim venerabilibus fratribus episcopis, aliisque locorum ordinariis, per praesentes committimus, et demandamus, ut monialibus, oblatis, tertiariis, aliisque superius expressis puellis, sive mulieribus, tam sibi, quam Nobis et Sedi apostolicae immediate subjectis, in eorum civitatibus, dioecesibus, et territoriis existentibus; anachoretis quoque et eremitis, carceratis, et morbo, seniove affectis, eorum jurisdictioni respective subjectis, atque etiam ab illa exemptis, quatenus saeculares personae, aut extra claustra forsan cum debitis licentiis regulares existant; regularibus autem praelatis, et superioribus, ut subditis sibi monialibus, et si quae sint oblatae, aut tertiariae, ipsorum regimini subjectae, et ab ordinariorum jurisdictione exemptae, earumque novitiis, aliisque in earumdem monasteriis, et communitatibus, ut supra, degentibus extra urbem, nec non religiosis anachoretis, sive eremitis, aliisque religiosis in carceribus claustralibus detentis, sive infirmis et senibus septuagenario majoribus, congrua religionis, pietatis, aut charitatis opera aequabili disciplinae, et indulgentiae moderatione servata, sive per se ipsos, sive per prudentes confessarios, designare et praescribere non ommittant, quae illi et illae, loco visitationum quatuor basilicarum et ecclesiarum intra et extra urbis muros, a Nobis pro consequendo hujus anni sancti jubilaeo praescriptarum, juxta singulorum statum, conditionem, et valetudinem, ac loci, et temporis rationes, respective exequi et implere possint ac debeant; et quorum implementum Nos in earumdem visitationum locum, ad effectum ipsius jubilaei consequendi, auctoritate apostolica, commutando subrogamus.

In Urbe tamen a solo card. vicario aut vicesgerente injungenda decernit.

§. 9. Pro monialibus autem, oblatis, et tertiariis quibuscumque hujus almae urbis, earumque novitiis, nec non puellis, atque mulieribus tam in praedictarum monasteriis, et communitatibus, quam in conservatoriis ipsius urbis degentibus, et pro carceratis in ejusdem urbis carceribus, volumus, et ad dilectum filium Nostrum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem, Nostrum in ipsa urbe ejusque districtu vicarium in spiritualibus generalem, ejusve vicesgerentem dumtaxat, hujusmodi operum designationem, sive per se ipsos, sive per prudentes confessarios, facere, omnino spectet, atque pertineat.

Indulgentiam plenariam concedit, duabus vicibus consequendam.

§. 10. Itaque de omnipotentis Dei misericordia, et praedictorum beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, ex concessa Nobis, licet immerentibus, suprema ligandi atque solvendi potestate, omnibus et singulis praefatis monialibus, oblatis, tertiariis, aliisque puellis, sive mulieribus in monasteriis, ac religiosis, piisve communitatibus viventibus, anachoretis, eremitis, nec non utriusque sexus captivis, et in carcere, sive in custodia detentis, atque infirmis, et senibus, vere poenitentibus, et intra praesens jubilaei annum rite confessis, ac sacra communione refectis, Deumque optimum maximum, ut supra dictum est, orantibus, aliaque sibi in locum visitationis praedictae injungenda opera, in locis, in quibus extiterint, devote adimplentibus, atque etiamsi, eorumdem operum executione suscepta, ipsos ante integrum eorum implementum ex hac vita migrare contigerit; plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, veniam, et remissionem, etiam duabus vicibus intra ipsius anni sancti decursum, si omnia praemissa opera injuncta iteraverint, per eorum singulos consequendam, non secus ac ipsi, et eorum quilibet, praemissa in hac alma urbe exequentes, et quatuor basilicas ejusdem urbis, pro quibus visitandis jubilaeum ipsum et indulgentia per Nos concessa fuit, eodem jubilaei anno, diebus ad id statutis, personaliter visitantes, consequerentur, et consequi possent; tenore praesentium, ac de apostolicae liberalitatis amplitudine, concedimus, et elargimur.

Facultatem dat eligendi confessarios pro absolutione a casibus etiam in bulla Coenae reservatis.

§. 11. Eisdemque monialibus, earumque novitiis, ut, ad effectum praesentium, et pro prima vice dumtaxat, confessarios presbyteros saeculares, vel cujusvis ordinis regulares, a locorum respective ordinariis ad audiendas monialium confessiones actu approbatos quoscumque; caeteris autem supradi-

ctis anachoretis, eremitis, nec non oblatis, tertiariis, aliisque puellis et mulieribus, in monasteriis, et religiosis, ac piis communitatibus, seu conservatoriis conviventibus, at Christifidelibus captivitate, carceratione, aut custodia, infirmitate, aut senectute impeditis, tam laicis, quam ecclesiasticis saecularibus, et cujusvis ordinis, congregationis, et instituti, etiam specialiter nominandi regularibus; ut ad effectum hujusmodi, et pro prima pariter vice dumtaxat, confessarios presbyteros saeculares, sive cujusvis etiam diversi ordinis regulares, ab ordinariis similiter, in quorum civitatibus, dioecesibus, et territoriis confessiones hujusmodi excipiendae erunt, ad personarum saecularium confessiones audiendas actu approbatos quoscumque eligere valeant.

Quid observandum a confessariis, edicit.

§. 12. Utque confessarii sic electi, illorum confessionibus diligenter auditis, eos, et eorum quemlibet a quibusvis peccatis, criminibus, et delictis quantumcumque gravibus et enormibus, etiam apostolicae Sedi reservatis, etiam in bulla die Coenae Domini legi solita contentis, absolvere; injuncta ipsis poenitentia salutari, aliisque juxta canonicas sanctiones rectaque disciplinae regulas injungendis; ac praesertim, quoad illos in carceribus detentos, quorum criminales causae nondum conclusae sunt, iisdem serio admonitis de obligatione, qua tenentur judicibus super eorum delictis legitima auctoritate eos interrogantibus veritatem aperire; quodque hoc animi proposito carentes, absolutionem sacramentalem nullo fructu, quin potius majori animarum suarum damno, susciperent; si autem cum hujusmodi veritatis fatendae proposito, aliisque debitis dispositionibus, peccata sua rite confiteantur, absolutio, quam a confessario obtinuerint, ipsis in foro interno utilis sane et salutaris existet, nullatenus vero in foro externo ad temporales promeritas poenas evitandas prodesse poterit.

Monialibus, oblatis, tertiariis ac vota simplicia commutari dispensando permittit.

§. 13. Utque praeterea confessarii, a monialibus, oblatis, tertiariis, aliisque puellis et mulieribus supradictis ad praemissum affectum electi, iisdem monialibus, intra monasteria clausurae legibus subjecta solemniter professis, vota quaecumque post professionem emissa, et cum earum observantia regulari compatibilia, dispensando commutare; oblatis vero, tertiariis, et tam istorum, quam praedictorum monasteriorum novitiis, caeterisque puellis, sive mulieribus saecularibus in eisdem monasteriis, et oblatarum, aut tertiariarum domibus, et communitatibus, nec non in conservatoriis quibuslibet, educationis, convictus, aliave causa et ratione, cum debitis licentiis, commorantibus, omnia et quaecumque vota, exceptis illis, quae Nobis et apostolicae Sedi reservata sunt, etiam dispensando commutare, easque omnes et singulas, facta commutatione hujusmodi, ab emissorum votorum, etiam juratorum, observantia, absolvere possint et valeant, dicta auctoritate apostolica, et earumdem tenore praesentium, misericorditer in Domino concedimus et indulgemus.

Contrariis derogat.

§. 14. Non obstantibus Nostris super indictione jubilaei praesentis anni in hac alma urbe, ac super suspensione indulgentiarum et facultatum eodem jubilaei anno vertente, nec non praedecessorum Nostrorum de indulgentiis non concedendis ad instar, aliisque apostolicis, et in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis constitutionibus, ordinationibus, et reservationibus etiam in eadem bulla Coenae contentis, nec non quorumcumque etiam mendicantium, et militariorum ordinum, congregationum, societatum, et institutorum, etiam Societatis Jesu, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, legibus, usibus, et consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis eisdem concessis, praesertim in quibus caveatur expresse, quod alicujus ordinis, congregationis, societatis, et instituti hujusmodi professores extra propriam religionem peccata sua confiteri prohibeantur. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, et individua mentio facienda, vel alia exquisita forma ad id servanda foret, hujusmodi tenores pro insertis, et formas pro exactissime servatis habentes, pro hac vice, et ad praemissorum effectum dumtaxat, plenissime derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Hortatur episcopos ad concedendas facultates absolvendi a casibus eisdem reservatis.

§. 15. Caeterum venerabiles fratres episcopos, aliosque locorum ordinarios hortamur, ut, Nostrae apostolicae Sedis benignitatis exemplo permoti, confessariis per praedictos omnes ad earumdem praesentium effectum re-

spective eligendis, facultatem absolvendi eosdem a casibus, sibi respective reservatis, impertiri non recusent.

Transumptis fidem haberi decernit.

§. 16. Volumus autem, ut earumdem praesentium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem ab omnibus fides habeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 17. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrae declarationis, hortationis, commissionis, concessionis, derogationis, decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quarto, quinto decimo kalendas januarii, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 18 dec. 1824 anno II.

LXXVII.

Ordinatio pro expedita causarum, et controversiarum civilium resolutione advenarum, hospitum et peregrinorum adventantium Romam anno Jubilaei.

Leo papa XII.

Motu proprio.

Essendoci sommamente a cuore, che li pellegrini, ospiti, e forastieri, che verranno in questa Nostra città di Roma per il prossimo anno santo, non solamente siano benignamente accolti, e ricevuti, ma inoltre, che in qualunque controversia, che possa loro occorrere nel tempo della loco permanenza in essa Nostra città, loro sia amministrata senza veruna formalità di giudizio pronta, e speditissima giustizia; ci siamo perciò determinati di dare i seguenti provvedimenti: e primieramente volendo, e dichiarando, che per forastieri, ospiti, e pellegrini debbano intendersi per l'effetto presente tutti quelli, che dal presente giorno fino a tutto gennaro 1826 verranno, o saranno venuti a dimorare per qualsivoglia tempo, tanto dentro la città di Roma, che nelli sobborghi, e casali, ville, orti, e vigne per lo spazio intorno alle mura di miglia cinque per ogni parte, di qualunque siano sesso, età, e qualità, condizione, e professione, laici, ed ecclesiastici, eziandio regolari di qualunque ordine, congregazione, ed istituto esenti, o non esenti, niuno affatto escluso, e nemmeno quegli esteri, che non godono della comunione della Nostra Santa Romana Chiesa; ed avendo nella presente Nostra cedola di moto proprio per espresso, e di parola in parola registrato l'intero tenore di ogni, e qualunque cosa necessaria da esprimersi; di Nostro moto proprio, e certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà vogliamo, e decretiamo: che accadendo alcuna controversia civile tra li suddetti pellegrini, ospiti, e forastieri da una e la Nostra camera Apostolica oppure Capitolina, loro ministri, offiziali, appaltatori, subappaltatori dall'altra parte, per causa di qualsisia gabella, o di altro qualunque diritto d'introduzione, transito, estrazione, o contrattazione di qualunque robba, o merci, ed anche di cavalli, ed altri animali, non però per mercimonio, ma per uso, o consumo proprio solamente di essi forastieri tanto per acqua, che per terra, o per altra qualsisia causa fiscale. Debba questa conoscersi, e terminarsi ad ogni richiesta stragiudiziale del pellegrino, ospite, a forastiero dal Nostro monsignor tesoriere generale, o da per se stesso, o per mezzo di altra persona idonea, che a lui piacerà deputare senz'alcuna formalità di tribunale, e di giudizio all'impiedi, e senz'alcuna spedizione di mandato, inteso prima verbalmente, o anche non inteso, come a lui piacerà, monsignor commissario di essa Nostra camera, e rispettivamente il fiscale di Campidoglio e per via meramente economica privativamente, ed esclusivamente a qualunque altro giudice, o tribunale eziandio superiore al detto Nostro monsignor tesoriere, abbenchè privativo, e munito di qualsivoglia amplissima, e specialissima facoltà, tanto della detta Nostra camera, quanto della suddetta Capitolina, e rimossa qualunque appellazione, e ricorso, anche in devolutivo, purchè però quella non s'interponga, o questo non si domandi dallo stesso forastiero, ospite, o pellegrino, a cui solamente, e non al fisco o suo appaltatore, debba esser lecito di appellare, e ricorrere,

quando mai si credesse gravato dal suddetto monsignor tesoriere, a condizione però di osservare in tal caso la solita strada giudiziale avanti i giudici, e tribunali competenti.

Accadendo poi alcuna controversia civile, in cui non abbiano interesse nè la Nostra camera, nè la Capitolina, o tra due, e più dei suddetti ospiti, pellegrini, o forastieri, o tra un forastiero da una parte, ed uno, che non sia forastiero dall' altra, per causa, occasione, o pretesto di qualsisia contratto, tanto nominato, che innominato, tanto ridotto, che non ridotto in iscritto sopra cose mobili, o semoventi, o per qualunque locazione tanto espressa, che tacita di palazzi, o case, stanze, rimesse, o stalle dentro la città, e circondario suddetto: di carrozze, calessi, carrette, o carri, cavalli, muli, o altre bestie da trasporto, o da soma, letti, apparati, ed ogni altra sorta di supellettili, o anche di quelle opere personali, che sogliono prestarsi ai forastieri da servitori, cuochi, camerieri, ed altri simili, famigliari, interpreti, o maestri di lingue, sensali di contratti, introduttori, conduttieri, antiquarj, e nomenclatori; e finalmente per causa di alloggi, cibarie, e alimenti, preso il nome di alimenti nel suo più ampio, e largo significato: tutte queste controversie, e cadauna di esse, di pari Nostro moto-proprio, scienza, e pienezza di potestà, vogliamo, che debbano conoscersi, e terminarsi, con tutti li loro annessi, e connessi, emergenti, ed incidenti da monsignor Niccola Grimaldi primo luogotenente civile, ed attualmente pro-uditore generale della Nostra camera apostolica o in sue nome da altra persona idonea, che a lui piacerà deputare, ad ogni richiesta stragiudiziale del pellegrino, ospite, o forastiero manu regia all'inpiedi senz' alcuna formalità di tribunale, e di giudizio, e senza alcuna rilassazione, e spedizione giudiziale di mandato, e per via meramente economica, intesa soltanto verbalmente l' altra parte, e con facoltà amplissima, e illimitata di rescindere, ed annullare, e moderare qualsisia de' suddetti contratti, e di ridurre i prezzi, mercedi, pigioni, e noliti, che a lui pareranno eccessivi ai limiti dell' equo, e dell' onesto, privativamente, ed esclusivamente ad ogni altro giudice, e tribunale ancorchè camerale, e privative di questa Nostra città di Roma quanto si voglia privilegiate; e privilegiatissime, e per cui comprendere abbisognasse farne individua, e speciale menzione, e rimossa qualsisia appellazione, e ricorso anche in devolutivo, purchè però quello non s' interponga, o questo non si domandi dallo stesso forastiero, ospite, e pellegrino, a cui solamente, e non all' altra parte sarà lecito di appellare, o ricorrere, quando mai si credesse gravato dal prelato suddetto, a condizione però di osservare in tal caso la solita strada giudiziale avanti i giudici, e tribunali competenti, come poc' anzi stabilimmo rispetto alle cause fiscali; ed inoltre con la facoltà al suddetto monsignore Grimaldi per la pronta esecuzione degli ordini, che da lui si daranno, di servirsi delli ministri, e officiali di qualunque corte, e tribunale, o di procedere alla pignorazione dei beni, e anche carcerazione contro chiunque ricusasse di ubbidire.

Rispetto finalmente alle cause criminali tanto attive, che passive, che potranno accadere, o tra un forastiero, o l' altro, o tra un forastiero da una parte e uno, che non sia forastiere dall' altra: di simile Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra pontificia autorità vogliamo, che debbano conoscersi, e terminarsi il più prontamente, e speditamente, che sia possibile, secondo la natura, e esigenza della causa dal Nostro monsignor governatore di Roma o con il voto, e anche senza il voto della sua congregazione, ancorchè quello, che non è forastiero sia talmente privilegiato per qualunque causa, titolo, e ragione, secondo le costituzioni apostoliche o Nostre, o de' Nostri predecessori, e per altro qualunque privilegio, non possa esser giudicato da detto monsignor governatore, ma debba esser giudicato da altro giudice privativo di qualunque preeminenza, e dignità egli sia, e ancorchè degno di speciale, e specialissima menzione, eccettuando solamente il tribunale della Nostra Inquisizione; e nascendo alcuna questione di pertinenza in qualunque controversia, o causa tanto attiva, che passiva di alcuno de' suddetti forastieri, ospiti, e pellegrini, non debba attendersi altra citazione che segnata di mano del cardinal prefetto della Segnatura.

Dichiariamo però, che le suddette giurisdizioni privative, e facoltà straordinarie da Noi date, e comunicate per causa del prossi-

mo anno santo, e in favore, difesa, e sicurezza delli pellegrini, ospiti, e forastieri a monsignor tesoriere generale, a monsignor Grimaldi, a monsignor governatore di Roma non s' intendino date, e comunicate, se non che dal presente giorno, e debbano finire, terminare e spirare nell' ultimo giorno di gennaro 1826, di modo che spirato questo giorno, s' intendano le cose *ipso facto, et ipso jure* riposte, e restituite nello stesso stato, nel quale si trovavano prima della sottoscrizione di questa presente Nostra cedola, e non altrimenti. Volendo, e decretando, che alla presente Nostra cedula, di moto-proprio, benchè non esibita, nè registrata in camera, e ne' suoi libri, non possa mai darsi, nè opporsi di surrezione, orrezione, nè d'alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri pretesti quantunque validi, validissimi, e gioridichi anche di jus quesitu, e pregiudisio del terzo, possa essere impugnata, moderata, o rivocata ridotta *ad viam juris*, o concedersi contro di essa l'aperisione oris, o altro qualunque rimedio, e che così, e non altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualsisia giudice, e tribunale, benchè collegiale, congregazione de' reverendissimi cardinali, camerlengo di s. Chiesa, rota, camera, e qualunque altro, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di giudicare, definire, ed interpretare in contrario: dichiarando Noi fin d'adesso preventivamente nullo, irrito, ed invalido tutto ciò che cadauno di essi con qualsivoglia autorità, scientemente, o ignorantemente, fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse di giudicare contro la forma, e disposizione della presente Nostra cedola di moto-proprio, quale vogliamo, che vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, benchè non vi sieno stati chiamati, sentiti, o citati monsignor commissario, e gli altri difensori della Nostra camera, i ministri, e difensori della camera Capitolina, gli appaltatori, e subappaltatori della suddetta Nostra camera, e di quella Capitolina, ed altre qualsisieno persone, ancorchè privilegiate, e privilegiatissime, che vi avessero, e pretendessero avervi interesse, e che per comprenderle facesse bisogno di special menzione; non ostanti la bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis* la regola della Nostra cancelleria *de jure quaesito non tollendo*, e qualsisieno altre costituzioni, ed ordinazioni apostoliche, Nostre, e de' Nostri predecessori, leggi, statuti, riforme, stili, usi, consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato, a supplendo colla pienezza della Nostra potestà pontificia ad ogni vizio, e difetto quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire per questa volta sola, o per la piena, e total' esecuzione di quanto si contiene nella presente Nostra cedola di moto-proprio, ampiamente ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico vaticano questo di 20 decembre 1824.

LXXVIII.

Dat. die 27. dec. 1824. Anno II.

Ampliatio dotationis domus Missionariorum erectae in urbe ad Exquilinum montem a cl. me. marchione Francisco Maria Lercaro Imperiali.

Dilecto filio Nostro Placido Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Zurla nuncupato Nostro in alma urbe vicario in spiritualibus generali.

Leo PP. XII.

§. 1. Ad hoc supremae dignitatis fastigium evecti, divinaque disponente clementia dispensatores facti in domo Domini, meritis licet imparibus, in id pastoralis officii Nostri curam incumbere vehementer oportere intelleximus, quod ad conservanda pia instituta in hac alma urbe Nostra pro spiritnali populorum salute erecta, ac piorum testatorum voluntatem in his exequendam intendit. Procemium.

§. 2. Cum igitur alias noverimus bonae memoriae marchionem Franciscum Mariam Lercaro Imperiali quamdam sacerdotum saecularium unionem coadunasse sub invocatione beatae Mariae virginis Gratiarum, ut Romae, et in universa Nostra ditione ecclesiastica, atque etiam in aliis Italiae regionibus, aut sacris missionibus, aut spiritualibus exercitiis incumberent, empta in id satis idonea domo Facti series.

in monte Exquilino, ubi sacerdotes praedicti habitare ac divino cultui vacare commode possent: hoc autem pium opus ex asse haeredem nuncupavisse ultimo, quo cum decessit testamento inito die decima quinta octobris anni millesimi septingentesimi sexagesimi octavi, confirmavisseque codicillis scriptis die decima sexta maji anni millesimo septingentesimo septuagesimo, quibus in illius superiorem designavit dilectum filium Carolum Carezzani. Quoniam vero idem vir pius etiam quemdam clericorum convictum instituerat in civitate Sarzanensi, eidem legavit annuam summam librarum Januensium millequingentarum ipsumque in haereditate substituit si et quatenus omnino deficeret Pium opus Romae institutum, ita ut nulla spes amplius adesset ejusdem restituendi, sicuti a conversu hoc pium opus substituit in bonis convictui praedicto donatis si quando in eo fundationis regulae minime servarentur. Sed quia defuncto pio institutore memoratus Carolus Carezzani neque fundatoris expectationem explevit, neque idoneos presbyteros in locum demortuorum suffecit, neque pacem et tranquillitatem inter quatuor illius communitatis alumnos sustinuit, felicis recordationis Pius VI, praedecessor Noster visitationem domus missionariorum demandavit clarae memoriae Marco Antonio dum vixit Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali Columna nuncupato, tunc in alma urbe vicario generali, ejusque post obitum hoc idem munus commisit venerabili fratri Nostro Julio Mariae episcopo Ostiensi et Veliternensi Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali de Somalia nuncupato, tunc pariter vicario in alma urbe generali, nunc vero sacri collegii decano, Sanctae Romanae Ecclesiae vicecancellario, et Nostro a secretis status, eique praeterea commisit ut, submoto eodem Carolo Carrezani a munere superioris dictae domus, eoque unacum alio ejusdem communitatis alumno dilecto filio Felice Celi expulsis, pro suo arbitrio alterum superiorem sufficeret, opportunasque leges et regulas conderet pro recte illius qui operis gubernio et administratione, cohaerenter ad eas, quae fuerunt ab ipso fundatore designatae, expeditis in id literis in forma brevis sub die decima quarta februarii anni millesimoseptingentesimi nonagesimi septimi. Rerum autem publicarum duplex perturbatio, quae deinde consequuta est, pleraque pii operis bona dispecdidit, ac apostolicarum literarum exequutionem penitus intercepit. Hinc felicis recordationis decessor Noster Pius VII. rescripto die vigesima tertia decembris anni millesimi octingentesimi decimi noni edito per clarae memoriae dum viveret Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem Litta nuncupatum, qui tunc in alma urbe vicarii generalis munere fungebatur, jussit ut collegium Missionariorum in suspenso maneret ad quinquennium, et interim bona administrarentur a dilecto filio Philippo Pincellotti altero ex beneficiatis basilicae Liberianae, aliaque demandavit, quae ad ejusdem collegii restitutionem post quinquennium conducere visa sunt. Caeterum redditnum pii operis tenuitas fortasse effecit, ut nondum ad omnia impleta fuerint quae ad illud restituendum fieri oportuisset. Dudum vero ad audientiam Nostram delatum fuit clarae memoriae Vitalianum dum viveret Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem Borromeo nuncupatum quoddam pium legatum reliquisse ut adolescentes qui primam sacram synaxim suscepturi sunt, spiritualibus exercitiis vacare valeant, nec non clarae memoriae Leonardum dum viveret Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem Antonelli nuncupatum aliud legatum reliquisse, ut quidam sacerdotes saeculares, in oratoriis nocturnis nuncupatis praedicationem, et alia pia exercitia ad divinum cultum promovendum peragerent. Quare cum haec quae modo commemoravimus pietatis opera intima quodam inter se, et cum Missionariorum, de quibus diximus instituto, familiaritate jungantur, nihil opportunius duximus, quam ut illa, illorumque bona et redditus operi pio Missionariorum a marchione Imperiali, ut praefertur erecto in perpetuum adjungere atque unire.

§. 3. Motu itaque proprio, ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine inhaerentes praedictis literis in forma brevis felicis recordationis Pii pp. VI. praedecessoris Nostri diei decimae quartae februarii anni millesimi septingentesimi nonagesimi septimi, necnon rescripto felicis recordationis Pii pp. VII. pariter praedecessoris Nostri die vigesima tertia decembris anni millesimi octingentesimi decimi noni edito, quorum tenorem praesentibus pro inserto et de verbo ad verbum expressso haberi volumus, atque mandamus, per has

Tenor motuproprii super decreta unione lati.

Nostras literas decleramus collegium Missionariorum sub invocstione beatae Mariae virginis Gretiarum institutum a bonae memoriee marrbiooe Francisco Mariae Lercaro Imperiali ab bac die apostolica auctoritate erectum ac restitutum juxta fundatoris voluntstem, ut illius alumni totam ecclesiasticam ditionem Nostram, atque etiam, si fieri potest, alias Italiae regiones obeuntes, aut sacris missionibus, eut etiam spiritualibus exercitiis operam naveut; boc autem collegium pro nunc constabit dilectis filiis Juenne Baptiste Garibaldi, et Augustino Romagnuli qui jam illi nomen dederant, nec non dilectis filiis Ludovico Ponzileoni, Silvestro Iacoacei, et Philippo Pincellotti. Ad boc collegium spectabunt omnia et singula bona quaecumque, ne jura eidem ab institutore ralieta, necnon quaelibet alia quae in posterum eidem devoluta sunt, ec devolvi ex quacumque causa iu futurum contigerit. Praeterea aidem collegio unita ae incorporeta ab bae die censeri volumus redditus, et bona quaecumque pertinent, aut pertinera poterunt ad praedicta pia opera Borromeo et Autonelli, prout revera tenore praesentium uoimus et aggregames, ita ut in unum patrimonium coalescant, eum onera temen adimplendi ea, quae a respectivis testatoribus praesoribuntur.

Cardinali vicario ur bis tribuitur administratio bonorum piae domui pertinentium, et eneri solvendi onera eidem imposita.

§. 4. Circumspectioni autem tuae, de cujus siugulari fide, integritate, ec religionis zelo plurimum in Domine confidimus, et cui ob vicarii Nestri in alma urbe in spiritualibus generalis munus, quod tibi jam alias concredidimus collegium praedietum subest, committimus atque mandamus, ut de bonerum, ac reddituum trium priorum operum, ut supre, uuitorum administratione quaeras; ut redditionem rationum bonorum collegii Missionariorum a dilecto filio Philippo Pincellotti per quinquenulum administratorum exigas et recipiae; ut enouum legatum librarum Januensium millequingentarum convictui clericorum in civitate Sarzanensi a supra memorato pio institutore marrbione Imperiali relictum persolvi ex redditibus haereditatis omuioo facias, ut tibi benevisum administratorem bonorum ae reddituum trium piorum operum unitorum eligas; ut semptuum iu iisdem piis operibus erogandorum notulam approbes, nec non preedictie sacerdotibus, qui nunc collegium constituuet pro modo facultetem erbitrio tuo, quae ad victum aecessaria sunt unicuique plus minusve assignes, diminuas, augeas, prout tibi in Domino expedire videbitur; ut habitationem quoque iisdem in domo ed moetem Exquilinum attribuas; ut alios etiam presbyteros qui probatae sint vitae, quique oueribus a fundatoribus volitis recte satisfacere valeant in dictam domum tot inducas, quot vires census sustinebunt. Inter illos erit a te superior deputandus, praefixo etiam tempore, quo munus hujusmodi erit duraturum. In eadem domo certas etiem mansiones deslgnabis, ubi degant, etque spiritualibus exercitiis vacent adolescentuli, qui primum mensae Dominicae participes fiunt.

Onus ea condendi statuta pro recta administratione piae domus.

§. 5. Praeter baec erunt quoque a te opportunae leges, et statuta condeude tum iis legibus quae ab ipso fuadatore, ut praefertur, tradite fuerunt, accomodata, quaeque methodum in edmittendis novis presbyteris in locum demortuorum, ac ie electione superioris et aliorum officialium, qui pro recto ejusdem communitatis gubernio, et administratione aruut necessarii, deinceps servaudam clare praesrribant, aliaque omnia, quae ad firmandum, stabiliendumque tam pium institutum juxta tuam prudentiam, ac in negotiis gerendis sedulitatem opportuna esse, et fore conspexaris; ite tamen, ut praetee ee, quae per basce Nostras literas disposita suet, eo meliori quo fieri potest modo piorum fundatorum mens, et voluntes in omnibus servetur, et exequatur. Nos enim tibi praemissa, et quaecumque elia supra expressa ejusmodi necessaria, et quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, exequendi, et exequi mandandi, auctoritate praedicta plenam, liberam, et amplam facultatem, et auctoritatem tenore praesentium concedimus et impertimur. Maedantes propterea in virtute sauctae ebedientiee, ac sub indignationis Nostrae eiiisque arbitrio Nostro infligendis poenis, omnibus et singulis presbyterorum saecularium dictae domus ministris, caeterisque personis quibuscumque ad quas spectat, eut spectare poterit, ut tibi, ec personae, seu persouis a te, ut praefertur, deputandis, in praemissis omnibue et singulie prompte pareent et ebediant, tuaque salubria monita et maudata bumiliter suspiciaot, et efficeciter adimplere cureet, alioquin sententiem, sea poenem quem rite teléris ie rebelles, ratam babebimus, et faciemus euctore

Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Clausula sublata et decretum irritans. §. 6. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 7. Non obstantibus quatenus opus sit memorati Francisci Mariae fundatoris testamento, codicillis, aliisque quibusvis dispositionibus, ac etiam ultimis voluntatibus clarae memoriae Sanctae Romanae Ecclesiae, dum viverent, cardinalium Borromeo, et Antonelli, quas quoad praemissa tantum sufficienter et expresse commutamus: de jure quaesito non tollendo ac aliis Nostrae, et cancellariae apostolicae regulis, constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima septima decembris millesimo octingentesimo vigesimo quarto, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 25. jan 1825. Anno II.

LXXIX.

Encyclica ad omnes patriarchas, primates, archiepiscopos et episcopos.

Venerabilibus fratribus patriarchis, primatibus, archiepiscopis et episcopis.

Leo Papa XII.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem.

Ad plurimas easque gravissimas, quibus memorabilis gloriosissimi praedecessoris Nostri pontificatus afflictus est, calamitates, summo cum dolore hujus orbis, gentiumque omnium catholicarum ad extremum, veluti cumulus, teterrimum accessit infortunium, quo aedes vetustissima, pretii, amplitudinis, artis miraculum, honori dedicata apostoli doctoris gentium, insigne monumentum pietatis et magnificentiae Constantini Magni, a quo primum fuerat extructa, Valentiniani, Theodosii, Arcadii, et Honorii imperatorum, a quibus novo opere fuit refecta, et exornata, Romanorum pontificum, quorum cura restaurata subinde fuit, subito uno incendio paucis horis nocturnis conflagravit. Idem ipse praedecessor Noster pietatem suam in sanctum apostolum illustraverat, necessariis templi illius reparationibus imperatis; quibus vix dum magno sumptu absolutis, pene omnia incredibilis flammarum vis absumpsit, et alius paucis post diebus Nobis et Ecclesiae universae acerbissimus superadditus est dolor, morte ipsius pontificis consequuta. Ejus porro in locum, meritis licet imparibus, Nos, Deo sic volente, suffecti, tristissimum tanto spoliatae ornamento urbis dolentes vicem, et occulta divinae providentiae consilia venerantes inter gravissimas ministerii Nostri curas animum ad ruinas illas convertimus, omniaque advocavimus artis et industriae subsidia, ut quidquid reliquum ignis fecisset aedificii, quibuscumque fieri posset partibus fulciretur. Sperabamus enim Nos illud quoque sedulitate Nostra consequuturos, ut proximo anno sacro aurea basilicae illius porta recludi de more posset, quod causa fuit, cur in literis Nostris, quibus universale indiximus jubilaeum, una cum patriarchalibus basilicis indulgentiae promerendae causa adeundis Ostiensem quoque nominaverimus. Verum tam multae tamque graves novae prioribus in dies accesserunt ruinae, ut cognitum plane fuerit fieri omnino sine magno periculo non posse quod optabamus, ut saltem sacris jubilaei ritibus peragendis quoquo modo pararetur. Quare de sententia decedendum fuit, cogitandumque de nova fere ab integro aedificatione. Obstabant quidem angustiae fortunarum Nostrarum, quod sane mirum nemini videatur post tot tantaque rei hujus publicae detrimenta; sed tamen non despondimus animum, opusque suscepimus minime dubitantes, quin fideles non modo probatori essent consilium Nostrum, sed adjutores etiam ad illud perficiendum aere pro sua cujusque facultate collato, certatim futuri.

Quis enim non pro viribus conetur votis ea in re Nostris obsecundare, qui modo con-

sideret Nos de viri illius gloria colluque laborare; de quo Christus ipse *vas*, inquit, *electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, et regibus*; qui ex eo tempore divinae vi incensos caritatis *omnibus omnia factus, ut omnes Christo lucrifaceret*, tot regiones per asperrima itinera obivit periculis omnibus terra marique se objecit, egestatem, vigilias, inediam, naufragia, plagas, lapides, proditiones, aerumnasque omnis generis invictu animo pertulit, ut, repugnante licet modestia sua, instincto divini Spiritus dicere coactus sit, *se abundantius omnibus* Christi discipulis *laborasse*, qui denique vitam cum sanguine profundens, quam sermone et exemplo docuerat, veritatem insigni martyrio confirmavit ita, ut vere dici possit ejus potissimum opera majores nostros fuisse vocatos a Christo *de tenebris in admirabile lumen suum*? Spirat vero adhuc vivitque in epistolis suis, quae, ut desint cetera, vel solae valeant ad persuadendum hominibus Evangelium; adeo *vivus et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti, et pertingens usque ad divisionem animae et spiritus* se in illis prodit sermo Dei. Tantum igitur cum illi debeamus, ut nihil supra possit, quisquamne adeo ingratus reperiatur, quin suum esse ducat ad ejus honorem quidquid potest conferre?

Apostolum vero hujusmodi tanto Christi amore flagrantem, tot tantisque pro eo, tantoque cum fructu perfunctum laboribus, quantum patrocinio valere apud Deum existimabimus, aut quanto omnium honore ac veneratione dignum esse? Sedet is proximus summo illi principi, cui datae sunt claves regni coelorum, deprecator nunc pro Ecclesia apud Deum, judicaturus cum Christo in fine moodi *duodecim tribus Israel*; et quemadmodum gemini illius Ecclesiae luminis inter eos, qui *primitias Spiritus* habuerunt, primae sunt sedes in coelo, ita primi semper utique tributi sunt honores in terris, ea ratione suum cuique praemii gradum reddente Deo, ut quorum fuerit studium propagandae divinae gloriae praecipuum, in iis praecipuo item modo divinum illud impleatur oraculum *quicumque glorificaverit me, glorificabo eum*. Hinc factum est, ut praedecessoribus Nostris Bonifacio nono, Martino quinto, Eugenio quarto adhortantibus, ad utriusque basilicas restaurandas cives, exterique largissime contulerint: hinc templum Vaticanum orbis terrae amplissimum, ac magnificentissimum, ad opes Julii secondi, et successorum ejus, donariis ultro oblatis accedentibus, aedificatum est: atque hinc pari modo futurum confidimus, ut pios se praebeant, ac liberales quicumque ubique sunt Christo, at sanctae huic Sedi fideles, dum Pauli nomine quaerimus tenuitati Nostrae subsidium. Quod eo vel magis nunc sperandum Nobis est a fideli populo, cum, Deo ipso duce, hanc asserendam gloriae apostoli mentem volontatemque suscepisse videri jure optimo debeamus; siquidem inter immensos collapsae integrae contignationis ardores, inter ipsas in calcem redactas solido e marmore columnas, tamquam tres illi adolescentes Babylone in fornace ignis ardentis incolumes, integrum apostoli ejusdem sepulcrum servatum est.

Surget igitur eodem in solo non inda procul, ubi vitam dedit pro Christo, surgat iterum Petri meritorum, et gloriae consorti Paulo templum, etsi columnis illis carens, monumentisque pretium omne excedentibus, quam pro copia fieri poterit, magnificum; et honor sepulchro illi debitus habebitur, cujus in primis venerandi causa optare se dixit magnus ille Chrysostomus Romam videre; ad quod, eodem teste, imperatores accurrebant, consules, exercituum duces; denique ad quod tamquam ad perennem quemdam fontem coelestis beneficentiae, omnis generis, atque ordinis homines longinquis etiam susceptis peregrinationibus convenire, numquam destiterunt.

Utinam, venerabiles fratres, Chrysostomi ejusdem vis, Nobis suppeteret, et copia dicendi, ut quo ille modo de Pauli meritis locutus est, eodem et Nos ad excitandos fidelium animos loqui possemus. Ejus vos induti spiritum ex mirificis ipsius sermonibus aptissima quaeque haurietis argumenta, quibus commissi vestrae curae fideles, religione atque amore apostoli gentium, hoc est eorum ipsorum, inflammentur, quo fiat, ut juvare conatus Nostros omni ope conentur. Quod Paulum ipsum fecisse scimus pro fidelibus, id ne vos pigeat pro Paulo ipso facere. Ille collegit undique eleemosynas, easque contulit Hierosolymam corporali fidelium inopiae sublevandae; vos eleemosynas colligetis quibus spirituali eorumdem indigentiae ejus apud Deum

patrocinio subveniatur. Uno verbo, vos constituimus tam religiosi operis administros. Quidquid a pia fidelium largitate corrogaveritis, ad Nos mittendum curabitis. Ea fiducia vestrae pietatis ac studii ad vos scribimus, ut spes etiam Nobis sit superatum iri per vos expectationem desiderii Nostri, imo non defuturos qui exemplum imitentur viduae illius felicissimae, quae eximia Christi Domini laude digna est, propterea quod cum esset pauper, *de penuria sua plus omnibus misit in gazophylacium, qui ex eo miserunt quod illis abundabat*; atque inde fore, ut nova ex ruinis basilica ea magnitudine cultuque resurgat, quem doctoris gentium nomen ac cineres postulant. Hac spe dum consolamur dolorem Nostrum, salutaria omnia vobis adprecantes, venerabiles fratres, apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae, apud sanctum Petrum die vigesima quinta januarii millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo.

LXXX.

Dat. die 15. feb. 1825. Anno II.

Restitutio imaginis nuncupatae « *Vultus Sanctus* » factae Societati Jesu cum lege eam iterum collocandi in veteri conclavi, et statis temporibus publicae venerationi exponendi cum nova indulgentiarum concessione.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Salutis Nostrae spes, pretium, ac ratio quum tota in illo contineatur, qui « dedit semetipsum pro Nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate » Deo, et homine Jesu Christo; ei fidere, eum propitium implorare, ferventique pietate colere grati est animi, aeternamque beatitatem quaerentis, officium. Ac quia ad excitandos erga illum Nostrae pietatis ardores plurimum confert illius effigiem oculis subjectam habere; nihil magis studiose a majoribus nostris curatum est, quam ut Nobis crebrae ejus imagines in viis, in domibus, praesertim vero in aedibus sacris occurrant.

Memoratur donatio s. imaginis congregationi Societatis Jesu facta a gente Sfortia.

§. 2. Studii hujus impulsu e nobilissima gente Sfortia dum pia quaedam mulier magno contendit opere, multisque precibus a felicis recordationis Gregorio XV. praedecessore Nostro, ut ex augusta imagine Christi, quae in Vaticano templo asservatur ac colitur, quaeque a vultu Christi, quem exprimit a Vultus Sanctus » appellatur, aliam sibi, et archetypo similem, pictoris ope, ducere effigiem liceret. In quo facilem, uisque obsecundantem votis pontificem nacta eam clericis regularibus Societatis Jesu dono dedit imaginem, ut in conclavibus illis, pie coleretur quibus utebatur sanctimonia, rerumque prudentia praeclarus ejus societatis fundator divus Ignatius Loyola, quaeque, jamdiu altaribus excitatis ac dedicatis, religionem sacrae aedis obtinent.

Quomodo imago fuerit concessa sacello Montis Pietatis exponitur.

§. 3. Postquam vero Societas Jesu vices illas experta est, quae neminem latent, felicis recordationis Clemens XIV. praedecessor Noster rogatu Guillelmi Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Pallotta nuncupati, eo tempore pro praefecti aerario apostolico, imaginem, de qua est sermo, addixit sacello condito penes mutuatitiae pecuniae mensam quam « *Montem Pietatis* » dici mos est, ac per suas literas annulo piscatoris obsignatas die decimaquarta maji anno 1774. omnem admissorum poenam iis condonavit, qui in aliqua e sextis feriis hebdomadarum quadragenarii jejunii, itemque in aliquo ex iis diebus, in quibus tres majores reliquiae ex interioribus maenianis basilicae Vaticanae ostenduntur, confessione expiati, epuloque divino refecti id sacellum ad propitiandum Deum adeant, et ea coram imagine preces praescriptas fundant; quas quidem Clementis literas hic insertas, et ad verbum exscriptas haberi praecipimus.

Preces a procuratore generali Societatis porrectae pro obtinenda restitutione.

§. 4. Nuper autem dilectus filius Bartholomaeus Avesani Societatis Jesu procurator generalis supplicem Nobis libellum obtulit, ac postulavit, ea ut imago in locum referatur, unde est avulsa, in conclavia nimirum, quorum se olim divus Ignatius augustis finibus tenuit.

Tenor concessionis.

§. 5. Nos vero in hoc quoque cupientes Nostram erga dilectos filios clericos regulares Societatis Jesu benevolentiam testari, mandamus dilecto filio Magistro Belisario Cristaldi, apostolico Nostro aerario praefecto, ideoque in montem urbanum Pietatis jus exercenti, ut imaginem, de qua est mentio, ex ejus sive sacello, sive sacrario (varia enim in

sede pro vario anni tempore statui solet) promendam curet; atque illinc eam antiquo ornatu promptam clericis regularibus Societatis Jesu tradat habendam, servandam, colendam in conclavibus divi Ignatii, ne donatio piae mulieris effectu careat. Quia tamen utilitatem indulgentiarum, quae Clementis literis conceduntur, ratam esse ac patere quam latissime volumus; id autem non contigeret, siquidem illa effigies educeretur nunquam e cubiculis Ignatianis, claustro eorum clericorum undique circumspectis; volumus atque praecipimus ut quibus diebus condonatio poenae peccatorum eam venerantibus concessa est, deferatur illa in templum Societatis Jesu concreditum, et ei claustro finitimum, ibique adoranda populo proponatur. Quicumque vero diebus a Clemente statutis conditiones ab eo praescriptas implebit, et illam ipsam effigiem in eo templo venerabitur, plenam admissorum veniam quae affixa olim erat imagini, quum maneret in montis Pietatis sacello, assequatur.

Decretatio contrario rum. §. 6. Id enim omnipotentis Dei in genus hominum misericordia nisi, et beatorum apostolorum Petri, et Pauli auctoritate confisi statuimus, concedimus, atque largimur; non obstantibus praedictis literis felicis recordationis Clementis XIV. praedecessoris Nostri, et si quidem opus sit, Benedicti XIV. praedecessoris item Nostri super divisione materiarum, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decimasexta februarii millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 3. martii 1825. Anno II.

LXXXI.

Confirmatio concordiae initae a collegio canonicorum ecclesiae s. Mariae in Via Lata in regione Pineae urbis, et vicarium parochum ejusdem ecclesiae.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Mala germina litium succidi optandum est sane, et in id Romanos pontifices decet suum studium auctoritatemque conferre. Quum inde usque ab anno millesimo septingentesimo vigesimo octavo, quaedam efferbuerint controversiae inter collegium canonicorum ecclesiae sanctae Mariae in regione Pineae almae urbis Nostrae, ejusque parochum, qui vicarius parochus appellari solet, super nonnullis juribus, quibus utrique se praeditos contendebant, inclinatis ad concordiam animis, conditiones utrisque utiles amplexi sunt, quas pactione firmarunt. Constitutio quidem, super nova paroeciarum circumscriptione die vigesima nona octobris superioris anni a Nobis edita conditionibus initis robur adjiceret, attamen rebus omnibus mature perpensis, quum collegium canonicorum, et parochus aliquid in eis immutandum arbitrati sint, alias conditiones magis magisque bono juri, ac pontificiae Nostrae constitutioni consentaneas prioribus supponendas esse statuere. Quo factum est, ut die decima septima decembris ejusdem anni solemnes exaratae fuerint tabulae, in quibus utrique hisce stare pactis fidem dederunt, nempe:

Tenor concordiae ac primum de domo parochiali. I. §. 2. Che le stanze parrocchiali per abitazione del vicario curato pro-tempore (non compresa la stanza intermedia tra il soffittone della chiesa e dette stanze parrocchiali, della quale per comodo comune siavi comune la chiave, ed ingresso al soffittone per comodo del capitolo) debbano servire per la di lui persona, e per qualche persona di suo servigio, ma non mai per altri estranei anche gratuitamente, ed a breve tempo senza licenza in iscritto del capitolo al di cui assoluto arbitrio si riserva.

De habitatione vice-curato suppeditanda. II. § 3. Dovrà il vicario curato ritrovare una decente abitazione pel vice-curato nelle vicinanze della chiesa, e dentro i limiti della parrocchia, ed anche a suo carico ne sarà la pigione; il capitolo per altro sarà obbligato di dare ogni anno al vicario curato scudi quaranta a solo titolo di compenso per la stessa pigione, nè da questo si potrà mai pretendere una somma maggiore, benchè quella superasse la stessa somma di scudi quaranta, nel solo caso che il capitolo non proveda il vice-curato di decente abitazione.

De sacris indumentis a capitulo subministrandis. III. §. 4. Somministrerà il capitolo al vicario curato un piviale bianco, due cotte grieie, e decenti, e numero cinque stole di varj colori, cioè bianca, pavonazza, rossa, verde, e nera con che la manutenzione e rinnovazio-

ne dal medesimo piviale, cotte, e stole, siano a carico del vicario curato in caso di deteriornmento, o deperlmento; gli altri pnrmenti poi per le funzioni parrocchiali saranno somministrati dalla sacristia del capitolo nelle occorrenze di esse sacre funzioni. Parimenti a carico del vicario curato sarnnno le ampolle e vasi di argento per li sacri olj, come pure gli altri utensili per battesimi, e viatici, ed olj santi, che dal capitolo gli vengano consegnati, perchè da esso vicario curato siano non solo adoprati, ma anche mantenuti, o rinnovati in caso di deterioramento, o deperimento. Lo stesso si conviene per il paramento, cha suole somministrarsi per vestire il cadavere di qualche sacerdote parrocchiano defonto.

De cera suppeditanda occasione solemniorum baptismatum.

IV. §. 5. All' occasione dei battesimi solenni che si amministrassero dal vicario curato, o da qualunque altro personaggio ancha canonico del Nostro capitolo con altare eretto in mezzo alla chiesa, la cera di detto altare appartenga al vicario curato, e tutt'altra cera che si collocasse negli altri altari della chiesa spetti intieramente al capitolo.

Item de cera adhibenda in delatione sacramenti pro infirmis.

V, §. 6. Deve essere a peso del capitolo il somministrare la metà del numero delle torcie all' occasione dell' accompagno, e trasporto del santissimo Sacramento ngl' infermi, quale resta fissato al numero di quattro torcie, ed altre quattro torcie oltre li due lampioni saranno a carico, e peso del vicario curato, senza che vi si abbiano a contare a discarico dell' una e dell'altra parte le torcie particolari delli signori cardinali, principi, o altri parrocchiani che in occasione di comunioni, siano private o solenni mandassero, o vero portassero del propriu altre torcie.

De tintinnabulo a vicario curato retinendo.

VI. §. 7. Debba il vicario curato tenere, a mantenere a suo carico la campanella sulla loggia presso le sue stanze con cordicella fissa alla cancellata della chiesa per la chiamate di parrocchia.

De cruce ejusdem curati curandi benedictionem et traditionem sacrorum oleorum.

VII. §. 8. Sia pure obbligato il vicario curato andare, o mandare alla funzione della benedizione, o ricevimento degli olj santi per la parrocchia.

De aliis oneribus impositis eidem vicario curato.

VIII. §. 9. La messa pro populo in tutti li giorni festivi, anche delle feste dispensate, che prima erano di precetto siano a peso del vicario curato, come pure la spiegazione del vangelo, l'istruzione della dottrina cristiana ai fanciulli prescritte dalli sacri concilj Tridentino e Romano, e qualunque altra funzione, o predicazione parrocchiale, che dalli superiori venisse prescritta immediatamente alle persone de' parrochi.

De modo celebrandi functiones parochiales.

IX. §. 10. Debba per altro il vicario curato osservare il conveniente riguardo di non mai fare, per quanto è possibile, funzioni parrocchiali in tempo che dal capitolo si celebrano le funzioni corali.

De divisione emolumentorum.

X. §. 11. In quanto ai funerali, che formano gli emolumenti maggiori, questi verranno divisi a metà tra il capitolo, e vicario curato, che però tutta la cera tanto dell'associazione in strada, che della esposizione in chiesa verrà ripartita metà a favore del capitolo, e l'altra metà a vantaggio del vicario curato. La cera poi degli altari tutti di chiesa, ed anche di casa nell' occasione di funerali solenni, che erigessero altari in casa, questa apparterrà intieramente al capitolo senza ripartimento alcuno al vicario curato. In quanto poi alli defonti parrochiani poveri che vengano alla chiesa per carità, il capitolo darà per carità le torcie quattro di associazione, ed il vicario curato per carità gli celebrerà la messa e l'uffizio di suffragio. Ed in fine in occasione dei mortorj apparterrà intieramente al curato di comporsi colla rispettive famiglie.

De divisione emolumentorum in anniversariis, et exequiis defunctorum.

XI. §. 12. Per rapporto agli anniversarj, ovvero esequie per defonti qualunque, se l'ordinazione sarà stata data immediatamente al vicario curato, a questo apparterrà tutta la cera, e così ogni comodo, o incomodo di tale ordinazione; si dovrà però sempre renderne inteso il capitolo. Se poi l'ordinazione verrà diretta al capitolo, e canonici, o alla sacristia, allora il vicario curato non vi avrà alcun diritto, o partecipazione alcuna.

De manutentione et expurgatione sepulcrorum.

XII. §. 13. La manutenzione, e spurgo delle sepolture della chiesa escluse, le gentilizie, sarà a peso del capitolo. Ma di esso capitolo sarà intieramente ogni qualunque emolumento, che per diritto di ruolo, o legge di statuto si paga da ogni defonto secondo le varie classificazioni dallo statuto Romano prescritte. Che se attesa la ristrettezza della nostra chiesa, ci verrà accordata altra chiesa tumulante in questa parimenti apparterrà al capitolo la manutenzione delle sepolture, come sopra.

De aliis oneribus eidem vicario curato reservatis.

XIII. §. 14. Sia a carico del vicario curato il mantenimento, o rinnovazione del catalet-

to, coltre, e cuscino ed anche della barella per il trasporto degl'infermi all'ospedale, come a di lui favore sarà intieramente qualunque emolumento della coltre, come prescrivesi nello statuto del clero Romano.

Idem ut supra.

XIV. §. 15. In quanto alli libri, carte, sigilli, biglietti stampati, e tutt'altro occorrente pel il servigio della parrocchia sia a peso del vicario curato. Quelle carte però, scritture ecc. che interessano la giurisdizione, confini, privilegii ecc. parrocchiali debbano dal vicario curato consegnarsi all'archivio capitolare per essere conservate nel loro originale, con patto però che il canonico archivista la tenga ostensibili al vicario curato ad ogni di lui occorrenza.

De clerico adhibendo pro servitio ecclesiae.

XV. §. 16. Nell'aumento della parrocchia spesse volte accaderà che qualche chierico della sagrestia debbasi occupare al servizio parrocchiale: affinchè nè il servizio del coro, e della chiesa resti pregiudicato, nè il servizio del parroco rimanga sprovveduto, si aggiungerà alla sagrestia un quarto chierico, il quale siccome sarà a carico, e spesa del vicario curato così starà ad ogni di lui dipendenza per il servizio parrocchiale. Questo chierico però nell'ore libere si occuperà anche al servizio di chiesa, e sagrestia e perciò farà unione colli altri tre chierici nelli riparti della propine, regalie, emolumenti tanto di capitolo, che di parrocchia.

De emolumentis aliis inservientibus et addictis praestandis.

XVI. §. 17. Siccome per emolumenti del vicario curato s'intendono quelli spettanti al parroco, e non già gli altri per tassa, consuetudine, a volontà dei defonti, e loro eredi in occasione dei funerali spettanti ai ministri, ed inservienti della chiesa o sagrestia, ai quali si dovranno intieramente, così dovrà pagare il vicario curato li soliti emolumenti al sagrestano, sotto sagrestano, cappellani, cantori, e chierici del capitolo, dei quali dovrà servirsi nell'occasione di officj e messe cantate, per funerali o anniversarj di sua appartenenza, che sarà per celebrare nella chiesa parrocchiale.

De arbitrorum deputatione in casu controversiae.

XVII. §. 18. Finalmente per ogni controversia, o pretenzione qui non convenuta, e respettivamente restata in passato irresoluta, e indecisa, essendosi invece di una congregazione particolare dal capitolo richiesta alla san. mem. di Clemente XII. venuto ad una concordia tra il capitolo ed il vicario curato per epoca del di 31 gennajo 1738 nella quale tra le altre cose per tutto ciò che ricercasse definizione, dichiarazione, e decisione si convenisse di procedere per via di compromesso fra due prelati ed avvocati uno per parte, ed essendo questi discordi deputarsi il terzo, o stare alla loro decisione, come fosse una regiudicata, come risulta dal tenore di detta epoca inserita nell'istrumento stipulato fra il capitolo, ed il vicario curato per gli atti del Lorenzini il 23 aprile 1752, confermato per l'osservanza dalla sentenza dell'A. C. Simonetti il 24 luglio 1756, inseritone il tenore in altro istromento del 17 settembre 1786, tanto il priore, e canonici, quanto l'odierno vicario curato D. Tommaso Landuzzi sono convenuti colle medesime formalità alla validità di questo nuovo concordato, come già convennero per l'antico lasciando sempre in tutto, e per tutto ciò che è stabilito dalle costituzioni capitolari, e che non si oppone al presente concordato, ed obligando se stessi, e loro successori nella più ampla forma delle leggi vegliant, tosto che ne acceda l'approvazione dell'eminentissimo signor cardinal vicario, ed anche il beneplacito apostolico quante volte sia necessario. E perchè questo concordato si mantenga sempre nella sua piena osservanza, e vigore, e per evitare qualunque lite che potesse mai insorgere fra le parti il capitolo di s. Maria in Via Lata implora la grazia, che il presente concordato venga confermato da breve apostolico come è solito praticarsi in simili casi.

Confirmatio apostolica.

§. 19. Quum itaque a Nobis demisse petierint, ut ejusmodi conditiones liret decreto dilecti filii Nostri in hac alma urbe vicarii in spiritualibus rebus generalis sub die prima februarii anno millesimo octingentesimo vigesimo quinto probatas auctoritate Nostra firmemus, ne ab ulla umquam vi qualibet de causa, aut quocumque praetexto debilitari, frangique possint, atque ut ecclesiae et sacrarii jura quoad in illis non est cautum, juxta hujusce cleri statuta, omnino serventur, haud gravate inducimur eorum ut votis obsecundemus. Nos igitur oratores, nec non alios quibus hae literae faveant peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus

tantum rei gratia absolventes, et absoletos fore censentes, concordiam inter collegium canonicorum et parochum, quos meminimus die vigesima septima decembris anni millesimi octingentesimi vigesimi quarti initam, et decreto ejusdem vicarii urbis probatam cum omnibus et singulis in ea contentis et expressis, etiam quoad eorum successores, auctoritate Nostra apostolica confirmamus, et approbamus, illique omne robur et firmitate adjungimus, et quoscumque juris vel facti defectus, si qui forsan irrepserint eadem potestate sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 21. Decernentes insuper praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et eorum causa, quae expressa sunt hoc futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 22. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumes autem in iis, quibus in pactis non est cautem, ejusdem ecclesiae et sacrarii jura, juxta Romani cleri statutum, sarta tectaque habeantur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quarta martii, millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 5. martii 1825. Anno II.

LXXXII.

Nova ordinatio dioecesium Tridentinae, et Brixinensis cum respectiva dotatione mensarum, et seminariorum, et concessione privilegiorum.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Memorantur quae circa ordinationem

§. 1. Ubi primum ex aerumnosis temporum circumstantiis aliquantulum licuit animos sublevare, novumque publicarum rerum ordinem aspicere invectum; atque constabilitem, statim felicis recordationis Pius septimus praedecessor Noster omnem impendit sollicitudinem in quarumlibet praesertim insigniorum ecclesiarum et capitulorum eo meliori quo posset modo resarciendis damnis atque opportunis mediis futurae illorum subsistentiae consulendo: et idcirco collatis in id consiliis cum carissimo in Christo filio Nostro Francisco primo Austriae imperatore, ac Bohemiae et Hungariae rege catholico per suas sub plumbo literas datas sexto nonas maji anni Domini millesimi octingentesimi decimi octavi novam in Tyrolensi ac Voralbergensi provinciis dioecesium statuit circumscriptionem, decreterus per alias apostolicas literas quidquid pro earumdem ecclesiarum, capitulorum, et seminariorum tuitione ac dotatione in bonis stabilibus, nec non pro earum juribus et praeeminentiis expedire cognovisset salvo remanente patrimonio, quo per illas regiones jampridem fruebantur episcopi, capitula, ac seminaria respectivarum dioecesium, et subinde idem Pius pontifex per alias similes sub plumbo literas datas tertio kalendas octobris anni Domini millesimi octingentesimi vigesimi secundi laudato Francisco imperatori ejusque successoribus indultam nominandi ad Tridentinam et Brixinensem episcopales ecclesias infra tempus a jure praefinitem idoneas personas ecclesiasticas de speciali dono gratiae concessit atque impertivit.

earum dioecesium praedispositae fuerant a Pio papa VII.

De capitulo ecclesiae metropolitanae Salisburgensis.

§. 2. Quoniam vero in praesentiarum ad necessarium pro iisdem ecclesiis, capitulis, seminariis, et sacrarum aedium tuitione annuum censum pro temporum conditione stabiliendum sufficienter consultum fuisse videatur, omnibus rite, ac diligenter perpensis ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, proviso jam antiquis ecclesiarum hujusmodi capitularibus praevia extinctione, suppressione, et annullatione prioris status Salisburgensis Tridentinae ac Brixinensis ecclesiarum, earumque capitulorum in iis, quae tam antedictis quam praesentibus literis adversentur, ita ut in reliquis minime derogatum censeatur legitimis privilegiis ac juribus earumdem ecclesiarum et capitulorum, ac praesertim Salisburgensis archiepiscopi, ejusque metropolitani capituli, itemque praevia derogatione

quibuslibet consensibus, siqui forent necessarii decernimus atque statuimus, quod metropolitanae Salisburgensis ecclesiae capitulum ex nunc in posterum constare debeat quatuordecim capitularibus nempe quatuor dignitatibus, quarum prima post pontificalem erit praepositura, secunda decanatus, tertia scholasteria, et quarta custodia, quatuor canonicis senioribus, aliisque quatuor canonicis junioribus respective nuncupandis, itemque duobus canonicis appellandis domicelleribus, qui licet praebenda carentes, voce tamen activa et passiva in capitulo gaudebunt, et jus habebunt optionis in vacationibus canonicorum juniorum, nec non decem praebendatis seu vicariis nuncupandis.

De capitulis ecclesiarum Tridentinae, et Brixinensis.

§. 3. Cathedralium autem ecclesiarum Tridentinae et Brixinensis capitula perpetuo quoque constabunt numero septem capitularium, trium nempe dignitatum, et quatuor canonicatuum numerariorum, ac insuper ex illis vicariis seu praebendatis, qui ad praesens in eisdem cathedralibus reperiuntur, et quorum congruens numerus in actu exequutionis praesentium literarum perpetuo erit constabiliendus. In Tridentina ecclesia major post pontificalem dignitas nuncupabitur decanatus, secunda praepositure, tertia archidiaconatus; in ecclesia vero Brixinensi praepositura erit prima dignitas post pontificalem, secunda decanatus, ac tertia scholasteria.

De jure condendi statuta eisdem capitulis concesso.

§. 4. Iisdem porro capitulis praedictarum Salisburgensis, Tridentinae, ac Brixinensis ecclesiarum sic efformatis, ut dignitates et canonici capitulariter congregati pro novo ipsorum ecclesiarum statu, et chori quotidiano servitio, necnon pro rerum ac jurium tam spiritualium quam temporalium prospero felicique regimine, directione et gubernio, atque onerum eis respective incumbentium supportatione, distributionum quotidienarum, et aliorum quorumlibet emolumentorum exactione, et divisione, ac poenarum a non interessentibus divinis officiis incursu, itemque pro caerimoniis ac ritibus servandis et pro quibusvis aliis rebus necessariis et opportunis ordinationes, statuta, capitula, et decreta licita tamen, et honesta ac sacris canonibus et constitutionibus apostolicis, et sacri concilii Tridentini decretis minime adversantia sub inspectione, praesidentia, examine, et approbatione respectivi antistitis edere, atque edita declarari, et interpretari, ac in meliorem formam redigere, et reformare, seu de novo condere ab iis ad quos spectat, et pro tempore spectabit inviolabiliter sub poenis in contrafacientes statuendis observenda licite pariter edera valeent, injuncta tam archiepiscopo Salisburgensi, quam Tridentino et Brixinensi episcopis obligatione in singulis capitulis deputandi unum e canonicis qui poenitentiarii munus stabiliter exerceat, alterum vero a quo sacra scriptura statis diebus populo exponatur plenam ac liberam facultetem concedimus, atque impartimur.

Assignatio ecclesiarum suffraganearum metropolitanae Salisburgensis.

§. 5. Votis autem praelaudati Francisci imperatoris obsecundare intendentes antedictae metropolitanae ecclesiae Salisburgensi suffrageneas assignamus episcopales ecclesias Tridentinam, Brixinensem, Gurcensem, Secoviensem, Lavantinam, et Leobensem, easque omnes in posterum juri metropolitico Salisburgensis archiepiscopi subjicimus, cum lege tamen quod attenta celebritate cathedralis ecclesiae Tridentinae illius pro tempore antistes praeter caeteros honores, praerogativas, privilegia, exemptiones et jura praedictis aliis cathedralibus pertinentia primus sedeat, et primi suffraganei juribus et praeeminentiis libere potiri et gaudere perpetuo debeat.

Dotatio mensae Salisburgensis.

§. 6. Procedentes nunc ad mensarum episcopelium et capitularium congruam dotationem archiepiscopali mensae Salisburgensi annos redditus respondentes ad minimum vigintimillibus florenis monetae conventionis nuncupatae, ac mensae episcopali tam Tridentinae quam Brixinensi redditus annuos ad minimum quindecim millium florenorum ejusdem monetae ab omni prorsus onere liberos et immunes in fundis ac bonis stabilibus unicuique mensae constituendis perpetuo assignamus atque attribuimus. Quod si contingat non extare in praesentiarum tot fundos ac bona stabilia quot praefatis annuis redditibus liberis, et e quolibet onere exemptis adamussim respondeant, tunc vel in totum, vel in parte prout circumstantiae postulabunt census hujusmodi ab aerario imperiali erunt quotannis libere persolvendi firma obligatione, ut quamprimum fieri poterit, proventus ipsi in fundis ac bonis stabilibus constituantur.

Dotatio capituli Salisburgensis.

§. 7. Quoad capitulum ecclesiae metropolitanae Salisburgensis illius praeposito, deca-

no, scholastico, et custodi annuos florenos bismille et quingentos monetae conventionis nuncupatae, quatuor canonicis senioribus florenos annuos bismille, et quatuor junioribus canonicis annuos florenos millequingentos monetae similis pro eorum respective praebendis, atque ulterius unicuique ex praedictis dignitatibus et canonicis capitularibus pro distributionibus quotidianis annuum redditumm florenorum similium centum et quinquaginta in numerata pecunia ab imperiali aerario quotannis libere persolvendum respective assignamus. Cum vero traditioni fundorum et bonorum stabilium pro duodecim praebendis, ut supra creatis locus factus fuerit petitionibus ipsius Francisci imperatoris annuentes indulgemus, ut ab unaquaque ex antedictis duodecim praebendis detrahantur annui floreni quingenti; ita ut singulis quatuor dignitatibus praebenda florenorum bismille, unicuique ex quatuor canonicis senioribus praebenda mille et quingentorum florenorum, et cuilibet ex quatuor canonicis junioribus praebenda florenorum mille in fundis stabilibus omnino liberis respective tribuatur, firmo semper manente reddito pro distributionibus quotidianis ut supra assignato. Itemque salvis remanentibus favore metropolitanae ecclesiae Salisburgensis, ejusque capitulo proventibus omnibus ad summam mille nongentorum quatuor et amplius florenorum annuatim ascendentibus, atque obvenientibus ex peculiaribus fundationibus, vel aliis dispositionibus, qui respectivis usibus et commodis cedere pergent, nec in praebendis erunt umquam supputandi.

Dotatio capituli cathedralium Tridentinae, et Brixinensis.

§. 8. Cuilibet ex majoribus post pontificalem dignitatibus cathedralium Tridentinae, et Brixinensis praebendam annuorum florenorum supradictae monetae conventionis mille octingentorum, unicuique ex secundis dignitatibus praebendam florenorum similium millesexcentum, et cuilibet ex tertiis dignitatibus florenorum similium mille quadrigentorum praebendam, itemque singulis ex quatuor canonicis numerariis utriusque capituli praebendam mille florenorum similium in fundi seu bonis stabilibus ab omni prorsus onere liberis et immunibus cum facultate infrascripto praesentium literarum exequutori, ut quoties fundi ac bona stabilia, pro hujusmodi praebendarum dotatione complenda non sint in promptu valeat illas vel integre, vel alia ex parte constituere in numerata pecunia ab imperiali aerario libere quotannis persolvenda, donec tradantur fundi, ac bona stabilia redditibus unicuique ex antedictis praebendis integre respondentia perpetuo similiter assignamus atque attribuimus.

De decenti, et commoda habitatione episcopis suppeditanda, et a commissario apostolico adprobanda.

§. 9. Pro decenti autem et commoda tam Salisburgensis archiepiscopi, quam Tridentini, et Brixinensis episcoporum, eorumque in respectivis ecclesiis successorum habitatione necessarias et ipsorum dignitati convenientes aedes in Salisburgensi, Tridentina, et Brixinensi civitatibus a praelaudato Francisco imperatore suppeditandas, et ab exequutore praesentium Nostrarum literarum approbandas perpetuo quoque constituimus atque assignamus. Eidemque exequutori potestatem facimus, et unicuique ex dignitatibus et canonicis metropolitanae ecclesiae Salisburgensis aptas aedes ab antedicto Francisco imperatore subministrandas assignet, sine minus cuilibet dignitati et canonico annuum pro compensatione tribuat censum ita respondentem, ut compensatio hujusmodi ab imperiali thesauro in numerata pecunia annuatim persolvenda summa florenorum centum dictae monetae conventionis saltem attingat, ac tercentum florenos similes non excedat, pariterque domos assignet cuilibet ex dignitariis, et canonicis ambarum aliarum cathedralium, atque insuper congruos annuos fructus assignat tam decem vicariis, seu praebendatis in metropolitana ecclesia Salisburgensi, ut supra constitutis quam vicariis illis seu praebendatis, qui actu existunt in Tridentina et Brixinensi cathedralibus ecclesiis, et quorum numerus ab ipso exequutore erit ut supra stabiliter praefiniendus.

Jus nominandi episcopos pro una vice imperatori tributum.

§. 10. Precibus autem benigne annuentes laudati Francisci imperatoris, qui dignitatum etiam majorum post pontificalem, et canonicatuum antedictorum capitulorum nominationem a Nobis enixe postulavit ex gratia speciali tam ipsi, quam ejus in Austriaco imperio successoribus indultum concedimus, ut tam hac prima vice, quam in futuris vacationibus Sedi apostolicae tantum reservatis infra tempus a jure praefinitum ad praedictos dignitates, et canonicatus idoneos et ex sacrorum canonum praescriptionibus probatos nominare valeat ecclesiasticos viros, quibus respectivi archiepiscopus, et episcopi canonicam dabunt institutionem.

De choralium officiorum amplitudine curanda.

§. 11. Post tantam vero hujus apostolicae Sedis indulgentiam merito confidimus, quod praedictus Franciscus imperator prout jam ei in votis esse declaravit, ubi primum rei nummariae publicae rationes id tulerint, pro sua religiune ac pietate curaturum, ut numerus capitularium in supramemoratis ecclesiis opportune augeatur, ac pro illarum dignitate splendidiori sacrorum apparatui, atque accuratiori choralium officiorum procurationi aptius prospiciatur; atque ulterius canonici honorarii quam primum adjiciantur, et piorum fidelium voluntates de beneficiis id genus noviter erigendis auctoritate publica protegantur impense atque foveantur.

De dotatione fabricarum ecclesiarum praedictarum ecclesiarum.

§. 12. Ad dotationes autem quod spectat pro tuitione fabricarum tam ecclesiae metropolitanae Salisburgensis, quam Tridentinae et Brixinensis cathedrallum ecclesiarum, pariterque ad dotationes seminariorum pro alendis clericis juxta respectivam uniuscujusque dioecesis necessitatem omnia illa bona, ac redditus, quibus fabricae ac seminaria actu gaudent integre conservanda decernimus. Quod si ab earumdem dioecesium ordinariis hujusmodi dos impar et ferendis oneribus insufficiens dignoscatur, pro certo habemus imperatorem ipsum census istos praesertim seminaria respicientes libenter aucturum fore usque ad eam summam, quae juxta ordinariorum vota necessitatibus, et utilitati respectivarum ecclesiarum ac dioecesium valeat respondere.

De onere inscribendi fructus ecclesiarum in libris camerae

§. 13. Inspectis profecto annuis redditibus antedictis mensis ut supra assignatis mandamus, fructus metropolitanae ecclesiae Salisburgensis in florenis mille auri de camera, et fructus episcopalium ecclesiarum Tridentinae, et Brixinensis in florenis similibus septingentis et quinquaginta pro earum qualibet de more taxari, et hujusmodi taxas in libris camerae apostolicae describi.

Deputatio exequutoris apostolici.

§. 14. Ut autem omnia et singula sic ut supra a Nobis disposita rite ad suum perducantur effectum dilecto filio presbytero Petro Ostini actu Vindobonae internuntio apostolico, quem praesentium literarum Nostrarum exequutorem eligimus ac deputamus, necessarias omnes et opportunas tribuimus facultates, ut per se, vel per aliam, seu alias personam, seu personas in ecclesiastica dignitate constitutam seu constitutas, ab eo specialiter subdelegandam sive subdelegandas cuncta, ut supra, ordinata peragere, statuere, disponere, decernere, et super quacumque oppositione adversus praemissa in actu exequutionis quomodolibet forsan oritura cognoscere, ac definitive pronunciare libere ac licite possit, et valeat.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 15. Praesentes vero literas et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet interesse habentes auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint nullo umquam tempore de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quovis alio licet substantiali defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas semper, ac perpetuo validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros affectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere: et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 16. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, aliisque Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, nec non constitutionibus et ordinationibus apostolicis, itemque supradictarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque et indultis etiam specifica, et individua mentione dignis, caeterisque contrariis quibuscumque.

De exemplari actorum ab exequutore apostolico conficiendo.

§. 17. Volumus autem, ut praedictus harum literarum exequutor quamprimum fieri poterit actorum omnium in earumdem literarum exequutione conficiendorum exempla in authentica forma exarata ad sacram congregationem rebus consistorialibus praepositam in ejusdem congregationis archivio asservanda transmittere teneatur.

Fides habenda transumptis.

§. 18. Volumus praeterea quod harum literarum transumptis etiam impressis manu tamen alicujus notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 19. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae suppressionis, extinctionis, annullationis, erectionis, subjectionis, assignationis, attributionis, statuti, com-

missionis, mandati, decreti, derogationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quinto, nonis martii, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 21. mar. 1825. Anno II.

LXXXIII.

Allocutio habita in consistorio secreto die vigesima prima martii millesimo octingentesimo vigesimo quinto pro nuncianda morte Ludovici XVIII. Galliarum regis, et creatione duorum S. R. E. cardinalium.

Venerabiles fratres.

Quum ex obitu Ludovici XVIII. Galliarum regis christianissimi vobiscum cepimus dolorem, hoc die funestissimum hujusmodi eventum vobis ex hoc loco ennuntiamus, et celebrandas in pontificio sacello exequias indicimus, quibus aeternam defuncti regis animae requiem solemni sacrificio precemur. Summorum hac in re pontificum praedecessorum Nostrorum instituta, exemplaque sequimur, qui catholicis regibus vita functis justa persolvere consueverunt, potissimum vero iis, qui de religione, de Sede apostolica, deque universa Ecclesia praeclare meriti fuissent.

Inter hos autem, quin Ludovicus XVIII. locum teneat plane insignem nemo umquam dubitaverit. Memoria enim vestra certo non exciderunt, venerabiles fratres, ingentes illae quae Galliam haud ita pridem afflixerunt calamitates, quando effroenata impiorum quorumdam hominum factio florentissimum illud regnum ab imo turbavit, indictoque religioni saevissimo bello, eam penitus delere nefando ausu conata est. In hoc miserrimo rerum statu Ludovicus XVIII. avitum regnum adeptus, ejus administrandi exordium a solemnibus gratiis coepit, quas Lutetiae Parisiorum inter effusissimos omnium ordinum plausus Patri misericordiarum persolvit. Datis subinde ad universos Galliae episcopos literis, iisdem suasit, ut quod in urbe sui regni principe actum a se fuerat, in toto quam late patet regno agi praeciperent, publicae nempe gratiae pro felici rerum conversione Deo agerentur, ipsique totis animi viribus supplicaretur, ut Galliae parceret, quae religione, sacrisque rebus foedissime violatis, immani se scelere obstrinxerat.

Hinc factum est, ut fel. record. Pius VII. praedecessor Noster restituendae in Gallia religionis cupidissimus regem animadvertens, tam pils erga Deum, Ecclesiamque sensibus animatum agere statim cum eo coeperit de orthodoxa fide ad pristinum, ex quo turpissime dejecta fuerat honoris, ac dignitatis gradum revocanda.

Collatis itaque consiliis, et rege pontificiis curis prorsus obsecundante, anno demum millesimo octingentesimo decimo septimo conventio illa inita est, per quam recreatae Galliarum ecclesiae lugubres vestes deposuerunt, quod se ab imminente interitu vindicatas, et in spem feliciorum temporum erectas intelligerent. Earum quidem ecclesiarum bono latius usque, ac munificentius consulere ambo voluisseut, sed temporum conditio, et asperrimarum difficultatum vis communi utriusque desiderio obstiterunt.

Quod ea tamen tempestate non licebat, id prudentissimus rex opportuniori se tempore facturum Pio VII. datis ad eum literis, aperte recepit. Quae vero memorata conventione statuta fuerunt, eadem executioni demandata statim fuisse, nemo vestrum, venerabiles fratres, ignorat.

Nam episcopalium ecclesiarum numerus illico est auctus, praefinitum vero iis congrue dotandis tempus etiam anteversum, quam regis diligentiam, et liberalitatem Pius VII. hoc ipso in loco debitis efferre laudibus non praetermisit. Longum profecto esset praeclarissima Ludovici XVIII. erga religionem, et Ecclesiam merita percensere. Ipso regnante praestantium virorum societates ad juventutem, religione, ac bonis moribus informandam restitutae: domicilia, in quibus ad christianae perfectionis normam vivitur iterum aperta; evangelici operarii ad revellenda quae ubique per Galliam succreverunt zizania, felici ut omnes norunt eventu missi sunt. Dum religioni aeque ac regno his, et similibus rationibus consuleret Ludovicus XVIII. ingravescente, quo jamdiu conflictabatur morbo con-

sumptus, inter effusas regiae familiae, omniumque laerymas diem clausit extremum. Quam forti, quam tranquillo animo, qua suae voluntatis ad ejus voluntatem, qui rex regum est conformatione, quam intentis unice in res divinas sensibus sanctissima Ecclesiae sacramenta suscepit! Ex his autem quae brevissima oratione perstrinximus, ingens profecto spes oritur Ludovicum regem ex hac mortali vita digressum coelo receptum esse, ubi praestantissimorum regum majorum suorum agmini adjunctus, immarcescibili corona, aeternaque cum ipsis beatitudine perfruatur.

Quoniam vero divina oracula neminem, ne illum quidem, cujus unius diei vita est super terram a sorde mundum esse declarant, hinc quidquid humanae labis in Ludovico XVIII. haesit, illud eluere, ae penitus abstergere curabimus. Exequiarum die vigesima quarta hujus mensis habendarum celebratione, quibus coelestem Patrem enixe precabimur, ut figmenti Nostri memor faciat cum servo suo secundum misericordiam suam.

Justis autem defuncto regi persolutis, datori bonorum omnium supplicare nunquam cessabimus, ut Carolum decimum Ludovici successorem diutissime incolumem servet, omni felicitate compleat, necessarias denique vires eidem infundat, ut quae sapientissimus ejus frater pro religionis, regnique bono praestitit, aut inchoavit, toeri perficere, amplificare possit.

Ad moerorem, quem acerba interitus praestantissimi regis Lodovici XVIII. memoria in Nobis refricavit, leniendum, novo amplissimum ordinem vestrum cardinali hoc ipso die augere decrevimus.

Is est venerabilis frater Gustavus Maximilianus, Justus de Croy Rothomagensium archiepiscopus, quem nobilissimo genere ortum, et virtutibus generi suo paribus ornatum, plane dignum judicavimus qui sacro collegio vestro adscriberetur. Memoratum Nos archiepiscopum eo libentius cardinalem facimus, quod cardinalitiae dignitatis in eum collatio clarissimo in Christo filio Nostro Carolo decimo Francorum regi christianissimo acceptissima futura sit.

Sed alium quoque insignem religione, pietate, ac doctrina virum sacra purpura hodie decorare in animo Nobis est, quem tamen in pectore reservabimus arbitrio Nostro quandocumque manifestandum.

Quid vobis videtur?

Auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra creamus Sanctae Romanae Ecclesiae presbyterum cardinalem Gustavum, Maximilianum, Justum de Croy Rothomagensium archiepiscopum. Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis et opportunis.

Alium vero in pectore reservamus arbitrio Nostro quandocumque declarandum.

In nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

LXXXIV.

Dat. die 23. martii 1825. Anno II.

Deputatio judicis specialis, qui cognoscat de executione literarum apostolicarum datarum nono kalendas decembris millesimo septingentesimo nonagesimo sexto a s. m. Pio VI. super applicatione bonorum, jurium et redditnum parochiae s. Mariae de Sanfins Bracharensis dioecesis.

Venerabili fratri archiepiscopo Nazianzeno penes regem fidelissimum nuncio.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Curavit Nobis exponi dilectos filius rector piae domus seminarii nomine donatae, sub tutela domini Cajetani in urbe Bracharensi constitutae, domum illam in quam orbati parentibus, vel ab iis expositi pueri excipiuntur, ibidemque aluntur, atque informantur ad religionem et artes, alia inter bona, ac redditus a felicis recordationis Pio VI. praedecessore Nostro rogato Mariae Franciscae Portugalliae et Algarbiorum reginae fidelissimae, illi fuisse perpetuo juncta, et attributa bona, emolumenta, jura ac redditus parochiae, quam vocant abbatiam, sanctae Mariae de Sanfins in Toparchia villae regalis Bracharensis dioecesis, dilato ejus concessionis effectu usque ad cessum, ut dici

solet, vel decessum presbytori Joannis Cardozo de Mendonca tum illius parochiae rectoris, vel usque ad amissum ab eo qualibet ratione parochiae beneficium, cui quidem parochiae deinde consulendum erat per vicarii constitutionem ac vigilantiam, veluti statuitur in ejusdem praedecessoris Nostri Pii VI. apostolicis literis plumbeo sigillo munitis, ac datis apud sanctum Petrum quarto kalendas decembris anno millesimo septingentesimo nonagesimo sexto. Praeterea narravit, dum pro illarum literarum exequutione causa istic ageretur coram apostolicae Sedis tuae temporis nuncio, a Pio VII. praedecessore pariter Nostro presbyterum Joannem literas alias apostolicas impetrasse, quibus illi indultum est parochiam, quam regebat, Francisco Cardozo de Mendonca resignare; caesae autem exequutionis priorum literarum impositum est pontificia novarum literarum auctoritate silentium. Oratori quidem, qui detrimentum inde piae domui importatum tulit gravissime, in animo fuit, statim pro abrogatione legis silentii, seu apertione, ceu dicunt, oris viriliter niti, sed hujusmodi consilio obstiterunt tum Romanae clades, tum Lusitanae. Nunc ergo, quamquam sero (jamdiu enim presbyter Franciscus est parochia potitus, et possessionem ejus bonorum adeptus) suppliciter a Nobis petiit, ut illum, seu conreditam ejus fidei piam demum a memorata silentii lege selvamus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur eum, nec non alios quibus hae literae favent, peculiari prosequi beneficentia volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, tibi, venerabilis frater, eas partes imponimus atque mandamus, ut minime habita ratione silentii a felicis recordationis Pio VII. praedecessore Nostro iedicti, oratori facultatem facias, cujus praesidio per eum, seu per alium piae domus procuratorem, seu procuratores legitime constitutos urgeri, et ad exitum promoveri possit coram te, quod jam institutum fuit judicium super exequutione literarum, quas Pius VI. praedecessor pariter Noster dedit anno millesimo septingentesimo nonagesimo sexto pro perpetua unione bonorum, jurium, redditiuum parochiae sanctae Mariae de Sanfins cum bonis, juribus redditibus piae domus Bracharensis, in qua expositi, vel orbati parentibus pueri per omnem utilium atque honestarum artium cultum pueritiam, atque adolescentiam transigunt. Siquidem vero posteriores Pii VII. literae pro resignatione ejus parochiae, re mature perpensa, obreptionis, aut subreptionis vitio laborare noscentur, volumus resignationem beneficii a presbytero Joanne Cardozo de Mendonca, jam vita functo, in presbyteri Francisci commodum factam sententia tua rescindi, prorsusque irritam declarari, omnia vero, quaecumque pertinent ad unionem bonorum, ac redditiuum parochiae cum bonis ac redditibus piae domus, et ad constituendum in parochia vicarium sic geri, ut Pii VI. literis praeceptum est.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Haec concedimus, atque sancimus, non obstantibus felicis recordationis Benedicti decimiquarti praedecessoris Nostri super divisione materiarum, et praedicti Pii VII, praedecessoris pariter Nostri, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima secunda martii millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo.

LXXXV.

Dat. die 22. martii 1825. Anno II.

Derogatio testamenti conditi a quondam Michaele Andreuccetti Lucano, et erogatio bonorum haereditatis ejus in usus pios,

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis curarunt dilecti filii canonici insignis collegiatae ecclesiae sancti Alexandri majoris appellati civitatis Lucanae ultimo, quod bonae memoriae Michael Andreuccetti Lucanus obsignavit, testamento, bona illius ita distributa fuisse, ut detractis quibusdam legatis, eorumdem usufructus sorori suae innuptae, et uxori ejus nomine Josephae cum jure substitutionis unius, ad al-

teram in casu mortis attribueretur, data unicuique ex usufructuariis praedictis facultate de scutatis tercentis, urgente necessitate disponendi, proprietas vero, desinente usufructu praedicto pro semisse in pia suffragia, et pro alio semisse in pauperum eleemosynas erogaretur, designatis ad hoc duobus executoribus testamentariis. Ex duabus interea praedictis usufructuariis una tantum est ad praesens superstes, uti integrum exequutoris testamentarii officium in unum coalescit, in dilectum videlicet filium Fridericum Castiglioni, qui nonnullis propriis distentus curis in hujusmodi administrationem haud valet sine gravi incommodo insistere. Hisce stantibus unica haeres usufructuaria superstes canonicos praedictis non solum hujusmodi bonorum administrationem concredere; sed eis quoque proprietatem, commutata in aeque pium opus testatoris voluntate, post ejus obitum auctoritate Nostra applicari desiderat, imposito eis perpetuo onere celebrandi quotannis ab hinc in posterum unam solemnem missam, aliasque sexdecim lectas in die anniversaria obitus testatoris in expiationem suae, suorumque conjunctorum animae:

Tenor concessionis.

§. 2. Quum autem canonici oratores, qui nuper, elapso videlicet anno millesimo octingentesimo vigesimo primo per felicis recordationis Pium pp. VII. decessorem Nostrum in pristinos honores restituti sunt, prout asseritur, bonis omnibus spoliati ob notissimas hostiles occupationes nonnisi aere proprio pacvam praebendam sibi constituerint, et necessariis ipsi careant in praesentiarum ad divinum instaurandum cultum, sacrasque peragendas functiones, cumque eorum nomine enixis precibus a Nobis petitum fuerit, ut si ne praejudicio viduae usufructuariae proprietatem praedictae haereditatis eisdem auctoritate Nostra apostolica attribuamus, Nos oratorum votis, quantum in Domino possumus annuere volentes, eosque, ac singulares personas, quibus praesentes litterae favent, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos foro censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, acceptis prius informatione et voto vicarii in spiritualibus generalis venerabilis fratris archiepiscopi Lucani, referente Nobis dilecto filio magistro Alexandro Buttaoni auditore Nostro, proprietatem haereditatis Michaelis Andreuccetti, desinente usufructu Josephae Pieroni ejus viduae pro semisse in pia suffragia, et pro alio semisse in pauperum eleemosynas erogandam, commutata in aeque pium, et dicto Michaeli testatori verosimiliter bene visum opus voluntate, capitulo et canonicis pro tempore collegiatae ecclesiae s. Alexandri Majoris nuncupati civitatis Lucanae auctoritate apostolica, tenore praesentium nunc pro tunc cum praedicta vidua e vivis decesserit applicamus et assignamus. Praeterea attento consensu tum viduae, tum Friderici Castiglioni exequutoris testamentarii superstitis, eisdem capitulo, et canonicis potestatem capiendi jam nunc haereditatis praedictae possessionem, sub lege tamen tradendi annuos redditus usufructuariae Josephae Pieroni, nec non quaevis tum huic, tum exequutori praedicto in vim testamenti competentia jura servandi, et facta domum per eosdem canonicos obligatione de celebrandis perpetuo quotannis ab hinc in posterum una solemni missa, aliisque sexdecim lectis in die anniversaria obitus testatoris Andreuccetti in expiationem suae, suorumque conjunctorum animae, auctoritate et tenore praedictis facimus atque tribuimus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dispositione testatoris praedicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et litteris apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis approbatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die de-

cimaquinta martii millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 20. maji 1825. Anno II.

LXXXVI.

Beatificatio ven. servi Dei fr. Juliani a sancto Augustino laici professi ordinis Minorum observantium sancti Francisci.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Umbrae, atque adeo occidentis totius praecipuum decus divus Franciscus Assisiensis demissionem animi, seu humilitatem — quae si omittitur, virtutum congregatio non nisi ruina est; — ut habet divus Bernardus suis hortatibus, suoque exemplo asseclis instituae a se religiosae familiae praecipue colendam reliquit. Itaque, omni arrogantia, omni honoris appetentia, omni propriae virtutis opinione radicitus e corde avulsa, contra vero contumelias, ludibria, contemptus ultro atque hilariter subeundo, semper ex eo ordine plures in humilitatis virtute se naviter exercuerunt; ut mirandum non sit, quum elationem animi tantopere aversetur Deus, illiusque demissionem impense diligat, seque demittentes atque abjicientes attollat, si in praeclaro fratrum Minorum ordine, humilitatis cultore, omni aetate ampla seges evectorum ad aras heroum sanctorum effloruit.

Laudes venerabilis servi Dei.

§. 2. Cujus virtutis novum tamquam lumen e medio subtractum ad spiritalem eorum fratrum, omniumque christianorum utilitatem in Ecclesia lucebit Dei servus Julianus a sancto Augustino, olim laicos inter pientissimum institutum divi Francisci professus, eique peculiari familiae Minorum addictus, quae ab observantia nomen adepta est. Is enim a fel. rec. praedecessore Nostro Pio VI. ob humilitatem praecipue, morum innocentiae sociam, amplissimum praeconium meruit in eo decreto, quo, de sententia unanimi generalis congregationis Ritibus Sacris praepositae post habitas actiones antepraeparatoriam ac praeparatoriam, ut vocantur, illum die octava junii anni millesimi septingentesimi septuagesimi septimi declaravit ad heroicum gradum pervenisse virtutum. Quum autem fel. item rec. praedecessor Noster Pius VII., examine tribus pariter in actionibus instituto de miraculis, quae, servo Dei Juliano deprecante, patrata ferebantur, duo ex illis pro germanis prodigiis agnoverit per decretum editum sexto idus septembris anno millesimo octingentesimo vigesimo secundo, idque decretum alio decreto cumulaverit die sexto idus decembris ejusdem anni, quo sanxit tuto ei posse honores beatorum tribui, sane quaecumque pertinent ad hoc judicium omnia expensa, discussa, acta, absoluta sunt. Nihil igitur moram objicit, quominus obsequamur precibus universi fratrum Minorum ordinis, quibus olim cl. me. Philippus III. Hispaniarum rex catholicus, Isabella regina, archiepiscopus Toletanus suorum canonicorum collegio, cum clero, et cum Toletana academia, aliique dignitate ac pietate praestantes viri sua studia ac postulata junxerunt, quique omnes Dei servo Juliano ab apostolica hac Sede sacrum honorem quaesierunt.

Judicium s. congregationis Rituum de ejus virtutibus in gradu heroico confirmatur, et beatificationis decretum publicatur.

§. 3. Quapropter sententiae congregationis venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium Sacris Ritibus praepositorum inhaerentes, auctoritate apostolica concedimus, et indulgemus, ut Dei servus Julianus a s. Augustino, cujus animo bonorum largitor omnipotens clarissimorum virtutum germina inseuit, et ad heroicam altitudinem provexit, cujusque sanctimoniam, et coelestem felicitatem, editis prodigiis, testatus est, beati nomine nuncupetur, ejus corpus ac reliquiae (non tamen in supplicationibus, quae sacras reliquias circumferendo fiunt) colendae proponitur, imagines radiis ornentur, officium denique ac sacrificium fiat cum approbata a Nobis oratione juxta Romanas rubricas de communi, ut dicitur, Confessoris non Pontificis die octava aprilis, qua mortali functus est vita, tum in dioecesi Seguntina, intra cujus limites ortum habuit, tum in dioecesi Toletana, in qua corporeis evolavit a vinculis, tum in ordine fratrum Minorum universo. Ac, quod spectat ad sacrificium, pertinere hoc indultum volumus etiam exteros ad sacerdotes, quicumque eo die in earum dioecesium, ordinisve templis rem divinam facient.

Statuitur tempus quo celebrentur solemnia beatificationis in templis ordinis.

§. 4. Praeterea concedimus, et indulgemus, ut anno dumtaxat ab hisce datis literis primo, in Indiis vero intra decursum anni, qui initium sumat a die, quo Nostrae literae

delatae illuc fuerint, celebrentur solemnia beatificationis servi Dei Juliani in templis dioecesium et ordinis, de quibus habita est mentio, cum officio et sacrificiis duplicis majoris ritus. Quod quidem fieri praecipimus die ab ordinariis sacris praesidibus indicenda, ac postquam ea solemnia in Vaticana Nostra basilica augustis cum caeremoniis fuerint celebrata; cui Nos sacrae pompae Vaticanae diem vigesimam tertiam hujus ipsius mensis atque anni statuimus. Volumus autem ut harum literarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu secretarii dictae congregationis subscripta sint, et sigillo praefecti munita, eadem prorsus, in disceptationibus quoque judicialibus, fides habeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, ipso hoc diplomate ostenso haberetur. Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris die sexta maji millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo.

TOLETANA BEATIF. VEN. SERVI DEI

FR. JULIANI A SANCTO AUGUSTINO

Laici professi

Ordinis Minorum observantium s. Francisci.

Oratio.

Orationes pro officio, et missa beati recitandae in solemniis beatificationis, et in festo ejusdem.

§. 5. Deus, qui beatum Julianum confessorem tuum per humilitatis et innocentiae semitas ad coelestis gloriae fastigium perduxisti, fac nos per ejus vestigia gradientes superbe non sapere, et ad te puris mentibus pervenire. Per Dominum etc.

Secreta.

Per hanc, quam tibi, Domine, offerimus hostiam, da nobis eo puritatis et humilitatis spiritu sacra mysteria peragere, quo beatus Julianus vitam aluit ad aeternitatem. Per Dominum etc.

Postcommunio.

Coelesti dapa recreatis concede, Domine, beati Juliani meritis et exemplis tibi puro et humili corde servire, qui per unigeniti filii tui humilitatem aeternitatis nobis aditum reserasti. Per eumdem Dominum nostrum etc.

Decretum.

Confirmatio, et approbatio dictarum orationum.

§. 6. Suprascriptas orationes proprias legendas in solemniis beatificationis Ven. servi Dei fr. Juliani a sancto Augustino laici professi ordinis Minorum observantium sancti Francisci peragendae in Vaticana basilica, atque in posterum in die festo ejusdem beati ab ordinario designando, de mandato sanctissimi domini Nostri Leonis XII. pont. max ab eminentissimo cardinali Julio Maria de Somalia episcopo Ostiensi et Sacrorum Rituum congregationi praefecto una cum r. d. assessore, meque infrascripto secretario, revisas, correctas, et emendatas, Sanctitas Sua benigne adprobavit, atque ab iis, queis per apostolicas literas ejusdem beati festum indultum est, legi posse concessit.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die decima nona aprilis millesimo octingentesimo vigesimo quinto.

Julius Maria card. episcopus Ostiensis etc. De Somalia S. E. vice-cancellarius, a S. R. C. praefectus.

Loco ✠ Sigilli.

J. A. Sala S. R. C. secr. coad.

LXXXVII.

Dat. die 9. maji 1825. Anno II.

Concessio novorum insignium indumentorum archiepiscopo Rhemensi facta, ut ad novi regis Galliarum consecrationem magis splendide procedere valeat.

Venerabili fratri

Joanni Baptistae archiepiscopo Rhemensi

Leo PP. XII.

Venerabilis frater

salutem et apostolicam benedictionem.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Quum sit ecclesiae Rhemensis antistitum illustribus Galliarum regibus consecrationem conferre, quumque tibi quamprimum carissimum in Christo filium Nostrum Carolum Galliarum regem Christianissimum solemni ritu in regem consecrare contingat, nequid splendoris et magnificentiae tam augustae caeremoniae desit, te majori atque illustriori vestium ornatu insigniri decrevimus. Peculiari te igitur

prosequi beneficentia volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutum fore censentes, ut habitum rubri, seu purpurei coloris ad instar Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, nempe collare, talarem vestem, cingulum, seu fasciam, chlamydem, palliolum, caligas, pileum (excepto tamen pileolo ejusdem coloris, utpote peculiare cardinalium insigne) gestare possis, et valeas auctoritate apostolica facultatem facimus atque elargimur. Volumus autem, ut tanto privilegio, quod perraro pontifices, praeter Ecclesiae consuetudinem, tribuunt, nullam majorem, qua polles, jurisdictionem acquiras. Caeterum denique per has literas hujusmodi benevolentiae Nostrae pignus tibi, atque in proximo solemni ritu consecrationis christianissimi regis solummodo, non vero Rhemensi cathedrae deferri decernimus. Haec concedimus, et indulgemus, non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus etiam peculiari mentione dignis, aliisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda maji millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 10. maji 1825. Anno II.

LXXXVIII.

Adhortatio porrecta presbytero Gabrieli Deshayes congregationis Concionatorum Spiritus Sancti; itemque congregationis filiarum Sapientiae nuncupatarum praesidi generali, ad hoc ut in suscepto munere diligenter perduret, strenuosque viros, mulierculasque sodalitio adscriptas ad bonum opus implendum suadeat.

Leo PP. XII.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem.

Quod Francorum regi Carolo Calvo monitus de illius in regni ecclesias pietate scripsit felicis recordationis praedecessor Noster Hadrianus II. « In veritate credite Nobis quia etc. virtutes sic diligo in vobis, sicut animam meam » (epist. 30 alias 34) id Nobis usurpandum hoc tempore et ad te, tuaque vigilantia florentes pias societates jure flectendum videtur. Novimus quidem, geminum, quod moderaris, virorum ac mulierum sodalitium, circa praeteriti saeculi exordia a Montis Fortis religiosissimo abbate institutum, statim bonos coepisse in sui admirationem erigere; quum viri quidem sacras expeditiones ad animorum culturam, quotidie novas, et quotidie magis laboriosas, per provincias Britannicam ac Pictaviensem susciperent, multosque mortales a pravarum opinionum, ac vitiorum laqueis exsolverent; mulieres autem non solum aegris corporibus sedulo suo ministerio levamen afferrent, verum etiam, in tempore injecta de futurae vitae praemiis, poenisque mentione, animis prodesse conarentur; praesertim vero id agerent, et ope omni contenderent, ut puellis, sive urbanis, sive rusticis, apud se institutionem pararent, quae cum divinis jussis, et cum publicae rei utilitate congrueret. Miranda haec erant sane, ac merito laudis non fraudanda praeconio; sed quis hujusmodi coetuum ad pietatem impetus, contentiones, ac studia in suis initiis solent esse flagrantissima; aliquando tamen « inimico superseminante zizania » posteriora prioribus non respondent; intendendi erant oculi in utriusque sodalitatis tamquam progressiones ac cursus, ac perpendendum, num praeclaris coeptis perseverantia comes haereret. Sed enim, annis septuaginta ab excessu fundatoris utriusque coetus elapsis, civilem ac religiosum Galliae statum eae calamitates, furoresque turbarunt, qui frumentum cribrarent, et quam minutissime cernerent; ita ut facile internoscerentur, tum quos armaret in recto proposito tuendo constantia, tum quorum animis virtus esset leviter nimis impressa, aut etiam introrsum turpes sibi falsam quamdam virtutis speciem circumdedissent. Quibus in perturbationibus, quum de legum auctoritate luctuosum ageret triumphum audacia, et avitae religioni infesta optimum quemque ad caedem designaret, ac vocaret impietas, viri, ac mulieres utriusque societatis, quod susceperant, rectarum partium studium ad extremum usque spiritum retinuisse narrantur, pol-

cumque sibi ac decorum putasse pro illarum defensione (praeeunte societatis geminae in ea tempestate moderatore) mortem occumbere. Nunc autem quomodo, te studiosissimo utriusque coetus rectore ex impiorum manibus, non sine peculiari praesidio numinis, elapso, lecti viri, fortissimaeque mulieres rem in Gallia Christianam foveant, apostolicae huic Sedi testatum fuerunt venerabiles fratres archiepiscopi Burdigalensis, et Aquensis, iteroque venerabiles fratres episcopi Lucionensis, Rupellensis, Pictaviensis, Rhedonensis, Andegavensis, Constantiensis, Corisopitensis, Aureliansis, Nanaetensis, et Venetensis. Horum gravissimo e testimonio Nobis, ac congregationi venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praepositorum innotuit nullum vobis temporis punctum pia actione vacuum praeterire; et viros quidem societatis a Spiritu Sancto nomen habentis concionabundos per varias regni dioeceses excurrere, et a rerum tumultu homines, praesertim vero alterius societatis mulieres, Sapientiae filias, sevocare interdum, et in coelestium rerum meditatione defigere; ipsas autem mulieres egregias omne genus aerumnosorum, sed in primis morbo affectos, suis alloquiis auxiliisque recreare, omnia ferme in oris Galliae maritimis constituta valetudinaria, at alia quamplurima illas invisere, ibique assidere egrotis, ac blandissime famulari; plurimas ab iis domos, ut puellaris institutionis ludos, variis in oppidis esse patefactas, in quibus adolescentulae, artium rudes, ac dogmatum Catholicarum per aetatem ignarae, artes, dogmata religiosa, ac compositos mores doceantur; denique adeo illas nihil a se alienum putare, quod cum alicujus sit utilitate conjunctum, ut eos etiam erudire nitantur, quibus imperviae cuilibet sono ob vitium nativum aures facultatem adimunt ediscendi sermonis, quo sensa animi efferimus, quoque mirifice juvatur religio. Ergo « hymnum canteinus Domino, hymnum novum cantemus Deo Nostro» qui si « in die irae furoris sui » Galliam, Catholici orbis provinciam nobilissimam, passus est a perditis hominibus misceri, angi, at unigenum in discrimen adduci, tamen inter vastitatem templorum, vexationem sacrorum, et hominum crudelissimam internecionem munere illi voluit in te, dilecte fili, geminaque in societate, quam regis, non solum veteris pietatis exempla, verum etiam firmissima praesidia atque instrumenta salutis. Quae quidem societates pace nunc Galliae reddita, christianissimorum regum stirpe ad regni gubernaculum revocata, eaque, simul cum pientissimis archiepiscopis et episcopis, studio vestro ac laboribus obsecundante, uberiores quotidie pietatis fructus, quod a Deo optimo maximo assiduo precabimur, parient. Sane « Oportet ut opus bonum quod, auxiliante Domino coepistis, adimpleatis. Nec ergo vos labor itinerum, nec maledicorum hominum linguae deterreant: sed omni instantia, omnique fervore, quae inchoastis Deo auctore, peragite: scientes quod » laborem magnum aeternae retributionis gloria sequitur « quae sancti Gregorii Magni praedecessoris Nostri verba sunt (epistol. 51 alias 5. liber 6). Denique tibi, at a gemino sodalitio, quod moderaris, strenuis viris, strenuisque mulieribus, benevolentiae Nostrae pignus, apostolicam benedictionem impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima maji millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo.

LXXXIX. Dat. die 20. maji 1825. Anno II.

Beatificatio venerabilis servi Dei Alphonsi Rodriguez coadjutoris temporalis formati Societatis Jesu.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Ex omnibus virtutum documentis, quae Dominus, ac Salvator Noster Jesus Christus in terris degens Nobis reliquit, illud maxime commendat apostolus, quo vere incomprehensibilis humilitatis, ac obedientiae auctor extitit et magister. Hisce eximiis virtutibus cum saevissimo humani generis hoste congressus, de eo plane triumphavit, ejus regnum destruxit, novumque sibi constituit, quod in extremas usque mundi plagas pertingeret, et ex omnibus populis, ac linguis constaret. Quicumque igitur ejus militiae adscribi, et charismata meliora aemulari student, ii in omni- Proemium.

moda sui abnegatione, humanarumque rerum contemptu se assidue exerceant oportet, ut de iis vere possit dici, quod ad promissum regnum a patre dudum humilitate pervenerint. Coelestis autem agricola, qui vineam suam planavit, irrigavit, eique incrementum dedit verae humilitatis et exemplar, et praemium, nullum praeterlabi tempus patitur, quia in hac vinea laborantibus, cunctoque suo gregi nova in dies virtutum exempla proponat, quae totidem sunt incitamenta, ut illa pro viribus imitemur. Novit enim dominus figmentum nostrum, novit qua ratione veritatis, ac salutis, tramitem alacrius, ac expeditius percurrere valeamus. Ubi igitur terrestris illa Jerusalem adhuc militans, perpetua illius, quae sursum est, aemulatrix, et socia, animadvertit quorumdam decedentium Christi servorum, qui cum mundo, ac veternoso serpente carnem quoque vicerunt, famam percrebrescere virtutum et prodigiorum coruscare fulgore, venerationem ipsorum, et cultum, multimoda, ac varia ratione permittit, adauget, et praecipit.

Laudis venerabilis servi Dei.

§. 2. Qua quidem celebritate, et Deo vero de illorum victoriis gratias agimus, et nos ad imitationem talium coronarum, atque palmarum eodem invicto in auxilium, ex eorum memoriae renovatione adhortamur. Unus tot inter eminet nunc profecto venerabilis Alphonsus Rodriguez, cujus eximiis virtutibus jam rite comprobatis, miracula quoque accesserunt. Is enim Segoviae honesto loco natus die Jacobo apostolo Hispaniarum patrono sacra anno millesimo quingentesimo trigesimo primo adhuc parvulus tanto in Deiparam virginem, maxime quae colitur sub titulo sine labe peccati originalis concepta, aestuabat amoris, ac pietatis sensu, ut ejus imagines peramanter deosccularetur, ejusque patrocinium enixe imploraret. Neque vero virgo ipsa haec amoris, ac benevolentiae erga se signa, sine fructu abire passa est. Alphonsus enim ubi prole, ac uxore orbatum se vidit, statim spretis mundi illecebris, ac mercaturae, quam exercebat, valedicens totus in rerum coelestium contemplatione, aliisque piis operibus fuit, donec tandem Valentiam cogitavit, religiosae cujusdam familiae nomen daturus. Quo factum est, ut ex sui conscientiae moderatoris consilio, et ex coelesti quadam specie sibi in somnis objecta, in societatem Jesu ibibi fuerit cooptatus pridie kalendas februarii millesimo quingentesimo septuagesimo primo, aetatis suae quadragesimo. Eo autem loci tanta edidit demississimae humilitatis, ac singularis obedientiae argumenta, ut nonis aprilis millesimo quingentesimo septuagesimo tertio prima post tirocinium vota, anno vero millesimo quingentesimo octuagesimo quinto eodem die, et mense eadem paupertatis, castitatis, ac obedientiae simplicia vota publice emiserit. Quare Alphonsus hoc religiosae vitae institutum ingressus, ad perfectiora semper intendens animum, adeo de se humiliter sentiebat, ut viliora quaeque, ac abjectiora officia ultro, ac libenter obiret, at illud janitoris praesertim adamavit, quo tota fere sua vita functus est. Neque vero minus obedientia excelluit: voluntate enim sua plane seposita, nihil gerere, nihil loqui sibi fas esse ducebat, nisi sui praesidis accederet consensus. Accuratissima in eo erat vel minimarum legum custodia, singularis mundi contemptus, implacabile odium sui; charitas denique tam fervens, ut corpus jejuniis, ciliciis, cruentis flagellis, omni denique asperitatum genere cruciarit, ac in servitutem redegerit. Tandem ultra octoginta sex annos natus, post acerrimam pugnam, cum angelis, qui suum non servaverunt principatum, diu, multumque etiam visibiliter perpessus, in insula Majorica, praeclarissimam vitam, cum pretiosa in conspectu Domini morte commutavit.

Judicium a congregatione Rituum super virtutibus in gradu heroico ejusdem beati.

§. 3. Tot itaque tantisque viri meritis longe, lateque fama pervulgatis, ad congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium Sacris Ritibus praepositorum causa deducta est, ubi de virtutibus aestimandis ex Romanae Ecclesiae disciplina quaestio de more haberetur, fel. rec. Clemens pp. XIII. praedecessor Noster octavo kalendas junias anni millesimi septingentesimi sexagesimi ejus virtutes accurate diligenterque discussas, ac perpensas, suo decreto approbavit, et in gradu heroico eas collocatas esse pronunciavit. Porro coram Nobis ad totius Ecclesiae regimen inscrutabili divinae providentiae consilio, meritis licet imparibus, vocatis, duo ex miraculis, quae discutienda proponebantur, consultorum suffragiis, et venerabilium fratrum Nostrorum S. R. Ecclesiae cardinalium praedictae congregationis praepositorum sententiis consentientibus,

probanda esse censuimus; et decretum super eisdem proferre, et promulgare voluimus pridie kalendas augusti anni millesimi octingentesimi vigesimi quarti postquam ad aedem Societatis Jesu principem accessimus, ibique ad sancti Ignatii sepulcrum provoluti, quod tanta populorum frequentia celebratur, rei divinae interfuimus. Eam vero diem ideo delegimus, ut sanctitatem invectam in hac Ignatiana familia ad gloriam Dei, utilitatem Ecclesiae, fidei propagationem, ac defensionem, christianae juventutis institutionem, pietatis restaurationem condita, ac restituta, in ejus alumnis in dies adolescere, novis ac mirificis argumentis constaret.

Beatificationis decretum.

§. 4. Quapropter precibus tandem totius Societatis Jesu, quibus olim universa dioecesis Majoricensis, aliique dignitate, ac pietate praestantes viri sua studia, ac postulata junxerant, benigne annuentes, de ejusdem cardinalium congregationis consilio, et assensu, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, ut idem Dei servus Alphonsus Rodriguez in posterum beati nomine nuncupetur, ejus corpus, et reliquiae venerationi fidelium (non tamen in supplicationibus quae sacras reliquias circumferendo fiunt) colendae proponantur, imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, officium denique, ac sacrificium fiat cum approbatis a Nobis orationibus juxta Romanas rubricas de communi Confessoris non Pontificis, die trigesima octobris tum in dioecesi Segoviensi, intra cujus fines ortum habuit, tum in dioecesi Majoricensi, ubi extremum vitae clausit diem, tum in universa Societate Jesu. Quod autem spectat ad sacrificium, hoc indulto complecti volumus exteros quoque sacerdotes quicumque eo die in earum dioecesium, ac Societatis Jesu templis rem divinam facient. Praeterea concedimus et indulgemus, ut anno ab hisce datis literis primo, in Indiis vero Occidentalibus intra decursum anni, qui initium sumat a die quo Nostrae literae delatae illuc fuerint, celebrentur solemnia beatificationis servi Dei Alphonsi in templis dioecesium, ac Societatis, de quibus facta jam mentio est, cum officio, et sacrificiis duplicis majoris ritus. Quod quidem fieri praecipimus die ab ordinariis sacris praesidibus indicenda, ac postquam ea solemnia in basilica Vaticana Nostra fuerint expleta, cui Nos sacrae pompae diem decimam secundam mensis junii hujus anni statuimus.

Fides habenda transumptis.

§. 5. Volumus autem, ut harum literarum exemplis etiam impressis, dummodo manu secretarii praedictae congregationis subscripta sint, et sigillo praefecti munita, eadem prorsus in disceptationibus quoque judicialibus, fides habeatur, quae Nostrae voluntatis significationi hisce literis ostensis haberetur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima mensis maji millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo.

MAJORICENSIS BEATIF. VEN. SERVI DEI

ALPHONSI RODRIGUEZ

Coadjutoris temporalis formati Societatis Jesu.

Missa — Justus ut palma etc. — De commun. Conf. non Pontif.

Oratio.

Orationes propriae legendae occasione beatificationis, et in festo ejusdem beati.

§. 6. Deus, fortitudo fragilium, et humilium celsitudo, qui famulum tuum Alphonsum jugi mortificationis studio, et eximiae humilitatis laude clarescere voluisti, da, ut ejus imitatione carne mortificati, et in humili crucis filii tui sequela fideliter perseverantes, gloriam consequamur aeternam. Qui tecum etc.

Secreta.

Oblationes nostras tibi, Domine, quaesumus, b. Alphonsi intercessio sancta commendet, quem coram tuis altaribus precantem, supernorum charismatum dulcedine recreasti.

Postcommunio.

Spiritum nobis, Domine, fortitudinis tribuat haec mensa coelestis, ut b. Alphonsi confessoris exemplo salutis nostrae hostium superatis insidiis, perpetua pace perfrui mereamur. Per Dominum etc.

Decretum.

Decretum super approbatione dicta-

§. 7. Postulator causae beatificationis venerabilis servi Dei Alphonsi Rodriguez coadju-

rum orationum latum. toris temporalis formati Societatis Jesu sanctissimum dominum Nostrum Leonem XII. humillime rogavit pro approbatione orationum propriarum in missa-Justus de comm. Conf. non Pontif. legendarum tam ipsius ven. viri occasione beatificationis, quam etiam in posterum. Quibus sane precibus, per me infrascriptum sacrorum Rituum congregationis secretarium relatis, Sanctitas Sua censuit annuendum, absoluta prius orationum revisione per reverendissimum dominum cardinalem De Somalia Sacrorum Rituum congregationi praefectum, una cum ejusdem congregationis assessore, et me infrascripto secretario. Hac autem expleta Sanctitas Sua orationes suprascriptas approbavit, et in missa ut supra, tam solemnis beatificationis die, quam deinceps in annua antedicti beati celebritate, loco earum de commun. ab iis, quibus ex apostolicis literis officium, et missa de eodem indulta sunt ritu dup. min. legi posse permisit. Contrariis non obstantibus. Die tertia maji millesimo octingentesimo vigesimo quinto.

Julius M. cardinalis episcopus Ostiensis etc. De Somalia S. R. Ecclesiae vice-cancellarius et S. R. C. praefectus etc.

Loco ✠ Sigilli.

J. A. Sala S. R. C. secretarius coad.

Dat. die 21. maji 1825. Anno II.

XC.

Beatificatio venerabilis servi Dei Hippolyti Galantini congregationis Doctrinae Christianae fundatoris.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam

Procemium. §. 1. Sacrosanctam Christi Ecclesiam « adstitisse reginam a dextris Dei in vestitu deaurato circumdatam varietate » regius concinit psaltes, tum quod suorum fidelium vita omni virtutum genere lucet, splendetque, tum quod admirabilis est eorum potestatis, ordinis, status, et conditionis varietas. Alii enim ecclesiastica dignitate, et potestate fulgent, alii regularibus ordinibus addicti, absconditam in claustris vitam agunt, alii demum ipso in saeculo degentes, mundana arbitrati, ut stercora per angustam, et asperam perfectionis semitam incedentes, charismata meliora aemulantur. Quorum omnium, licet variae sint gratiarum administrationum, et operationum divisiones, uti docet apostolus, idem tamen est Deus « Qui omnia in omnibus operatur ».

Laudes venerabilis servi Dei. §. 2. Ex iis autem, qui in mundi strepitu viventes, morum innocentia, integritate, ac sanctitate vitae caeteris praestitere, Hippolytus Galantini jure merito habetur. Is enim Florentiae natus pridie idus octobris anno millesimo quingentesimo sexagesimo quinto ex honestis genitoribus Philippo Galantini, et Ginevra Zuffoli, tenui quidem censu, sed christiana pietate conspicuis; ex genitoris exemplo, et voluntate textrinam artem sericam exercuit. A prima vero aetate non levia profecto edidit futurae sanctitatis indicia, nam et modestia, et pietate, et morum docilitate, et in parentes obsequio, adeo excelluit, ut annos vix novem natus, dignus fuerit habitus; qui coelesti reficeretur convivio. Hac angelorum esca enutritus, et altus, arduum virtutis iter adeo institit, ut duodecimum aetatis annum attingens jussu fel. rec. Alexandri Medici, primum archiepiscopi Florentini, tum Leonis undecimi praedecessoris Nostri, eos inter fuerit adlectus, qui fidei rudimenta pueros edocerent. Quo quidem in munere ita se gessit Hippolytus, ut eos non tam verbo, quam exemplo ad Dei cultum, omnemque pietatem informaret, atque institueret. Vehementiori deinde flagrans desiderio se arctius copulandi Deo, asperum aliquod religiosae vitae institutum capessendum curavit. At Deus, qui in servo suo mirabilia operari intendebat, rem ita disposuit, ut mundanas inter varietates, paterna in domo, ac inter familiaris rei angustias, laboresque, reliquum vitae suae tempus transigens, ibi « fixum cor haberet, ubi vera sunt gaudia » Hac itaque divina voluntate perspecta, ad eam explendam se totum convertit, initaque cum sancta Maria Magdalena de Pazzis spirituali familiaritate, communi etiam hominum consuetudine fruens, eam sibi vivendi rationem proposuit, quae arduum quodvis religiosae vitae genus consequaret. Namque ciliciis, flagellis, jejuniis, ac vigiliis reluctantes corporis vires extenuare,

animum vero assiduo sacramentorum, et orationis pabulo recreare, et reficere satagebat, ne quid perfectionis, et virtutis semitam ab se alacriter susceptam retardaret. Mira proinde in eo humilitas, mira tot in adversis tolerandis patientia, mira in Deum charitas, mirus castitatis amor, quo fragrantissimum virginitatis lilium quasi inter spinas ad obitum usque integrum inviolatumque servavit.

Memorantur pia instituta ab eo erecta.

§. 3. Illud tamen maxime mirandum, quod homo nullis ceteroquin literis imbutus, nulloque ordine insignitus, de spirituali suorum proximorum salute sollicitus, tamquam lucerna ardens super candelabrum posita, lucis suae radios undique diffuderit, ac propagavit. Novus profecto Florentiae apostolus, quem supra commemoratus Leo undecimus tamquam perfectissimum virtutum omnium exemplar ad christianam pietatem instaurandam acerbissimis illis temporibus, gregi suo imitandum proponebat, velut alter Philippus Nerius. Dei spiritu succensus, et animarum zelo exardescens, secularium hominum sodalitatem, modesto, et uniformi amictu distinctam instituit, in qua non pueri modo, rudesque homines fidei mysteriis, et christianae religionis praeceptis apprime imbuerentur, verum etiam artifices, et plebeii ad pia obeunda opera, atque a mundi illecebris, ad virtutis semitam terendam vel facile adducerentur. Neque id satis fuit Hippolyto; ut enim tam pium, ac salutare institutum constabiliret, sapientissimis illud legibus anno millesimo sexcentesimo secundo communivit, unde amplissimi in sodales, pueros que Christianae fidei praecepta, ac instituta, edocendos, fructus emanarunt.

Judicium de virtutibus, et vitae sanctitate editum a sacra congregatione Rituum.

§. 4. Propagato denique tam pio religiosoque Christianae Doctrinae instituto per Mutinensem, ac Lucensem ditiones, aliasque Italiae regiones fundatos, Hippolytus quintum supra quinquagesimum aetatis annum agens, meritis cumulatus, prophetiae dono, aliisque charismatibus exornatus, gravi molestoque morbo correptus, Ecclesiae sacramentis devotissime susceptis, coelestibusque recreatus visionibus, post quam sodales suus ad virtutum omnium, maxime vero charitatis exercitium fuerat adortatus, ipsis moerentibus, in osculo domini Florentiae vitam suam cum beata convertit aeternitate decimo tertio kalendas aprilis anni millesimi sexcentesimi decimi noni. Percrebescente autem in dies clarissima ejus sanctimoniae fama, ad congregationem venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium sacris ritibus praepositorum causa delata est, ubi de virtutibus aestimandis, ex Ecclesiae disciplinae praescripto, quaestio de more haberetur, fel. rec. praedecessor Noster Benedictus decimus quartus in gradu heroico constitutas eas esse die decima tertia decembris anni millesimi septingentesimi quinquagesimi sexti suo decreto pronunciavit.

Adprobatio statutorum sodalitii conditi a venservo Dei.

§. 5. Nos itaque, qui ex divina dispositione meritis quamvis imparibus, cuncto Dominico gregi praesidemus, tot virtutum heroicarum exempla omnibus Christi fidelibus, iis praesertim, qui in saeculo vivunt, plurimum accommodata animadvertentes, Nostrae apostolicae servitutis esse ducimus tanti viri honorem et venerationem, quantum Nobis ex alto conceditur, ad majorem Dei gloriam promovere, ut ex illo fideles, tamquam e speculo, rectam vivendi normam exprimere, et ad pietatis, religionisque praecepta, ac instituta, mores suos studeant conformare. Primum igitur, ejusdem sodalitatis leges, ac instituta supra commemorata, serio, attenteque perpendimus, easque sapientissima, et maxime proficua sodalibus, ac pueris reperta, judicio Nostro approbavimus, et gratulamur quammaxime, dilectissimum in Christo filium Nostrum Leopoldum secundum magnum Etruriae ducem eximium paternae pietatis aemulatorem, eamdem sodalitatem, unde tot commoda in Christianam, civilemque rempublicam proficiscuntur, augusto suo patrocinio, ac singulari munificentia plane digna existimare.

De miraculis a Deo factis ad illius intercessionem

§. 6. Mature deinde, diligenterque discussis, et perpensis a praefata congregatione venerabilium fratrum Nostrorum ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium Sacris Ritibus praepositorum processibus de apostolicae Sedis licentia confectis super vitae sanctitate, et virtutibus tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus servum Dei Hippolytum congregationis Doctrinae Christianae fundatorem multipliciter claruisse, nec non super miraculis, quae ex ejus intercessione, ad ejus sanctitatem hominibus manifestandam, a Deo edita, et patrata fuisse dicebantur, eadem congregatio coram Nobis constituta, auditis quoque consultorum

suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuit posse, quandocumque Nobis videretur, praedictum Dei servum beatum declarari cum omnibus indultis, donec ad actum solemnis illius canonizationis deveniatur.

Decretum de ejus beatificatione et super concessione officii, et missae propriae.

§. 7. Quare Nos piis, enixisque sodalium congregationis Doctrinae Christianae ac dilectorum filiorum magistri Cosmae de Corsiis causarum palatii Nostri apostolici auditoris, nec non presbyteri Salvatoris Nicolai hujus causae compostolatorum supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de dictae congregationis cardinalium consilio, et assensu, auctoritate apostolica tenore praesentium facultatem facimus, et impertimur, ut idem Dei servus Hippolytus Galantini beati nomine deinceps nuncupetur, ejusque corpus, et reliquiae (non tamen in processionibus circumferendae) venerationi fidelium exponantur; imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de eo quotannis recitetur officium, et missa de communi Confessoris non Pontificis, cum orationibus propriis a Nobis approbatis juxta rubricas breviarii, et missalis Romani. Recitationem vero officii, missaeque celebrationem hujusmodi fieri concedimus dumtaxat Florentiae, ubi ortum habuit, et in ejus dioecesi, atque in omnibus ecclesiis, ubi eadem sodalitas, seu congregatio Doctrinae Christianae a venerabili Dei servo instituta reperitur die vigesima martii, quae est ejusdem decessus anniversaria ab universis Christifidelibus tam saecularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur. Et quantum ad missas attinet, etiam ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus.

Praefinitio temporis pro celebranda commemoratione beatificationis extra urbem.

§. 8. Praeterea concedimus, et indulgemus, ut anno ab hisce datis literis primo celebrentur solemnia beatificationis servi Dei Hippolyti in templis dioecesis, et sodalitatis, de quibus facta jam mentio est, cum officio, ac sacrificiis duplicis majoris ritus, quod quidem fieri praecipimus die ab ordinariis sacris praesidibus indicenda, ac postquam ea solemnia in basilica Nostra Vaticana fuerint expleta, cui Nos sacrae pompae diem decimam nonam mensis junii hujus anni statuimus.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 10. Volumus autem, ut harum literarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu secretarii praedictae congregationis subscripta sint, et sigillo praefecti munita, eadem prorsus in disceptationibus quoque judicialibus, fides habeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce literis ostensis, haberetur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima prima maji millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo.

FLORENTINA BEATIF. VEN. SERVI DEI

HIPPOLYTI GALANTINI

Congregationis Doctrinae Christianae fundatoris.

Oratio.

Preces recitandae in missa, et officio beati.

§. 11. Deus, qui ad christianam parvulorum et rudium institutionem beatum Hippolytum inter saeculi curas singulari charitate decorasti, ipsius meritis concede nos opere implere, quae fide percepimus, et ad promissa fidelibus gaudia pervenire. Per Dominum etc.

Secreta.

Sacra munera, Domine, quae tibi offerimus, eum nobis conferant fervorem charitatis, quo beatus Hippolytus jugiter in tui famulatu flagrabat. Per Dominum, etc.

Postcommunio.

Divina doctrina institutis, coelesti mensa satiatis spiritum nobis, Domine, tuae dilectionis infunde, quo beatus Hippolytus corde fervebat, et alios verbo et exemplo studuit inflammari. Per Dominum etc.

Decretum.

Decretum approbationis harum precum.

§. 12. Suprascriptas orationes proprias legendas in solemniis beatificationis ven. servi Dei Hippoyliti Galantini congregationis Doctrinae Christianae fundatoris peragendae in Vaticana basilica, atque in posterum in die festo ejusdem beati ab ordinario designando, de mandato sanctissimi domini nostri Leonis XII. pont. max. ab eminentissimo cardinali Julio

Maria de Somalia episcopo Ostiensi et Sacrorum Rituum congregationi praefecto una cum r. d. assessore, meque infrascripto secretario revisas, correctas, et emendatas, Sanctitas Sua benigne adprobavit, atque ab iis, queis per apostolicas literas ejusdem beati festum indultum est, legi posse concessit. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die decima nona aprilis millesimo octingentesimo vigesimo quinto.

Julius Maria card. episcopus Ostiensis etc. De Somalia S. R. E. vicecancellarius, et S. R. C. praefectus.

Loco ✠ Sigilli.

J. A. Sala S. R. C. secr. coad.

Dat. die 9. junii 1825. Anno II.

XCI.

Ampliatio, et perpetuatio dotationis gymnasii Perusini, cum confirmatione privilegiorum ei jam concessorum, et suppressione aliorum collegiorum nuncupatorum Veteris et Sapientiae.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor precum porrectarum a communitate

§. 1. Clarissimis Italiae gymnasiis, quae studiorum universitates dicuntur, Perusinum jure accensetur; cujus originem vetera monumenta scrutantibus ad saeculum a Christo nato decimotertio sine erroris metu, referre licet; quodque pontificalibus, et augustalibus privilegiis, doctorum praestantia, auditorumque frequentia semper claruisse haud inficiabitur quisquam, nisi audeat ille ab explorata veritate desciscere. Sed quum, pro statu rerum, qui modo est, ac pro magnis impensis, quae sustinendae sunt a gymnasio, ut auctum magistrorum numerum tueatur idoneaque mercede conducat, illius aerarium reddituum inopia premeretur, splendidus decurionum Perusinorum ordo olim ab hac apostolica Sede postulavit, ut gymnasio addicta sint bona ac redditus, quibus Perusii condita duo collegia Veteris, ac Bartolinae Sapientiae a fundatoribus suis non illiberaliter instructa fuere, cujus voti compotes facti sunt decuriones, ad tempus tamen certo annorum numero circumscriptum. Quia autem apparet, non ad aliquot annos tantummodo, se perpetuum in tempus, per incrementa reddituum ei gymnasio esse consulendum; et quidquid ex eorum collegiorum bonis quotannis redigitur, ac prisco gymnasii censui ita superadditur, non eam ad summam assurgit, quae accepti expensique rationes exaequet; suppliciter a Nobis ordo ille petiit, ut bona, redditus, jura collegii utriusque gymnasio suo attributa et addicta perpetuo esse velimus, utque, ad annua illius vectigalia impensis aequanda, alia quaedam parari ac cogi praesidia patiamur, et parata, ac coata probemus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos vero, qui de studio in literas nemini praedecessorum Nostrorum concedimus, et literariae institutionis Indos, si disciplinae a probatis doctoribus pie tradantur, et prava auditorum indoles non observetur, etiam contra vitiorum atque impietatis incursum munitissimas arces esse arbitramur, oblatis precibus annuentes, omnesque ac singulos quibus hae literae favent, a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, harum tantummodo rerum gratia, absolventes, et absolutos fore censentes, de sententia congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium studiis praepositorum, ejusque decreto, a Nobis approbato, inhaerentes, bona, redditus, jura gemini Perusini collegii Veteris, ac Bartolinae Sapientiae (quae quidem collegia auctoritate apostolica extinguimus et abolemus) gymnasio, seu universitati studiorum Perusinae auctoritate eadem apostolica, perpetuique roboris concessione tribuimus.

Ratio concessionis.

§. 3. In quo sane a voluntate fundatorum haud longe recedimus, quum illi ad urbis suae decus, et ad juvenilem aetatem disciplinis optimis informandam ea collegia instituerint, annuisque vectigalibus exornarint; collegio autem utroque jamdiu e sua dignitate prolapso, ampliores utilitates polliceri sibi juventus queat, si eorum patrimonia in gymnasium florentissimum transferantur, quam si ea collegia visa quotidie in deterius ruere, fulcire ac firmare irrito fortassis labore conemur.

Onera gymnasio imposita.

§. 4. Verumtamen ita gymnasium volumus eorum collegiorum bonis, redditibus juribus

perpetuo frui, ut quam ex iis nunc solvit seminario Perusino nanuam pensionem nummorum scutatorum bis centum et quinquaginta, eam totidem augeat, et ad qoingentos quolibet anno solvendos perducat. Additam autem seminario bac concessione aonuam pensionem nommorum scutatorum bis centum et quinqoaginta impendi mandamus, ut pluribus, quam antea, pauperibus adolescentibus seminariom pateat; tot nimirum, quot, subductis rationibus, addito hoc proventu quotannis ali in eo posse constabit.

Aliae praestationes a gymnasio recipiendae quolibet anno

§. 5. Quoniam vero quidqnid, persoluta seminario annua pensione nummorum scutatorum quingentorum ex utriusque collegii annois vertigalibus superat satis non est, ut gymnasium e pecuniarum difficultate expediatur; ideo dilecti filii prior claustrorum canonicos inter Perusinae cathedralis ecclesiae, et jurati praesides nobilis collegii Mercis; ut gymnasio subeveniant parati sunt ei singulis annis solvere scutatos nummus quadringentos; nempe bis centum ex arca collegii sui, aliosque bis centum e redditibus collegii Sapientiae Novae, seu piis (cujus ipsi negotia fortunasque administrant e praedecessoris Nostri Pii VII. chirographo, dato die trigesima januarii anni millesimi octingentesimi sexti) dummodo sibi, suisque successoribus integra maneant privilegia chirographo illo attributa. Accedit liberalitas nobilis Perusini collegii Collybi, a quo oblatum est gymnasio annoum scutatorum nummorum centum ac quinqnaginta praesidium, ut hoc etiam subsidiario reddita possit juventutis institutioni, doctorumque commodis satisfieri. Nos igitur, approbatu ac laudato illorum erga patriam ac literas studio, qui voluntaria pecuniarum collatione e suorum collegiorum arca gymnasio praesidium spondent, ac curant, ut ibi juventus peritissimos habeat ad literariam praestantiam duces, gymnasiu oblatas a prioro claustrorum, et a collegils Mercis, et Collybi annuas pecunias perpetuis volumus gymnasii redditibus accenseri.

Tenor privilegiorum concessorum

§. 6. Praeterea venerabili fratri episcopo Perusino, cujus (non secus ac decurionum et administratoris gymnasii) in promovendo illius bono tanta alacritas est, mandamus, ut adhibito publico scriba, confectisque solemnibus tabulis, in possessionem veniat, gymnasii nomine omoium bonorum, reddituum, jurium, quae collegiorum Veteris, ac Bartolinae Sapientiae censum constituebant, quaeque collegiis illis bac Nostra sanctione extinctis, in gymnasii censum fortunasque migrabunt. Denique collegii Pii, bene de gymnasio merentis, privilegia, praedecessoris Nostri Pii VII. consignata atque indulta chirographo confirmamus, nulloque non tempore servanda esse praecipimus; et insuper de administratione, deque administratoribus bonorum gymnasii omnia custodiri ac servari jubemus, quaa praescripta ac praecepta sunt Tit. XII. constitutionis Nostrae, cui initium fit verbis « Quod divina Sapientia ».

Clausula sublata, et decretum irritans ac derogatio contrariorum.

§. 7. Haec sancimus atque concedimus, decernentes bas literas semper firmas, validas et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et Perusino gymnasio, aliisque, quas respiciunt, hoc tempore futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non legis fundationis collegiorum, de qoibus habita est mentio, etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficaciuribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum bac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die septima junii millesimo octingentesimo vigesimo quinto, Pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 14. jun. 1825. Anno II.

XCII.

Nova dispositio, et ordinatio paroeciarum in civitate Spoleti.

Leo episcopus.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. **§. 1.** Peculiaribus gregis Dominici partibus quum proxime adhaereant parochi, et unicuique christianorum ad veritatem discendam magistri sint, et ad assequendam aeternam beatitatem ducos, ita ut eorum ministeriu plura geraatur munera, quae Romanorum pontificum, episcoporum, aliorumve sacrorum antistitum exercere sedulitas, quamvis maxima nequit in singulas oves, saepe locis n se longe disjunctas; pronum profecto est intelligere quantum momenti sit ad animorum salutem in parochorum probitate, serendae religionis studio, idoneaque ad tantum munus doctrina.

Ratio renunciationis. **§. 2.** Frustra tamen quis speret, parochos, praeditos licet omni instrumento eruditionis, ac morum integritatis, flagrantesque promovendae pietatis ardore, concreditae sibi plebi usquequaque utiles esse posse, siquidem egestatis molestia premantur, vel honoris ac muneris sui sedem constitutam habeant in templis male materiatis, aut angustis, aut etiam valetudini aliqua de causa noxiis. Quomodo enim non illins in munere gerendo alacritas frangatur ac concidat, qui dura cum inopia ac paupertate luctetur? Aut quomodo parochus plebem circa se in templo frequentem concionaturus, ac sacra facturus habebit, templique decore proposito, coelestis civitatis desiderium, divinaeque majestatis obsequium popularium animis inseret, si arcta, insalubris, inhonora sit aedes illa, quam Dei domum esse pronunciat? Quid si urgeant (quud non raro accidit) haec junctim mala, inopia nimirum parochialium reddituum, templique parochialis status ac conditio deterrima? Magnum hinc pietas detrimentum accipiet, nisi « Gratia per Christum praestita » mentes hominum ac corda, quod factum est in christianae societatis primordiis, ita afficiat roboretque, ut tantis minime laedantur incommodis, aut nisi illa removere atque avertere sedulitas humana nitatur. Malo quidem, quod e templorum angustia, insalubritate, inelegantia fluit, opportune potest occurri, si in eadem urbe vel pago aliae sacrae non desiderentur aedes, quae laxae sint, salubres, ornatae, quibusque parochus non sit adjunctus; sique in eas ex ignobilibus templis parochialia jura transferantur. Quod vero spectat ad reddituum inopiam, quum ex parochorum redditibus quidam sint et appellentur incerti, et pro majori subditorum numero ii redditus ad majorem assurgere summam soleant; si inopes parochi magnam populi multitudinem jam subjectam non habeant, opportuna juvabuntur ope per finitimarum parochiarum extinctionem, et novorum subditorum e parochiis extinctis ad superstites parochias accessum.

§. 3. Quibus quidem, et aliis insuper rationibus postquam parochias ac parochos hujus Nostrae almae urbis juvimus, aequum est sano Nostras converti curas ad Spoleti urbem, veterum ac recentiorum decorum ornamentis in primis affluentem, ac nobilem, quamque non possumus non habere carissimam, quum in ea majores Nostri domicilium sibi paratum voluerint, omnemque honoris ac benevolentiae significationem ab illius civibus tulerint. Enim vero, et ipsi noramus, et venerabilis frater archiepiscopus Spoletanus, cujus tanta est a studio in traditum sibi gregem laus, nobiscum dolenter conquestus est, non eos parochiis Spoleti urbanis ac suburbanis esse limites, proventus, ac numerum, nou eam etiam aliquibus ex illis esse dignitatem, atque amplitudinem aedium sacrarum, quae parochorum ac subditorum commodis apte respondeant. Nos igitur qui promovere animarum salutem Nobis in lucro maximo deputamus, ejusque sollicitudinis mercedem a Deo, justo judice Nobis in die extrema cum fenore persolutum iri confidimus, eidem venerabili fratri archiepiscopo, aliisque rerum Spoleti sacrarum peritis viris mandavimus, ut quamdam veluti formam imaginemque sanctionis conciperent, et examini Nostro subjicerent, per quam tota Spoletanarum parochiarum ratio, longo temporis decursu, atque urbis vicibus perturbata, salutarem, et civitatis statui congruentem ordinem accipiat, ac servet. Illi autem quaecumque votis Nostris accommoda censuerunt complexi sunt scripto, quod ita habet, ut sequitur, videlicet. Providentiae captae pro curanda utili reformatione paroeciarum.

I.

Nuovo sistema di parrocchie nella città di Spoleti.

Novi ordinis dispositio ab archiepiscopo indigitata.

§. 4. Secondo il nuovo riparto, la città di Spolati avrà cinque parrocchie cioè 1.ª la cattedrale di santa Maria, 2.ª s. Ansano, 3.ª s. Gregorio Maggiore, 4.ª ss. Salvatore dei padri Domenicani, 5.ª san Filippo ora per la prima volta aretto in parrocchia sotto la cura dei padri dell' Oratorio con tutti i privilegi, pesi, e diritti canonicamente competenti ad ogni parrocchia.

De ecclesiis parochialibus supprimendis.

§. 5. Resteranno soppresse le parrocchie urbane di s. Pietro, di s. Agata, di s. Appollinare, di s. Lorenzo, di s. Martino, di s. Gregorio minore, e dei santi Giovanni a Paolo unitamente al patronato, che sulla parrocchia di s. Martino era esercitato dall' ebbate di s. Pietro in Ferentillo, ed in quanto alla parrocchia dei santi Pietro e Paolo dalla nobili famiglie di essa parrocchia. La parrocchia di s. Pietro resterà privata della qualità parrocchiale sotto l' aspetto di parrocchia urbana, ma riterrà la sua qualità riguardo a quel territorio suburbano, cha l' ara già sottoposto coll'aggiunta dell' intero territorio della suburbana parrocchia di s. Giuliano, cha rimarrà soppressa.

Erectio paroeciae suburbanae.

§. 6. La città di Spoleti avrà una nuova parrocchia suburbana nalla chiesa del santissimo Crocefisso dei padri Agostiniani Scalzi, ai quali se ne confida la cura con i privilegi e pesi che canonicamenta competono ad ogni parrocchia. A questa apparterranno le famiglie fuori di città, che appartenavano alla parrocchia di s. Gregorio situata sulla destra sponda del torrente Tescino, le famiglie fuori di città della parrocchia della cattedrale colla limitazione contenuta nel paragrafo seguente, e finalmente le famiglie fuori di città dell' antica già prima soppressa parrocchia di s. Niccola, le quali ora erano unite parte alla suddetta parrocchia della cattedrale, parte a quella detta di Eggi, e parta a quella della Vallocchia, seppure monsignor arcivescovo nell' esecuzione della suprema volontà di Nostro Signore non creda più espedienta che la cura di Vallocchia continui nel possesso di tutte le famiglie, e territorio come oggi si trova.

De praesentatione parochorum regularium.

§. 7. I parrochi delle chiese dei Regolari saranno presentati a monsignore arcivescovo dai luro superiori, a non potranno imprandara la cura dell' anime, se da monsignor arcivescovo, coma di diritto, non siano approvati.

De missa pro populo a parochis celebranda.

§. 8. Ai parrochi Regolari, non meno che ai Secolari è inerente il peso della messa *pro populo*. Da questo peso restano affatto esenti i già rettori delle parrocchie soppresse, sebbene non si tolga loro, subordinatamente al parroco, l' incombanza dalla custodia e del culto delle chiese loro già parrocchiali, che divengono filiali respettivamente, a taluno dai medesimi resti incaricato di ajutare il parroco, a cui è stato accordato il circondario della sua soppressa parrocchia, meno che non abbia luogo la disposizione al §. 4.

II.

Limiti delle suddette parrocchie.

Praefinitio confinium paroeciarum.

§. 9. I limiti delle suddette parrocchie urbana si scorgono a colpo di occhio nell' annessa pianta generale, che porta il titolo di pianta dalla città di Spoleti divisa in cinque parrocchie, a nella cinque piante parziali di ciascuna parrocchia. La parrocchia di san Gragorio Maggiore riterrà la giurisdizione fuori di città in tutto lo spazio compreso fra le mura di Spoleti, e la sponda sinistra del torrente Tescino fino alla Ponzanina esclusivamente. La destra sponda, compresa la Cerquiglia apparterrà alla parrocchia suburbana del santissimo Crocefisso. La parrocchia della cattedrale protraendo la sua giurisdiziona fuori della mura della città presso la chiesa di s. Marco si diparte da quella, prende la strada esterna marcata nella pianta della parrocchia di s. Maria lett. A, costeggia il torrante Tescino, ed abbracciando la superficie di terreno circoscritta dal torrente medesimo e dalle mura torna alla porta Ponzanina, da cui ebbe origine. La destra del Tescino apparterrà alla parrocchia suburbana di s. Pietro, cui però sarà aggiunto il molino delle Torri distaccato dalla cattedrale. Relativamente alle case della città di Spolati, le quali abbiano dei membri in diversa strada, medianta il passaggio interno sugli archi, e così per avventura sembrino potare appartenere a due parrocchie ed essare occasione di ambiguità, e di litigio fra

parrochi, si stabilisce, che l'intera casa apparterrà alla parrocchia, ove si trova al presente l'ingresso principale dell' abitazione.

III.

Disposizione relativa alle tre chiese di s. Lorenzo, di s. Martino, e dei santi Giovanni e Paolo.

Dispositiones respicientes ecclesias s. Laurentii s. Martini, et ss. Joannis, et Pauli.

§. 10. Quando qualche pio benefattore, o altri che di dritto sia obbligato non si offra, o non possa efficacemente coartarsi per restituire al conveniente decoro, e per provvedere alla manutenzione delle tre chiese di s. Lorenzo, s. Martino, e santi Giovanni e Paolo, il di cui stato materiale, ed ubicazione spira indecenza, si lascerà al prudente arbitrio di monsignor arcivescovo munito delle facoltà necessarie, ed opportune per rendere profane le summentovate tre chiese contigue alle nuove parrocchiali, o ad altre molto decorose, e che per la loro angustia, povertà, e situazione fin qui furono quasi sempre chiuse, e poco frequentate. Potrà in questo caso monsignore arcivescovo vendere i cementi, e l'aree da non convertirsi però mai in usi sordidi, e formerà così un capitale unito ad ogni altro scarso articolo, che vi fosse puramente destinato alla fabbrica delle dette chiese per applicarsi alle nuove parrocchie, o a tutte, o a quelle, che reputerà bisognose di questo ajuto col gravame di tre messe l'anno in tutto da celebrarsi nelle chiese che godranno di tale applicazione, agli altari del santi titolari delle profanate chiese, se vi siano, o diversamente in altri altari che si fornisceno di ovali immagini, le quali rappresentino li suddetti santi. Userà finalmente delle medesime facoltà per la gratuite applicazione alle nuove parrocchie dei sacri arredi, dei quadri o altri oggetti preziosi o non preziosi che spettavano alle suindicate tre chiese.

IV.

Disposizione a favore dei parrochi delle parrocchie soppresse, e delle parrocchie del nuovo sistema.

Similes favore parochiarum vel suppressarum vel noviter erectarum.

§. 11. Essendo recentemente mancato ai vivi il parroco di s. Appollinare don Bartolomeo Branca, tutte le rendite e diritti di questa parrocchia, che secondo lo stato esibito si calcolano netti ad annui scudi quaranta ottamente ai pesi di qualunque sorta, si devolveranno a vantaggio della casa dei padri dell'Oratorio di Spoleto per l'esercizio della nuova parrocchia eretta ora nella chiesa di s. Filippo a cui resta unita la cura di s. Appollinare. Sosterranno però i padri dell'Oratorio il peso perpetuo di passare annualmente al priorato di s. Gregorio Maggiore scudi sedici per emolumento di un cappellano curato, di cui ha bisogno il priore di una parrocchia ben vasta, e di celebrare con divota pompa nella chiesa di s. Appollinare tanto le feste della vergine santissima del Carmine, quanto quella del titolare. I legati di messe infissi nella chiesa di s. Appollinare con il fondo dei legati stessi vengono trasferiti per commodo del popolo alla parrocchia di s. Ansano, come quelli di tutte le altre parrocchie soppresse. Cessando di essere parrocchie la chiesa di s. Martino, il suo rettore don Giuseppe Bianchi proseguirà per titolo di amministrazione a percepirne le rendite dei fondi già proprj della parrocchia, e sarà soggetto a tutti i pesi, come di dativa, manutenzione, bonifici delle terre, case, e chiesa, benchè divenuta filiale sotto la sua temporanea amministrazione se, e finchè non sia profanata, meno i fondi, e pesi dei legati, che passano alla chiesa di s. Ansano, e le rendite addette puramente alla fabrica, se vi sono, che restano, come si è detto, alla prudente disposizione di monsignor arcivescovo. Egli però avrà il carico di coadiuvare il parroco del santissimo Salvatore per quella parte di parrocchia, ch'era di sua giurisdizione, come di lui delegato se, e come piacerà al suddetto parroco del santissimo Salvatore, salvi a questo gli emolumenti di stola, se l'assegnamento di scudi dodici che per molti anni l'abbadia di s. Pietro di Ferentillo ha pagati alla parrocchia di s. Martino, seguiterà ad aver luogo, di questo disporrà monsignor arcivescovo in favore di qualche parroco meno agiato di rendite fra quelli delle cinque parrocchie urbane, e delle suburbane. L'annuo peso di caldarello uno, e boccali cinque olio per le lampade, che sosteneva la famiglia Sanzi verso la chiesa di s. Martino s'intenderà trasferito a favore della chiesa parrocchiale del

santissimo Salvatore. Cessando poi di vivere, o essendo in altra maniera proviste il sacerdote Bianchi, i fondi, e la chiesa della soppressa parrocchia di s. Martino, e l'annua loro rendita che si fa ascendere a circa annui scudi trenta apparterranno alla parrocchia anzidetta del santissimo Salvatore. Il canonico don Giuseppe Bruschi, che come cappellano curato, nominato dal capitolo della cattedrale aveva cura delle anime della parrocchia di s. Lorenzo, restando questa soppressa, proseguirà come amministratore a percepirne le rendite di detta chiesa sostenendone gli annessi pesi. Benchè tutti i legati con peso di messe lasciati alle parrocchie soppresse siano trasferiti alla chiesa di s. Ansano, pure resta eccettuato da questa generale disposizione il legato della Madonna santissima del Buon Consiglio lasciato alla chiesa di s. Lorenzo, che resterà alla medesima coi suoi beni, rendite, e pesi se, e fino a tanto, che questa chiesa non sia profanata. Le dieci coppe di grano, che il capitolo della cattedrale somministrava al cappellano curato di s. Lorenzo, saranno subito somministrate per elemosina alla parrocchia suburbana del santissimo Crocefisso, restando esonerato il suddetto cappellano curato dalla messa pro populo, e dall'olio per la lampada. Quanto al resto di rendita compresa l'annua prestazione di baj. 47 che la chiesa di s. Lorenzo suole ricevere dalla città, ed il peso, e vantaggio dell'adempimento del legato della Madonna del Buon Consiglio nella Chiesa di s. Lorenzo finchè questo riterrà la sagra sua destinazione, si rilascia al canonico Bruschi vita sua naturale durante; dopo di ciò sarà devoluta al capitolo che ne disporrà con approvazione dell'ordinario, colla quale approvazione provvederà pure all'adempimento e traslazione del legato della Madonna del Buon Consiglio. L'amministrazione delle rendite parrocchiali della chiesa dei santi Giovanni e Paolo sarà sotto l'incarico di adempirne i pesi, ritenuta dal suo rettore don Luigi Agius, rimanendogli altresì gli obblighi di celebrare (con libera applicazione però) in tutti i dì festivi la messa in detta chiesa fie tanto, che sia conservata, e di coadjuvare, come cappellano curato, conformemente si disse del parroco di s. Martino, il respettivo parroco per le famiglie, che erano di sua giurisdizione, senza che alcun diritto gli resti agli emolumenti di stola. Cessando poi di vivere il sacerdote Agius, o dimettendo egli l'amministrazione dell'accennata chiesa, le sue rendite cogli annessi pesi saranno devolute per la metà al priore della cattedrale, e per l'altra metà alla suburbana parrocchia del santissimo Crocefisso. Tali rendite, detratti i pesi si fanno tutte insieme ascendere a circa scudi 37 annui. La parrocchia di san Gregorio minore dei padri della Dottrina Cristiana ha per attuale rettore il padre Giuseppe Fiori per deputazione a tale officio fattane dalli padri della sua congregazione. Egli dopo la soppressione della parocchia resterà semplice rettore della chiesa con sostenerne i pesi, amministrerà le rendite, che erano proprie della chiesa, e congregazione della dottrina Cristiana. Tale amministrazione per la sua morte, o per dimissione dell'officio passerà perpetuamente alla sua congregazione. Fino però dall'epoca della soppressione di tal parrocchia la rendita annua, che i padri della dottrina Cristiana percepivano provvisoriamente dalla camera apostolica per l'alienazione delle case contigue a s. Gregorio nella somma di scudi 93. 17, apparterrà alla congregazione de' padri dell'Oratorio, alla cui nuova parrocchia di s. Filippo vanno ad essere soggette quasi tutte le famiglie che erano comprese nella cura di s. Gregorio minore. Da questi scudi 93. 17. i padri dell'Oratorio passeranno scudi 33. 10, annui alla chiesa di s. Ansano, cioè scudi 23. 10, per peso di legati di messe lasciati a s. Gregorio minore colà trasferiti, e scudi 10, da erogarsi come si dirà appresso. — La parrocchiale di sant'Agata chiesa delle religiose Benedettine essendo soppressa, ed avendo ella per attuale curato il confessore delle stesse monache, il medesimo, ed i suoi successori dovranno perpetuamente dimettere l'esercizio di ogni attribuzione, che riguardi cura di anime nella città di Spoleti, ora diversamente distribuita. L'entrate della soppressa parrocchia trovandosi riunite coo quelle del monastero si stabilisce, che il monastero soddetto in compenso dei pesi parrocchiali che gli vengono tolti, e singolarmente della messa pro populo, dalla quale viene esonerato, debba dare per elemosina annui scudi sedici ai padri Agostiniani Scalzi del ss. Crocefisso, che ricevendo ora la cura di anime fuori della

città incontrano il perpetuo peso della messa pro populo. Il rettore della soppressa parrocchia suburbana di s. Giuliano proseguirà fino alla sua morte, a goderne le rendite come amministratore, e a sostenerne i pesi, come sopra è disposto per gli altri parrochi delle parrocchie soppresse, ai quali può esser contento che si aggiunga quello di pagare un'annua pensione di scudi sedici, o al priore di s. Pietro, o al parroco di s. Ansano, secondo quello che prescriverà monsignor arcivescovo, ed a norma di quanto viene espresso nel §. seguente. Cessando l'amministrazione dell'attuale rettore di s. Giuliano i suoi fondi, rendite e chiesa apparterranno al priorato di s. Pietro, e saranno applicati come si dirà in appresso.

V.

Altre particolari disposizioni a favore delle parrocchie del nuovo sistema.

Similes aliae tantum favore noviter erectarum.

§. 12. Il parroco di s. Ansano avrà un vice parroco per ajuto nelle sue incombenze, e sarà da lui pagato nella forma che segue. 1.° Riceverà da lui gli annui scudi dieci che oltre gli scudi 23, 10, per legati trasferiti a s. Ansano, si è stabilito doversi pagare dai padri dell'Oratorio alla suddetta chiesa di s. Ansano. 2.° Dalla parrocchia suburbana di s. Giuliano ora sgravata della messa pro populo, attesa la sua riunione alla parrocchia di s. Pietro, percepirà il parroco di s. Ansano annui scudi 16, che passerà al suo vice parroco. Sua Beatitudine però accorda facoltà a monsignor arcivescovo, nel caso che gli sembri più opportuno, fintantoche vivrà il rettore della chiesa di s. Giuliano di fare percepire la suddetta pensione di scudi sedici al priore di s. Pietro, di provvedere intanto il parroco di s. Ansano nella seguente maniera. Le messe dei legati delle parrocchie soppresse, che ora con autorità apostolica sono trasferiti unitamente alle loro rendite nella chiesa di s. Ansano sono annualmente 393. Tutte queste messe si potranno ridurre da monsignor arcivescovo in vigore di pontificia facoltà accordatagli a sole tre messe per settimana, comprendendo però sempre per giorni della celebrazione di esse i giorni di festa tanto di precetto, che di devozione: le rendite di detti legati, oltre i scudi 10, pagati dai padri dell'Oratorio potrebbero formare provvisoriamente il patrimonio annuo del vice parroco di s. Ansano, il quale godrà altresì dell'opportuno comodo di abitazione nella canonica, o casa parrocchiale di s. Ansano. Quanto poi alla parrocchia di s. Pietro potrà godere il frutto dei fondi della soppressa parrocchia di s. Giuliano ricadendo così al priore di s. Pietro una entrata di scudi settanta netti. Egli di questi pagherà al vice parroco di s. Ansano un'annua pensione di scudi trenta, ed i legati ridotti intanto per provvedere il vice parroco ritorneranno se non alla loro integrità di pesi al numero di messe annue 362, cioè il vice parroco di s. Ansano avrà il peso della messa quotidiana. Oltre all'accennata pensione perpetua di scudi 30 a favore del vice parroco suddetto il priore di s. Pietro dopo conseguite le rendite di s. Giuliano pagherà un'annua perpetua pensione di scudi 10, al parroco di s. Ansano in compenso delle sacre suppellettili, e cera che somministrerà per la messa quotidiana, e riterrà per se i residuali scudi 30, coll'obbligo dell'ordinaria manutenzione della chiesa di s. Giuliano, quando a ciò non fosse obbligata l'amministrazione dei creditori del patrimonio Lateranense come fino ad oggi ha adempinto a tale obbligazione. Considerando che la parrocchia di s. Pietro perduta avendo la sua giurisdizione entro la città molto ha discapitato negli incerti, e che questo danno non lo risente soltanto il priore, il quale ne riceverà un qualche compenso coll'aumento di rendite in scudi 30, ma ancora l'intiero capitolo, o sia la sua sagrestia per i funarali perduti delle famiglie di città, e che converrà altresì in avvenire al capitolo per questa perdita accrescere la paga certa del sagrestano, si uniranno alla sagrestia della chiesa e del capitolo di s. Pietro gli otto semplici benefizj e cappellanie infrascritte già fondate nella suddetta chiesa di s. Pietro, cioè di s. Giovanni arcivescovo, di s. Angelo, e di s. Lorenzo martire, di s. Carlo, altro di s. Angelo, che attualmente si amministra dal capitolo, de'santi Filippo e Giacomo, di s. Simone, dei santi Eleuterio ed Ubaldo, beneficio una volta patronato, e che oggi si asserisce libero; ben inteso quanto ai beneficj che abbiano attualmente il rettore, che si differisca l'effetto della loro unione alla sagrestia del capitolo fino al tempo, in cui per morte

del rettore, o in altra maniera si rendono vacanti. Tutti i pesi poi di messe inerenti ai riferiti otto beneficj si ridurranno ad una messa da celebrarsi a carico del capitolo nella chiesa di s. Pietro (seppure non piaccia a monsignor arcivescovo fissarla alla vicina chiesa filiale del Massaccio sulla strada Romana) in tutte le feste di precetto, e nelle altre soppresse, e ciò nell'ora più comoda al popolo da stabilirsi da monsignor arcivescovo, il quale in virtù delle facoltà per tale effetto conferitegli dal s. Padre farà sentire fino da quest'ora al capitolo i pesi in proporzione dei vantaggi in quanto ai beneficj subito ad essi riuniti di s. Carlo, di s. Angelo, di s. Simone, e di qualunque altro de' suddetti beneficj che attualmente non abbia il rettore. Alla sagrestia poi di s. Gregorio Maggiore, la quale, detratta a quella parrocchia molte famiglie di città, ricava qualche danno negli incerti ed è miserabile, si uniscono due beneficj uno di s. Caterina Prima oggi posseduto dal canonico Tamparini, l'altro di s. Caterina Seconda posseduto dal canonico Tetti, i quali alla vacanza s'intenderanno alla suddetta sagrestia perpetuamente applicati con obbligo di farne soddisfare i pesi, i quali però si riducono ora per allora alla metà delle messe, che è in arbitrio di monsignor arcivescovo determinarle in giorno di festa di precetto alla chiesa di s. Gregorio in quell'ora, che sarà più comoda al popolo. La nuova suburbana parrocchia del santissimo Crocifisso avrà per dote i scudi sedici che riceverà annualmente in titolo di elemosina e perpetuamente dal monastero di s. Agata, e più le dieci coppe grano, che dal capitolo della cattedrale si davano al cappellano curato di s. Lorenzo, e finalmente a suo tempo la metà delle rendite allo stesso, e nudo titolo di limosina, della parrocchia de' santi Giovanni e Paolo, che si sopprime, essendone destinata l'altra metà ad accrescimento delle rendite del priorato della cattedrale. È incaricato monsignor arcivescovo dal s. Padre a promuovere coll'intelligenza del parroco di s. Ansano la esecuzione secondo il contratto già stipulato dell'assegnamento dei fondi da farsi dai creditori della congregazione Lateranense a favore di detta parrocchia in compenso degli annui scudi trenta che ne ricava ad annua explenda onera fermo rimanendo il peso ai creditori suddetti di pagare annualmente al parroco i soliti scudi 90, a titolo di congrua o di assegnare come sarebbe il meglio secondo le già date disposizioni, al medesimo tanti fondi rustici che conguaglino la suindicata rendita. Non deve altresì trascurarsi o di restituire l'antica confraternita che si trovava d'antico tempo eretta in s. Ansano rivendicando come di ragione i dritti: riuscendo senza effetto simile diligenza, ed azione erigerne nella forme una nuova, o invitarne una delle canonicamente erette in Spoleto, che si trovi non avere a se una chiesa conveniente al fine di associare il santissimo Sacramento, e praticarvi gli altri esercizj di pietà.

Confirmatio apostolica ejusdem distributionis, erectionis, et respective suppressionis ecclesiarum.

§. 13. Nos vero post diuturnum et accuratum omnium rerum quae allatae scripto continentur, examen, in eam sententiam venimus, ut illud universim, singulasque ejus peculiariter partes muniendas apostolicae Nostrae auctoritatis robore censeamus. Parochias igitur et jura patronatus, quae ibi supprimenda feruntur, supprimimus, abolemus, extinguimus; novas parochias, urbanam unam, suburbanam alteram quae ibi erigendae proponuntur, creamus, erigimus; parochiarum limites, aut proferendo, aut aliquoversum retrahendo, immutamus, beneficia transferimus, eorumque onera imminuimus; administratores ecclesiarum dicimus, administrationesque reservamus; redditus varios concedimus, tribuimus, atque dividimus; omnia denique ad eam rationem ac normam revocamus, exigimus, quae inserto scripto continetur; mandamusque venerabili fratri archiepiscopo Spoletano, ut enixo hace studio, intentaque diligentia exequatur, cujus rei causa, illum facultatibus omnibus, quae necessariae sint, aut opportunae etiam tantummodo, donamus, munimus, instruimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 14. Decernentes insuper has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et iis quos respiciunt, hoc, futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 13. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, et aliis Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, fel. rec. Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non legis fundationis parochiarum, et ordinum, praesertim vero congregationis presbyterorum Oratorii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decimaquarta junii millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 21. junii 1825. Anno II.

XCIII.

Confirmatio rescripti quo privilegia, honores, novaque illustriora indumenta fuerunt concessa patrocinatoribus causarum sacri palatii apostolici, nuncupatis procuratoribus de Collegio.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Magnum quiddam, et non utilitate tantummodo, verum etiam parandis in id praesidiis latissime patens, is profitetur ac suscipit, qui de suis fortunis ac jure in hujus Nostrae almae urbis foro disceptantibus opem ac tutelam suam pollicetur. Quum enim hoc in foro vigeat Romanorum jus veterum, pontificiis tamen legibus temperatum aliquando, vel explicatum; quumque de jure etiam sacro, deque privilegiis addictorum sacris hominum controversiae hic gravissimae constituantur; multa, excelsa, ac propemodum infinita in unum conveniant hominem necesse est, ut probandum a suis absolutum numeris in Romano foro causarum patronum efficiant. Prius enim quam ille in hoc judiciali se jactet pulvere; immo priusquam canonum legumque voluminibus manum admoveat, oportet jam omnibus humanitatis ac philosophiae studiis excultus in adytum antiquitatis sacrae profanaeque imam perruperit, et mores, consuetudines, caeremonias, magistratus, judicia et historiam integram illius aetatis apprime noverit, qua canones legesque prodierunt; quae quidem probe callere immensae est operae, et ad quae assequenda atque evolvenda hominis, licet diutissime vitalis, haud vita constusque videantur posse sufficere. Nec pauca ille opus est e gravissima theologorum scientia libaverit; cujus si omnino sit expers, saepe ac misere in sacrorum canonum interpretatione caecutiet, eaque in veteri civili jure probabit, quae abnormia veluti repudiari meruerint, aut saltem cur illa per sacros canones refixa ac rejecta fuerint, non videbit. Indaganda illi praeterea est lex illa immutabilis ac sempiterna, quam hominum animis Deus insculpsit, et naturalis justitia merito appellatur; ut si casus incidat, spectata sanctione juris humani perplexus, vel qui extra illud vagetur, ad eum casum aeternae legis dictamen flectat, ac feliciter nodum solvat. Quid dicemus de instituendae actionis et moderandi cursus judicialis peritia? Quid de styli nitore, de ordine, de perspicuitate orationis, deque celeritate ingenii ad objecta, etiam ex tempore, coram judice refellenda, quibus causarum patronis utendum est, ut cupide, et cum utilitate clientium audiantur, legantur? Quid denique dicemus de fide, diligentia, probitate, intactoque a pravis cupiditatibus animo, quo ille esse debet, qui se calamitosis praesidium, abjectis propugnaculum, dejectisque a suo jure adfuturum vindicem profitetur?

Laudes collegii patronorum. §. 2. Haec quidem omnia cogitantibus Nobis, quantaque doctrinae ac virtutis spectatae supellex in Romanarum causarum patrono quaeratur, intento animo reputantibus, du-

bitatio suboritur, num iis omnibus instructus dotibus, et ad optimi formam a natura inchoatus sua autem industria perfectus, causarum defensor extiterit aliquando, aut possit existere, veruntamen, si de naturae artisque excellentia desperandum est, quae tot bona, tamque eximia in uno homine completatur, nemo invidia tam efferata fervebit, ut inficietur nunquam non extitisse aliquot in Romano foro novos homines et ingeniosos, in quibus praecipuae optimi causarum patroni dotes occurrerent. Quos Romani pontifices praedecessores Nostri, optimi cujusque meritorum aestimatores, in maximo semper honore habuerunt. Immo a se probatis lectisque concessisse videntur vel remoto ab hinc aevo, ut collegium conficerent, cui collegii patronorum causarum palatii apostolici nomen esset; atque ex eo singuli, etiam apud pontificiam suam majestatem, orationem haberent pro causis gravioribus praesertim pauperum, quibus illi omni tempore gratuitam operam ac laudabilem impenderunt.

Privilegia, et gratiae collegio a praedecessoribus concessae.

§. 3. Deinde Paulus III, praedecessor Noster quo nemo prolixius ac magnificentius optimis favit ingeniis, quum ipse posset viris aetatis suae eruditissimis accenseri, motu, ut vocatur, proprio anni 1548, causarum apostolici palatii patronis indulsit, ut ex iis aliqui, nomine collegii universi, in pontificio sacello, dum sacra peraguntur, sederent; supplicationibus autem et aliis pontificiis functionibus, quae palam fierent, ex eo collegio patronis cunctis adesse daretur. Sed liberalis in illos extitit praecipue Paulus V, praedecessor Noster, qui quum collegii origo in obscuritate priorum temporum delitesceret, ne patronorum causarum palatii apostolici collegialia jura cujusquam inficiatione attentarentur, de illis voluit a diplomate suo constare; arbitrarium antea numerum patronorum ex illo collegio certum constituit, ejus leges, pro temporis usu ac conditione, emendatas, approbavit, servandasque proposuit, exteriora ornamenta nonnulla, quae patronorum causarum palatii apostolici dignitatem augustiorem facerent, illis indulsit, aliaque privilegia contulit, quae singulatim hic referre non vacat. Rursus eorum legibus corrigendis adlaboratum est, sedente in hac cathedra Clemente XIII, praedecessore Nostro, qui emendatas sua approbatione firmavit per literas annulo piscatoris obsignatas die XXX. martii anni 1765, idemque munera quaedam honorifica ac quaestuosa nonnisi a lectis ex eo collegio viris geri posse constituit, eorumque vesti nigrae zonae ornatum adjecit.

Confirmatio, et ampliatio dictorum privilegiorum, et gratiarum.

§. 4. Sed accidit, ut desuetudine, vel alia fortasse de causa patroni causarum palatii Nostri a pluribus annis neque in pontificio sacello sederent, neque interessent sacris supplicationibus, quibus Romani pontifices adsunt. Quum autem cuperent prisco jure iterum frui, ea de re preces Nobis obtulerunt per venerabilem fratrem Nostrum episcopum Ostiensem et Veliternensem Julium Mariam Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem della Somaglia nuncupatum, quem publicis negotiis praefecimus. Cui Nos petitioni obsequuti sumus, numero patronorum statuto, qui tum sacello, tum supplicationibus sacris adesse possint. Mox illi novas preces Nobis adhibuerunt, petentes, ut, quo ornatu vestium utrobique uti queant, simul edicere ac praescribere non gravemur. Nos vero praescripsimus, ut postulabant, ac priorem etiam concessionem rescripto complexi sumus, quod die superioris mensis XXIV, edidimus per dilectum filium Josephum Mariam Zucchi, apostolicis caeremoniis praefectum quodque ea habet, quae sequuntur videlicet.

Tenor rescripti de cujus confirmatione agitur.

§. 5. Ex audientia Sanctissimi die vigesima quarta maji millesimo octingentesimo vigesimo quinto. « Sanctissimus, inhaerendo rescripto diei decimae sextae februarii proxime praeteriti per organum eminentissimi, et reverendissimi domini cardinalis a secretis status, quo oratoribus sacri palatii apostolici causarum patrocinatoribus (procuratoribus de collegio nuncupatis) concessit privilegium assistendi post patres procuratores generales ordinum regularium, et praecise post patrem ordinis Servorum beatae Mariae virginis pontificiae familiae confessarium, in numero duorum omnibus ecclesiasticis functionibus in sacello palatii apostolici, aut alibi peragendis: et in numero non minori quatuor et non majori sex omnibus supplicationibus tam intra, quam extra idem sacellum; de ulteriori sua clementia, audito voto magistrorum caeremoniarum, indulsit, ut oratores causarum patrocinatores praedicti utantur in praefatis functionibus eadem veste cucullata, qua utuntur sacrae consistorialis aulae advocati, cum sola

differentia, quod loco saguli coloris violacei habeant sagulum coloris nigri, quodque raputium, loco mustellae albae, et serici rubei, sit omni tempore serico nigro subsutum; eaque vestis superponatur tunicae panni nigri tempore byemis, et serici nigri tempore aestivo, ornatae, ut solet, fascia cum floccis nigris. Quibuscumque in contrarium non obstantibus. Et expediantur pro ipsorum arbitrio literae apostolicae in forma brevis n. Joseph Maria Zucchi Sanctissimi domini Nostri papae, et Sedis apostolicae caeremoniis praefectus.

Preces porrectae pro assequenda expeditione brevis.

§. 6. Nuper vero collegium de quo agitur, seu dilecti filii in illud cooptati magno a Nobis opere contenderunt, ac flagitarunt, ut hujusmodi rescriptum, quo se illustri beneficio affectos agnoscunt. Nostrarum literarum ope confirmemus, ac robore majore instruamus.

Confirmatio apostolica.

§. 7. Cui petitioni Nos annuentes, ut studium Nostrum in jurisprudentiam, eosque e causarum patronis emineat, quos ad colendam tanto dignum munere probitatem, eruditionem, diligentiam exemplo caeteris futuros esse confidimus, simul etiam oratores a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, rescriptum a Nobis editum die superioris mensis vigesima quarta, hisque insertum literis, auctoritate apostolica approbamus, confirmamus, illique perpetuum approbationis ac confirmationis Nostrae robur adjicimus.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 8. Decernentes insuper has literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et praedicto collegio, patronisque palatii Nostri apostolici hoc, futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari; non obstantibus contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima prima junii millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo.

XCIV.

Dat. die 21. junii 1825. Anno II.

Facultas tributa administratoribus civilium hospitiorum civitatis Placentinae erigendi, cedendi, et permutandi etiam per procuratores ab ipsis deputandos credita dictorum piorum locorum delata ex haereditate clarae memoriae cardinalis nuncupati Landi Petra.

Dilectis filiis Nobilibus viris Ludovico Marazzani Viscunti, et Joanni Dominico Scarabelli procuratoribus Placentini consilii civilium hospitiorum negotiis administrandis.

Leo PP. XII.

Dilecti filii nobiles viri, salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Nuper libello supplici Nobis exposuistis bo. me. Franciscum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem Landi Petra nuncupatum, condito olim testamento, mandasse, ut e suis bonis, sive aliquibus, sive universis, patrimonium constitueretur primo genitis e sobole familiae suae masculina; si ea deficeret, patrimonii illius haereditas Placentino magno valetudinario transmitteretur. Exposuistis praeterea, masculinam ejus familiae sobolem defecisse jam inde ab anno millesimo octingentesimo primo; magnum autem valetudinarium, cardinalis Francisci testamentaria lege fultum, possessionem adeptum esse proficiscentium ab exposita ejus voluntate pecuniarum, quae partim ab apostolici Nostri aerarii praefectis, partim a decurionibus municipiorum, aliisque e pontificia Nostra ditione quaesitae, et acceptae in foenus fuerant. Quumque valetudinarii rationibus conducere posse videatur ea credita alienare, ut alia ex illis bona parentur, in id vobis, nunc Romae degentibus, a Placentinis civilium hospitiorum administratoribus facultates scripto sunt traditae, ut exhibito documento probastis. Verumtamen, quum sine Nostro apostolico assensu ac venia imposito vobis muneri satisfacere nequeatis, eam veniam assensumque a Nobis suppliciter postulastis, petentes insuper, ut per procuratores a vobis Romae constituendos, vestroque munere subrogandos, traditas vobis partes, quum excesseritis urbe, explere possitis.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos vero omnes ac singulos, quibus hae literae favent, peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum indulti assequendi gratia, absolventes et absolutes fore censentes, auctoritate apostolica concedimus, et indulgemus, ut quae pecuniae ad magnum Placentinum valetudinariom pertinent, illi ex testamento Francisci cardinalis Landi Petra deiatae, quaeque in Nostra ditione collocatae sunt foenore, eas exigere, cedere, permutare per vos, vel constitutos a vobis procuratores possit, ut ex iis alia valetudinaria ubicumque parentur bona, tota illa quidem, et e quibus piae institutioni ubventura videatur major utilitas.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Haec concedimus et indulgemus non obstantibus, quatenus opus sit, felicis recordationis Benedicti XIV. super divisione materiarum, Pauli II. aliorumque Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima prima junii millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 21. junii 1825. Anno II.

XCV.

Extensio indulgentiarum jubilaei regi christianissimo promittitur ad universum catholicum gregem consequendarum, quo die in urbe indulgentia finem babebit.

Carissimo in Christo filio Nostro
Galliarum regi christianissimo.

Leo PP. XII.

Carissime in Christo fili Noster
salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Per dilectum filium ducem De Laval Montmorency, oratorem apud Nos, et apostolicam Sedem majestatis tuae significatum tuo nomine Nobis fuit optare te jam nunc certo scire, an universalis jubilaei, quod anno proximo exeunte, promulgavimus et etiam nunc in hac urbe celebratur, indulgentiae quicumque ex subditis ditinni tuae gentibus ejus promerendae causa huc se non contulerint, eos etiam concessuri simus in patria tua esse participes in posterum, idque tibi magnopere esse curae, et mature admoniti ea de re populi parent se diligentius, atque ut quod babero te in animo idem orator Nobis confirmat, omnia quantum in te est, opportune compares, quae ad optimum tanti momenti operis exitum conferre possint. Ea quoque in re dignum Ludovici illius regis sanctissimi haeredem regni simul, et pietatis agnoscimus, qui verae, solidaeque populorum felicitatis sollicitus ea sibi in primis omni studio curanda putet, quae firmissima sunt illius praesidia, religionem, et mores; Nostraque votis hujusmodi, pro ea, quae muneris Nostri est, sollicitudine omnium ecclesiarum mirifice consentiunt.

Tenor concessionis.

§. 2. Quare libentissime postulationi obsecundamus majestatis tuae, teque certum facimus, quemadmodum a praedecessoribus Nostris felicis recordationis Benedicto XIV., et Pio VI. factum est, die Nativitatis Domini, quo die jubilaei universalis indulgentia finem babebit Romae, eodem die, adjuvante Domino, per literas Nostras extensionem jubilaei ejusdem ad universum catholicum orbem Nos esse edituros, ita ut quicumque regionum exterarum fideles Romam se hoc vertente anno conferre non potuerint ad indulgentiam illam conseqnendam, si, uti necesse est, parati sint, quaeque praescripta fuerint fideliter exsequantur ex thesauro meritorum Christi Domini redemptoris nostri, beatae virginis genitricis ejus, sanctorumque omnium divinae misericordiae divitias in se derivare possint, perinde ac si Romam venissent, ibique injuncta in id a Nobis opera essent exequuti. Amatoram magis Galliam confidimus ob paternam hujusmodi curam, regem suum, si quid illius summo in eum amori addi potest; et quae, natura ipsa sua solet in omnibus excellere in insigni hoc, quod ei proponitur, opere, principe suo praeeunte exempla religionis ac pietatis insignia daturam. Quod, ut Deus misericordiarum pater per gratiam suam dignetur indulgere; atque inde semper amorem in te omniom; quos paterno amore gubernas, animante religione, eoque tibi omnibus, filiorum more propter conscientias obsequentibus, et

immobili fide addictis, splendorem, felicitatemque tuam, regnique universi majoribus in dies provehat incrementis, quam maxima possumus paterni animi contentione obsecrantes, majestati tuae totique regiae familiae apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima nona junii millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 1. julii 1825. Anno II.

XCVI.

Concessio indulgentiarum sub forma jubilaei assequendarum a militibus copiarum imperatoris Austriae occasione transitus earum per urbem, ut Austriam repetant.

Leo Papa XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Aeterna animarum salus, ob quam Christus Jesus tantos passus est cruciatus, haud patitur de illis praecipue Nos parum esse sollicitos, qui tum ad reipublicae incolumitatem procurandam, tum ad legitimorum principum jura tuenda stipendia merentes, non solum diros diu noctuque perferunt labores, sed et ipsam vitam in discrimen offerre non renuunt.

Expositio precum. §. 2. In hac cura defixi, quum dilectus filius baro de Frimont summus copiarum carissimi in Christo filii Nostri Francisci Austriae imperatoris, et Hungariae regis illustris, quae in regno utriusque Siciliae versantur, dux Nobis exponi curaverit per dilectum filium equitem de Gennotte ejusdem serenissimi imperatoris apud Nos negotia gerentem, earum agmen, quod Austriam repetere jussum quamprimum per hanc almam urbem iter esse facturum, militesque illud constituentes vehementissima exoptare hac temporis et loci opportunitate indulgentias sacri hujus anni consequendi posse, postulationibus ac votis ejusmodi libenter atque alacriter annuimus.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur summa cum animi Nostri laetitia eorum exercituum pietatem intuentes, qui iterum iterumque hic atque alibi non indubia praetulere specimina erga catholicam Ecclesiam, et hanc apostolicam Sedem religionis et observantiae, quique eximia virtute ac militari disciplina semper inclaruere; coelestes Ecclesiae thesauros, quos fidei Nostrae potissimum credidit Altissimus, hoc anno praesertim plena manu effundentes, ut Christi asseclae quantum in Nobis est facilius aeternam beatitatem assequi possint, omnipotentis Dei in suos filios misericordia freti, et beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi omnibus et singulis militibus, aliisque ad copias illas pertinentibus, qui hoc piaculari anno per hanc Nostram urbem transierint, quique dolenter confessi peccata sua, et sacrosancta Eucharistia refecti basilicam Principis Apostolorum junctim adierint, ibique pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces fuderint, concedimus, et indulgemus, ut eis pia opera hujusmodi instar sint quindenae editionis ad quatuor urbis delectas basilicas pro advenis designatae, et ita omnes indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenarum, quas commeriti pro illis sunt, relaxationes consequantur, quas datum esset eis consequi, si cetera imperata facientes, unumquemque e praescriptis quatuor basilicis quindecies illi hoc anno sacro adiissent.

§. 4. Id concessum et indultum volumus non obstantibus Nostra et cancellariae apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et sanctionibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die prima julii millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo. Derogatio contrariorum.

Dat. die 2. julii 1825. Anno II.

XCVII.

Translatio collegii canonicorum sanctae Mariae Reginae Coeli urbis ad ecclesiam s. Mariae in Monte Sancto ejusdem civitatis cum concessione bonorum, redditum, et privilegiorum ejusdem ecclesiae.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Alia mens Romanis pontificibus profecto non fuit quum urbana aliqua templa reli- Prooemium.

giosis familiis tradiderunt, vel a templorum patronis tradi sunt passi, nisi ut ibi civium animi a religiosis hominibus pietate excolantur, ibidemque obsequium Deo sacris caeremoniis ac cantibus impendatur; e qua sacrorum carminum modulatione manat etiam, quae sive canentium, sive audientium animos afficiat, utilitas; juxta illud divi Bernardi (serm. 55 de divers.) In psalmodia fit duplex confessio, ubi et peccator de culpis compungitur, et Deo laudes super judicia suae justitiae dicuntur. Jamvero si utilitates ejusmodi a religiosis viris penes ea templa constitutis non amplius obveniant, admonemur Nostri apostolatus officio, et quo flagrare debemus, divini cultus, salutisque hominum studio, ut olim credita illis templa aliis attribuamus, a quibus expectare, Nobisque polliceri possimus, quae maxime expetimus, et ad quae assequenda non possumus sine flagitio non integrum usum potestatis Nostrae convertere.

Ratio constitutionis.

§ 2. Quamvis ergo Nos minime lateant dilectorum filiorum fratrum ordinis beatae Mariae Carmelitidis eximia promerita, ut in totam Christi Ecclesiam, ita etiam in almam hanc nostram urbem, praesertim quia miris modis, atque omni tempore pietatem illi in christiana plebe foverunt, erga sacratissimam Virginem, hominum, in terris cum dracone praeliantium, tutelam; eo tamen deveniendum est Nobis, ut unum e templis urbanis, eorum curae traditis, ab aliis in posterum curari velimus. Sane quatuor illis aedibus sacris in hac urbe potiuntur; in iisque censetur non ineleganti opere templum, in platea ad portam Flaminiam assurgens cui etiam adstructa domus fuit viris ex eo ordine recipiundis. Sed quum Carmelitarum e Romana provincia numerus, si cum antiquo conferatur, hoc tempore sit exiguus; amiserint autem domum ei templo finitimam, quam Galli, urbem occupantes, et ecclesiastica bona sibi praedam statuentes, vendiderunt, neque alitur modo, neque ali umquam poterit penes id templum a Carmelitarum ordine religiosa familia, quae cum dignitate sacras ibi caeremonias obeat, populoque sit ad pietatis viam arripiendam ac tenendam adjutrix. Haec quum probe possent dilecti filii archipresbyter et canonici basilicae sanctae Mariae Reginae Coeli in s. Lucia de Tincta nuncupatae suppliciter a Nobis eo traduci petierunt de suo collegio narrantes, illud e substantia ac pecuniis Horatii Ricci equitis Hierosolymitani institutum fuisse, ac primo consedisse, in ecclesia sanctae Mariae, cui a planctu fit nomen, velut produnt apostolicae literae felicis recordationis Pauli V. praedecessoris Nostri datae die decima nona julii anni millesimi sexcentesimi decimi sexti, atque ab eo rursum datae die decima nona januarii anno millesimo sexcentesimo decimo octavo, quas Pauli literas alii deinde praedecessores Nostri, nimirum Gregorius XV. diplomate diei decimae quartae februarii anni millesimi sexcentesimi vigesimi, et Urbanus VIII. diplomate diei sextae augusti anni millesimi sexcentesimi vigesimi quinti, ratas habuerunt, suaeque auctoritatis robore confirmarunt. Qui tamen Urbanus ea constitutione novam collegio canonicorum, de quo agitur, sedem tribuit, illudque in sanctae Luciae ecclesiam transtulit, priore fortassis opportuniorem, verumtamen non ita, ut ea etiam in sede canonici non maximis incommodis afficiantur; ut enim praetermittatur, ecclesiam quoque sanctae Luciae non ejus esse amplitudinis, quae nubilis ac decori ministerii sit capax, proxima est illa Tyberis alveo, quo exundante aquis arenisque a flumine devolutis oppletur, semperque, ut in solo depresso, ac loco minus illustri condita, madet humore, eoque sacra ejus supellex, ipsique parietes, nedum pictae seu telae seu tabulae, corrumpuntur. Ac quia Nostra constitutione, quae incohatur verbis « Super universum » ab ecclesia sanctae Luciae ignobili illius conditione spectata, parochi apud se habendi jus avulsimus, valde fidentius archipresbyter et canonici basilicae sanctae Mariae Reginae Coeli, in ecclesia constituti, cujus vitia Nobis comperta esse prodidimus, aliam traduci in sedem orarunt, sibique a Nobis templum petierunt ad portam Flaminiam exstructum, cui sanctae Mariae in Monte Sancto a Carmelitis fratribus nomen est inditum.

§. 3. Nos vero dilectos filios archipresbyterum et canonicos oratores peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, quia fundator canonicatuum, de quibus est sermo, eos

Tenor concessionis.

in Borghesiae familiae patronatu esse voluit; dilectus autem filius nobilis vir, et ex urbis principibus unus, Camillus Borghesius, qui a fundatoris praescripto, patronatum illum gerit, de translatione, quantum ad se attinet, canonicis assensus est; quia canonicorum votis, ab ecclesia s. Luciae in aliam migrare cupientium, post s. Luciae parochiam a Nobis extinctam, jam non obstant pacta cum parocho ab illis inita per publicas tabulas scriptas, anno millesimo sexcentesimo vigesimo octavo et pontificia auctoritate firmata quibus est cautum, ne de canonicis ab ecclesia sanctae Luciae deducendis negotium possit urgeri; quia denique dilecti filii fratres s. Mariae Carmelitidis, qui templum sanctae Mariae in Monte Sancto appellatae ad hanc diem obtinuerunt quamquam ab illo se abstrahi doleater ferant, tamen intuitu cultus valde splendidioris, quem sacra aedes a canonicis obtinebit, animi sollicitudinem leniunt ac voluntati Nostrae, ut pios homines addecat, acquiescunt, templum urbanum sanctae Mariae in Monte Sancto vocatum, una cum iis, quae adnexae illi sunt, collegio canonicorum s. Mariae Reginae Coeli auctoritate apostolica habendum, colendum tribuimus, in eamque sedem collegium illud ab ecclesia s. Luciae cum suis bonis, redditibus, privilegiis, juribus, insignibus translatum se conferre jubemus, sibique titulum adsciscere collegii canonicorum basilicae s. Mariae Reginae Coeli in Monte Sancto.

Deputatio executoris apostolici. §. 4. De fundis atque redditibus, sive ecclesiae s. Mariae in Monte Sancto, sive religiosae domus ei olim adjunctae, agendum erit coram dilecto filio magistro Belisario Cristaldi consistorii Nostri advocato et apostolici Nostri aerarii praefecto, cui facultatem facimus ex mutuo, si fieri possit, partium consensu, controversias componendi, quae canonicos inter ac fratres Carmelitas de fundis ac redditibus illis forte oberiantur. Insuper jura viri principis Camilli Borghesii, quae translationi canonicorum suo scripto assentiens integra sibi manere voluit, detrimento nullo affici, tectaque et inviolata servari praecipimus. Denique, quum canonici a Nobis enixe petierint, ut quaecumque a Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum largitate privilegia tulerunt, auctoritatis Nostrae praesidio firmamus, oblatis precibus annuentes peraunem iis privilegiis vim apostolicae Nostrae approbationis adjicimus.

§. 5. Decernentes insuper has literas semper firmas, validas et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et iis quos respiciunt, eorum causa, quae expressa sunt, hoc futurisque temporibus plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Clausulae praeservativae, et irritantes.

§. 6. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Caeterum quia beneficio translationis in sedem valde illustriorem a Nobis affecti canonici Mariam Coeli Reginam a collegii sui exordio patronam agnoscunt, modo autem in ecclesiam honori ejus peculiariter addictam Nostra providentia vocantur, abductis inde beatae Mariae studiosissimis fratribus Carmelitis, meminerint ex triplici hoc capite sui esse muneris divinis affluentam donis, et unguentis coelestibus delibutam, Dei augustissimam genetricem suis exemplis, hortatibusque urbano populo colendam, adorandam, adamandam proponere. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quinta julii millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo. Derogatio contrariorum.

XCVIII. Dat. die 22. julii 1825. Anno II.

Concessio juris privativi expurgandi saccarum favore comitis Francisci Paccaroni Firmani in universa Pontificia ditione.

Belisario Cristaldi prelato domestico, della Santità di Nostro Signore e sua R. C. A. tesoriere generale.

§. 1. La Santità di Nostro Signore, che colla costante protezione ad ogni genere di manifattura, ed industria ha sempre in vista l'utilità del suo stato, a la felicità dei suoi sudditi, si è benignamente degnata di accordare al conte Francesco Paccaroni di Fermo la priva- Thesaurarius generalis chirographum recipit pro executione curando.

tiva fabbricazione della raffineria degli zuccari per il lasso di anni 12 in tutta l'estensione de' suoi dominj con quei patti, favori e condizioni che si leggono nel chirografo segnato da Sua Beatitudine li 16 luglio corrente, esibito negli atti dell'infrascritto segretario e cancelliere della R. C. A., ed a noi diretto per l'esecuzione nel seguente tenore.

Monsig. Belisario Cristaldi Nostro, e della Nostra camera tesoriere generale.

Tenor chirographi. §. 2. Fino dai primi istanti della Nostra assunzione al soglio pontificio una delle principali Nostre cure, e dei Nostri più vivi desiderj fu quello certamente d'incoraggire, e proteggere l'industria nazionale, che è una delle più copiose sorgenti della felicità di un governo; e per quanto le circostanze de' tempi ce ne avessero dato luogo, stabilimmo nell'animo Nostro di secondare, e favorire con ogni possibile condiscendenza, e facilitazione le imprese tutte di quei benemeriti industrianti che ci avessero manifestato il genio d'introdurre nei dominj della Nostra sovranità qualche utile manifattura o non conosciuta, o non esercitata, o non perfezionata nei Nostri stati.

Expositio precum. §. 3. Quindi è che essendoci stata presentata dal Nostro suddito fedelissimo conte Francesco Paccaroni di Fermo un'istanza diretta ad erigere, e stabilire in varj punti dei Nostro dominio diverse raffinerie di zuccaro con metodi pratici di più recenti, e perfezionati processi, ed avendoci dimandata la privativa di tali stabilimenti coll' aggiunta di altri favori, e grazie corrispondenti per quel lasso di tempo che si fosse da Noi reputato idoneo, e sufficiente a rinfrancargli i dispendj di sì vasta intrapresa, non fummo alieni dall' inclinazione di secondare i termini della dimanda.

Votum favorabile a thesaurario generali panditum. §. 4. Prima per altro di condiscendere al privilegio richiestoci, credemmo opportuno di rimetterne a voi la petizione, perchè c'informaste coll'usato vostro zelo sul merito dell'intrapresa, ed avendoceno voi forniti i più favorevoli, e sodisfacenti rapporti nell'udienza del 20 aprile prossimo passato tanto relativi ai mezzi, perizia, ed integrità del postulante, quanto risguardanti all'intrinseca utilità della cosa pei molti operaj, che verranno impiegati in questo esteso stabilimento, per l'incremento che sarà per risentirne l'industria nazionale, e per la minore estrazione del nummerario, che sarà per accadere, perfezionandosi nell'interno un articolo di così esteso, e quasi necessario consumo, ci siamo di buon grado determinati di convenirne nello vostre sagge osservazioni, e di concedere al conte Francesco Paccaroni la privativa delle raffinerie dello zuccaro in tutta l'estensione del Nostro stato con quei patti, condizioni, favori, e privilegj che verranno enunciati in appresso. Ed è perciò che col presente Nostro chirografo, in cui abbiamo, o vogliamo avere per espresso, e di parola in parola riportato tanto il tenore della supplica umiliataci dal nominato conte Paccaroni, quanto il contenuto della vostra relazione, ed ogni cosa necessaria ad esprimersi, o ad essere individualmente espressa, e registrata di Nostro motoproprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà ordiniamo a voi, che in nome Nostro, e della Nostra camera diate, e concediate, come Noi diamo e concediamo al conte Francesco Paccaroni la facoltà d'intraprendere, introdurre, e stabilire privativamente la raffineria degli zuccari in tutta l'estensione dei Nostri dominj per il tempo, o coi favori, o patti come siegue.

I. §. 5. Intendiamo, o vogliamo che la concessione di tal privativa sia limitata al lasso di anni 12 da incominciare a decorrere sei mesi dopo la data del presente Nostro chirografo, preso a calcolo il lungo tempo che occorre pei preparativi, ed attivazioni di sì vasti opificj, dimodochè terminati i suddetti anni 12 e mesi 6 debba intendersi, come da ora s'intende cessato ipso facto il privilegio della privativa medesima, restando allora in libertà di ognuno d'intraprendere, ed esercitare l'industria della raffineria degli zuccari. Durante però la privativa di cui si parla, e per lo spazio come sopra stabilito proibiamo, ed espressamente dichiariamo che non sia lecito ad alcuna persona anche ecclesiastica, privilegiata, e privilegiatissima, e per comprendere la quale vi fosse bisogno di farne speciale, ed individuale menzione, d'intraprendere, ed esercitare alcuna sorta di raffineria di zuccari, ancorchè ciò non si facesse per traffico di commercio, ma per solo, proprio, e limitato suo uso, sotto pena della perdita del genere, e di tutti gli stigli, ed utensili, oltro la rifaziono dei danni, ed interessi a favore del pri- Concessionis tenor.

vatario, ed altra pene pecuniarie, ed afflittive che crederete voi proprio di comminare.

Privilegia adnexa.

II. §. 6. Oltre poi il privilegio della privotiva come sopra concessa, ed accordata per il lasso di anni 12, avendo Noi in vista la somma utilità non meno di questo nuovo stabilimento; che i gravissimi dispendj a cui deve indispensabilmente sottoporsi il privatario per l'impianto, e conduzione del medesimo, concediamo ancora ed accordiamo al conte Francesco Paccaroni la totale esenzione dal dazio nell' importazione dall'estero di tutte le macchine, utensili, ed altri articoli necessarj all' erezione, e all' andamento degli opificj di raffineria che sarà per attivare; e vogliamo finalmente che venga al medesimo accordata la diminuzione di un terzo del dazio vigente, e che fosse per aver vigore nell' introduzione delle farine zuccarine bianche, e di due terzi per le altre inferiori, che previe le necessarie cautele sarà per giustificare di dover erogare, o di avere erogate nella raffineria degli zuccari.

Reservationes speciales.

III. §. 7. Nell' accordare peraltro siffatta concessione avendo Noi in vista le sane leggi di economia, che consigliano di favorire qualunque privativa lavorazione che non fosse stata ancora attivata, ed introdotta, ma che non mai permettono l' arbitraria, e privativa vendita dei prodotti della lavorazione medesima intendiamo, e vogliamo che debba rimanere intatto e libero ad ognuno come per lo passato l' esercizio della negoziazione, e vendita di qualunque specie, e qualità di zuccaro, e libero egualmente l'introduzione dall' estero dell' indicato coloniale, sotto quelle discipline, dazj, e providenze che sono attualmente in vigore, o che potessero in seguito attivarsi colle facoltà del vostro ministero.

Praeservatio actionum habentium jura jam quaesita.

IV. §. 8. Vogliamo inoltre, che quante volte nel lasso di mesi due dalla pubblicazione del presente chirografo venga da taluno avanti di voi legittimamente provato di avere in effetti prevenuto il supplicante collo stabilimento nel Nostro stato delle raffinerie degli zuccari, e provato egualmente nelle più valide forme di essere attualmente nell' esercizio attivo di tale lavorazione, senza le quali prove non si ammetterà verun' altra concorrenza di simile lavorazione in pregiudizio della presente concessione, possa in quest' unico, solo, e giustificato caso continuarne liberamente l' esercizio in quello stato e termini, in cui vi si trovi attualmente applicato.

Leges concessionario impositae.

V. §. 9. Prescriviamo inoltre, ed ingiungiamo, che il nominato conte Paccaroni debba a tutto suo carico, e spese intraprendere effettivamente, ed attivare in uno o più luoghi del Nostro stato la divisata lavorazione della raffineria degli zuccari nello spazio, e termine di un solo anno dalla data del presente chirografo, ed attivata che sia, continuarla sempre e proseguirla durante l' epoca della concessione; e quante volte fosse per mancare all' una, o all' altra delle suindicate condizioni, vogliamo, ed ordiniamo che decada ipso facto, e s' intenda spogliato e decaduto tanto dalla privativa, quanto dagli altri analoghi privilegj, come se nè l' una, nè gli altri gli fossero mai stati conferiti, ed accordati.

Canonis annui solvendi praefinitio, cum onere inscriptionis illius in libris camerae.

VI. §. 10. In ricognizione finalmente della presente grazia, e favori dovrà il conte Francesco Paccaroni durante la menzionata privativa, pagare ogni anno, e nelle consuete forme, alla Nostra camera de' tributi solita a tenersi nella vigilia e festa dei ss. apostoli Pietro e Paolo il canone di libbre sei di cera bianca lavorata, ed altrettanta di zuccaro raffinato con farne preventivamente descrivere la partita nei libri dei censi, altrimenti mancando anche per una sola volta al detto pagamento decada sull' istante, e s' intenda decaduto dalla presente concessione, e si abbia come non avvenuta in conformità in tutto, e per tutto dalla bolla di Gregorio XIII. Nostro predecessore « contra non solventes canones ». E per l' effetto di quanto abbiamo come sopra disposto, ed ordinato stipolerete a favore del predetto conte Paccaroni pubblico istromento cogli enunciati patti, ed altri che a voi piacesse di aggiungere, e stabilire, emanerete notificazioni, e farete tutt' altro che crederete opportuno, approvando Noi fin da ora tutto ciò che per la esecuzione della presente grazia, sarà da voi reputato necessario, e conveniente; tale essendo la Nostra mente, e volontà espressa.

Clausulae solutares, et irritantes.

§. 11. Volendo, e decretando, che al presente Nostro chirografo, benchè non esibito nè registrato in camera e ne' suoi libri non possa mai darsi, nè opporsi di surrezione, o orrezione nè di alcun altro vizio della Nostra volontà, ed intenzione; e così e non altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi, ed in-

terpetrarsi da qualsivoglia giudice, o tribunale benchè collegiale, a congregazione composta di reverendissimi cardinali, togliendo loro ogni facoltà e giurisdizione di definire, ed interpetrare diversamente; dichiarando Noi fin d'adesso nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che scientemente o ignorantemente fosse giudicato, o si tentasse giudicare contro la forma, e disposizione del presente Nostro chirografo, quale vogliamo, che vaglia, e debba avere il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, ancorchè, non vi sia stato chiamato, nè sentito monsignor commissario della Nostra camera, nè qualsivoglia altra persona o corpi, ancorchè privilegiati, privilegiatissimi, che vi avessero o pretendessero di avervi interesse, e che per comprenderli fosse bisogno di speciale menzione, non ostante la bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria de *jure quaesito non tollendo*, e qualunque altra costituzione, ed ordinazione apostolica Nostra, e de' Nostri predecessori, bandi, leggi, statuti, riforme, usi, stili, e consuetudini, e qualsivoglia altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole avendone il di loro tenore qui per espresso, e registrato, e supplendo Noi colla pienezza della Nostra suprema potestà a qualunque vizio e difetto, che potesse intervenire, per questa volta sola, ad all'effetto premesso amplamente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano questo dì 16 luglio 1825.

Leo papa XII.

Executio chirographi. §. 12. Quindi è che volendosi da Noi dare il pieno adempimento ed effetto alle sopra espresse pontificie disposizioni, in virtù delle medesime, e della facoltà specialmente compartiteci, ordiniamo, e comandiamo a tutte, e singole persone di qualunque stato, grado, e condizioni esse siano, e delle quali per comprenderle vi fosse bisogno di farne espressa, ed individuale menzione, di uniformarsi pienamente a tutto ciò che viene in detto sovrano chirografo prescritto; e rispettivamente proibiamo a chiunque durante il tempo della privativa tanto di erigere qualsivoglia fabbrica di raffineria di zuccaro sotto qualsivoglia pretesto, caso, o ricercato colore in qualunque luogo dello stato Pontificio; quanto d'impedire e molestare il nominato privatario nel libero esercizio della riportata concessione, ed in caso di contravenzione oltre la perdita del genere, degli attrezzi, stiglj, ed utensili, ed oltre all'ammenda di tutti i danni ed interessi, sarà tenuto il trasgressore alla pena pecuniaria di scudi cento da dividersi in tre parti uguali fra la R. C., il privatario, ed inventori, o esecutori.

§. 13. La presente affissa, e pubblicata tanto in Roma, che in tutti gli altri, e consueti luoghi dello stato Pontificio obbligherà ciascuno alla piena osservanza, come se gli fosse stata personalmente intimata. Dato in Roma dalla nostra residenza di Monte Citorio li 23 luglio 1825. Publicatio.

B. Cristaldi tesoriere generale.
B. Prefetti commissario generale della R. C. A.
Francesco Romani segretario, e cancelliere della R. C. A.

IC. Dat. die 7. aug. 1825. Anno II.

Reintegratio sedium episcopalium Tarantasiensis, et Maurianensis in regno Pedemontano.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Ecclesias quae antiquitate, ac dignitate praestant, ad sedis episcopalis honorem redintegrare imposita humilitati Nostrae in rem christianam universam sollicitudo Nos adigit eo vel magis, ubi Dominici gregis utilitati felicius hoc modo prospectum iri dignoscamus, ut facilior, atque commodior sacrorum procuratio juxta divinarum et ecclesiasticarum legum normam fideli populo concilietur.

Ratio concessionis. §. 2. Libentissime idcirco excepimus carissimi in Christo filii Nostri Caroli Felicis Sardiniae regis illustris, nec non Sabaudiae, Montis Ferrati, et Genuae ducis, ac Pedemontii principis a dilecto filio Joanne Nicolao Ludovico Crosa ex marchionibus Vergagni ip-

alius apud Sedem apostolicam negotiorum gestore preces ejusdem regis nomine porrectas, quibus antiquae binae dioeceses Tarantasiensis et Maurianensis opportuna locorum et paroeciarum sejunctione et respectiva aggregatione de novo a Nobis constabiliri postulabatur. Id siquidem ad tot animarum millibus consulendum occurrebat remedii, et in tanta regionum amplitudine pastores oves suas propius cognoscerent, ipsisque et curatione sacrorum praesto essent, et panem praeberent verbi Dei; idque ulterius poscebat pristina dignitas utriusque ecclesiae; quae a prima vetustate ob antistitum celebritatem summa cum laude praefulserunt. Atque haec cum primis, aliaque etiam haud ob similia rationum momenta, quae laudato regi pro eximia sua in Deum pietate, ac in apostolicam Sedem reverentia eam mentem injecere, ut tam insignium ecclesiarum redintegrationem impensius a Nobis efflagitaret, simulque cuncta in rem necessaria summa cum liberalitate comparari adniteretur; Nostrum quoque animum impulerunt, ut ejus votis libenter annueremus.

Oppida nuncupata Mautiers, et de Maurien in civitates episcopales eriguntur.

§. 3. Habitis itaque omnium et singulorum interesse habentium consensibus pientissimi regis votis quantum in Domino possemus, benigne obsecundantes, omnibusque rite perpensis ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praevia dismembratione, divisione, separatione, et exemptione omnium infradicendorum locorum a dioecesibus, in quarum territoriis modo comprehenduntur, oppidum vulgo civitatem Mautiers nuncupatam in provincia Tarantasiae olim metropolitana sede decoratae; nec non oppidum civitatem pariter sancti Joannis vulgo de Maurien nuncupatam in provincia Maurianensi jam pontificali sede insignitam in civitates episcopales cum curia et cancellaria ecclesiastica, et cum omnibus et singulis honoribus, juribus, privilegiis, et praerogativis, quibus aliae civitates episcopales in Sabaudiae ducatu existentes, earumque cives olim fruebantur respective erigimus et constituimus.

In iisdem civitatibus ecclesiae cathedrales eriguntur.

§. 4. Parochialem vero ecclesiam Deo in honorem sancti Petri apostolorum principis dicatam in primodicta civitate Mautiers exstituram in cathedralem ecclesiam Tarantasiensem nuncupandam, et parochialem, ut antea sub ipsius apostoli titulo exstituram, parique modo ecclesiam parochialem sub invocatione sancti Joannis Baptistae in secundo dicta civitate existentem in cathedralem ecclesiam Maurianensem ut prius nuncupandam, et parochialem ut antea sub ejusdem sancti Joannis Baptistae invocatione exstituram, atque in iisdem ecclesiis Tarantasiensi et Maurianensi, sic, ut supra, nominandis, sedem, cathedram, et dignitatem pontificalem pro uno deinceps Tarantasiensi, ac pro altero episcopo Maurianensi nuncupandis, qui ecclesiis, civitatibus, et dioecesibus, infra respective assignandis, earumque clero, et populo praesint, synodum convocent, ac omnia et singula jura, officia, et munia episcopalia habeant et exerceant cum suis infrascripto respectivo capitulo, arca, sigillo, mensa episcopali ut infra constituenda, caeterisque cathedralibus et pontificalibus insigniis, juribus, honoribus, praeeminentiis, gratiis, favoribus, indultis, jurisdictionibus, et praerogativis, quibus aliae ducatus Sabaudiae cathedrales ecclesiae, earumque praesules antea gaudebant, perpetuo similiter erigimus et instituimus.

Institutio capitulorum in iisdem ecclesiis utriusque civitatis.

§. 5. In praefatis autem Tarantasiensi, et Maurianensi sic erectis cathedralibus ecclesiis respectivum erigimus, et instituimus capitulum decem constans canonicalibus praebendis, trium nempe dignitatum videlicet praepositurae, quae prima erit post pontificalem dignitas, iisque omnibus gaudebit honoribus, privilegiis et praeeminentiis, quae ei de jure competunt, archidiaconatus, quae secunda, et cantoratus, quae tertia erit dignitas, nec non septem canonicatuum comprehensis inter eos praebendis theologali et poenitentiaria, quae juxta canonicas sanctiones, ac praesertim concilii Tridentini decreta in capitulis cathedralium adesse debent, atque ulterius titulo canonici honorarii absque onere servitii choralis et cum jure gaudendi stallo in choro, itemque habendi ex speciali gratia, etiamque vocem in capitulo decoramus parochum pro tempore utriusque cathedralis ecclesiae.

Jus tributum capitulis condendi statuta.

§. 6. Talibus deinde sic efformatis capitulis cathedralibus Tarantasiensi, ac Maurianensi facultatem impartimur condendi quaelibet statuta, ordinationes, et decreta, licita tamen et honesta, ac sacris canonibus, decretisque concilii Tridentini, et constitutionibus apostolicis minime adversantia, quae postmo-

dum pro eorum robore et plenario effectu erunt omnino subjicienda ordinario, et ab eo speciatim approbanda, itemque gaudendi omnibus et singulis honoribus, gratiis, et privilegiis, quibus capitula aliarum cathedralium ecclesiarum in Sabaudiae ducatu existentium legitime ac libere fruuntur, et gaudent.

Assignatio locorum efformantium territorium utriusque dioecesis.

§. 7. Ad efformandum vero unius et alterius dioecesis proprium territorium sequentes octagiota et unam paroecias seu lora duo videlicet, Allondaz, et, Thinesol, nuncupatas in provincia altae Sabaudiae a dioecesi Anneclensi, et alias septuaginta novem nempe ex provincia Tarantasia nuncupata paroecias, Moutiers, Aiguebianche, Aime, Allues, Avanchers, Bellecombe, Bellentre, Le Boy, s. Bon, Bonneval, Bourg s. Maurice, Bozel, Breviares, Briançon, Celliers, Champagny, La Chapelles, Grand Coeur, La Côte d'Aime, Boory, Fesson sous, Briançon, Fessons sous Salins, Fontaine Le puitz, s. Foy, Granies La Gnraz, Haute Cour, Haute Ville, s. Jean de Belleville, Landry, s. Laurent de la Côte, Longefoy, Macot, s. Marcel, s. Martin de Belleville, Montagrey, Montegirod, Montvalenzan sur Bellentre, Montvalenzan sur Sey, Naves, Grand Naves, s. Oygen, Peisey, La Perrière, Le Planey, Pralognan, N. B. du Prè, Pussy, Salins, La Sanbe, Siez, Tessens, Tignes, Val de Tignes, Versoye, Villargerel, Villuroger, Villette, et ex Provincia altae Sabaudiae paroecias, Aroche, La Bâtie, Beaufort, Blay, Cesarches, Cevins, Chevron, Conflans, Gilly, Haute lure, L'Hôpital, Martod, Palod, s. Paul, Queige, Rognax, s. Sigismond, s. Thomas des Esserts, Tours Veothon, Villard de Beanfort, o dioecesibus Anneciensi et Cambariensi disjungimus et separamus, et novae dioecesi Tarantasiensi unimus et incorporamus: octoginta iosuper paroecias seu loca videlicet ex provincia de Maurienne vulgo nuncupata paroecias sancti Joannis Maurianensis, Aiguebell, Aiton, s. Alban des Villards, s. Alban d'Iurtieres, Albanne, Albiez le Jeune, Albiez le Viex, Sant André, Argentina, Aussais, Avrieux, Beaune, Bessans, Bonneval, Boovillaret, Le Bourget, Bourgneuf, Bramaos, La Cambre, Chamousset, La Chapelle, Le Châtel, s. Collomban des Villars, N. D. du Cruet, Epierre, s. Etienne de Cuines, Font couverte, Le Forneau, s. Georges d'Hurtieres, Hermillon, Jarrier, s. Jean d'Arves, s. Julien, Lanfleburg, Lanslevillar, s. Leger, s. Marguerite, s. Mariae de Culoas, s. Martin de la Chambre, s. Martin la Poste, s. Martin autre arc, s. Michel, Modaoae, Montaimont, Montedenis, Montgela frey, Montgilbert, Montpaschal, Montrichez, Montrond, Montsapey, Montvernier, Orelle, s. Pancrace, s. Pierre de Belleville, Pontamafrey, Randens, s. Remi, Sardieres, Sollieres, s. Sorlin d'Arves, Termignon, Tinzl, Valmeissiers, Valloires, Villarambert, N. B. du Villard, Villargoedran, Villarodin, ex provincia altae Subaudiae nuncupatas paroecias Bonvillard s. Heleine des Millieres, N. B. des Millieres, Montlison, et ex provincia Sabaudiae propriae nuncupatas paroecias Bourget en l'bullie, Chamoux, Clamplaureot, Mantandry, Le Pontet, Villardleger, a dioecesi Cambariensi abstrahimus et disjungimus, illasque novae Maurianensi dioecesi assignamus et annectimus, et uno eodemque tempore supradictas omnes paroecias seu loca ab Anneciensi et Cambariensi dioecesibus avulsa cum singulis ecclesiis et collegiatis siquae sint, monasteriis ac beneficiis saecularibus et quorumvis ordinum regularibus utriusque sexus personis et incolis tam laicis quam clericis, non tamen exemptis cujuscumque gradus, ordinis, et conditionis novorum pro tempore existentium Tarantasiensis et Maurianensis antistitum ordinariae jurisdictioni, regimini, potestati et superioritati perpetuo respective subjicimus, atque sopponimus, illisque pro suis civitate, territorio, dioecesi, clero, et populo quoque respective assignamus atque tribuimus.

Idem ut supra.

§. 8. Gravibus pariter, justisque de causis, ac praelaudato rege similiter postulante septem paroecias intra fines provinciae Gebeoneosis positas, quae vulgo appellantur, Bloyé, Hery sur Alby, Lorooy, Marigny, Massigny, Moye, et Rumilly, cum omnibus et singulis ecclesiis, beneficiis, clero, populo, personis etiam ecclesiasticis quam regularibus non tamen exemptis, cujusvis gradus, ordinis, et conditionis a memorata dioecesi Anneciensi disjungentes, dividentes, ac penitus separantes praedictae metropolitanae Cambariensi dioecesi perpetuo adjungimus et incorporamus, ac moderni et pro tempore existentis archiepiscopi Cambariensis regimini, et jurisdictioni subjicimus atque supponimus.

Assignatio domorum pro decenti habitatione novorum episcoporum.

§. 9. Pro decenti vero ac commoda futurorum ac pro tempore existentium Tarantasiensis, et Maurianensis episcoporum habitatione necessarias et convenientes aedes in supradictis civitatibus Montiers et sancti Joannis de Maurienne vulgo nuncupatis a praelaudato rege suppeditandas, et ab infrascripto praesentium literarum exequutore approbandas perpetuo similiter assignamus atque tribuimus: utque praedictis episcopalibus Tarantasiensi et Maurianensi ecclesiis de congrua dotatione provideatur, et earum antistites suam decenter tueri valeant dignitatem episcopali mensa Tarantasiensi assignamus et constituimus annuam summam decem millium librarum monetae illarum partium provenientium pro rata librarum quinque millium octingentarum septuaginta quatuor ex fundis stabilibus jam in tuto positis, ac pro reliqua rata quatuor millium centum viginti sex librarum ex fructibus locorum montium ecclesiastici patrimonii vacantis nuncupati ab aerario regio, ut mos est, annuatim persolvendarum. Alteri vero episcopali mensae Maurianensi constituimus atque assignamus annuas libras tercentum sexaginta provenientes ex fundis stabilibus ad hoc in tuto positis, itemque libras annuas novem mille sexcentum quadraginta ex dictis fructibus locorum montium patrimonii vacantis ab aerario regio quotannis de more suppeditandas; quae binae dotationes annuarum librarum decem millium pro qualibet ab omni et quocumque onere immunes erunt, prout saepe laudatus rex Carolus Felix benignissime spopondit.

Dotatio utriusque mensae episcopalis.

§ 10. Utriusque praeterea novarum Tarantasiensis et Maurianensis cathedralium ecclesiarum a praelaudati regis liberalitate jam assignata dotatio in summa librarum similium novem millium biscentum ex fructibus locorum montium patrimonii vacantis, ut supra, provenientium ita erit dividenda; nempe praeposito primae post pontificalem dignitati in utroque capitulo tribuetur praebenda librarum mille quingentarum annuarum; archidiacono et cantori secundae videlicet et tertiae dignitati praebenda annuarum librarum mille et centum pro qualibet; et cuilibet ex septem canonicis unius et alterius capituli praebenda librarum octingentarum annuarum pro quolibet.

Dotatio fabricae ambarum ecclesiarum.

§. 11. Quod vero attinet ad fabricam ambarum ecclesiarum Tarantasiensis et Maurianensis eam ipsam dotem pro illarum manutentione assignamus, quae pro utriusque parochialis ecclesiae fabricis jam constituta reperitur: quod si haec deinceps respectivis ferendis oneribus impar dignoscatur, pro certo habemus, praelaudatum regem ex pietatis studio quo urgetur ad confovendum decorem domus Dei praesenti ope adfuturum et censum in earum aedium tuitionem, prout necessitas postulabit, libenter aucturum.

Subjiciuntur sedi metropolitanae Cambariensi.

§. 12. Supradictas porro noviter erectas episcopales Tarantasiensem et Maurianensem ecclesias metropolitanae ecclesiae Cambariensis suffraganeas assignamus, easdemque juri metropolitico moderni, ac pro tempore existentis archiepiscopi Cambariensis subjicimus atque supponimus, atque omnibus honoribus, praerogativis, privilegiis, exemptionibus, ac juribus ad ceteras cathedrales ecclesias metropolitanae ecclesiae suffraganeas pertinentibus pari ratione praeditas fore decernimus.

Erectio seminarii in utraque dioecesi.

§. 13. In una vero et altera Tarantasiensi ac Maurianensi dioecesi ecclesiasticum clericorum seminarium juxta concilii Tridentini decreta erigimus et constituimus, ac unicuique aedes convenientes ab antedicto rege in hunc finem suppeditandas, et ab infradicendo exequutore approbandas respective assignamus, dotationem seminarii Tarantasiensis non computatis pensionibus ab alumnis solvendis praefinimus in annua summa librarum bismillium quingentarum, et octo circiter illius monetae provenientium ex fundis stabilibus jam in tuto positis, nec non in annuis collectis percipiendis usque ad summam, ut asseritur, librarum trium millium et centum similium. Redditus autem seminarii dioecesani Maurianensis constituimus in annua summa aequalium librarum trium millium et nonaginta provenientium ex bonis stabilibus eidem seminario jam legatis, ac in altera summa proveniente ex collectis, quae ad libras termille centum, ut asseritur, annuatim ascendunt.

Jus nominandi episcopos regi Sabaudiae conceditur.

§. 14. Supralaudato autem Carolo Felici Sardiniae regi Sabaudiae, Montis Ferrati, et Genuae duci, ac Pedemontii principi ob plurima regiae suae liberalitatis de Ecclesia optime merito, ejusque successoribus jus nominandi infra tempus a jure praefixum ecclesiasticas personas probatas bonorum nominis et famae, ac secundum sacrorum canonum et

concilii Tridentini decretorum dispositiones idoneas ad memoratas episcopales ecclesias Tarantasiensem, et Maurianensem tam pro hac prima vice, quam in futuris vacationibus prout antea ejusdem regis praedecessores ad Sabaudiae ecclesias nominara consuevarunt, nihil tamen circa id, quod tam quoad praedictas nominationes, quam quoad examen canonicam provisionem et consecrationem nominatorum ante annum millesimum octingentesimum primum servabatur innovantes confirmamus, ac de novo insuper perpetuo tribuimus, atque impartimur; et simili modo praefato Carolo Felici regi, ejusque successoribus, reservata Nobis et successoribus Nostris primae dignitatis utriusque cathedralis collatione jus nominandi ad secundam et tertiam dignitates, atque ad earumdem Tarantasiensis, et Mauraniensis ecclesiarum canonicatus, exceptis theologali, ac poenitentiaria praebendis, in quibus praevio formali concursu juxta concilii Tridentini et canonicarum sanctionum decreta de more babendo idoneae ecclesiasticae personae erunt ab ordinario canonice instituendae; indulgentes Nos ex gratia speciali in exemplum non afferenda, Tarantasiensi et Maurianensi pro tempore episcopia eisque necessarias tribuentes facultates ad hoc ut Ipsi in aliquo peculiari casu, si temporum circumstantiae id postulabunt, onerata super hoc eorumdem conscientia uni vel alteri ex utriusque capituli canonicis actu existentibus, et a praedicto rege nominandis, praevio tamen consueto examine conferre possint et valeant.

De onere inscribendi fructus in libris camerae.

§. 15. Habita porco ratione proventuum ac redditaum in episcopalium Tarantasiensis, et Maurianensis mensarum dotationem, ut supra respectivo assignatarum easdem ecclesias Tarantasiensem et Maurianensem in florenis auri biscentum quinquaginta de more taxari, et hujusmodi taxas in libris camerae apostolicae describi mandamus.

Deputatio temporanei administratoris ecclesiarum noviter erectarum.

§. 16. Cum autem dictarum cathedralium ecclesiarum Tarantasiensis et Maurianensis locus factus fuerit ne ipsarum caput, rectorque desit donec de primo respectivo pastore fuerint provisae venerabilem fratrem Franciscum Mariam Bigex archiepiscopum Cameriensem in administratorem apostolicum ad regendas praefatas Tarantasiensem, et Maurianensem dioeceses cum necessariis et opportunis facultatibus expresse ac specialiter constituimus et deputamus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 17. Eidem idcirco Francisco Mariae archiepiscopo quem in barum literarum Nostrarum exequutorem eligimus et deputamus necessarias omnes et opportunas ad praemissorum effectum plenarie consequendum tribuimus facultates etiam unam, seu plures personam, seu personas in ecclesiastica dignitate constitutam, seu constitutas subdelegandi, et super quacumque oppositione in actu exequutionis quomodolibet forsan oritura, servatis tamen de jure servandis, etiam definitiva et quavis appellatione remota, libere ac licite definiendi, ac pronunciandi.

De exemplis actorum exequutionum a Sedi mittendis.

§. 18. Ipsi praeterea Francisco Mariae archiepiscopo injungimus et mandamus, ut exempla singulorum actorum in barum literarum exequutionem conficiendorum ad apostolicam Sedem quamprimum fieri poterit in authentica forma transmittat in archivio congregationis rebus consistorialibus praepositae asservanda.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 19. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet interesse habentes, vel habere praetendentes vocati, et auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint eorum consensui, quatenus opus sit, de apostolicae potestatis plenitudine supplentes, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel aliquo alio etiam substantiali defectu notari, impugnari, aut in controversiam vocari posse, sed perpetuo validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere volumus, atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 20. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, de suppressionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, aliisque Nostris et cancellariae apostolicae regulis, ac in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 21. Volumus insuper, ut praesentium literarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate con-

stitutae monitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Sanctio poenalis. §. 22. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum dismembrationis, separationis, erectionis, institutionis, assignationis, attributionis, subjectionis, concessionis, indulti, declarationis, commissionis, deputationis, mandati, decreti derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; siquis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quinto, nonis augusti, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 12. aug. 1825. Anno II.

C.

Concessio domus a beata virgine Lauretana nomen habentis in urbe pro refugio foeminarum in divi Jacobi valetudinario a morbo levatarum, et ad bonam frugem reversarum.

Dilecto filio Nostro Placido Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Zurla nuncupato, in urbe ejusque districtu vicario Nostro in spiritualibus generali.

Leo PP. XII.

Dilecte fili Noster salutem et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis. §. 1. Civitatem hanc sacctam, novi foederis novam Jerusalem, qui prosequuntur odio corruptissimam dicunt; quasi nimirum nullum in ea virtutum illarum specimen luceat, quibus commendationem ac famam primis christianae Ecclesiae temporibus adempta est, sola autem nunc in illa sit felix, regnet ac debacchetur improbitas. Maledicos blaterones ejusmodi vel infirmioris sexus gesta, quibus intersumus, quaeque intuemur quotidie, refellunt, plurimasque ostendere est lectissimas in hac urbe matronas ac virgines, in quibus spirent quodammodo ac vigeant praeconio veterum celebratae Lucinae, Paulae, Gallaeque, ac quarumque pietas nullis defessa laboribus, cuncta hujus almae Nostrae urbis loca, ad aegestatis levamen, simulque ad animarum salutem, anxie sollicitequo percurrit. Hoc sane anno, qui ad expiationem christiani orbis faustus illuxit, et e variis nationibus hue multitudinem advocavit, Nobis, tibique dilecte fili Noster, ingenti est gaudio, spectaculo autem est omnibus, pientissimarum mulierum in adeundis basilicis modestia, ac testata operibus in peregrinos charitas; quippe quum earum plurimae, etiam quae summo loco natae, et in deliciis, more summatium, enutritae sunt, crebro basilicas pedibus adeant, nec detrectent in aede sanctissimae Triadis, pauperibus parata convenis, erga feminas pannosas ac sordidas ad infima quaeque ministeria descendere. Haec quamvis justae admirationis permultum habeant, quia tamen, hoc anno explete, non ita crebro erunt agenda, minus laudis merentur, quam illa, quae assidue erga pauperes, et aerumnosos exercenda sibi pietatis opera susceperunt. Caetera ut sileamus, quae impendunt miseris, quotidiana officia et illustria, saepe mulieres nobiles ad valetudinaria se conferunt in quibus aegrotanti sui sexus plebi fit medicina, nihilque praetermittunt opis ac blanditiarum, ut languentium fastidio, tristitiae, ac morbis occurrant.

Expositio precum. §. 2. Jamvero quae nobiles mulieres in valetudinarium divi Jacobi (quod etiam depositorum, seu incurabilium dicitur) itare solent, Nobis curarunt exponi, ibi jacentes feminas aegrotare plerumque morbis, quos libido praeceps, turpis lucri studium, ac divinae legis contemptus parit; se autem, ostensa illis incontinentiae deformitate, curare, ut, simul cum morbis, consuetudines flagitiosas ac mores perditos exsuant. Exposuerunt insuper, ex illis, Deo inspirante, plures indicia animi resipiscentis ostendere; sed quia adhuc vigent aetate, et ipsa inopia ad quaestum corpore captandum urgeatur, valde esse verendum, ne postquam convaluerint abjiciant sancta consilia, et in turpitudines pristinas revolvantur, nisi illis perfugii domus Nostra providentia constituatur, ibidemque castae ac sobriae disciplinae vinculo a repetendis pravis familiaritatibus contineantur. Simul ostenderunt e constitutione hujusmodi asceterii (quia jam positum est damnatis criminum foeminis, quae transtyberino e carcere cum propo-

sito vitam emendandi prodierint) id posse utilitatis hauriri, ut quum ex iis aliquae matrimonio sint obligatae, sed a viris suis ob morum licentiam domicilio ac thalamo sint ejectae, cum illis in gratiam restituantur, at vetus inter eos amor aliquando redintegretur, siquidem, asceterio petito, mores suos in melius versos esse probaverint.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos vero hanc nobilium mulierum de aeterna illarum salute sollicitudinem collaudantes, ac consilium tam opportunum, Deoque profecto gratum, omni ope Nostra promovere cupientes, ineundam Nobis rationem putamus, ut mulieribus, de quibus agitur, prius recessus quamprimum pateat. Quia igitur constat, nulli nunc esse usui domum a beata virgine Lauretana nomen habentem, quam Dei servus Angelus Pauli, presbyter e Carmelitarum calceis utentium familia, sub initium saeculi elapsi fundavit confirmandae pauperum, a Piceno praesertim, valetudini, qui in urbe aegrotaverint; eam Nos domum, cum adnexo templo, eorum bonis, redditibus, juribus, audito dilecto filio magistro Josepho Antonio Sala, qui nuper ad templum illud ac domum cum potestate apostolici quaesitoris, sive, ut loquimur, visitatoris accessit, addicimus feminis excipiendis, quae ob morbos ex vitae licentia contractos in divi Jacobi valetudinario decubuerint, at aetatem agentes, quae non careat vitiorum illecebra, a miserabili errore, et ab aeternae damnationis periculo portum quaerant. Id autem statuentes non longe recedimus ab eo, quod fundata illa domus, servus Dei Angelus sibi proposuit. Quum enim id ille spectarit, ut in hospitio a se constituto foveantur ac recreentur, qui recens a morbo emerserint, sed adhuc ex illo langueant, la autem languor feminas etiam sequatur diutissime, quibus curatio in valetudinario Jacobaeo sit adhibita; apparet praecipuam antiquae institutionis partem, quae est de imbecillis ab aegrotatione in ea domo confirmandis, in posterum quoque sartam tectamque mansuram. Animadvertendum est etiam, pientissimum Carmelitam idcirco novum hospitium patefecisse pauperibus a morbo liberatis, verumtamen ad laborem ac vitae munia debilibus, quod eo tempore sanctissimae Triadis nonnisi ad tres dies illis pateret, multi autem eorum quiete ac non vulgari cibatu diutius egerent. Quum autem felicis recordationis Pius VII. praedecessor Noster sua providentia effecerit, ut ibi plus triduo morari queant, si protractus languor id poscat, non alio illis hospito in hac urbe tecto opus est.

Reservatio specialis.

§. 4. Caeterum volumus, perfugii domum, quae hac Nostra concessione aperitur feminis in divi Jacobi valetudinario a morbo lavatis, et ad bonam frugem haud devexa aetate conversis, perpetuo administrari ac regi a matronis nobilibus, quae in eo valetudinario jacentibus soleant esse solatio. Sed quia disciplinae ratio in ea domo esset incerta, ac quamvis optime constituta brevi difflueret nisi aptis legibus custodiretur, tibi, dilecte fili Noster, cui harum literarum exequutionem mandamus, id quoque negotii tradimus, ut de praesidibus, earumque muneribus, de administratione redditum, deque continendis in officio et in studio integrioris vitae receptis feminis, ei domui leges perspicue, ut soles, sapienterque conscribas, aut ab alio conscribi cures, deinde vero auctoritate tua ordinaria confirmes.

Derogatio contrariorum.

§. 5. **Haec praecipimus, mandamus, concedimus, non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac legis fundationis praedicti hospitii ac templi beatae virginis Lauretanae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima secunda augusti millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo.**

Dat. die 26. aug. 1825. Anno II.

CI.

Ampliatio indulgentiarum assequendarum ab illis subjectis Austriae imperatori, Hungariae, Bohemiae, ac regni Longobardo-Veneti regi, qui durante jubilaeo anni millesimi octingentesimi vigesimi quinti Romam petere non possent.

Carissimo in Christo filio Nostro Francisco Austriae imperatori Hungariae, Bohemiae, ac regni Longobardo-Veneti regi illustri.

Leo PP. XII.

Carissime in Christo fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Magnum sane tot aliis testimonium accessit religionis, et paternae in populos charitatis imperialis majestatis tuae, cum nuper dilectus filius comes Gibertus Borromeus magnus aedium regiarum praefectus in regno tuo Longobardo Veneto, quem ad Nos interpretem legasti consiliorum tuorum optare te Nobis retulit, certiorem fieri, an, quod tibi esse in votis confirmat, quam omnibus concessimus Romam hoc anno admissorum per injuncta opera expiandorum causa convenientibus, eamdem universalis jubilaei indulgentiam omnibus, qui tuo subjecti imperio huc se non contulerint, concessuri simus, ut anno proximo millesimo octingentesimo vigesimo sexto, sua quisque in patria, consequi possint, nihil sane gratius accidere Nobis potuit postulatione hujusmodi, quae animum declarat hominum felicitatis verae sollicitum, qui, siquidem admonente Spiritu Sancto « miseros facit populos peccatum » id omni ope removendum auret, quod quieto, ac tranquillo rerum temporalium statui maxime adversatur, quique placato per poenitentiam Domino, subditas sibi gentes christianis virtutibus imbutas ad aeternae vitae beatitatem studeat secum deducere; illud se per maturiorem hanc admonitionem Nostram confidens consecuturum, ut paratis diligentius animis, bona illa maxima in omnes certius copiosiusque perveniant.

Tenor concessionis.

§. 2. Proinde adeo pio desiderio libentissime obsecundantes imperialem majestatem tuam jam nunc certam esse volumus, anno sancto Romae confecto die sacro natalitiis Domini, extensionem Nos ejusdem indulgentiae ad omnem catholicum orbem, Deo adjuvante esse adicturos, qua ratione a felicis recordationis praedecessoribus Nostris Benedicto XIV. et Pio VI, fuit extensa. Minime dubitamus quin gratissimum subditis tibi gentibus futurum sit consilium istud tuum, quo nulla major esse potest paternae curae declaratio, omniaque sibi praestanda putent, ut se pios, obsequentesque filios ostendant. Omnia praeclara ab iis populis expectamus, quorum jam perspectae fidei, ac pietatis recens quoque ad jubilaeum ipsum quod pertinet, specimen habemus in copiis tuis, quae modo hac transeuntes, omni opere imposito indulgentiae illius sibi comparandae causa, religiose perfunctae sunt quibus etiam pie optantibus summa cum consolatione Nostra, publice benediximus. A tua vero singulari pietate, euraque in iis omnibus, quantum in te est, comparandis, quae ad optimum saluberrimi, de quo agitur, operis exitum conferre possint, quae quantaque Nobis pollicamur, nihil dicere necesse est.

§. 3. Quod superest, bonorum omnium largitorem Dominum flagrantissimo affectu obsecramus, ut coeptis tuis dignetur propitius adesse, potentiamque tuam praecipuis imperiorum, Benevolentiae testimonia erga amplissimam imperialem domum.
regnorumque praesidiis, religione, christianis moribus et in hanc apostolicam Sedem fide, ac devotione ex participatione meritorum Christi redemptoris Nostri, beatissimae Genitricis ejus, et sanctorum omnium magis magisque confirmatis felicioribus in dies provehere incrementis, dum imperiali majestati tuae, religiosissimae conjugi, familiaeque imperiali universae apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima sexta augusti millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo.

CII.

Dat. die 26. aug. 1825. Anno II.

Monitum ad ordinarios in Hispaniarum regiis dominiis ut odia, simultates, et discordias inter subditos vigentes componere satagant.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis ac dilectis filiis aliis locorum ordinariis in Hispaniarum regnis existentibus.

Leo PP. XII.

Venerabiles fratres, et dilecti filii salutem et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Quod singulari studii, religionis, et patriae charitatis exemplo peperisse sibi Hispania videbatur, ut optatissimo rege recuperato, cum eodem, virtutis, laborumque suorum fructu tranquilla in pace frueretur, id nondum illi contigisse, jamdiu quidem pro singulari animi Nostri in regnum istud affectu vehementer dolebamus, nihilque magis optabamus, quam ut occasio Nobis aliqua daretur, si forte illi succurrere aliqua ratione possemus.

Expositio precum. §. 2. Desiderio huic Nostro sane congruens cedit, quae carissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi regis catholici nomine per ejus apud Nos, et sanctam hanc Sedem legatum extraordinarium dilectum filium equitem Gulielmum Curtoys nuper facta est postulatio. Dolet nimirum idem quod Nos optimus princeps, eum jamdiu e manibus hostium divinae providentiae virtute ereptus sit, et amori redditus populorum suorum, adhuc tamen videns vigere inter illos odia, simultates, discordiam, ardoremque impotentem animorum. Itaque etsi nullam praetermiserit occasionem quin vos hortaretur, ut curas vestras omnes secum conferretis ad tantum malum extinguendum, minimeque dubitet, quin eodem omnes, quo ipse, salutis publicae cum religione ipsa tuendae, et conservandae studio, pro pastorali vestro munere afficiamini, opportunum tamen duxit.

Consilia porrecta ad optatam finem assequendum §. 3. Nos potissimum, quos fidelium omnium pater pro sua misericordia, nulla indignitatis Nostrae ratione ducta, vice sua fungi voluit in terris, Nostram ea in re adhibere auctoritatem, optavitque, ut per literas vos hortaremur, ne desinatis tam salutare, necessariumque propositum urgere, ad quod assequendum curas omnes vestras jam persuasum habet esse conversas. Verum quid afferre poterimus, de quo commendatos vobis populos hoc in tempore admoneatis, quod cognitionem aut zelum vestrum possit effugere? Sed tamen cum Nostrum sit confirmare fratres nostros, eorum est etiam patientes verbis Nostris, docilesque aures praebere, ac parcere sollicitudini Nostrae, si quid etiam fortasse minus vobis necessarium dixerimus. Hac igitur fiducia hortamur vos et obsecramus in Domino Jesu ut «resuscitetis gratiam Dei, quae est in vobis per manuum impositionem et collaboretis evangelio secundum virtutem Dei » Atque in illud in primis incumbite, ut « sollicite curetis vosmetipsos » quicumque quovis gradu caeteris praepositi estis gubernandis « probabiles exhibere Deo operarios inconfusibiles, recte tractantes verbum veritatis. Facti igitur forma gregis ex animo, pascite qui in vobis est, gregem Dei « non modo nihil praetermittentes eorum, quae muneris vestri sunt, sed augentes quam fieri potest maxime curas vestras; in omnibus autem vos ita ministros exhibentes regis pacifici Christi Domini, ut in vos illud conveniat « Quam speciosi pedes evangelizantium pacem » Sic igitur comparati date operam, ut edoceantur crebris catechesibus omnis aetatis et conditionis homines, quae Deo, quae sibimetipsis, quae caeteris debeant. Animadvertant potissimum per vos populi, qui se catholicorum nomine gloriantur, quid in praesenti rerum statu, ut dignos se titulo illo praebeant, sentire, quid agere debeant. Charitatem Christus Dominus indicium esse voluit, ac notam, qua sui a caeteris omnibus discernerentur. « In hoc, inquit, cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem « Cujusmodi autem ea esse charitas debeat, docuit ipse Christus, cum jam rediturus in coelum « rogo, inquit pater pro eis, qui credituri sunt in me, ut omnes unum sint » Docuerunt exemplo suo veteres illi mortalium felicissimi, qui primi christianam professi sunt fidem elogio illo dignati a Spiritu Sancto « multitudinis credentium erat cor unum et anima una ». Videant igitur admoniti a vobis fideles an jure catholicos, hoc est vere christianos dici velint, qui tantum a moribus absint propriis Christianorum, quantum iracundia, odia, dissidia vindicta ab ea quam Christus Dominus Nos docuit servanda cum omnibus conjunctione necessitudinis abhorret. Quod si tanti refert consensio illa mentium et animorum, ut violatae christianae conjunctionis recessit, qui eam erga quemcumque vel infimum violet, vel inimicum, quid de iis dicendum, qui moderatorum detrectent imperia, aut contumaci in eos animo sint, et infenso?

Quae sint populis specialiter suadenda declarantur.

§. 4. Inculcetur inde populis, quam necesse sit, ut omnis anima, quemadmodum ait apostolus, potestatibus sublimioribus subdita sit, ut leges custodiant, obtemperent magistratibus, regem suum ament ac revereantur, rujus optimae voluntatis, animique de communi salute sollicitι. Nostram hanc ipsam, quam ejus rogatu ad vos scribimus, epistolam, pignus habent luculentissimum, admoneanturque diligenter, nihil magis adversari rerum ordini, ac tranquillitati, quam si ea in re christianae charitatis vincula dissolvantur, quamque esse debeant eadem potissimum in re « sollicitl servare unitatem spiritus in vinculo pacis ». Ea vero cum sit humanae naturae conditio, ut vel quae comprehensa animo facienda intelliguntur, insanae cupidatum libidini plerumque postbabeantur, haud satis vobis sit docere homines officia sua, sed ad eadem exequenda eos adducere omni ratione conamini, quam zelus suggerat gloriae Dei, et salutis animarum, nunquam tamen a prudentia sejunctus, et mansuetudine spiritus Christi. Quid unanimis valeant nationis consensus, ipsi facto suo admirabili, planeque singulari docuerunt Hispani. Ipso igitur exemplo suo admoneantur, quo nunc animo esse debeant.

De malorum librorum extirpatione curanda.

§. 5. Discordiae, defectionum, exitiorumque publicorum omnium funestam esse segetem libros improborum, nemo, nisi improbus ipse sit, in dubium vocaverit. Ab eorum igitur lectione, qua nulla morum, pietatis, ac religionis, eoque otii, et quietis praesentior est pestis, ut abstineant, omni orationis vi, et gravitate contendite. Haec atque alia quaecumque, ad conciliandos conjungendosque animos pertinere, pro sapientia vestra cognoveritis, tum per vos ipsos, tum per adjutores ministerii vestri publice, privatim, loco ac tempore suadere omnibus curae vobis sit. At quoniam adeo caeca in tam multis, et obstinata in suamet ipsorum peste, ac perniciei arcessenda perversitas justitiam Dei manifeste declarat propter peccata in ira sua gentes corripientis, hue praesertim incumbite, ut preces, opera misericordiae, pia omnis generis exercitia tum inter ecclesiasticos, et eos, qui segregati sunt a saeculo, sive viri, sive mulieres, tum inter eos, qui in saeculo vivunt, exerceantur, provehantur, nihil denique omittatur eorum, quibus placari Dominus possit, et propitius fieri populo suo.

De precibus publicis occasione jubilaei indicendis.

§. 6. Opportuna ad id urgendum offert se vobis occasio indulgentia universalis jubilaei, quam anno exeunte, cum ejus celebratio Romae fuerit absoluta ad universum catholicum orbem Deo adjuvante, sumus extensuri. Hortetur unusquisque vestrum subjectos sibi populos, ut jam nunc parent se tanto sibi thesauro comparando, doceantur quid eam in rem facto sit opus, graviore verbi Dei praedicatione excitentur, ut sedatis animis, ira, acceptisque injuriis omnibus Christo Jesu, qui opprobriis saturatus est pro salute Nostra condonatis, sincera poenitentia convertantur ad Dominum, atque ita peccatorum veniam, et per indulgentiam illam, poenarum etiam relaxationem consequi valeant.

Conclusio.

§. 7. Haec habuimus venerabiles fratres, dilecti filii, quae vobis in Domino dicenda putaremus, quae si bene fixa in animis hominum fuerint minime dubitandum, quin omnes regi suo fideliter addicti, ac devoti ad religionis, reique publicae incolumitatem ac decus, conjunctis voluntatibus, studiisque, conspirent. De voluntate quidem, studioque vestro omnia Nobis promittimus. Deum misericordiarum patrem, per merita filii ejus redemptoris Nostri, suppliciter deprecamur, ut curas laboresque vestros dignetur ad optatos exitus adducere, dum vobis apostolicam benedictionem amanter impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima augusti millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo.

CIII.

Dat. die 13. martii 1826. Anno II.

Damnatio conventiculi nuncupati « *de' Liberi Muratori* » et cujusvis aliae secretae societatis.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Memorantur literae a Clemente XII datae pro damnatione ejusdem iniquae societatis.

§. 1. Quo graviora mala Christi Dei, et servatoris Nostri gregi imminent, eo majorem sollicitudinem in iis arcendis adhibere debent Romani pontifices, quibus in beato Petro apostolorum principe illius pascendi et regendi

potestas et cura commissa est. Pertinet enim ad eos, quippe qui in suprema Ecclesiae specula positi sint, longius prospicere insidias, quas christiani nominis hostes moliuntur ad Christi Ecclesiam (quod tamen nunquam assequentur) exterminandam, easque tum fidelibus indicare et aperire, ut ab iis caveant, tum auctoritate sua avertere, et amoliri. Gravissimum hoc munus sibi impositum intelligentes Romani pontifices praedecessores Nostri vigilias boni pastoris perpetuo vigilarunt, et adhortationibus, doctrinis, decretis, ipsaque anima data pro ovibus suis sectas extremum Ecclesiae exitium minitantes prohibendas et penitus delendas curarunt. Nec ex annalium ecclesiasticorum vetustate tantum arui potest pontificiae hujus sollicitudinis memoria. Quae Nostra et patrum Nostrorum aetate gesta sunt a Romanis pontificibus, ut clandestinis hominum adversus Christum malignantium sectis se objicerent, id perspicue evincunt. Ubi enim Clemens XII. praedecessor Noster vidit in dies invalescere, novamque firmitatem acquirere sectam *de' Liberi Muratori* sive *des Francs Maçons*, sive aliter appellatam, quam non modo suspectam, verum etiam omnino Catholicae Ecclesiae inimicam multis argumentis certo noverat, eam damnavit luculenta constitutione cui initium *In eminenti* edita quarto kalendas majas anno millesimo septingentesimo trigesimo octavo, cujus tenor is est, qui subjicitur.

Clemens episcopus
Servus servorum Dei.

Universis christifidelibus
salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor harum literarum. §. 2. » In eminenti apostolatus specula, meritis licet imparibus divina disponente clementia constituti juxta creditum Nobis pastoralis providentiae debitum jugi (quantum ex alto conceditur) sollicitudinis studio iis intendimus per quae erroribus, vitiisque aditu intercluso orthodoxae religionis potissimum servetur integritas, atque ab universo catholico orbe difficillimis hisce temporibus perturbationum pericula propellantur.

» Sane vel ipso rumore publico nunciante Nobis innotuit longe lateque progredi, atque in dies invalescere nonnullas societates, coetus, conventus, collectiones, aggregationes, seu conventicula vulgo *de' Liberi Muratori seu Francs Maçons*, aut alia quavis nomenclatura pro idiomatum varietate nuncupata, in quibus cujuscumque religionis et sectae homines affectata quadam contenti honestatis naturalis specie arcto aeque ac impervio foedere secundum leges, et statuta sibi condita invicem consociantur, quaeque simul clam operantur tum districto jurejurando ad sacra biblia interposito, tum gravium poenarum exageratione inviolabili silentio obtegere adstringuntur.

» Verum cum ea sit sceleris natura, ut se ipsum prodat, et clamorem edat sui indicem, hinc societates seu conventicula praedicta vehementem adeo fidelium mentibus suspicionem ingesserunt, ut iisdem aggregationibus nomen dare apud prudentes et probos idem omnino sit ac pravitatis et perversionis notam incurrere; nisi enim male agerent, tanto nequaquam odio lucem haberent. Qui quidem rumor eo usque percrebuit, ut plurimis regionibus memoratae societates per saeculi potestates tanquam regnorum securitati adversantes proscriptae, ac provide eliminatae jampridem extiterint.

» Nos itaque animo volventes gravissima damna, quae ut plurimum ex hujusmodi societatibus seu conventiculis, nedum temporalis reipublicae tranquillitati, verum etiam spirituali animarum saluti inferuntur, atque idcirco tum civilibus, tum canonicis minime cohaerere sanctionibus, cum divino eloquio doceamur diu noctuque more servi fidelis et prudentis Dominicae familiae praepositi, vigilandum esse, ne hujusmodi hominum genus veluti fures domum perfodiant; atque instar vulpium vineam demoliri nitantur, ne videlicet simplicium corda pervertant, atque innoxios sagittent in occultis, ad latissimam, quae iniquitatibus impune patrandis inde aperiri posset viam obstruendam, aliisque de justis ac rationabilibus causis Nobis notis easdem societates, coetus, conventus, collectiones, aggregationes seu conventicula *de' Liberi Muratori seu Francs Maçons*, aut alio quocumque nomine appellatas, de nonnullorum venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium consilio, ac etiam motu-proprio et ex apostolicae potestatis plenitudine damnanda, et prohibenda esse statuimus, et decrevimus, prout praesenti Nostra perpetuo valitura constitutione damnamus et prohibemus.

» Quocirca omnibus et singulis christifidelibus cujuscumque status, gradus, conditionis, ordinis, dignitatis, et praeeminentiae sive laicis sive clericis, tam saecularibus quam regularibus etiam specifica et individua mentione et expressione dignis, districte, et in virtute sanctae obedientiae praecipimus, ne quis sub quovis praetextu, aut quaesito colore audeat vel praesumat praedictas societates *de' Liberi Muratori seu Francs Maçons*, aut alias nuncupatas inire, vel propagare, confovere, ac in suis aedibus vel domibus, seu alibi receptare atque occultare, iis adscribi, aggregari aut interesse, vel potestatem seu commoditatem facere, ut alicubi convocentur, iisdem aliquid ministrare, sive alias consilium, auxilium, vel favorem palam, aut in occulto, directe vel indirecte per se, vel per alios quoquomodo praestare, nec non alios hortari, inducere, provocare, aut suadere, ut hujusmodi societatibus adscribantur, annumerentur seu intersint, vel ipsos quomodolibet juvent ac foveant, sed omnino ab iisdem societatibus, coetibus, conventibus, collectionibus, aggregationibus, seu conventiculis prorsus abstinere se debeat sub poena excommunicationis per omnes ut supra contrafacientes ipso facto absque ulla declaratione incurrenda, a qua nemo per quemquam, nisi per Nos, seu Romanum pontificem pro tempore existentem, praeterquam in articulo mortis constitutus, absolutionis beneficium valeat obtinere.

» Volumus insuper, et mandamus, ut tam episcopi et praelati, superiores, aliique locorum ordinarii, quam haereticae pravitatis ubique locorum deputati inquisitores adversus transgressores, cujuscumque sint gradus, status, conditionis, ordinis, dignitatis, vel praeeminentiae, procedant et inquirant, eosque tamquam de haeresi vehementer suspectos condignis poenis puniant atque coerceant; iis enim, et eorum cuilibet contra eosdem transgressores procedendi, et inquirendi, ac condignis poenis coercendi et puniendi, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii saecularis auxilio, liberam facultatem tribuimus et impertimur.

» Volumus autem, quod earumdem praesentium transumptis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

» Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae declarationis, damnationis, mandati, prohibitionis, et interdictionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo trigesimo octavo, quarto kalendas maji, pontificatus Nostri anno octavo ».

§. 3. Haec tamen recolendae memoriae Benedicto XIV, itidem praedecessori Nostro satis non fuerunt. Percrebuerat enim sermonibus permultorum datam, in Clementis dudum mortui literis excommunicationis poenam jam evanuisse, quod Benedictus eas literas diserte non confirmasset. Erat profecto absurdum contendere superiorum pontificum leges obsolescere, nisi a successoribus expresse approbentur, et praeterea manifeste patebat a Benedicto saepius Clementis constitutionem ratam habitam fuisse. Attamen hanc etiam cavillationem de sectariorum manibus extorquendam judicavit Benedictus edita nova constitutione cujus initium « *Providas* » decimo quinto kalendas aprilis anno millesimo septingentesimo quinquagesimo primo, qua Clementis constitutionem totidem verbis relatam in forma, ut ajunt specifica, quae omnium amplissima et efficacissima habetur, confirmavit. Talis vero est Benedicti constitutio. Etiam Benedictum XIV societatem damnasse memorantur.

Benedictus episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 4. —

» Providas Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum leges atque sanctiones non solum eas quarum vigorem vel temporum lapsu, vel hominum neglectu labefactari, aut extingui posse veremur, sed eas etiam quae recentem vim, plenumque obtinent robur, justis gravibusque id exigentibus causis novo auctoritatis Nostrae munimine roborandas confirmandasque censemus. Tenor Benedictinae damnationis.

» Sane felicis recordationis praedecessor Noster Clemens pp. XII. per suas apostolicas

literas anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo trigesimo octavo, quarto kalendas majas pontificatus sui anno octavo datas, et universis christifidelibus inscriptas, quarum initium est « *In eminenti* » nonnullas societates, coetus, conventus, collectiones, conventicula seu aggregationes vulgo *de' Liberi Muratori, seu des Francs Maçons*, vel aliter nuncupatas in quibusdam regionibus tunc late diffusas, atque in dies invalescentes perpetuo damnavit atque prohibuit, praecipiens omnibus, et singulis christifidelibus sub poena excommunicationis ipso facto absque ulla declaratione incurrenda, a qua nemo per alium, quam per Romanum pontificem pro tempore existentem, excepto mortis articulo, absolvi posset, nequis auderet vel praesumeret hujusmodi societates inire, vel propagare, aut confovere, receptare, occultare, iisque adscribi, aggregari, aut interesse, aut alias prout in eisdem literis latius et uberius continetur, quarum tenor talis est videlicet etc. etc.

» Cum autem sicut accepimus aliqui fuerint qui asserere, ac vulgo jactare non dubitaverint dictam excommunicationis poenam a praedecessore Nostro ut praefertur impositam non amplius afficere, propterea quod ipsa praeinserta constitutio a Nobis confirmata non fuerit, quasi vero pro apostolicarum constitutionum a praedecessore editarum subsistentia pontificis successoris expressa confirmatio requiratur.

» Cumque etiam a nonnullis piis ac Deum timentibus viris Nobis insinuatum fuerit ad omnia calumniantium subterfugia tollenda, declarandamque animi Nostri cum ejusdem praedecessoris mente ac voluntate uniformitatem magnopere expediens fore, ut ejusdem praedecessoris constitutioni novum confirmationis Nostrae suffragium adjungeremus.

» Nos licet hucusque dum pluribus christifidelibus de violatis ejusdem constitutionis legibus vere poenitentibus atque dolentibus, seque a damnatis hujusmodi societatibus, seu conventiculis omnino recessuros et nunquam in posterum ad illas, et illa redituros ex animo profitentibus absolutionem ab incursa excommunicatione tum antea saepe, tum maxime elapso jubilaei anno benigne concessimus, seu dum facultatem poenitentiariis a Nobis deputatis communicavimus, ut hujusmodi poenitentibus, qui ad ipsos confugerent, eamdem absolutionem Nostro nomine et auctoritate impertiri valerent, dum etiam sollicito vigilantiae studio instare non praetermisimus, ut a competentibus judicibus et tribunalibus adversus ejusdem constitutionis violatores pro delicti mensura procederetur, quod et ab eis reipsa saepe praestitum fuit, non quidem probabilia dumtaxat, sed plane evidentia et indubitata argumenta dederimus, ex quibus animi Nostri sensus ac firma et deliberata voluntas quoad censurae per dictum Clementem praedecessorem, ut praefertur, impositae vigorem et subsistentiam satis aperte inferri debuerant; siquae autem contraria de Nobis opinio circumferretur, Nos eam securi contemnere possemus, causamque Nostram justo Dei omnipotentis judicio relinquere, ea verba usurpantes, quae olim inter sacras actiones recitata fuisse constat. « Praesta quaesumus Domine, ut mentium reprobarum non curemus obloquium, sed eadem pravitate calcata exoramus, ut nec terreri nos lacerationibus patiaris injustis, nec captiosis adulationibus implicari, sed potius amare, quod praecipis. « Ut habet antiquum missale, quod sancto Gelasio praedecessori Nostro tribuitur, et a venerabili servo Dei Josepho Maria cardinali Thomasio editum fuit in missa, quae inscribitur » Contra obloquentes.

» Ne tamen aliquid per Nos improvide praetermissum dici valeret, quo facile possemus mendacibus calumniis fomentum adimere, atque os obstruere, audito prius nonnullorum venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium consilio eamdem praedecessoris Nostri constitutionem praesentibus ut supra de verbo ad verbum insertam in forma specifica, quae omnium amplissima et efficacissima habetur, confirmare decrevimus, prout eam ex certa scientia, et apostolicae auctoritatis Nostrae plenitudine earumdem praesentium literarum tenore in omnibus et per omnia perinde ac si Nostris motu proprio, auctoritate, ac nomine primum editae fuissent, confirmamus, roboramus et innovamus, ac perpetuam vim et efficaciam habere volumus et decernimus.

» Porro inter gravissimas praefatae prohibitionis et damnationis causas in praeinserta constitutione enunciatas una est, quod in hujusmodi societatibus et conventiculis cujus-

cumque religionis, ac sectae homines invicem consociantur, qua ex re satis patet, quam magna pernicies catholicae religionis puritati inferri valeat. Altera est arctum et impervium secreti foedus, quo occultantur ea, quae in hujusmodi conventiculis fiunt, quibus proinde ea sententia merito aptari potest, quam Caecilius Natalis apud Minucium Felicem in causa nimirum diversa protulit. « Honesta semper publico gaudent, scelera secreta sunt. » Tertia est jusjurandum, quo se hujusmodi secreto inviolabiliter servando adstringunt, quasi liceat alicui cujuslibet promissionis aut juramenti obtentu se tueri quominus a legitima potestate interrogatus omnia fateri teneatur, quaecumque exquiruntur ad dignoscendum an aliquid in hujusmodi conventibus fiat quod sit contra religionis, aut reipublicae statum, et leges. Quarta est, quod hujusmodi societates non minus civilibus, quam canonicis sanctionibus adversari dignoscuntur, quum scilicet jure civili omnia collegia et sodalitia praeter publicam auctoritatem coasociata prohibeantur, ut videre est in pandectarum libro XLVII. tit. 22. de collegiis. ac corporibus illicitis, et in celebri epistola C. Plinii Caecilii secundi quae est XCVII. lib. X. in qua ait edicto suo secundum imperatoris mandata vetitum fuisse, ne haeteriae essent, idest ne societates et conventus sine principis auctoritate iniri et haberi possent. Quinta est quod jam in pluribus regionibus memoratae societates, et aggregationes saecularium principum legibus proscriptae, atque eliminatae fuerunt. Ultima demum, quod apud prudentes et probos viros eaedem societates et aggregationes malo audirent, eorumque judicio quicumque eisdem nomina darent, pravitatis et perversionis notam incurrerent.

» Denique idem praedecessor in praeinserta constitutione episcopos et superiores praelatos, aliosque locorum ordinarios excitat, ut pro illius exequutione, si opus fuerit, brachii saecularis auxilium invocare non praetermittant.

» Quae omnia et singula non solum a Nobis approbantur, et confirmantur, eisdemque ecclesiasticis superioribus respective commendantur et injunguntur, verum etiam Nos ipsi pro apostolicae sollicitudinis officio praesentibus Nostris literis catholicorum principum, omniumque saecularium potestatum opem et auxilium quoad praemissorum effectum invocamus, et enixo studio requirimus, quum ipsi supremi principes et potestates electi sint a Deo defensores fidei Ecclesiaeque protectores, ideoque eorum munus sit idoneis, quibusque rationibus efficere, ut apostolicis constitutionibus debitum obsequium, et omnimoda observantia praestetur, quod iis in memoriam revocarunt Tridentinae synodi patres sess. 25. cap. 20., multoque antea egregie declaraverat imperator Carolus Magnus suorum capitularium tit. I. cap. 2., ubi post demandatam omnibus sibi subditis ecclesiasticarum sanctionum observantiam haec addidit; « Nam nullo pacto agnoscere possumus qualiter Nobis fideles existere possunt, qui Deo infideles et suis sacerdotibus inobedientes apparuerint. Quapropter cunctis ditionum suarum praesidibus, et ministris injungens, ut omnes, et singulos ad debitam obedientiam Ecclesiae legibus exhibendam omnino compellerent, gravissimas quoque poenas adversus eos indixit, qui hoc praestare negligerent, subdens inter alia: « Qui autem in his (quod absit) aut negligentes, eisque inobedientes fuerint inventi, sciant se nec in Nostro imperio honores retinere, licet etiam filii Nostri fuerint, nec in palatio locum, neque nobiscum, aut cum Nostris societatem, aut communitatem ullam habere, sed magis sub districtione et ariditate poenas luent ».

» Volumus autem, ut earumdem praesentium transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem fides prorsus adhibeatur, quae ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

» Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae confirmationis, innovationis, approbationis, commissionis, invocationis, requisitionis decreti et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quinquagesimo primo, decimo quinto kalendas aprilis, pontificatus Nostri anno undecimo ».

Decreta in praedecessorum constitutionibus non fuisse executioni mandata pontifex lamentatur, novamque damnationem sectae decretam a Pio VII. memorat.

§. 5. Utinam qui rerum tunc potiebantur, tanti haec decreta fecissent, quanti tum Ecclesiae tum reipublicae salus postulabat. Utinam sibi persuasissent in Romanis pontificibus beati Petri successoribus non modo Ecclesiae universae pastores, et magistros, sed etiam strenuos eorum dignitatis defensores, et diligentissimus periculorum, quae imminent, indices suspicere se debere. Utinam potestate illa sua usi essent ad sectas revellendas, quarum pestifera consilia iis a Sede apostolica fuerant patefacta; iam ab eo tempore rem plane confecissent. At cum, sive sectariorum fraude rea suas callide occultantium, sive imprudentibus nonnullorum suasionibus, causam hanc negligendam vel saltem levissime tractandam judicaverint, ex veteribus illis Massonicis sectis, quae nunquam friguerunt, aliae complures exortae sunt multo illis deteriores et audaciores. Has omnes veluti sinu suo complecti visa est Carbonariorum secta, quae caeterarum princeps in Italia, aliisque nonnullis in regionibus habebatur, et in varios veluti ramos divisa nomine tenus diversos, acerrime Catholicam religionem, et supremam quamque civilem legitimam potestatem impugnandam suscepit. Qua calamitate ut Italiam, aliasque regiones, imo et ipsam Pontificiam ditionem (in quam, impeditu tantisper Pontificio regimine, illa irrepserat una cum exteris hominibus ejus invasoribus) liberaret, felicis recordationis Pius septimus, cui Nos suffecti sumus, Carbonariorum sectam, quocumque tandem nomine pro locorum, idiomatum, et hominum diversitate appelleretur, gravissimis poenis damnavit edita idibus septembribus anno millesimo octingentesimo vigesimo primo constitutione, cujus initium « *Ecclesiam a Jesu Christo* » Hujus etiam exemplum Nostris hisce literis inserendum esse censuimus, quod est ejusmodi.

Pius episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Tenor constitutionis Pianae.

§. 6. » Ecclesiam a Jesu Christo servatore Nostro supra firmam petram fundatam, et adversus quam ipsemet Christus promisit nunquam portas inferi praevalituras, tot saepe ac tam formidolosi hostes aggressi sunt, ut nisi divina illa, et quae transire non potest promissio intercessisset, metuendum videretur ne ipsa illorum aut vi, aut artibus, aut calliditate circumventa penitus interiret. Quod vero superioribus temporibus evenit, id etiam et praecipue quidem luctuosa hac Nostra aetate factum est, quae novissimum illud tempus esse videtur tanto ante ab apostolis praenunciatum, quo (1) venient illusores secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Nec enim quemquam latet, quanta scelestorum hominum multitudo difficillimis hisce temporibus convenerit in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus, qui id praecipue curant, ut deceptis per philosophiam et inanem fallaciam (2) fidelibus et ab Ecclesiae doctrina avulsis ipsam Ecclesiam irrito licet conatu labefactent, et evertant. Quod ut facilius assequerentur, eorum plerique occultos coetus, clandestinasque sectas coegerunt, ex quibus futurum sperabant ut plurimos in suae conjurationis et sceleris societatem liberius pertraherent.

» Jampridem sancta haec Sedes his sectis detectis magna liberaque voce contra eas clamavit, et consilia, quae clam ab iis essent inita contra religionem, imo et contra civilem societatem patefecit. Jampridem omnium excitavit diligentiam, ut caverent, ne his sectis id conari liceret, quod nefarie meditabantur. Verum dolendum est his Sedis Apostolicae studiis non eum exitum respondisse, quem ipsa spectabat, et scelestos homines numquam a suscepto consilio destitisse; unde consequuta tandem ea mala sunt, quae nosmetipsi perspeximus; imo homines, quorum superbia ascendit semper, novas etiam secretas societates inire ausi sunt.

» Commemorari hoc loco debet societas nuper orta et longe lateque in Italia, aliisque in regionibus propagata, quae licet in plures sectas divisa sit, ac pro earum varietate diversa ac distincta inter se nomina aliquando assumat, re tamen, sententiarum, et facinorum communione, et foedere quodam inito una est, et Carbonariorum plerumque solet

(1) In epist. b. Judae v. 18.

(2) Coloss. cap. 2. v. 8.

appellari. Simulant illi quidem singularem observantiam et mirificum quoddam studium in Catholicam religionem, et in Jesu Christi servatoris Nostri personam et doctrinam, quem etiam societatis suae rectorem et magnum magistrum nefarie aliquando audent appellare. Verum sermones hi, qui super oleum molliti videntur, nihil aliud sunt quam jacula ad tutius vulnerandos minus cautos a callidis hominibus adhibita, qui veniunt in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

» Sane severissimum illud jusjurandum, quo veteres Priscillianistas magna ex parte imitantes pollicentur se nullo unquam tempore, nullove casu vel patefacturos hominibus in societatem non adscriptis quidquam quod eam societatem respiciat, vel communicaturos cum iis, qui in gradibus inferioribus versantur aliquid quod ad gradus pertinet superiores, clandestina illa praeterea et illegitima conventicula, quae more a pluribus haereticis usurpato ipsi habent, et cooptatio hominum cujuscumque religionis et sectae in suam societatem, etsi caetera deessent, satis persuadent nullam memoratis eorum dictis fidem haberi oportere.

» Verum conjecturis et argumentis opus non est, ut ita de eorum dictis judicetur, quemadmodum superius indicatum est. Libri ab ipsis typis editi, quibus ratio describitur, quae in conventibus superiorum praesertim graduum adhiberi solet; eorum catechismi, et statuta, aliaque authentica et ad fidem faciendam gravissima documenta, nec non eorum testimonia, qui cum eam societatem deseruissent, cui antea adhaeserant, ejus errores et fraudes legitimis judicibus patefecerunt, aperte declarant, Carbonarios id praecipue spectare ut magnam licentiam cuique dent, religionem, quam colat, proprio ingenio, et ex suis opinionibus sibi fingendi, indifferentia in religionem inducta, qua vix quidquam excogitari potest perniciosius, ut Jesu Christi passionem per nefarias quasdam suas caeremonias profanent, ac polluant, ut Ecclesiae sacramenta (quibus nova alia a se per summum scelus inventa substituere videntur) et ipsa religionis Catholicae mysteria contemnant, utque Sedem hanc apostolicam evertant, in quam quoniam in ea apostolicae cathedrae semper viguit principatus (1) singulari quodam odio afficiuntur, et pestifera quaeque ac perniciosa moliuntur.

» Nec minus, ut ex iisdem constat monumentis, scelesta sunt, quae Carbonariorum societas tradit de moribus praecepta, quamvis confidenter jactet se a suis sectatoribus exigere, ut charitatem ac omne virtutum genus excolant, et exerceant, ac diligentissime ab omni vitio abstineant. Itaque libidinosis voluptatibus impudentissime ea favet, docet licere eos interficere, qui datam de secreto, quod superius memoratum est, fidem non servaverint; et licet apostolorum princeps Petrus praecipiat, ut christiani (2) omni humanae creaturae propter Deum subjecti sint, sive regi quasi praecellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis etc., jubeatque Paulus apostolus (3), ut omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; ea tamen societas docet integrum esse seditionibus excitatis reges caeterosque imperantes, quos per summam injuriam tyrannos passim appellare audet, sua potestate expoliare.

» Haec, aliaque hujus societatis dogmata, et praecepta sunt, ex quibus ea extiterunt in Italia facinora nuper a Carbonariis commissa, quae adeo gravem honestis, piisque hominibus moerorem attulerunt. Nos igitur, qui speculatores domus Israel, quae est sancta Ecclesia, constituti sumus, et qui pro pastorali Nostro munere cavere debemus, ne Dominicus grex Nobis divinitus creditus ullum damnum patiatur, existimamus in causa tam gravi non posse ab improbis hominum conatibus cohibendis abstinere. Exemplo etiam commovemur felicis recordationis Clementis XII. et Benedicti XIV. praedecessorum Nostrorum, quorum alter quarto kalendas majas anni millesimi septingentesimi trigesimi octavi constitutione « *In eminenti* » alter decimo quinto kalendas aprilis anni millesimi septingentesimi quinquagesimi primi constitutione « *Providas* » damnarunt et prohibuerunt societates *del liberi Muratori*, seu *Francs Maçons*, aut alio quocumque nomine pro regionum, et idio-

(1) S. Aug. epist. 43.
(2) Ep. 1. cap. 2. vers. 13.
(3) Rom. cap. 3. v. 14.

matum varietate appellatas, quarum societatum fortasse propago, vel certe imitatio haec Carbonariorum societas existimanda est. Et quamvis jam duobus edictis per Nostram status secretarium propositis hanc societatem graviter Nos prohibuerimus, memoratos tamen praedecessores Nostros sequentes graves poenas in hanc societatem solemniori quidem ratione decernendas putamus, praesertim cum Carbonarii passim contendant se duabus illis Clementis XII., et Benedicti XIV. constitutionibus non comprehendi, nec sententiis, et poenis in illis latis subjici.

» Audita igitur selecta congregatione venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium, et de ejus consilio, ac etiam motu proprio, et ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine praedictam societatem Carbonariorum, aut alio quocumque nomine appellatam, ejus coetus, conventus, collectiones, aggregationes, conventicula damnanda, et prohibenda esse statuimus et decrevimus, prout praesenti Nostra perpetuo valitura constitutione damnamus et prohibemus.

» Quocirca omnibus et singulis Christifidelibus cujuscumque status, gradus, conditionis, ordinis, dignitatis, ac praeeminentiae sive laicis, sive clericis tam saecularibus, quam regularibus etiam specifica, et individua mentione, et expressione dignis districte et in virtute sanctae obedientiae praecipimus, ne quis sub quovis praetextu, aut quaesito colore audeat, vel praesumat praedictam societatem Carbonariorum, aut alias nuncupatam inire vel propagare, confovere, ac in suis aedibus, seu domibus, vel alibi receptare, atque occultare, illi, et cuicumque ejus gradui adscribi, aggregari, aut interesse, vel potestatem, seu commoditatem facere, ut alicubi convocetur, eidem aliquid ministrare, seu alias consilium, auxilium vel favorem palam, aut in occulto directe vel indirecte per se, vel per alios quoquomodo praestare, nec non alios hortari, inducere, provocare, ac suadere, ut hujusmodi societati, aut cuicumque ejusdem gradui adscribantur, annumerentur, aut intersint, vel ipsam quomodolibet juvent ac foveant, sed omnino ab eadem societate, ejusque coetibus, conventibus, aggregationibus, seu conventiculis prorsus abstinere se debeat sub poena excommunicationis per omnes ut supra contrafacientes ipso facto absque ulla declaratione incurrenda, a qua nemo per quemquam nisi per Nos, seu Romanum pontificem pro tempore existentem, praeterquam in articulo mortis constitutus, absolutionis beneficium valeat obtinere.

» Praecipimus praeterea omnibus sub eadem excommunicationis poena Nobis, ac Romanis pontificibus successoribus Nostris reservata, ut teneantur denunciare episcopis, vel caeteris ad quos spectat eos omnes, quos noverint huic societati nomen dedisse, vel aliquo ex iis criminibus, quae commemorata sunt, se inquinasse.

» Postremo, ut omne erroris periculum efficacius arceatur, damnamus, et proscribimus omnes Carbonariorum, ut ajunt, catechismos et libros, quibus a Carbonariis describuntur, quae in eorum conventibus geri solent, eorum etiam statuta, codices, ac libros omnes ad eorum defensionem exaratos, sive typis editos, sive manuscriptos, et quibuscumque fidelibus sub eadem poena majoris excommunicationis eodem modo reservatae prohibemus memoratos libros, vel eorum aliquem legere, aut retinere, ac mandamus, ut illos vel locorum ordinariis, vel aliis, ad quos eosdem recipiendi jus pertinet, omnino tradant.

» Volumus autem quod praesentium literarum Nostrarum transumptis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem fides prorsus adhibeatur, si forent exhibitae, vel ostensae.

» Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae declarationis, damnationis, mandati, prohibitionis et interdictionis infringere, aut ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo primo idibus septembris, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo ».

§. 7. Non multo post editam hanc a Pio VII. constitutionem ad supremam beati Petri cathedram nullis Nostris meritis evecti Nos fuimus; et continuo omnem Nostram operam convertimus ad detegendum, quis esset clandestinarum sectarum status, quis numerus, *Ratio novae constitutionis.*

quae potentia. Haec inquirentes facile intellеximus cravisse illarum insolentiam praecipue ob earum multitudinem novis sectis auctam. Ex quibus ea praesertim memoranda est quae « *Universitaria* » dicitur, quod sedem et domicilium in pluribus studiorum universitatibus habeat, in quibus juvenes a nonnullis magistris, qui eos non docere, sed pervertere student, ejusdem mysteriis, quae iniquitatis mysteria verissimo appellari debent, initiantur, et ad omne scelus informantur.

Idem ut supra.

§. 8. Inde vero existit, quod tanto etiam post tempora, quo primum perduellionis faces in Europa a sectis clandestinis per consectaneos suos inflammatae, et elatae sunt, et post reportatas a potentissimis Europae principibus praeclarissimas victorias, quibus illae comprimendae sperabantur, nondum tamen nefarii earum conatus finem habuerunt. In illis enim ipsis regionibus, in quibus pristinae tempestates conquievisse videntur, qui metus est novarum turbarum, et seditionum, quas illae sectae perpetuo moliuntur? Quae impiarum formido sicarum, quas io eorum corporibus clam defigunt quos ad mortem designarunt? Quot, et quam gravia non raro decernere, vel inviti coguntur, qui iisdem cum potestate praesunt, ut publicam tranquillitatem tueantur?

Idem ut supra.

§. 9. Inde etiam existunt acerbissimae calamitates, quibus Ecclesia fere ubique vexatur, et quas sine dolore, imo sine moerore commemorare non possumus. Impugnantur impudentissime sanctissima ejus dogmata, et praecepta; ejus dignitas extenuatur; et pax illa, et felicitas qua suo quodam jure frui deberet, non perturbatur modo, sed omnino evertitur.

Idem ut supra.

§. 10. Nec putandum est, omnia haec mala, aliaque, quae praetermissa a Nobis sunt clandestinis his sectis perperam et per calumniam adscribi. Libri, quos de religione et republica scribere non dubitarunt, qui his sectis nomen dederunt, quibus dominationem spernunt, majestatem blasphemant, Christum autem vel scandalum, vel stultitiam dictitant; imo non raro nullum esse Deum, et hominis animam una cum corpore interire docent: codices et statuta, quibus sua consilia, et instituta explicant, aperte declarant cuncta, quae jam memoravimus, et quae ad legitimos principatus labefactandos, et Ecclesiam funditus dolendam spectant, ab iis proficisci. Atque hoc veluti certum, exploratumque habendum est, has sectas licet nomina diversas, nefario tamen impurissimorum consiliorum vinculo esse inter se conjunctas.

Nova damnatio omnium secretarum societatum.

§. 11. Quae cum ita sint, Nos muneris Nostri esse censemus iterum clandestinas has sectas condemnare, atque ita quidem ut nulla ex iis jactare possit se apostolica sententia Nostra non comprehendi, atque hoc praetextu homines incautos et minus acutos in errorem inducat. Itaque de consilio venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, et etiam motu proprio, et certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, societates occultas omnes tam quae nunc sunt, tam quae fortasse deinceps erumpent, et quae ea sibi adversus Ecclesiam et supremas civiles potestates proponunt, quas superius commemoravimus, quocumque tandem nomine appellentur, Nos perpetuo prohibemus sub eisdem poenis, quae continentur in praedecessorum Nostrorum literis in hac Nostra constitutione jam allatis, quas expresse confirmamus.

Poenae impictae eis qui occultas societates, vel directe, vel indirecte foveat inducunt, et provocant.

§. 12. Quocirca omnibus et singulis christifidelibus cujuscumque status, gradus, conditionis, ordinis, dignitatis, ac praeeminentiae sive laicis, sive clericis, tam saecularibus, quam regularibus etiam specifica, et individua mentione, et expressione dignis, districte, et in virtute sanctae obedientiae praecipimus, ne quis sub quovis praetextu, aut quaesito colore audeat vel praesumat praedictas societates, quocumque nomine appellentur, inire, vel propagare, confovere, ac in suis aedibus seu domibus vel alibi receptare, atque occultare, illis, et cuicumque earumdem gradui adscribi, aggregari, aut interesse, vel potestatem, seu commoditatem facere, ut alicubi convocentur, iisdem aliquid ministrare, seu alias consilium, auxilium, vel favorem palam, aut in occulto, directe, aut indirecte, per se, vel per alios quoquomodo praestare, nec non alios hortari, inducere, provocare, ac suadere, ut hujusmodi societatibus, aut cuicumque earumdem gradui adscribantur, annumerentur, aut intersint, vel ipsas quomodolibet juvent ac foveant, sed omnino ab iisdem societatibus, earum coetibus, conventibus, aggregationibus, seu conventiculis prorsus abstinere se debeat sub

poena excommunicationis per omnes ut supra contrafacientes eo ipso absque ulla declaratione incurrenda, a qua nemo per quemquam, nisi per Nos, seu Romanum pontificem pro tempore existentem, praeterquam in articulo mortis constitutus, absolutionis beneficium valeat obtinere.

Onus denunciandi socios.

§. 13. Praecipimus praeterea omnibus sub eadem excommunicationis poena Nobis et Romanis pontificibus successoribus Nostris reservata, ut teneantur denunciare episcopis, vel caeteris, ad quos spectat, eos omnes, quos noverint his societatibus nomen dedisse, vel aliquo ex iis criminibus, quae modo commemorata sunt, se inquinasse.

Damnatio juramenti adhiberi soliti in conventiculis.

§. 14. Praecipue vero jusjurandum illud impium plane, ac scelestum, quo se obstringunt, qui in has sectas cooptantur nemini patefacturos, quae ad illas sectas pertinent, et morte mulctaturos eos omnes sudales, qui en superioribus sive ecclesiasticis, sive laicis patefaciunt, omnino damnamus, et plane irritum declaramus. Quid enim? Nonne nefas est jusjurandum quod in « justitia » pronunciandum est, veluti vinculum habere, quo quis se ad injustam caedem obliget, et ad eorum contemnendam auctoritatem, qui cum vel Ecclesiam, vel legitimam civilem societatem moderantur jus habent eą cognoscendi, quibus illarum salus continetur? Nonne iniquissimum, et indignissimum est Deum ipsum veluti scelerum testem et fidejussorem appellare? Rectissime patres concilii Lateranensis III. inquiunt can. 3. « Non enim dicenda sunt juramenta, sed potius perjuria, quae contra utilitatem ecclesiasticam, et sanctissimorum patrum veniunt instituta ». Et intoleranda est eorum ex his hominibus impudentia, sive amentia, qui cum non modo in corde suo, sed etiam palam, et in publicis scriptis dicant « non est Deus » audeant tamen jusjurandum exigere ab iis omnibus, quos suas in sectas deligunt.

Monitum speciale ad ordinarios, aliosque superiores.

§. 15. Haec a Nobis constituta sunt ad furiosas et scelestas has omnes sectas comprimendes et damnandas. Nunc vero vestram, venerabiles fratres catholici patriarchae, primates, archiepiscopi, et episcopi, operam non postulamus modo sed etiam flagitamus. Attendite vobis, et universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei. Invadent quidem lupi rapaces in vos non parcentes gregi: sed nolite metuere, nec facite animam vestram pretiosiorem quam vos. Illud teneta a vobis maxima ex parte pendere hominum vobis commissorum in religione, et recte factis constantiam. Quamvis enim iis vivamus diebus, « qui mali sunt» eoque tempore, quo plures « non sustinent sanam doctrinam, » perdurat tamen permultorum fidelium in pastores suos observantia, quos jure suspiciunt veluti Christi ministros et dispensatores mysteriorum ejus. Utimini igitur in ovium vestrarum commodum hac auctoritate, quam in earum animis immortali Dei beneficio retinetis. Cognoscant per vos sectariorum dolos, et quanta diligentia eos, eorumque consuetudinem cavere debeant. Horreant vobis auctoribus et magistris pravam eorum doctrinam, qui sanctissima religionis nostrae mysteria, et purissima Christi praecepta irrident, omnemque legitimam potestatem impugnant. Ac ut vos verbis alloquamur praedecessoris Nostri Clementis XII. in sua epistola encyclica ad patriarchas, primates, archiepiscopos, episcopos universos Ecclesiae Catholicae diei decimae quartae septembris anni millesimi septingentesimi quinquagesimi octavi « Repleti simus, obsecro, fortitudine spiritus Domini judicio, et virtute, ne tamquam canes muti non valentes latrare greges Nostros patiamur fieri in rapinam, et oves Nostras in devorationem omnium bestiarum agri. Neque Nos quidquam deterreat, quominus pro Dei gloria, et salute animarum ad omnes dimicationes nosmetipsos objiciamus. Recogitemus eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictionem. Quod si nequissimorum timeamus audaciam, actum est de episcopatus vigore; et de Ecclesiae gubernandae sublimi ac divina potestate: nec Christiani ultra aut durare, aut esse jam possumus, si ad hoc ventum est, ut perditorum minas, aut insidias pertimescamus ».

Auxilium a catholicis principibus praebendum pro extirpatione sectarum.

§. 16. Summo etiam studio vestrum flagitamus praesidium, carissimi in Christo filii Nostri catholici principes, quos singulari et prorsus paterno amore diligimus. Revocamus propterea vobis in memoriam verba, quibus Leo Magnus, cujus in dignitate successores, et nominis licet indigni haeredes sumus, ad Leonem imperatorem scribens usus est. « Debes incunctanter advertere regiam potestatem

tibi non solum ad mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiae praesidium esse collatam, ut ausus nefarios comprimendo, quae sunt bona statuta defendas, et veram pacem bis, quae sunt turbata restituas ». Quamquam in eo discrimine res hoc tempore versetur, ut non modo ad Catholicam religionem defendendam, sed ad tuendam etiam vestram, et populorum vestro imperio subjectorum incolumitatem, sectae illae a vobis coercendae sint. Religionis enim causa hoc praesertim tempore, cum societatis salute ita conjuncta est, ut nullo quidem modo altera ab altera dividi possit. Nam, qui sectas illas sequuntur, non minus religionis, quam vestrae potestatis sunt hostes. Utramque aggrediuntur, utramque penitus labefactare moliuntur. Neque certe paterentur, si possent, aut religionem, aut regiam ullam potestatem superesse.

De malitia sectariorum compescenda.

§. 17. Ac tanta est hominum callidissimorum astutia, ut cum maxime videntur vestrae potestatis amplificationi studere, tum ejus eversionem praecipue spectent. Docent illi quidem permulta ut suadeant Nostram, et episcoporum potestatem ab iis, qui rerum potiuntur imminuendam et debilitandam esse, et ad eos plura transferenda jura, tum ex iis, quae propria sunt apostolicae hujus cathedrae et a Ecclesiae principalis, » tum ex iis, quae ad episcopos pertinent, qui in Nostrae sollicitudinis partem sunt vocati. Verum haec illi non modo ex teterrimo quo inflammantur in religionem odio, sed se etiam consilio docent, quod sperent fore ut gentes, quae vestro imperio subjiciuntur, si forte perspiciant everti terminos quos de rebus sacris Christus, et Ecclesia ab eo instituta constituerunt, facile hoc exemplo adducantur ad politici etiam regiminis formam immutandam et destruendam.

Deprecatio ad universos catholicos porrecta.

§. 18. Vos etiam omnes, o dilecti filii, qui Catholicam religionem profitemini, peculiari oratione et hortationibus Nostris respicimus. Homines, qui ponunt lucem tenebras, et tenebras lucem omnino evitate. Quae enim veri nominis utilitas evenire vobis poterit ex conjunctione cum hominibus qui nullam Dei, nullam sublimiorum quarumque potestatum rationem habendam putant, qui per insidias et clancularios conventus bellum illis afferre conantur, quique etsi in foro, et ubique clament se publici Ecclesiae et societatis boni amantissimos esse, tamen universis suis gestis jam declararunt omnia perturbare, omnia evertere velle. Sunt ii quidem iis hominibus similes, quibus nec hospitium dandum, nec dicendum ave jubet Joannes in secunda sua epistola cap. 10., et quos primogenitos diaboli appellare majores Nostri non dubitarunt. Cavete igitur ab eorum blanditiis, et mellitis sermonibus, quibus vobis suadebunt, ut nomen illis sectis datis, quibus ipsi adscripti sunt. Pro certo habete neminem earum participem sectarum esse posse, quin gravissimi flagitii reus sit, eorumque verba ab auribus vestris repellite, qui, ut vestrae in gradus suarum sectarum inferiores cooptationi assentiamini; vehementer affirmant, nihil in gradibus illis admitti, quod rationi, nihil quod religioni adversetur, imo nihil vel praedicari, vel perfici, quod non sanctum, quod non rectum, quod non incontaminatum sit. Etenim jusjurandum illud nefarium, quod jam memoratum est, quodque in illa etiam inferiori cooptatione jurari debet, satis per se est, ut intelligatis nefas etiam esse levioribus illis gradibus adscribi, atque in iis versari. Deinde quamvis quae graviora, et scelestiora sunt, iis mandari non soleant, qui superiores gradus assequuti non sunt, perspicue tamen patet perniciosissimarum harum societatum vim, et audaciam ex omnium qui iis nomen dederunt, consensione et multitudine coalescere. Itaque ii etiam, qui inferiores illos gradus non sunt praetergressi, scelerum illorum participes haberi debent. Et in eos cadit illud apostoli ad Rom. cap. 1. « qui talia agunt, digni sunt morte, et non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.

§. 19. Postremo eos, qui cum jam essent illuminati, et gustavissent donum coeleste, et participes facti essent Spiritus Sancti, deinde tamen miserrime prolapsi sunt, et sectas illas sequuntur, sive in inferioribus, sive in superioribus earum gradibus versentur, peramanter ad Nos vocamus. Ejus enim vice fungentes, qui professus est, non venisse se vocare justos, sed peccatores, et se pastori aequiparavit, qui, relicto reliquo grege, sollicite ovem quaerit, quam perdidit, eos hortamur et obsecramus, ut ad Christum revertantur. Quamvis enim maximo se polluerint crimine, non debent tamen de Dei, et Jesu Christi filii ejus misericordia et clementia desperare. Recipiant igitur sese tandem aliquando,

Clamdae sectatores, et irritantes.

et iterum ad Jesum Christum pro iis etiam passum confugiant, qui eorum resipiscentiam non modo non despiciet, sed imo ad instar amantissimi patris, qui filios prodigos jamdudum expectat, libentissime accipiet. Nos vero ut quantum in Nobis est eos excitemus, et faciliorem iis sternamus viam ad poenitentiam, suspendimus ad integrum anni spatium post publicatas Nostras has apostolicas literas in regione, in qua morantur, tum obligationem denunciandi suos in sectis illis socios, tum etiam reservationem censurarum, in quas sectis illis nomen dantes inciderunt, eosque, etiam non denunciatis complicibus, absolvi ab iis censuris posse declaramus a quocumque confessario, modo sit ex eorum numero qui a locorum, in quibus degunt ordinariis approbati sunt. Quam etiam facilitatem in eos, qui forte in urbe morentur, adhibendam constituimus. Quod si quispiam ex iis, quos nunc alloquimur, ita pertinax sit, (quod Deos misericordiarum pater avertat) ut committat, illud temporis spatium quod designavimus, labi, quin sectas illas deserat, et vero resipiscat, eo elapso, continuo et obligatio denunciandi complices, et censurarum reservatio in eum reviviscet, nec absolutionem deinceps impetrare poterit, nisi denunciatis antea complicibus, vel saltem juramento emisso de iis quamprimum denunciandis, nec ab alio poterit iis censuris solvi, quam a Nobis, vel a Nostris successoribus, aut ab iis, qui a Sede apostolica ab iisdem absolvendi impetraverint facultatem.

Fides habenda transumptis. §. 20. Volumus autem quod praesentium Nostrarum literarum transumptis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem fides prorsus adhibeatur, quae ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis. §. 21. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae declarationis, damnationis, confirmationis, innovationis, mandati, prohibitionis, invocationis, requisitionis, decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quinto, tertio idus martii, pontificatus Nostri anno secundo.

CIV.

Dat. die 6. sept. 1825. Anno II.

Ampliatio indulgentiarum assequendarum occasione jubilaei generalis ab eis ex regno Sardiniae, qui Romam petere non possent.

Carissimo in Christo filio Nostro
Carolo Felici Sardiniae regi illustri.

Leo PP. XII.

Carissime in Christo fili Noster
salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Nihil magis pro pastoralis officii munere optantibus Nobis, quam ut omnibus prosit, quod ad spiritualem omnium utilitatem in Ecclesia Christi fuit institutum, per gratum accidit desiderium majestatis tuae, quod Nobis per dilectum filium marchionem Nicolaum Crosam gestorem negotiorum apud Nos tuum nuper declaratum est de indulgentia jubilaei. Ut scilicet quantum in te est, omnia ad tantum religionis opus opportune parentur, cupis jam nunc certo scire, an incolis regni tui simus concessuri, ut etiamsi Romam hoc anno non accesserint ad indulgentiam illam consequendam, ejusdem suis in regionibus possint esse participes anno proximo.

Tenor concessionis. §. 2. Votis igitur hujusmodi singulari tuae pietati, et in hanc sanctam Sedem devotioni plane congruentibus libentissime obsecuti regiae majestati tuae confirmamus, Nos indulgentiam universalis jubilaei ad omnes catholici orbis regiones in annum proximum, Deo adjuvante, extensuros eadem ipsa ratione, qua illa felicis recordationis Benedictus XIV. et Pius VI. extenderunt: absoluta nempe Romae hac anni sacri celebritate, constitutione Nostra edicemus posse unumquemque in patria sua, definito ab ordinariis locorum tempore servato, piisque operibus, quae ab iisdem imponentur, religiose peractis, peccatorum omnium poenis absolvi, perinde ac si hoc anno Romam convenissent.

Monitum speciale. §. 3. Minime dubitamus, quin regni istius populi, quorum Nos in tanta saeculi corruptione eximia consolatur religio, jucundaque

Nobis causa est cur gratulemur majestati tuae, praecipuo quodam studio, et ardore utriusque Nostrum curis sint responsuri, seque maturo admoniti diligentissime paraturi, ut ex thesauro meritorum Christi Domini Redemptoris nostri, beatae Virginis genitricis ejus, coelitumque sanctorum fructus quam uberrimos percipiant. Quod ut misericordiarum pater dignetur tribuere per gratiam suam suppliciter obsecrantes, statumque implorantes rebus tuis tranquillum, et pacatum cum maximis gloriae, honorumque omnium incrementis apostolicam benedictionem majestati tuae, regiae conjugi, familiaeque universae amantissime impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris die sexta septembris millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 11. sept. 1825. Anno II.

CV.

Indulgentiae assequendae occasione jubilaei universalis extenduntur ad subditos regis Hispaniarum, qui Romam petere non possent.

Carissimo in Christo filio Nostro Ferdinando Hispaniarum regi catholico.

Leo PP. XII.

Carissime in Christo fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Opus religionis in Ecclesia catholica saluberrimum nil mirum si praecipuas regis catholici curas sibi vindicet. Quare et si nuper ad universos Hispaniarum archiepiscopos et episcopos, caeterusque locorum ordinarios rogatu majestatis tuae scribentes de indulgentia quoque universalis jubilaei mentionem fecerimus anno proximo concedenda, haud sane inexpectatum Nobis accidit quod modo per dilectum filium equitem Gulielmum Curtoy legatum extraordinarium apud Nos tuum relatum est, optare te idipsum a Nobis per literas ad te Nostras audire. Sollicitus nempe salutis animarum, qua nihil magis curae optimo cuique regi esse debet quidquid ad exitum sanctissimi hujus ritus in regno tuo felicissimum conferre possit maturo praestare constituis.

Tenor concessionis.

§. 2. Proinde eadem referentes, ut par est, consilia Nostra, tibique tam pia studia toto animo gratulantes, jam nunc certam esse volumus majestatem tuam, sacro hoc anno, qui Romae celebratur, exeunte, nequis, quantum in Nobis est, expers futurus sit divitiarum divinae misericordiae, quarum omnibus patefecit solemni hoc ritu thesauros, extensionem Nos jubilaei ejusdem ad universos orbis catholicos, Deo volente, edicturos, quemodo felicis recordationis praedecessores Nostri Benedictus XIV. et Pius VI. edixerunt. Spes est Nobis in Domino ad pastorum hortatus, tum apta accedente opportunitate, futurum, ut se ad meliora consilia referant homines, et ab odiis intestinis, ac civili discordia ad pacis, et tranquillitatis commoda cum aeternae fiducia felicitatis sub paterno regis sui imperio praeoptanda convertantur. Quem tibi fructum curarum tuarum, ut placatus populorum poenitentia Dominus dignetur indulgere, quo definitis gratiae coelestis dulcedine animis, tranquillum tibi post tot, tantaque infortunia ducere spiritum tandem aliquando liceat, Nosque ipsi, et conditionem tuam, et lectissimae istius commissi Nobis gregis Domini partis pro sollicitudine Nostra pastorali maxime dolentes vicem, respirare, ac refici possimus, tota animi contentione obsecrantes, apostolicam benedictionem majestati tuae, regiae familiae universae amantissime impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris die decima prima septembris millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo.

CVI.

Dat. die 11. sept. 1825. Anno II.

Ampliatio jubilaei ad subditos ducis Magnae Etruriae, qui anno millesimo octingentesimo vigesimo quinto Romam petere non possent.

Dilectissimo in Christo filio Nostro Leopoldo magno duci Etruriae.

Leo PP. XII.

Dilectissimo in Christo fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Gratissima Nobis, quae nomine celsitudinis tuae per dilectum filium equitem de

Ginnottu negotiorum tuorum apud Nos gestorem nuper facta est, neque nova ea quidem accidit postulatio, quippe qui nibil non a tuo singulari studio religionis, et pietatis expectandum existimemus, quod ad religionem ipsam, ac pietatem foveodam, provehendamque pertineat, curam nempe suscipis de illis inter incolas ditionis tuae, qui expertes futuri siot iodulgentiae universalis jubilaei quod Romae celebratur, ac certior a Nobis fieri velis, an, quod tibi est in votis, concessuri simos, ut aono proximo, illi etiam in regione sua boni ejusdem participes esse possint. Illud enim habes in animo, ut omnia quaotum in te est, mature ordinontur, quae ad feliciorem ritus adeo salutaris exitum conferant.

Tenor concessionis. §. 2. Consilio igitur hujusmodi celsitudinis tuae, ex quo maximum in fideles emolumentum profecturom confidimus libentissime obsecundantes, jam ouoc confirmamus, extensionem Nos universalis jubilaei in anoum proximum ad unous orbis catholici partes, Deo volente, edicturos, eadam omoioo ratione, qua felicis recordationis praedecessores Nostri Benedictus XIV. et Pius VI. edixeruot. Deum misericordiarum patrem, sine cujus ope nihil est validum, nihil sanctum, etiam atque etiam oramus, ut perspecta Nobis Etruriae populi religio principis sui, studiis, et exemplis accedeotibus magis, magisque inflammeotur ad merita Christi Jesu Redemptoris nostri, beatissimae Virginis genitricis ejus, sanctorumque omnium amplissimae illius indulgentiae perceptione, adfatim participaoda, ex quo uberior io dies coelestium ac terrestrium bonorum copia tibi, rebusque tuis obveniat dum celsitudini tuae, familiaeque universae apostolicam benedictionem amantissime impertimor. Datom Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima secunda septembris millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anoo secundo.

CVII.

Dat. die 17. sept. 1825. Anno II.

Ampliatio jubilaei ad subditos archiducissae Austriae, qui Romam petere impediuntur anno millesimo octingentesimo vigesimo quinto.

Carissimae in Christo filiae Nostrae Mariae Aloisiae archiducissae Austriae.

Leo PP. XII.

Carissima in Christo filia Nostra, salutem et apostolicam benedictiooem.

Expositio precum. **§. 1. Saluti animarum prospiciendo, divinae providentiae consilio praepositi, nibil optare magis debemus, quam ut ad tantum opus auxilio studiisque principum juvemur. Cui cum operi accurando aptissima sit jubilaei universalis institutio, gratissima Nobis majestatis tuae de eodem accidit postulatio; quae quidem eo pertinet, ut et ipsa quantum in te est, ad felicissimum rei exitum omnia mature providendo conferre possis, et jam nuoc adoooiti populi tibi subditi, parent se diligentioa ad hoc taotum boni, quod divina ipsius offert misericordia, sibi comparandom.**

Tenor concessionis. **§. 2. Certam igitur esse volumus majestatem tuam, constituisse jam Nos universalis ejusdem jubilaei indulgentiam, quae hoc aono omnibus Romae conceditur, in annum proximum ad catholicas omnes orbis regiones extendere eadem ipsa ratione, quae felicis recordatioois praedecessores Nostri Benedictus XIV. et Pius VI. extenderunt, ita ut quicumque intra certam tempus, quod, ut optare te significas, quadragesimam sine dubio comprehendet, quae praescribentur opera, uti par est, peregerint, indulgentiam eamdem consequi possint, perinde ac si hoc anno, ejus causa, Romam convenissent. Deum misericordiarum patrem summis precibus obsecramus, ut cunctis una tecum populis, qoos tibi tamquam parenti filios, voluit commendatos de thesauro meritorum Christi Jesu Redemptoris nostri, beatae Virginis Genitricis ejus, sanctorumque omnium uberrime tribuat esse participes, dum majestati tuae, subditaeque tibi genti universae apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris die decima septima septembris millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo.**

CVIII.

Dat. die 18. sept. 1825. Anno II.

Decretum pro reaedificatione basilicae Ostiensis in honorem divi Pauli miserrime incendio consumptae.

Reverendissimo cardinale della Somaglia decano del sagro collegio vice-cancelliere di s. Chiesa, e Nostro segretario di stato, presidente della commissione speciale per la riedificazione della basilica di s. Paolo.

Prooemium. §. 1. Per quanto fosse ardente il desiderio, che nutrimmo fin dai primi giorni del Nostro pontificato di vedere presto risorta, e restituita al pubblico culto l'arsa basilica di s. Paolo, ci fu forza differirne l'adempimento, finchè si dileguasse ogni Nostra incertezza sul modo di coordinare a questo santo fine i mezzi, di cui potremmo disporre. La devozione de' fedeli verso l'apostolo delle genti, e la venerazione, in cui gli ammiratori del bello, e del sublime tenevano quel monumento insigne delle arti antiche, fecero intanto giungere a Noi commendevoli voti, perchè ci risolvessimo ad accettare le generose offerte, che spontaneamente ci venivano fatte da chi intendeva contribuire a questa devota, e gloriosa intrapresa, e ad eccitare con paterno invito tutto il mondo Cattolico a seguirne il nobile esempio. Non esitammo ad accogliere il virtuoso consiglio. Quindi con Nostra enciclica diretta a tutti i prelati cattolici nel giorno appunto, in cui la Chiesa festeggia la conversione del s. Apostolo ci appellammo alla generosità de' fedeli, e con circolari dirette a tutti gli esteri agenti diplomatici accreditati presso di Noi, ed a tutti i Nostri nunzj ed incaricati residenti presso i governi stranieri ci studiammo di chiamare a parte dell' opera quanto mai sentono in loro l'onorevole impegno di concorrere al compimento d' imprese utili non meno che gloriose per lo spirito umano. Corrispose l'effetto alle Nostre speranze, e dove da splendide oblazioni, dove da larghe promesse fummo incoraggiati ad ampliare i limiti dell' opera, ne' quali, se fossimo stati abbandonati ai Nostri soli mezzi, avremo dovuto necessariamente contenerci.

Deputatio commissionis quae rectae administrationi pecuniarum vacet. §. 2. Perchè poi si corrispondesse esattamente da Noi alla generale espettazione; e perchè a tutti apparisse l'impegno deciso, in cui siamo di fare fedelmente erogare le offerte all' uso inteso dai donatori, e di amministrarne il prodotto colla più saggia economia, deputammo una commissione composta di cardinali e prelati di varie nazioni tutti forniti di zelo, e di avvedimento corrispondenti al bisogno, destinandole in segretario un soggetto ornato di cognizioni antiquarie, ed architettoniche, il quale vegliasse sull' amministrazione delle somme destinate in qualunque modo alla restaurazione della basilica, e presiedesse al miglier andamento possibile dell' opera, dopo che ci avrebbe proposto le norme che intendesse seguirvi.

De deposito oblationum custodiendo. §. 3. A ben circoscrivere l'uso delle somme consagrate al compimento dell' opera ordinammo di più, che in questa depositeria generale fossero queste custodite separatamente da ogni altro deposito, e se ne tenesse registro e conto a parte, da potersi mostrare a Noi prontamente ad ogni Nostra improvvisa richiesta.

Leges servandae in nova curanda reaedificatione. §. 4. Predisposto così con maturità di consiglio quanto doveva precedere la esecuzione del concepito disegno confidiamo ora a voi, Nostro segretario di stato e presidente della commissione nuovamente formata, le Nostre ulteriori intenzioni, delle quali è Nostra mente che curiate colla vostra ordinaria esattezza la più scrupolosa osservanza.

De veteri forma basilicae servanda. §. 5. Vogliamo in primo luogo che sia soddisfatto compiutamente il voto degli eruditi, e di quanti zelano lodevolmente la conservazione degli antichi monumenti nello stato in cui sursero per opera de' loro fondatori. Niuna innovazione dovrà dunque introdursi nelle forme e proporzioni architettoniche, niuna negli ornamenti del risorgente edificio, se ciò non sia per escluderne alcuna picciola cosa che in tempi posteriori alla sua primitiva fondazione potè introdurvisi dal capriccio dell' età seguenti. Vogliamo però che il giudizio ne sia rimesso unicamente all' accademia di s. Luca, dalla quale pure dovrà decidersi la qualità de' marmi, di cui dovrà farsi uso per le colonne, e per il pavimento, non che la scelta del partito da seguirsi nella copertura del tempio.

De annua praestatione sumenda ex redditibus R. C. A. §. 6. Essendo poi Nostra mente che la impresa sia compita quanto più presto si possa, vi autorizziamo a concertarvi col Nostro tesoriere generale perchè nello specchio preventivo delle pubbliche spese di ciascun anno venga assegnata alla riedificazione della basilica di s. Paolo quella maggior somma, a cui possa estendersi il Nostro erario nell' attuale moltitudine, e gravezza de' pesi, a cui trovasi indispensabilmente soggetto. Questa annuale

somministrazione non potrà però essere inferiere alla somma di scudi cinquanta mila, a dovrà riportarsi al conto particolare già aperto nella depositeria generale a disposizione della commissione deputata espressamente da Noi.

De oblationibus ubique curandis.

§. 7. Contemporaneamante avrete cura che in Roma, e nelle provincie di questo stato siano efficacemente invitati gli abitanti di ogni classe, e condizione, in quel modo che crederete più conveniente a contribuire ciascuno in proporzione delle sue forze alle spese di un'opera così meritoria. Anzi farete giungere particolarmente a tutte le segreterie, cancellerie, computisterie pubbliche, a tutti i tribunali, ed in generale a tutti i corpi di pubblici impiegati speciali eccitamenti allo stesso oggetto. Adempiendo questo Nostre ordine non ometterete di fare sentire a tutti l'interesse che Noi prendiamo per il sollecito progresso dell' intrapresa, ed il gradimento con che udiremo la parte che ciascuno prenderà in secondare questa Nostra intenzione.

De redditione rationum quolibet mense praestanda.

§. 8. Finalmente emetterete in Nostro nome gli ordini i più precisi perchè in ogni mese sia rese a Noi il più esatto conto delle oblazioni particolari, de' pagamenti che il Nostre erario avrà fatti, delle somme che saranno state erogate ne'lavori in corso, e dello stato a cui sarà portato progressivamente l'edificio.

Votum speciale.

§. 9. Dall' esatto adempimento di questi Nostri espressi voleri, e dalla scelta di altri opportuni provvedimenti che voi saprete concepire pel sollecito, e ben inteso avanzamento dell'opera, ci ripromettiamo col divino ajuto che le cure zelanti della commissione a cui voi presiedete faranno risorgere nel volgere di pochi anni il tempio dell'Apostolo delle Genti nella sua antica maestà e gloria della nostra santa religione, e decoro di quest' alma metropoli.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 10. Volendo e decretando che il presente Nostre chirografo benchè non ammesso, nè registrato in camera, e ne' suoi libri a tenore della bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis* vaglia e debba ciò non ostante avere il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, nè gli si possa mai opporre di surrezione ed orrezione, nè di alcun altro vizio e difetto della Nostra volontà ed intenzione, ancorchè non vi sia stato sentito nè monsignor commissario generale della Nostra camera, nè vi sia stata chiamata, citata, nè sentita alcuna altra persona la quale vi avesse o pretendesse avervi interesse, ed ancorchè non fossero state osservate tutte quelle solennità e formalità, che sono prescritte dal prelodato Pio IV., e non ostante le suddette, e qualsisiano altre costituzioni ed ordinazioni Nostre, e de' Nostri predecessori, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, ed ogni altra cosa, che potesse fare in contrario, alle quali tutte e singole avendo il loro tenore qui per espresso e di parola in parola inserto, supplendo colla pienezza della suprema Nostra potestà a qualunque vizio e difetto ancorchè sostanziale, e formale che nelle cose premesse potesse intervenire, per questa volta sola, ed all' effetto predetto specialmente ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano il giorno decimo ottavo di settembre dell'anno del giubileo 1825.

Leo PP. XII.

CIX.

Dat. die 20. sept. 1825. Anno II.

Facultas extruendi ecclesiam cum reservatione iurispatronatus familiaris tributa baroni nuncupato di Belpareo civitatis Cataniensis.

Venerabili fratri archiepiscopo Messanensi.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Quum, sicut Nobis nuper exponi curavit dilectus filius Dominicus Papardo baro di Belpareo appellatus civitatis Cataniensis, quoddam altare seu aedicula in suo latifundio intra limites territorii loci Giarre nuncupati istius Messanensis dioecesis extet, in monumentum erecta adinventi sanctissimi Eucharistiae sacramenti, manu sacrilega ab ecclesia eidem loco finitima surrepti, humoque contecti, quumque hujusmodi cappella seu aedicula et angusta, et coeli inclementiae obnoxia, male tuta sit fidelibus illuc confluentibus, devotionis ergo, praedictus baro religionis ac pietatis affectu motus novam ecclesiam, ubi tria

saltem extent altaria, aere proprio e fundamentis erigere, ac sacris supellectilibus eam instruere, ac conservare, ac de cappellano et sacrista ab eo nominandis, et stipendio conducendis providere deliberavit, reservato tamen sibi, suisque successoribus, et descendentibus praedictae ecclesiae aedificandae jurepatronatus, in cujus signum, apponi suae familiae stemma, pariter desiderat, si Nostra et hujus sanctae Sedis ei suffragetur facultas, quam humiliter a Nobis expostulat.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur audita super praemissis relatione tua, ex qua Nobis innotuit, res ita se habere, prout expositum, praedictum baronem, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, speciali beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus, ut si id in Domino pro fidelium spirituali utilitate expediri censueris, eidem baroni Dominico facultatem aedificandi in praedicto loco, ubi ad praesens extat aedicula, aere proprio ampliorem ecclesiam decentem, quae in posterum juri patronatus suae familiae erit obnoxia, et matricis archipresbyterali ecclesiae loci delle Giarre filialis, et sub ordinaria semper jurisdictione, salvisque parochialibus juribus, eamque sacris supellectilibus, aliisque ad divinum cultum necessariis instruendi, assignato tamen certo reddito pro illius, et praedictorum conservatione, et pro emolumentis cappellano, et sacristae praescribendis, et per patronum praedictum persolvendis, reservato ei jure cappellanum et sacristam praedictos nominandi, et ab archiepiscopo pro tempore cappellanum nominatum approbandi auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio et prudentia gratis impertiaris.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima septembris anno millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno secundo.

Derogatio contrariorum.

ANNO TERTIO

Dat. die 11. nov. 1828. Anno III.

CX.

Concessio novorum magis insignium indumentorum pro collegio beneficiariorum ecclesiae collegiatae Calaritanae.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Ecclesiasticis viris, qui conspicuis in templis laudes Deo persolvunt, haec apostolica Sedes peculiaria ornamenta tribuere in more habuit, ut et ipsis ecclesiis decus accrescat, et earum ministri ornati forinsecus, ad interiora incitentur ornamenta virtutum, quibus tum in conspectu Altissimi, qui corda intuetur purius adstare, tum oculo plebis, cui morum exemplo esse debent, sanctius in dies satagant apparere.

Expositio precum. §. 2. Hinc, sicut Nobis nuper nomine dilectorum filiorum collegii beneficiariorum metropolitanae ecclesiae Calaritanae expositum est, cum canonici ejusdem metropolitanae titulo, et insignibus protonotariorum apostolicorum jam decorati existant, ipsi vero mozzetta tantum nigra reclusa, et colore rubro subsuta ab anno millesimo sexcentesimo vigesimo tertio utantur, exceptis caerimoniarum magistro, et duobus cantoribus, quorum mozzetta violaceo est subsuta colore, cumque suppliciter iidem beneficiarii a Nobis petierint, ut praedictam mozzettam claudere, et eidem globulos rubros, ac pro caerimoniarum magistro, et duobus cantoribus violaceos addere possint, haud gravate inducimur, ut eorum precibus, quibus vota venerabilis fratris archiepiscopi Calaritani perfecte congruunt, favorabiliter annuamus.

§. 3. Nos igitur praedictos beneficiarios, eorumque singulares personas speciali beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, beneficiariis metropolitanae ecclesiae Calaritanae praedictae tam praesentibus, quam futuris facultatem claudendi eamdem mozzettam, qua hactenus usi sunt, illique globulos rubros, et pro caerimoniarum magistro, et duobus cantoribus violaceos addendi, illamque tam in choro et ecclesia, quam in processionibus, et functionibus capitularibus publicis quibuscumque, servatis tam decretis congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum, gestandi, auctoritate apostolica tenore praesentium tribuimus et impertimur. Tenor concessionis.

§. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Clausula sublata et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et signanter illa felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima secunda novembris millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 9. dec. 1825. Anno III.

CXI.

Erectio recessus pro educatione puellarum nobilium in civitate Florentina sub invocatione ss. Annunciationis B. Mariae Virginis.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Quum sicut Nobis nuper exponi curavit venerabilis frater Petrus Franciscus archiepiscopus Florentinus, religione ac munificentia dilectissimi in Christo filii Nostri Leopoldi II. magni ducis Hetruriae, paternae piaeque voluntatis executoris, jam ad exitum pervenerit magnificum quoddam aedificium a praelaudato genitore excitatum, ea mente, ut in illo nobilis mulierum institueretur recessus, cui titulus Annuntiatio beatae Mariae virginis, ubi puellae a mundi periculis segregatae christiana, civilique educatione apprime imbuantur, quamque praelaudati magni ducis nomine petitum a Nobis fuerit, ut praedictis puellis ad pia obeunda opera viam auctoritate Nostra apostolica aperiamus, novum hunc recessum seu conservatorium spiritualibus gratiis et indultis ditando.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos piis ejusdem magni ducis votis quantum in Domino possumus, annuere, ac spirituali ejusdem recessus utilitati consulere volentes, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, novum puellarum recessum sive conservatorium sapientissimis legibus rite per archiepiscopum approbandis communiendum, a jurisdictione paroeciae, intra cujus limites extat ad praesens, auctoritate apostolica tenore praesentium sejungimus ac dismembramus, ac illius directorem spiritualem pro tempore parochum cum consuetis facultatibus et juribus declaramus, sub lege tamen perpetuis futuris temporibus inviolabiliter servanda, ut idem, antequam directionem conservatorii praedicti suspiciat, examini subsit, sicut caeteri parochi juxta praescriptum a concilio Tridentino, et ab archiepiscopo sit approbatus ad excipiendas confessiones monialium; praeterea dicta auctoritate concedimus, ut in privato dicti recessus oratorio seu cappella ad hoc decenter muro extructa, et ornanda ab omnibus domesticis usibus libera per ordinarium loci visitanda et approbanda, deque ejus licentia ejusdem arbitrio duratura, plures missae quotidie ad libitum directoris seu superiorissae sine solemnium festorum exceptione, per quemcumque sacerdotem ab ordinario approbatum saecularem, seu de superiorum suorum licentia regularem celebrari possint, ac superiorissa et puellae ejusdem recessus, aliaeque mulieres inibi inservientes missas praedictas in praecepti adimplementum audire valeant ex cratibus oratorium praedictum introspicientibus, ac si forte aliquis consanguineus vel affinis earumdem puellarum, vel aliqua persona generis nobilitate distincta, impetrata opportuna licentia ingrediendi conservatorium praedictum actu celebrationis missae vel missarum adsit, illas audire possit in satisfactionem praecepti ecclesiastici praedicti, itemque ut in dicta cappella sanctissimum Eucharistiae Sacramentum asservari possit, dummodo sacris supellectilibus ad id praesertim necessariis sit sufficienter instructa, ante ciborium vero, ubi mos est Sacramentum asservandi, lampas retineatur diu, noctuque semper accensa, et clavis ciborii custodiatur a directore vel aliquo cappellano, dicta auctoritate pariter concedimus; ac tandem, ut praedictae superiorissa, puellae, aliaeque omnes mulieres inibi degentes vel inservientes, peracta sacramentali peccatorum suorum confessione, sacram communionem etiam in paschate de manu sacerdotis in dicta cappella celebrantis sumere libere, et licite possint et valeant auctoritate et tenore praedictis concedimus et indulgemus.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut aliae praeter supradictas personas missis hujusmodi in dicta cappella interassentes ab obligatione audiendi missam in ecclesia diebus festis de praecepto minime liberae censeantur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda decembris millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 2. dec. 1825. Anno III.

CXII.

Beatificatio ven. servi Dei Angeli ab Acrio sacerdotis professi ac missionarii ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium. §. 1. Conditor, ac redemptor Noster Jesus Christus nullam umquam patitur aetatem, qua ad excolendam vineam suam, universalem scilicet Ecclesiam suo sanguine acquisitam, operarios non conducat, qui erudiendo fideles contra impios inimici hominis superseminantis zizania conatus admirabilis ejus dexterae virtutem, potentiam, praesidiumque experiuntur. Qua vero charitate in hac vinea laborantes ferveant oportet, ex ipsa evangelica lectione colligitur, ubi ejusdem servatoris nostri discipuli jubentur « bini ante faciem ejus in omnem civitatem, et locum, quo erat ipse venturus » accedere. Hinc sanctus Gregorius Magnus gloriosus praedecessor Noster docet « Praedicationis officium suscipere illum nullatenus posse, qui charitatem erga alterum non habet ». Cum autem unus idemque sit habitus charitatis erga Deum, et proximum, qui spirituali proximorum saluti procurante se penitus devovent, quique exemplo suo, quod praedicant, confirmant, eorum cor ferventissima in Deum aestuat charitate, iique quippe quod « fecerint, et docuerint, magni vocabuntur in regno coelorum » Hoc solo coelesti igne mentes hominum, terrenis cupiditatibus plane edomitis, in Dei amorem abrepte renovantur, in ejusque similitudinem, ac imaginem transformantur. Dei autem ineffabilis, ac immensa bonitas hoc etiam providit, ut qui « in coelo fulgent sicut sol » ii ad militantem quoque Ecclesiam radios suos effundant, eorumque patrociniis terra laetetur, triumphis Ecclesia sancta cornnetur.

§. 2. Coelestis hujus gloriae, ac Divinae potentiae locupletissimum habemus testem in venerabili Dei servo Angelo ab Acrio sacerdote professo, ac missionario ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum, qui dum in terris degebat, vetere homine exuto, novum induit, et ducem, ac antesignanum Franciscum per avunculi sui impedimenta fortiter superata, per summam paupertatem, per omnimodam sui abnegationem, per orationis nullo non tempore intermissae studium, per assiduam crucis meditationem, carnisque macerationem, imitari contendit. Laudes ven. servi Dei. Is enim in oppido Acri citerioris Calabriae decimo quarto kalendas novembris anno humanae reparationis millesimo sexcentesimo sexagesimo nono in lucem editus est. Hujus viri sanctitas quanta futura esset, jam ab ineunte aetate apparuit. Nam adhuc puer ab aliorum consortio remotus, divinarum rerum studio, jugique orationi vacabat. Adolescens factus ordini minorum sancti Francisci Cappuccinorum nomen dare cogitat: enixas idcirco ad Deum preces effundit: ac ne quid temere aggrederetur, virorum sapientia, et prudentia praestantium consilium exquirit, qui illum in sancto proposito confirmant: quo factum, ut fortiter reluctante avunculo suo, quin et minante ejus matrem domo expellere, eumdem ordinem ingressus fuerit, ubi tyrocinium, studiorum curriculum summa cum laude, omniumque admiratione explevit. Tum sacerdotio initiatus, sodalibus suis, quibuscum vixit, praesertim vero cum iis praefuit, praestantissima virtutum omnium exempla suppeditare nunquam destitit. Cum autem intellixisset, nihil sibi sine charitate prodesse, hinc in Dei dilectionem quod est « maximum, et primum mandatum » vehementius incubuit. Ex hac intima cum Deo unione, tanto cor ejus divinae charitatis igne exardebat, tantaque colliquescebat dulcedine, ut in extases, et raptus aliquando erumpere visus fuerit, ac licet, ut hospes, et incola teneretur in terra, ob maximum tamen Dei desiderium, tamquam civis, et domesticus haberetur in coelo. Hac flamma succensus diutius se certe continere non po-

tuit, quin cum fide recta bonae praedicator actionis existeret, excolendaeque vineae Dei, ejus scilicet plebi erudiendae, se omnino devoveret.

Illius ingressus inter missionarios.

§. 3. Cum primum igitur sacerdotio fuit insignitus missionarii munus suscepit, idque sine mora ad obitum usque summo cum animarum lucro exercuit; varias obiens civitates, ac oppida, solius Dei gloriae aeternaeque hominum saluti intentus. Tandem laboribus fractus, meritisque onustus, dulcissima illa verba proferens « Veni bone Jesu, veni » relictis inter sodales suos in coenobio Cappuccinorum Acrii mortalitatis exuviis tertio kalendas novembris millesimo septingentesimo trigesimo nono ad aeterna praemia evolavit.

Judicium sacrae congregationis latum super ejus virtutibus.

§. 4. Celebratis itaque omnium sermone clarissimis hujus servi Dei virtutibus, ac meritis ad congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositarum causa deducta est, ubi cum de virtutibus aestimandis quaestio ex ejusdem Romanae Ecclesiae praescripto de more haberetur, fel. rec. Pius VII. praedecessor Noster decimo quinto kalendas julias millesimo octingentesimo vigesimo primo ejus virtutes accurate, diligenterque discussas, ac perpensas suo decreto opprobavit, et in gradu heroico eas collocatas esse pronunciavit. Porro coram Nobis inscrutabili divinae bonitatis, ac sapientiae consilio, ad Ecclesiae Catholicae per universum terrarum orbem diffusae regimen, meritis licet imparibus, evectis tria miracula, quae discutienda proponebantur, consultorum suffragiis, et venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae praedictae congregationi praepositorum cardinalium sententiis consentientibus probanda esse censuimus, et decretum Nostrum super iisdem proferri, et promulgari voluimus decimotertio kalendas decembris millesimo octingentesimo vigesimo quinto.

Decretum beatificationis cum concessione missae, et officii.

§. 5. Quapropter precibus tandem, ac supplicationibus totius ordinis minorum Cappuccinorum, nec non dilecti filii Ludovici a Tusculo ministri generalis ejusdem ordinis, sacrae aulae apostolicae concionatoris, ac hujus causae postulatoris, quibus Ferdinandus utriusque Siciliae rex illustris dum viveret, universa dioecesis Bisinianensis, aliique dignitate, ac pietate praestantes viri sua studia, ac postulata junxerunt, paterna clementia annuentes, de ejusdem cardinalium congregationis consilio, et assensu, auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et indulgemus, ut idem Dei servus Angelus ab Acrio in posterum beati nomine nuncupetur, ejusque corpus, et reliquiae venerationi fidelium (non tamen in supplicationibus, quae sacras reliquias circumferendo fiunt) colendae proponantur; imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, officium denique, ac sacrificium fiat cum approbatis a Nobis orationibus juxta Romanas rubricas de communi Confessoris non Pontificis die trigesima octobris, tum in dioecesi Bisiniana, intra cujus fines ortum habuit, vitaeque suae extremum clausit diem, tum in universo ordine minorum s. Francisci Cappuccinorum. Quod autem spectat ad sacrificium, hoc indulto complecti volumus exteros quoque sacerdotes, quicumque eo die in memoratae dioecesis, ac ordinis, Cappuccinorum templis, rem divinam facient.

Destinatio celebrationis solemnis beatificationis.

§. 6. Praeterea concedimus, et indulgemus, ut anno ab hisce datis literis primo celebrentur solemnia beatificationis servi Dei Angeli in templis dioecesis, ac ordinis, de quibus facta jam mentio est, cum officio, ac sacrificiis duplicis majoris ritus; quod quidem fieri praecipimus die ab ordinariis sacris praesidibus indicenda, ac postquam solemnia in basilica Nostra Vaticana fuerint expleta, cui Nos sacrae pompae diem decimam octavam mensis decembris hujus anni statuimus.

Derogatio contrariorum et fides habenda transumptis.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut harum literarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu secretarii praedictae congregationis subscripta sint, et sigillo praefecti munita eadem prorsus, in disceptationibus quoque judicialibus, fides habeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce literis ostensis, haberetur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die nona decembris millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno tertio.

CXIII.

Dat. die 12. dec. 1825. anno III.

Reintegratio vetustissimae sedis episcopalis in civitate Centumcellensi.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. De Dominici gregis salute pro commisso Nobis divinitus ipsius regimine impense solliciti, in id adigimur curas intendere, quod in illius utilitates et in religionis lucrum novimus redundare. Huc porro pertinet episcopalium sedium constitutio, quando promptior ac felicior rei sacrae administratio ex locorum natura, id efflagitet, rationumque momenta occurrant, quibus eadem decerni bonum appareat, ac salutare.

Ratio erectionis. §. 2. Id Nos animo reputavimus, quando preces a clero, communitate, et hominibus Nostrae civitatis Centumcellarum excepimus, quibus vehementer rogabamur, ut eam a Viterbiensi dioecesi sejungentes, episcopalem ibi sedem Portuensi et sanctae Rufinae ecclesiis uniendam constitueremus. Ipsi equidem conspexeramus exitus, quos oportuerat foecundos ob temporum asperitatem haud semper habitos ex iis fuisse, quae providentissime felicis recordationis praedecessor Noster Pius septimus ad rem sacram ibidem aptius ordinandam sancivit per apostolicas in forma Brevis literas, quas ad diem quintam augusti anno millesimo octingentesimo quinto in id dedit. Salubrius proinde remedium dignoscebatur episcopalem sedem ea in civitate collocare, seu potius restituere, prout a quarto ad undecimum saeculum ibi extitisse illustria testantur vetustatis monumenta. Cum vero de civitate ageretur, quae satis amplo territorio caret, patebat non expedire, si peculiaris eidem, ac proprius antistes absque dioecesi assignaretur; eam idcirco venerabili fratri Nostro cardinali episcopo Portuensi ultilius adtribuendam esse, cujus dioecesis Centumcellensi agro juncta at continens est. Inde enim consultum foret apprime ejusdem cardinalis episcopi Portuensis et sanctae Rufinae commodis et dignitati, qui eum secundus sit in collegio venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, sua tamen in dioecesi, nec cathedralis ecclesiae capitulum, nec civitatem percenset, nec alia quaedam, quibus sacrorum praesides potiri oportet ad dioeceses felicius procurandas. Hinc praedecessorum Nostrorum exempla versabantur ob oculos, qui iisdem plane de causis cardinali episcopo Ostiensi, qui ejusdem collegii decanus est, regeodam commisere Veliternensem ecclesiam, adtributo eidem jure habendi Velitris episcopi suffraganei, qui pontificalibus officiis peragendis, ac praesertim sacramento confirmationis conferendo, sacrisque ordinationibus administrandis addiceretur. Id autem et pro Centumcellis sancire congruens videbatur, tum ob civitatis ipsius splendorem, quae civium advenarumque frequentia, et portus celebritate maxime praestat, tum ob ingens commodum quo at civitas ipsa et dioecesis Portuensis ex suffraganei episcopi ibidem degentis praesentia augebatur. Accesserat insuper grata admodum recordatio ineunte hoc saeculo cardinalem Leonardum Antonellum tunc temporis Portuensem et sanctae Rufinae episcopum ex consilio in primis Vincentii Mariae Strambi civis Centumcellarum, olim antistitis Maceratensis id summe concupiviase quorum quidem spectata religio, prudentia, ac doctrina tantopere apud Nos id consilii commendant.

§. 3. Haec sane, aliaque id genus honestam Nobis atque ad probandam delatam postulationem ostendebant: eam tamen remisimus venerabilibus fratribus congregationis rebus consistorialibus praepositae, ipsorumque sententia suscepta annuendum tandem allatis precibus censuimus. Votum a congregationis consistorialis ad rem adhibitum.

§. 4. Quare loculenter inspecta maxima rei utilitate ad omnipotentis Dei ejusque sanctissimae genitricis virginis Mariae laudem et gloriam, ac in sanctae militantis Ecclesiae incrementum votis dilectorum filiorum cleri, communitatis at hominum civitatis Centumcellarum obsecundantes ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine civitatem praedictam una cum integro suo territorio et parochialibus, aliisque ecclesiis, monasteriis, locisque piis, et beneficiis ecclesiasticis quibuslibet cum cura et sine cura saecularibus, et quorumvis ordinum regularibus ibidem existentibus, et universis utriusque sexus personis tam laicis quam clericis, presbyteris beneficiatis, et religiosis quibusvis ibi pariter degentibus a Viterbiensi dioecesi, ad quam spectabant perpetuo dismembramus, secernimus, separamus, dictamque civitatem Centumcellarum in civitatem episcopalem Centumcellensem nuncu- Dismembratio ejusdem civitatis a dioecesi Viterbiensi, ejusque erectio in civitatem episcopalem.

pandam cum suis curia episcopali, ac omnibus juribus, honoribus et praerogativis, quibus civitates Nostrae pontificali Sede insignitae, earumque cives utuntur et gaudent, ac uti et gaudere possunt et poterunt quomodolibet in futurum. Parochialem vero ecclesiam collegiatam nuncupatam Deo in honorem sancti Francisci dicatam, praevia illius collegialitatis suppressione, in cathedralem quae etiam parochialis esistat ecclesiam Centumcellensem sub pristino titulo sancti Francisci Assisiensis simili apostolica auctoritate perpetuo erigimus et constituimus, Ipsamque sic erectam episcopalem ecclesiam Centumcellarum Sedi apostolicae immediate subjectam, ac prout cardinali episcopo Ostiensi Velitrarum ecclesia est commissa, ecclesiis Portuensi, et sanctae Rufinae perpetuo pariter subjective unimus et unitam declaramus, ita ut cardinalis episcopus Portuensis, et sanctae Rufinae pro tempore existens, episcopus etiam Centumcellensis censeatur et sit, pristinisque titulis Portuensis et sanctae Rufinae episcopi titulum etiam Centumcellensis adjiciat, praesertim in actibus Centumcellas respicientibus, qui proinde cardinalis episcopus eidem ecclesiae, civitati, et territorio Centumcellarum ejusque clero et populo praesit, et omnia et singula jura, officia, et munia episcopalia habeat et exerceat cum suis infrascripto capitulo cathedrali, arca, sigillo, mensa episcopali ut infra constituenda, caeterisque cathedralibus juribus, praeeminentiis, indultis, jurisdictionibus, praerogativis, quibus aliae cathedrales, et speciatim suburbicariae nuncupatae, earumque antistites gaudent.

Erectio capituli cathedralis.

§. 5. In hac autem Centumcellensi sic erecta cathedrali ecclesia capitulum ut supra extinctae collegiatae ecclesiae sic dictae in capitulum cathedrale ipsius ecclesiae episcopalis Centumcellarum et respective praeposituram unicam, et paroecialem hactenus dignitatem in unicam pariter, et primam post pontificalem, deinceps dignitatem cum animarum cura extituram, quae omnibus gaudebit honoribus, privilegiis et praeeminentiis ei de jure competentibus, et sex canonicatus actu existentes, ac insuper binos novos canonicatus pro theologali ac poenitentiaria praebendis, et quatuor beneficiarios servitio chori et capituli semper obstrictos perpetuo quoque erigimus at constituimus, cum facultate cardinali Centumcellensi episcopo hac prima vice tantum canonicam institutionem conferendi iis modo et forma quibus pro sui conscientia magis in Domino duxerit expedire, tam praeposito et sex canonicis actu existentibus quam binis novis canonicis theologo et poenitentiario, et quatuor beneficiatis ab ipso eligendis, salvis tamen, ac firmis remanentibus in eadem cathedrali ecclesia tam quoad praepositurae, quam quoad canonicatuum collationem reservationibus, et affectionibus apostolicis, nec non quoad duos ex jam extantibus canonicatibus patronatu per felicis recordationis praedecessorem Nostrum Pium septimum attributo communitati Centumcellarum, cui ob ingentes sumptus hac occasione in ecclesiae bonum ab ipsa decretos tertii etiam canonicatus ex jam erectis apostolica benignitate concedimus et attribuimus, ac demum salvis favore ejusdem capituli sic eracti et subrogati privilegiis, honoribus, indulgentiis, aliisque gratiis quibuscumque tam spiritualibus quam temporalibus, et mixtis eidem capitulo apostolica et alia quavis legitima auctoritate concessis, ac etiam ex jure et consuetudine, aut alias competentibus.

Jus capitulo tributum condendi statuta.

§. 6. Huic deinde sic constituto capitulo cathedrali Centumcellensi facultatem impartimur condendi pro ecclesiae servitio, ac pro felici chori regimine statuta, ac decreta ad sacrorum canonum normam, quae postmodum pro optato robore assequendo sint per cardinalem episcopum recognoscenda, et probanda. Ac insuper ut ordo ipse canonicorum ornatiori apparatu sacris officiis obeundis intersit eisdem praeposito et canonicis hyemali tempore usum tribuimus cappae magnae violacei coloris cum pellibus armellinis super rocchettum, aestivo vero tempore usum superpellicei supra rocchettum; beneficiariis autem hyberno tempore usum cappae similis cum pellibus tamen cinericii coloris supra superpelliceum, nec non eidem capitulo concedimus gaudere omnibus et singulis honoribus, gratiis et privilegiis quibus capitula ecclesiarum cathedralium suburbicariarum libere ac legitime fruuntur et gaudent, dummodo non sint ex particulari indulto acquisita.

Jus praesentandi suffraganeum episcopo tributum.

§. 7. Ut vero pro tempore existens cardinalis episcopus Portuensis et sanctae Rufinae et Centumcellensis auxilium habeat ad pontificalia, aliaque munia exercenda officium epi-

scopi suffraganei in Centumcellensi ecclesia, uti pro Veliterna per praedecessores Nostros cautum est, hisce Nostris literis erigimus et constituimus cum congruente statuta dote super fructibus mensae episcopalis percipienda, delato in eumdem cardinalem episcopum privilegio praestandi Nobis et successoribus Nostris virum ex canonum sanctionibus idoneum promovendum ad aliquam episcopalem ecclesiam in partibus infidelium, qui in praedicta civitate Centumcellarum residere debeat, et omnibus honoribus, praeeminentiis, privilegiis, et juribus gaudeat, quae similibus suffraganeatibus de jure sunt adtributa.

Assignatio aedium pro habitatione episcopi et seminarii erectione.

§. 8. Pro decenti porro et commoda cardinalis episcopi habitatione, ejusque curiae commoditate, nec non pro seminario puerorum ecclesiastico juxta concilii Tridentini sanctiones erigendo aedes necessarias et convenientes cathedrali Ecclesiae quoad fieri possit, proximas et ab infrascripto praesentium literarum exequutore adprobatas perpetuo respective adsignandas ac adtribuendas decernimus.

Dotatio mensae curiae, capituli, fabricae, et seminarii.

§. 9. Quod autem spectat ad mensae et curiae episcopalis, nec non capituli, et fabricae cathedralis, ac episcopalis seminarii dotationem cum de his omnibus a Nobis opportune jam provisum fuerit per motus proprii chirographum manu Nostra signatum sub die septima hujus mensis, cujus tenorem pro inserto habendum, ac de verbo ad verbum hic relatum censendum volumus, omnia et singula in eodem contenta praesentibus confirmamus, et ab omnibus ad quos spectat plane et integre nunc et in posterum servari mandamus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 10. Ut vero cuncta a Nobis ut supra disposita rite ac celeriter ad suum perducantur effectum venerabili fratri Nostro Josepho Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali Spinae episcopo Praenestino, quem harum Nostrarum literarum exequutorem eligimus ac deputamus necessarias omnes et opportunas ad praemissorum effectum plenarie consequendum tribuimus facultates etiam unam seu plures personam seu personas in ecclesiastica dignitate constitutam seu constitutas subdelegandi, et super quacumque oppositione in actu exequutionis quomodolibet forsan oritura servatis servandis etiam definitive et quavis appellatione remota libere et licite definiendi ac pronunciandi; eidemque exequutori injungimus, ut documenta quaelibet civitatem Centumcellensem respicientia e cancellaria episcopali Viterbiensi extrahi, et novae Centumcellensi episcopali Cancellariae consignari, atque actorum omnium desuper conficiendorum exemplo in authentica forma exarata Romam suo tempore transmitti curet in archivio congregationis rebus consistorialibus praepositae de more asservanda.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 11. Praesentes autem literas et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet interesse habentes, vel habere praetendentes vocati et auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint eorum consensui, quatenus opus sit de apostolicae potestatis plenitudine supplentes, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel aliquo alio etiam substantiali defectu notari, impugnari, aut in controversiam vocari posse, sed semper et perpetuo validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, inviolabiliter observari debere volumus atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, de suppressionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, aliisque Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, ac in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non supradictis praedecessoris Nostri Pii septimi in forma brevis expeditis literis, et quibusvis aliis ejusdem et aliorum Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 13. Volumus praeterea, ut harum literarum transumptis etiam impressis manu tamen alicujus notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 14. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum dismembrationis, sejunctionis, separationis, electionis, unionis, assignationis, attributionis concessionis, indulti, declarationis, commissionis, deputationis, mandati, voluntatis, decreti, et dero-

gationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quinto, quarto idus decembris, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 10. dec. 1825. Anno III.

CXIV.

Extensio jubilaei ad universum catholicum gregem.

Leo PP. XII.

Venerabiles fratres salutem et apostolicam benedictionem.

Prooemium. § 1. Charitate Christi urgente Nos, ut fructus passionis ejus in omnes, quantum divinitus concessa Nobis, licet indignis, potestate possumus, derivandos curemus; insignibus fidei, pietatis, omnisque virtutis exemplis tum incolarum hujus urbis, tum advenarum, qui frequentissimi pro conditione temporum huc universalis jubilaei causa convenerunt, magnam in spem erecti fore, ut ubique studia eadem fidelium ad utilitatem animarum suarum, ad Dei et ejus Ecclesiae gloriam excitentur; votis item vestris obsecundantes, venerabiles fratres, et principum catholicorum, quibus vera felicitas cordi est gentium sibi subditarum, quemadmodum a fel. rec. praedecessoribus Nostris Benedicto XIV. et Pio VI. factum est, Ecclesiae thesauros, qui Romae elapso anno sacro, ita in universis orbis terrae regionibus aperiendos in Domino putavimus. Proinde constitutionem ad universos Christifideles edidimus, qua jubilaei ejusdem indulgentiam extendimus, et quae pia opera, quoque temporis spatio ad eam consequendam praestari debeant, item permissas arbitrio vestro facultates injuncta opera commutandi, aut redigendi, eorum commodo qui impediti legitime fuerint, indicamus, eamque, ut per vos cognosci ab omnibus possit, vobis mittimus. In re autem hujusmodi quam necessaria opera vestra sit, quantaque vobis contentione sit laborandum, ut felicea consiliis Nostris exitus respondeant, nihil necesse est dicere. Tantum enim boni ex solemni hac anni sacri celebratione percepturi sunt populi, quantum diligentiae studiique ad se, uti par est, praeparandos adhibuerint; ut autem plurimum adhibeant, id ex curis pendet, quas in id, pro munere officii vestri pastoralis, impenderitis. Agnoscant igitur per vos quid et quantum illud sit quod eis tribuitur. Ostendite thesauri pretium quem reseramus, et quam facile omnes possint ejus divitiarum esse participes, tum ob amplissimas, quas ministris poenitentiae concedimus facultates peccata remittendi, tum ob ipsam operum naturam, quae imponuntur peccatis expiandis. Scitis quanta fuerit ea in re disciplinae severitas in Ecclesia ante saeculum quartum decimum. « Quicumque pro sola devotione, » ait fel. rec. praedecessor Noster Urbanus II. in concilio Claromontano, « non pro honoris, vel pecuniae adeptione, ad liberandam Ecclesiam Dei Jerusalem profectus fuerit, iter illud pro omni poenitentia reputetur ». Neque sane aliter tunc concedi plenariam indulgentiam solitam fuisse novimus, quemadmodum verba illa referens doctissimus ac piissimus Dei servus beatus Josephus Maria Thomasius cardinalis animadvertit. « Haec, inquit, plenariam indulgentiam, in qua opus injunctum gravissimum erat sumptibus, incommodis, laboriosissimis itineribus, et imminentibus vitae periculis, ut potius videri possit immutatio poenitentiae, quam hujus absoluta relaxatio . . . haec, inquam, plenariam indulgentiam pro terra sancta alii postea summi pontifices semper confirmarunt ». Lenitatem piae matris Ecclesiae imbecillitatem miserantis filiorum suorum, quae nunc onera tanto leviora ac faciliora pro bonis pretium omne excedentibus imponit, fidelium considerationi proponentes, illud certe assequemini, ut nemo tam mollis et negligens reperiatur, quin bona illa velit tam parvo sibi comparare. Cavendum tamen est diligenter, ne inde « occasione accepta », ut verbis utamur sanctae synodi Tridentinae, « peccata ipsa leviora putantes, velut injurii, et contumeliosi Spiritui Sancto, in graviora labantur, thesaurizantes sibi iram in die irae ». Quare Ecclesiae quidem ea in re ostendatur liberalitas, sed nihil omnino diligentiae, atque industriae negligatur, quo redigant homines in memoriam quaecumque

contra Dei legem commiserunt, eaque dolantes ex animo, ac detestantes integre ac sincere confiteantur; atque inde magis ad admirandam amandamque Dei benignitatem excitentur, qui se tam facilem ac placabilem praebeat iis, qui nunquam satis plectenda impietate « semel a peccati, et daemonis servitute per baptismum liberati, et accepto Spiritus Sancti dono, scienter templum Dei violare, et Spiritum Sanctum contristare non formidaverint ».

Preces publicae indictae, et praedicationes praeceptae.

§. 2. Eam ob causam exemplum seculi praedecessorum Nostrorum, solemni indicto jubilaeo, divinum auxilium ad prosperum tanti operis exitum publice implorari jussimus; sine quo nihil ejusmodi humana potest imbecillitas, et frangi populo panem verbi Domini tum in templis, tum in plateis, quo ministrorum ope salutis animarum zelo flagrantium, et catholicam de indulgentiis, ac jubilaeo doctrinam doceretur diligenter, et de omni christiani instituti admoneretur officio, et ad sinceram poenitentiam gravissima oratione excitaretur.

Monitum speciale ad ordinariosiorum porrectum.

§. 3. Sibi igitur unusquisque vestrum, venerabiles fratres, hoc potissimum in tempore illud prophetae dictum putet: « Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam, et annuntia populo meo scelera eorum, et domui Jacob peccata eorum »: et ipsi per vos, quoad poteritis, et monitu vestro sacri oratores, quos elegeritis verbis ac vita ad movendos animos maxime idoneos, inculcent auribus omnium, quod omnibus comminatus est Christus: « nisi poenitentiam habueritis, omnes similiter peribitis ». Doceant, idipsum, nos ut poeniteat, petere supplici prece oportere, quod implorabat verbis illis propheta: « Converte nos Domine ad te, et convertemur »: ostendant, quanta in Deum injuria sit peccatum: inculcent salutarem animis terrorem severitate proposita divini judicii, ac suppliciorum acerbitate, quae parata sunt morientibus in peccato suo: excitent vero spem in omnibus ab infinita Dei bonitate impetrandae misericordiae, qui se expectare affirmat, ut misereatur, cujus sunt voces illae dulcissimae: « Convertimini, et agite poenitentiam ab omnibus inquinamentis vestris, et non erit vobis in ruinam iniquitas. Projicite a vobis omnes praevaricationes vestras, in quibus praevaricati estis, et facite vobis cor novum, et spiritum novum . . . . . Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus: revertimini et vivite ». Ex quo illud facile consequetur, ut agnoscatur, quam dignus amore sit pater adeo bonus ac misericors, indeque subeat consideratio, quam indigna tanta bonitate ratio sit eum offendere; dolor denique intimus oriatur, ac detestatio peccatorum, certaque ac deliberata voluntas vitam et mores emendandi.

De instructione populo danda super necessitate sacramenti poenitentiae.

§. 4. Ita internae ostensa poenitentiae necessitate, ad eamque comparatis fidelium animis, de eadem quatenus sacramentum est, diligenter doceantur. Admoneant eos ministri verbi Domini, aeque necessarium esse illud degenerantibus post baptismum, quam baptismum ipsum nondum regeneratis, merito proinde dictum « secundam tabulam post naufragium », qua una in aeternae salutis portum liceat pervenire: ostendant quo sensu doloris et humilitatis, qua fide, qua integritate confiteri peccata sua debeant; neque illud docere praetermittant, confessionem generalem persaepe utilem esse, certis autem in casibus omnino necessariam: abluta vero per absolutionem culpa aeternaque poena condonata, temporalem plerumque superesse; ita omnino divina exigente justitia, ut poenis saltem tempore definitis puniantur ii, quorum sceleribus nec ipsa nullis definita temporis finibus supplicia satis digna fuissent. Sic praeparatis animis, fideles sancti jubilaei fructus adipisci poterunt: sed ut opera qua par est pietate fiduciaque suscipiant, per quae hoc tantum boni sint adeptur vestrum erit efficere, ut intelligant, ac certum et persuasum habeant, relictum esse Ecclesiae a mediatore Dei et hominum Christo Jesu inexhaustum meritorum suorum thesaurum, quibus et merita accedunt beatissimae Virginis genitricis ejus sanctorumque omnium, vi copiosae apud Dominum redemptionis eo dignitatis evecta, cujus divitias hominibus dividere, in ejus esset potestate, quem Christus ipsi visibilem pro se invisibili in eadam Ecclesia caput constituisset; ejus nempe prudenti arbitrio merita illa modo amplius, modo arctius applicari vivis ad modum absolutionis, mortuis ad modum suffragii posse, siquidem illi per sacramentum poenitentiae culpam eluissent, aeternaque poena essent absoluti, hi vero si cum Deo charitate conjuncti migras-

sent e vita: in ea vere meritorum illorum applicatione indulgentiam esse positam, per quam temporales poenae apud divinam justitiam peccatis debitae plus minusve relaxantur, pro modo applicationis a dispensatore thesauri illius Romano pontifice constitutae, et quam fideles ad eam afferant, praeparationis: denique plenariam esse indulgentiam jubilaei, et ab aliis etiam plenariis indulgentiis distinctam, quae in modum jubilaei conceduntur, propterea quod anno solemnis remissionis, qui Jubilaeus dicitur, amplior poenitentiae ministris ad hoc ipsum constitutis tribuitur facultas a peccatis absolvendi, et vincula atque impedimenta relaxandi, quibus non raro confitentium conscientia implicatur: dum autem universi Christiani populi in coelum ascendit deprecatio, certior in omnes ampliorque placati poenitentia Domini descendit miseratio.

De electione confessariorum, eorumque munere.

§. 5. Atque haec quidem, ven. fratres, docendi sunt populi; sed ut, quae docti fuerint, efficere cum fructu possint, quam necessaria sit apta et opportuna sacerdotum opera, apud quos confiteri peccata sua debeant, probe intelligitis. Quamobrem curandum sedulo vobis est, ut ii, quos ad confessiones audiendas deligetis, ea meminerint ac praestent, quae de ministro poenitentiae praecipit praedecessor Noster Innocentius III., ut scilicet sit discretus et cautus; ut more periti medici superinfundat vinum et oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens et peccatoris circumstantias et peccati, per quas prudenter intelligat, quale illi debeat consilium praebere, et ejusmodi remedium adhibere diversis experimentis utendo ad sanandum aegrotum; habeatque prae oculis documenta illa ritualis Romani: videat diligenter sacerdos, quando et quibus conferenda, vel neganda, vel differenda sit absolutio, ne absolvat eos, qui talis beneficii sunt incapaces, quales sunt qui nulla dant signa doloris, qui odia et inimicitias deponere, aut aliena, si possunt, restituere, aut proximam peccandi occasionem deserere, aut alio modo peccata derelinquere, et vitam in melius emendare nolunt; aut qui publicum scandalum dederunt, nisi publice satisfaciant, et scandalum tollant. Quae quidem nemo non viderit quam longe ab eorum ratione distent, qui, ut gravius aliquod audiunt peccatum, aut aliquem sentiunt multiplici peccatorum genere infectum, statim pronuntiant se non posse absolvere: iis nempe ipsis mederi recusant, quibus maxime curandis ab eo sunt constituti qui ait: non est opus valentibus medicus, sed male habentibus; aut quibus vix ulla scrutandae conscientiae diligentia, aut doloris, ac propositi satis videtur significatio, ut absolvere se posse existiment; ac tum demum tutum se cepisse consilium putant, si homines in aliud tempus absolvendos dimiserint. Si enim ulla in re servanda est mediocritas, in hac potissimum servetur necesse est, ne vel nimia facilitas absolvendi facilitatem afferat peccandi, vel nimia difficultas alienet animos a confessione, et in desperationem salutis adducat. Sistunt se quidem multi sacramenti poenitentiae ministris prorsus imparati, sed persaepe tamen hujusmodi, ut ex imparatis parati fieri possint, si modo sacerdos viscera indutus misericordiae Christi Jesu, qui non venit vocare justos sed peccatores, sciat studiose, patienter, et mansuete cum ipsis agere. Quod si praestare praetermittat, profecto non magis ipse dicendus est paratus ad audiendum, quam caeteri ad confitendum accedere. Imparati enim illi tantummodo sunt judicandi, non qui vel gravissima admiserint flagitia, vel qui plurimos etiam annos abfuerint a confessione; misericordiae enim Domini non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus; vel qui rudes conditione, aut tardi ingenio non satis in se ipsos inquisierint; nulla fere industria sua id sine sacerdotis ipsius opera assecuturi; sed qui, adhibita ab eo necessaria, non qua praeter modum graventur, in iis interrogandis diligentia, omnique in iisdem ad detestationem peccatorum excitandis, non sine fusis ex intimo corde ad Deum precibus, exhausta charitatis industria, sensu tamen doloris ac poenitentiae, quo saltem ad Dei gratiam in sacramento impetrandam disponantur, carere prudenter judicentur. Quocumque autem animo sint qui accedant ad ministrum poenitentiae, nihil ei magis cavendum est, quam ne sua culpa diffisus quispiam Dei bonitati, aut sacramento reconciliationis infensus discedat. Quare si justa sit causa, cur differenda sit absolutio, verbis quoad poterit, humanissimis persuadeat confessis necesse est, id et munus officiumque suum, et eorum ipsorum salutem omnino postulare,

eosque ad redeundum quamprimum blandissime alliciat, ut iis fideliter peractis, quae salubriter praescripta fuerint, vinculis soluti peccatorum gratiae coelestis dulcedine reficiantur. Aptissimo ejus charitatis exemplo inter caeteros esse potest s. Raymundus de Pennafurt, quem insignem sacramenti poenitentiae ministrum appellat Ecclesia. Cognitis peccatis, inquit, adsit (confessarius) benevolus, paratus erigere et secum onus portare; habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine, discretionem in varietate, adjuvet confitentem orando, eleemosynas et caetera bona pro eo faciendo, semper eum juvet leniendo, consolando, spem promittendo, et, cum opus fuerit, etiam increpando.

De natura jubilaei, et indulgentiarum qualitate in illo consequendarum.

§. 6. Hujusmodi vero accepti patientia, ac benignitate charitatis peccatores aequiore etiam animo poenae se subjicient, quae sibi satisfactionis nomine irrogabitur. Animadvertant enim necesse est, non eam esse vim ac naturam jubilaei, ut per ejus indulgentiam omni solvantur homines obligatione offensae peccatis Dei justitiae satisfaciendi, quasi vero quae poenitentibus, ejus rei causa a sacerdotibus sacramenti ministris per id tempus injunguntur, praestare necesse non sit. Nam ad sacramenti integritatem pertinet satisfactio illa, neque profecto alia Nobis mens esse potest, dum permissa a Christo potestate de severitate debitae peccatis poenae per indulgentiam remittimus, nisi ut illi dumtaxat tanto fruantur beneficio, qui omnia impleverint, quibus, eodem Ecclesiam suam docente Christo, didicimus velle justitiae suae Deum per infinita ipsius filii sui redemptoris Nostri merita satisfieri. Revocanda igitur vobis sunt in memoriam poenitentiae ministris, verba illa s. concilii Tridentini; debent sacerdotes, quantum prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, at poenitentium facultate, salutares et convenientes satisfactiones injungere; et quod docet catechismus ejusdem s. concilii, in irroganda scilicet satisfactionis poena nihil sibi suo arbitratu statuendum esse, sed omnia justitia, prudentia et pietate dirigenda; qua ut regula peccata metiri videantur, et poenitentes suorum scelerum gravitatem agnoscant, operae pretium esse eis interdum significare quae poenae quibusdam delictis ex veterum canonum praescripto, qui poenitentiales vocantur, constitutae sint; universaeque satisfactionis modum culpae ratione temperandum.

Monitum sacerdotibus porrigendum.

§. 7. Quam in rem illud etiam hoc praesertim tempore misericordiae, et remissionis opportune admonebuntur sacerdotes, quod ait doctor angelicus. « Melius est quod sacerdos poenitenti indicet quanta poenitentia esset sibi pro peccatis injungenda, et injungat nihilominus aliquid, quod poenitens tolerabiliter ferat ». Quod ipsum antea docuerat Chrysostomus: « Si nulla ex parte (inquit) parcere volens debitam adhibueris sectionem, fiet saepe, ut animum ille doloris impatientia despondens, atque adeo omnia simul detrectans cum pharmacum, tum vinculum, se ipse praecipitem ferat, contrito jugo, et confracto laqueo. Equidem complures recensere possim, quos constat in extrema mala adactos non ob aliud, nisi quod digna ab eis poena, et quae peccatis perpetratis par esset, exigeretur ».

Monito populo danda.

§. 8. Huc vero cum pertineat saluberrima haec, quae nobis divinitus facta est, potestas merita Dei et hominis Christi Domini, et sanctorum ejus dispensandi, ut partibus omnibus impletis sacramenti poenitentiae, quidquid poenae adhuc sibi luendum supersit peccatorum supplere fideles possint; date operam, ut intelligant, qua ratione, quo ordine, qua pietate, quae ad id injuncta fuerint, sint exsequenda. Dicant supplicationes hasce, quae ad certas sacras aedes faciendae praescribuntur, instar esse quoddam stationum illarum, quae priscis Ecclesiae temporibus fieri solebant, cum mos fuit fidelium, ut certis diebus includerent se in sacris aedibus, ibique jejuni, orantesque, et annos suos recogitantes in amaritudine animae suae usque ad vesperam perseverarent.

Idem ut supra.

§. 9. Quod si nunc temporis Ecclesia tanto minus requirit a filiis suis ad hoc etiam, ut plenariam consequi indulgentiam possint, id non ita sane est interpretandum, quasi minorem existimet nunc, quam antea, deberi nos Deo compensationem pro peccatis; sed dum laboriosa opera mitigat misericordia, quantum de asperitate remittit exterioris satisfactionis, tantum conari vult homines, ut intensioris vi contritionis, piique ardore studii exsequendorum, quae imperaverit, operum interiori profectui afferant animorum.

Idem ut supra.

§. 10. Atque ad hoc illud refertur, quod inter injuncta opera sanctissimae Eucharistiae

perceptio numeretur, qua, cum ipse in ea fons coelestium omnium charismatum, ac donorum Christus Dominus contineatur, nulla profecto efficacior res est ad ignem excitandum perfectae charitatis: ex quo liquet quantopere in eam curam incumbendum vobis sit, ut fidelis populus tanti sacramenti vim et naturam doceatur, et optime affecto ac praeparato animo ad illud accedat.

De persecutione criminis blasphemiae diligenter curanda.

§. 11. Habetis, venerabiles fratres, quae velimus potissimum, quod ad sacrum pertinet jubilaeum, fideles populos praemoneri. Freti studio vestro salutis commissarum vobis animarum non modo vos confidimus operam daturos, ut omnes ea studiose peragendo, quae indicavimus, plenariam, quam omnibus de inaestimabili Ecclesiae thesauro offerimus, consequantur indulgentiam; sed ita consequantur, ut ejus fructus etiam in posterum permaneat. Eo enim pro sollicitudine Nostra omnium ecclesiarum spectant vota Nostra, dum beneficium hujusmodi ad universos orbis catholicos extendimus, ut omnia, si fieri potest, corruptela a moribus christiani populi in perpetuum removeatur. In vestro quique grege, quae potissimum vitia dominentur, probe nostis. In ea igitur radicitus evellenda toto animo incumbere nunquam zeli vestri pastoralis desistat industria. Immane illud flagitium contumeliose in Deum loquendi quis credidisset fieri umquam posse, ut audiretur inter christianos? Atqui tamen nulla jam pene regio est, in qua non temere juretur, ac sanctum et terribile nomen Domini usurpetur irreverenter, atque adeo non desint (horrescimus cogitantes. pudetque dicere) qui ei, quem angeli glorificant, non vereantur maledicere. In hujusmodi impietatem, qua nulla major divinae majestati afferri potest injuria, exardescat zelus vester, summaque ope invehatur, inquirat, animadvertat.

De dilectione domus Dei excitanda.

§. 12. Vestrum potissimum est decorem diligere domus Dei: at illud maxime curae vobis esse debet, ne illa adeuntium cultu habituque minus decente, aut quavis irreligiositate violetur, quibus sane nihil eam magis dedecorat; neve umquam excidant fidelibus monita illa Christi Domini: « Domus mea domus orationis est, et, zelus domus tuae comedit me ».

De sanctificatione festorum.

§. 13. Meminerint admoniti per vos populi praeceptum, quod ipse Dominus imposuit verbis illis: memento, ut sabbata sanctifices, et horrendam illam in violatores sententiam: sabbata mea violaverunt vehementer: dixi ergo ut effunderem furorem meum super eos, et consumerem eos: in quo tamen tanta est multorum perversitas, ut vel non dubitent servilia exercere, vel quae immunitas ab hujusmodi operibus ad vacandum Deo praecepta est, ea ipsi ad vacandum diabolo abutantur; ita se diebus festis ad commessationes, ad ebrietatem, ad libidinem, ad omnia diaboli opera projiciunt. Tollatur in perpetuum, quoad per vos fieri poterit, scandalum hujusmodi, succedatque illi orandi studium, audiendique verbi Domini, neque modo pie assistendo augustissimo missae sacrificio, sed ipso sumendo Christi corpore, saluberrima sacrificii ipsius participatio.

De praeceptis Ecclesiae servandis.

§. 14. Quid vero de Ecclesiae praeceptis, quid nominatim de abstinentiae, ac jejunii observantia dicemus? Quotus enim jam quisque est, qui praeceptum illud praesertim vel, ut par est, curet, vel etiam non omnino contemnat? In hoc etiam intelligitis, quam necesse sit, vos animum intendere, ut cognoscant fideles quo praecepta Ecclesiae pertineant, quantaque tantae parentis auctoritatem veneratione prosequi debeant, de qua sponsus ipse ejus Christus pronuntiavit: siquis Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, et publicanus.

De educatione juventutis sedulo curanda.

§. 15. Omnis quidem aetas curas vestras sibi vindicat, sed ea potissimum, ex qua futurus pendet Ecclesiae status et humanae societatis, quamque ideo conjurata in utriusque perniciem omni ope ad suas partes adducere conatur impietas. Educationis ejus ac disciplinae vel negligentiam, vel perversitatem inde magna ex parte repetendam esse probe cognoscitis, ac nobiscum deploratis, quod jam homines matrimonii sanctitatis et officiorum cepisse videatur oblivio; adeo crebro contractus, ut vocant, civilis, qui tot in regionibus usurpatur, occasione, sanctissimae sacramenti illius leges violantur, quod, Paulo apostolo auctore, magnum est in Christo et in Ecclesia; adeo invaluit iniquissima illa inter catholicos, et haereticos conjuges conventio, ut vel tota proles patris, vel mascula patris, femina matris religionem sequatur. Videtis igitur quanta vobis suscipienda sit sollicitudo, ut fideles catholicam de sacramento illo teneant

doctrinam, et ad parendum addoeantur Ecclesiae legibus, funestaque illa christianae educationis pernicies, quantum eniti hortata et auctoritate possitis, a christiano populo amoveatur: generatim vero ut catholicis moribus atque institutis imbuantur adolescentes, et eisdem ipsis instando, et parentibus, et praeceptoribus, contendite; praesertim vero ut caveant a seductoribus, ut adeo propagatam misserrima temporum conditione opinionum sententiarumque pravitatem, et, unde teterrima malorum omnium seges orta est, libros religioni, moribus, quieti publicae infestos perhorrescant. Quae ut pestis prohibeatur a fideli populo, eum identidem admonendum curate, quam juste ac salubriter et a praedecessoribus Nostris, et a christianis principibus cautum sit, ne libri hujusmodi retineantur, nullamque ea in re nimiam vigilantiam curamque existimate. Omnis autem aetatis, sexus, conditionis mortalibus consultum fuerit, si salutari pabulo assidue nutriantur verbi Domini, si frequens foveatur usus sacramentorum, si pii coetus, quibus utrumque sit in primis propositum, vel provehantur quicumque sint, vel novi etiam instituantur.

De operariis vineae Domini advocandis.

§. 16. Sed ad haec efficiendo adjutoribus vobis opus est, quos vocavit Dominus operarios in vineam suam. Quare admonete eos assidue quam non ipsis liceat esse otiosis, quamque necesse sit, ut operam suam conferant ad mores populi moderandos. Inquirite sedulo in eorum vitam, sermones, convictus, consuetudines: « manus enim sordida (ut ait s. Gregorius martyr) aliam non lavat, et oculus plenus pulvere maculam non considerat; ita mundus debet esse qui vult aliena corrigere ». Ad cultus praeterea eorum exterioris gravitatem ac modestiam diligenter attendite. Ut autem ducendis fidelibus, et ecclesiasticis ministeriis recte riteque obeundis sint idonei, ne sitis experimento contenti, quod dederint antequam ordinibus initiarentur; sed curate, ut initiati nunquam desinant in rerum sacrarum studiis impigre se exercere. Quo spectat quod concilium Romanum habitum a Benedicto XIII, anno jubilaei millesimo septingentesimo vigesimo quinto de congregationibus decrevit ecclesiasticorum semel in unaquaque hebdomada habendis, in quibus alternatim et rituum, et conscientiae casus proponantur, discutiantur, et practice exerceantur; quodque proinde vobis majorem in modum volumus commendatum.

De vita, et honestate clericorum.

§. 17. Caeteris vero ecclesiasticis eos aequum est in omnibus excellere, qui excellunt dignitate. Eorum idcirco a vobis ratio est habenda diligenter, ut nihil in eis reprehendendum populus animadvertat, quos maxime intuetur; sed ita vobiscum consilio atque opera conspirent in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi, ut merito eum concilio Tridentino Ecclesiae senatus dici possint. Parochorum praesertim curas et industriam acuite, ut ex praescripto ejusdem sanctae synodi plebem per se incessanter instruant, et sacramentis reficiant, quotidianas pro populo ad Deum preces et orationes effundant, et laudabili vitae et conversationis exemplo, virtutibus, et morum disciplina omnibus praeluceant, viamque salutis praemonstrent, caeteris denique fungantur officiis, quae ibidem praescripta sunt.

De custodia seminariorum.

§. 18. Seminarium custodite ut pupillam oculi, et quicumque in spem Ecclesiae adulescunt, clericorum institutio summae vobis curae sit, acriterque vigilate ne quis, nisi indole, virtute, scientia vere se vocatum praeseferat in sortem Domini, sacris ordinibus initietur. Neque eo minus religiosarum familiarum observantiae prospicite facultatibus utentes, quae vobis a s. concilio Tridentino vel tanquam ordinariis, vel tanquam Sedis apostolicae delegatis tribuuntur. Scholas et collegia adolescentium crebro invisite ad venena prohibenda praesentis aevi corruptelarum, omniaque ad normam dirigenda sanctissimae disciplinae: Instate, ut moniales, quae Deo voverunt religiose praestent, et quas (uti monet concilium Romanum) educandas ac formandas susceperint puellas convictrices, pie illas, et catholice instruant, incumbantque, ne ipsarum ornatus, et vestes puellis inter sponsas Christi versantibus disconveniant. Quae de celebratione synodorum, quae de visitatione dioecesium praecipiuntur a concilio Tridentino partes ducite muneris vestri gravissimas. Ea ut praescriptis ab eo temporibus modoque religiose impleantur, vobis etiam atque etiam commendamus. Inde enim et cognoscetis oves vestras, et quibus earum malis medendum sit, quibus commodis consulendum intelligetis. Omnium ordinum cura vobis commissa est, sed praecipue pauperum, quibus

ad evangelizandum se missum a patre professus est Christus, in quos adeo praeclara singularis praebuit argumenta voluntatis. Probe autem intelligitis quam facile sit, ut, egestate impellente, omnem praesentis Dei beneficentiae fructum amittant. Bonis igitur Ecclesiae ita utimini, ut praeceptum Domini in exemplum impleatis, quod superest date eleemosynam, eaque fideliter praestetis, quae de bonorum illorum usu episcopis praescribit Ecclesia: aditum habeant ad vos facilem egentium gemitus, divitum opem, eleemosynae praecepto quam saepissime proposito, pro eis implorate; eosque ab omni oppressione atque injuria pro virili parte defendite. Contra foeneratorum iniquitatem, qui, ut ait catechismus Romanus, miseram plebem compilant et trucidant usuris, inter caetera vehementer invehatur zelus vester, quod malum adeo miseris hisce temporibus invaluit. Praesidium adversus nefarium illud rapinae genus positum erat in montibus frumentariis, ac pecuniariis, qui a piis hominibus excogitati, et a summis pontificibus probati in universum orbem invecti fuerant. Eos quoque dolemus ab eorum rapacitate pluribus in locis sublatos, qui se assertores jactabant felicitatis populorum: In iis igitur restituendis curas vestras impendite, et fideles de indulgentiis admonete, quae a praedecessoribus Nostris iis concessae sunt, qui ad opus adeo pium provehendum contulerint.

De dilectione pauperum.

§. 19. Inter pauperes autem eos praesertim charitati vestrae commendamus, quorum egestati vel orbitas, vel aegritudo vetuti cumulus accedit, ut domus utriusque sexus adolescentibus alendis educandisque, invalidis, aegrisque recipiendis tum quod ad corpus tumquo familiarem pertinet, tum quod ad animum, quam diligentissime accurentur.

Conclusio.

§. 20. Ne multa: pastores vos estis ac magistri populorum. Vestrum idcirco est, venerabiles fratres, non modo vigilare, ne quos crediti vobis greges spiritualium bestiarum patiantur incursus, sed eos coelestis doctrinae pabulo nutrire monitis quidem legibusque salutaribus, at exemplo potissimum; quo spectant quae et vobis dicta sunt a Domino: « vos estis lux mundi . . . sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum, qui in coelis est »; quod unum maxime valet tum ad movendos animos, tum ad obstruendum os loquentium iniqua, secundum illud apostoli: « In omnibus te ipsum praebe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum sanum, irreprehensibile, ut is, qui ex adverso est, vereatur nihil habens malum dicere de vobis ». Ita fiet, ut non modo quid agendum sit videant populi, sed ut agant reipsa, ac tanquam apostoli, sic et vos sal terrae sitis; hoc est, putore adempto peccatorum, qua semel imbuti per vos fuerint homines, vitae morumque integritas diutissime incorrupta servetur. Haec sunt vota Nostra, hoc freti virtute studiisque vestris, Deo adjuvante, confidimus consecuturos, ut erroribus vitiisque profligatis, pietate corroborata, induant fideles, ut hortatur apostolus, sicut electi Dei sancti et dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam supportantes invicem, et donantes sibimetipsis, sicut et Dominus donavit nobis: super omnia autem charitatem habeant, quod est vinculum perfectionis; quod scilicet christianas omnes simul junctas secum fert, et conservat virtutes, atque hominem Deo conjungit, in quo tota hominis perfectio est. Hunc fructum sacri jubilaei maximum ex Christi Jesu Dei ac redemptoris Nostri meritis, sanctorumque omnium, ut capere vobis contingat laborum vestrorum; hujus ut Nos voti compotes faciat misericordiarum pater et Deus totius consolationis per eumdem Filium suum redemptorem Nostrum, cujus eadem fuit precatio cum ait: rogo, pater, ut unum sint sicut et nos, quanta possumus animi contentione obsecrantes, apostolicam benedictionem vobis, et commissis curae vestrae gregibus peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum octavo kalendas januarias anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quinto, pontificatus Nostri anno tertio.

CXV.

Dat. die 25. dec. 1825. Anno III.

Extensio universalis jubilaei celebrati in urbe anno Domini millesimo octingentesimo vigesimo quinto ad universum catholicum orbem.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Universis Christifidelibus praesentes literas inspecturis, salutem et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Exultabat spiritus Noster in Deo salutari Nostro, cum anno superiore post diuturnas, teterrimasque tempestates, quibus undique conflictabatur sancta Christi Ecclesia, laetiora tandem, ac faustiora illuxisse tempora vobis clangore tubae apostolicae annuntiaremus. Potuimus enim Nobis vobisque omnibus gratulari advenisse annum benignitatis Domini, annum magni jubilaei, quo infinitus ille thesaurus meritorum Salvatoris Nostri, et sanctorum ejus Nostrae dispensationi divina miseratione concreditus, et quem hostis generis humani, justo Dei judicio hominum peccata ulciscentis, tamdiu clausum tenuerat, per Nostrae humilitatis ministerium iterum erat reserandus. Idcirco omnibus praedicantes tempus acceptabile, et dies salutis, omnes pariter Christifideles paterno studio cohortati sumus, ut divinam majestatem criminibus Nostris jampridem infensam sincera demum cordis poenitentia et morum emendatione placarent, atque cum fiducia divinae gratiae thronum adirent, ut misericordiam consequerentur in auxilio opportuno, susceptaque more majorum pia peregrinatione, ad sanctorum apostolorum limina supplices peccatorum veniam impetrarent. Nunc vero completum esse ex hac parte Nostrum gaudium, faustissimumque jubilaei annum, secundum desideria cordis Nostri non solum tranquille placideque, verum etiam ex Dei misericordia pie sancteque, nec sine magno, uti speramus, animarum fructu inchoatum, et absolutum esse, nova spiritus Nostri exultatione aonuntiamus. Nam portas sacras veteri more, et consueta ritus celebritate sive per Nos ipsos, sive per venerabiles fratres Nostros S. R. E. cardinales reclusimus et clausimus. Et quidem portam sanctam basilicae Principis apostolorum in Vaticano ingenti animi Nostri gaudio, et magna populi adfluentis celebritate in pervigilio nativitatis Domini ipsi aperuimus, ad caeterarum vero basilicarum portas aperiendas S. R. E. cardinales legatos a latere creavimus, et deputavimus: et similiter, revertente post revolutum annum festivitate nativitatis Christi, eodem solemni ritu clausae fuerunt portae sive per Nos ipsos, sive per cardinales eodem legationis honore ornatos, ita ut faustissimis auspiciis etiam exitus praeclare responderit.

Lamentatur incendium basilicae Ostiensis cui substituit basilicam s. Mariae trans Tyberim.

§. 2. Hoc tamen defuit consolationi Nostrae, quod, secundum antiquam consuetudinem, basilicis Principis apostolorum, sancti Joannis in Laterano, et sanctae Mariae Majoris quartam adjungere non potuerimus sancti Pauli in via Ostiensi, quae ad lucrandam jubilaei indulgentiam eadem, qua aliae tres basilicae, populi frequentia celebraretur. Sed cum inclitum illud urbis decus, antiquae pietatis, et munificentiae monumentum insigne, tot saeculorum religione consecratum incredibili tum Nostro, et populi Romani, tum orbis totius catholici moerore ac luctu, duobus circiter ab hinc annis subito incendio conflagraverit, Nos interim ut illud restitueretur modis omnibus urgere non desistentes fidelium etiam jubilaei indulgentiam consequi cupientium non minus incolumitati, quam pietati consulere aequum esse judicavimus. Quapropter dirutae Doctoris Gentium basilicae antiquam et venerandam substituimus s. Mariae trans Tyberim, quae sacro hoc anno iisdem privilegiis et gratiis omnibus gauderet, quae ipsi basilicae s. Pauli concessae fuerant, exemplum in hoc secuti fel. record. Urbani pp. VIII. praedecessoris Nostri, qui, cum tempore a se indicti jubilaei basilica sancti Pauli propter aeris insalubritatem, et pestilentiae timorem a Christifidelibus sine periculo frequentari non posset, hanc eamdem s. Mariae trans Tyberim basilicam illi substituit, ut sic integer staret numerus quatuor basilicarum, quae ad jubilaei indulgentiam consequendam visitandae praescribuntur.

Laetatur advenarum concursum sine ullo incommodo juxta solitum locum habuisse.

§. 3. Quod igitur Nostrum erat sollicite implevimus; thesauros divinae misericordiae, auctoritate Nobis divinitus concessa, omnibus aperuimus, omnesque paterno affectu accivimus ad hauriendas aquas in gaudio de fontibus Salvatoris, aquas vivificas, aquas salientes in vitam aeternam. Verum quid hoc totum, nisi curis et votis Nostris pia fidelium voluntas, et sincerum propriae salutis studium respondisset? Sed et ex hac parte benedicendus est Nobis Deus et pater Domini Nostri Jesu Christi, pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui praeter multorum exspectationem dignatus est hoc anno nos consolari; quique ovibus suis vocem supremi pasto-

ris Christi per suum in terris, licet indignum, vicarium loquentis dedit audire. Quamvis enim videre non fuit innumerabilem illam ex omni natione, quae sub coelo est, hominum multitudinem, quae alias in sanctam civitatem jubilaei causa convenerat, et cujus spectaculum, cum totius orbis admirationem excitaret, praedecessores Nostros mirifice recreabat, atque incredibili perfundebat voluptate, et gaudio; imminutum tamen concurrentium ad sacra limina fidelium numerum nequaquam imminutae in eorum animis fidei, aut languenti, sincerae devotionis affectui, sed temporum potius calamitati imputandum arbitramur; quae quidem tanta fuit, ut non sine magna quadam justae causae specie periculosa visa sit sacrae illius peregrinationis susceptio: quamquam caeteroquin omnia feliciter successerint, Deo ipso, prout aliias in similibus casibus, cujusvis generis calamitates per id temporis propulsante.

Idem ut supra.

§. 4. Quod providentiae ejus beneficium reipsa non defuisse nemo ambiget, qui oculos mentemque ad eos convertat, qui ad sanctam civitatem jubilaei causa accesserunt. Adfuit enim perpetuus, nec profecto exiguus peregrinorum per totum annum concursus; nulla tamen in urbe, nulla in regionibus, per quas ipsis iter fuit, perturbatio, aut tumultus, sed mirum ubique gaudium, sincera exultatio, et Christi bonus odor in omni loco. Et quoad urbem hanc Nostram, quandonam in ea major pax, et securior tranquillitas? Quandonam religionis, pietatis, fidei, charitatis, omniumque virtutum splendor in ea major eluxit? Quandonam dignior visa est, quae totius Christiani orbis mater diceretur et caput non solum spiritualis auctoritate regiminis, sed etiam exemplo fidei? Ob quam pulchra, quam digna Dei, angelorum, et hominum conspectu advenas inter et cives sacri fervoris aemulatio! Quoties ipsi vidimus oculis Nostris copiosissima tum incolarum, tum peregrinorum agmina in spiritu humilitatis et in animo contrito ad sacras aedes certatim accurrentium, ut animabus suis pec reconciliationis sacramentum expiatis, vivifica Christianae unitatis mysteria perciperent; divinam interim clementiam exorantium, gloriosaeque virginis Mariae, beatique praecursoris, sanctorumque apostolorum implorantium opem atque praesidium, pro Ecclesiae Catholicae pace et exaltatione, pro cunctorum in Christo credentium incolumitate et salute, pro christianorum principum concordia et felicitate, denique pro omnium errantium resipiscentia, et peccatorum sincera conversione unanimiter deprecantium! Quoties ipsi auribus Nostris audivimus ampiissimas urbis plateas, colles, et vias suavibus canticis, piis precationibus, et divini nominis laudibus longe lateque personara! Quoties intime commota sunt paterna viscera Nostra, dum confertissimos vidimus fidelium greges Nostris pedibus obvolutos in persona humilitatis Nostrae vicariam Christi potestatem venerari, effusisque filialis obsequii in Nos significationibus ipsum colere apostolorum principem, cujus dignitas etiam in indigno haerede non deficit!

De officiis christianae misericordiae ubique indigentibus exhibitis.

§. 5. Quid autem dicemus de omnimodis christianae misericordiae officiis cujuscumque generis et nationis indigentibus exhibitis? Quid de hospitalitate in advenas et peregrinos? Quantis, quibusque benevolentiae argumentis in urbem advenientes excepti, quam assidua cura refecti, quam humaniter ex itineris defatigatione recreati! Quid commemorabimus venerabiles fratres Nostros S. R. E. cardinales, caeterosque curiae Nostrae proceres, aliis omnibus, ut par erat, exemplo praeeuntes? Quid alios innumeros utriusque sexus et cujusvis aetatis atque conditionis homines, quorum plerique non minus dignitate et nobilitate, quam vera pietate clarissimi infra quoscumque etiam infimae sortis fratres se demittentes, christianae humilitatis facti sunt ex animo forma et exemplar: inter quos videre fuit etiam principes visos regali sanguine et dominatu spectabiles, quorum opera bona in juvenili aetate admirantes Romani cives et exteri, glorificant adhuc Deum et patrem suum qui in coelis est? Quibus denique laudibus efferemus venerabilium sacerdotum tam saecularium, quam regularium zelum, solertiam, et indefessum laborem, unde effectum est, ut poenitentium multitudini ad misericordiae fontem perfacilis pateret aditus, qui sane unicus finis et scopus est hujus saluberrimae jubilaei institutionis? Verum laus erit de omnibus unicuique a Deo: Nos autem ista recensentes fateri cogimur nullis verbis exprimi posse intimam illam cordis Nostri laetitiam, cujus suavitate, cum haec omnia contueremur, toties usque ad lacrymas perfundebamur.

De fructibus recollectis ab eis, qui piam peregrinationem susceperunt ut urbem peterent.

§. 6. Fuit igitur hic annus vere annus salutis non incolis solum hujus urbis, sed et plurimis, qui, cum pia peregrinatione huc advenerint, domum hinc reversi ea, quae breviter hic perstrinximus, suo testimonio poterunt amplissime confirmare. Viderunt enim ipsi non semel, et admirati sunt, quanta sit vis christianae charitatis ad excitandam in intuentium cordibus fidem, amorem erga Deum, sinceram peccatorum suorum poenitentiam, et ingens perfectionis desiderium; christianae utique charitatis, quae nusquam alibi quam in Ecclesia Catholica reperitur, quaeque ex fructibus praesertim cognoscitur toto coelo a falsa charitate distare. Nec solum narrabunt reduces in patriam quot fuerint debiles spiritu confirmati, quot aegri in sanitatem restituti, quot in viam justitiae reversi errantes; sed se ipsos etiam ostendent spiritu mentis suae renuvatos, pacis et concordiae studiosissimos, nec minus suis principibus, quam Deo fideles, ita demum immutabili et summo bono in fido, spe, et charitate adhaerentes, ut manifestum fiat eos nequitiae fermentum omne deposuisse, et insuper amplissimum indulgentiarum thesaurum esse consequutos. Qui tamen, licet uberrimus jubilaei fructus haud sane unicus est nec praecipuus, quem Nobis in illo indicendo ante oculos proposuimus. Decebat enim paternam, quae Nos urget, charitatem orbem universum amplecti, atque ita privato unius cujusque bono consulere, ut nequaquam negligeret universale. Idcirco apostolica liberalitate effusi sumus in singulos, ut singuli in commune bonum sancte conspirantes a Deo clementissimo votis concordibus impetrarent, ut Ecclesiam Catholicam regnumque filii sui augeat sanctitate, et amplitudine exaltet, ut cunctis mundum purget erroribus, omnesque homines ad agnitionem veritatis, et viam salutis adducat, ut inter christianos principes illam, quam mundus dare non potest, pacem, et concordiam confirmet, ut salvum denique populum suum faciat, et haereditati suae benedicat, illamque ad coelestia dirigat ac perducat.

Extensio jubilaei, cum designatione piorum operum adhibendorum pro eo assequendo.

§. 7. Itaque Dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, ex suprema ligandi, atque solvendi, quam Nobis Dominus licet immeritis contulit, potestate, omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus in quacumque mundi parte existentibus, et in apostolicae Sedis gratia et obedientia manentibus, etiam iis, qui forsan elapso anno Romam venerunt, ibique, seu alibi quavis ratione hoc ipsum jubilaeum a Nobis concessum adepti sunt, vere poenitentibus et confessis et sacra communione refectis, qui intra sex menses a die publicationis praesentium in qualibet dioecesi faciendae computandos, ecclesiam ipsam cathedralem, seu majorem, aliasque tres ejusdem civitatis aut loci, sive in illius suburbiis existentes, ab ordinariis locorum, vel eorum vicariis, aliisve de ipsorum mandato designandas semel saltem in die per quindecim continuos, vel interpolatos dies sive naturales, sive etiam ecclesiasticos, nimirum a primis vesperis unius diei usque ad integrum ipsius subsequentis diei vespertinum crepusculum devote visitaverint, ubique pro Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, haeresum extirpatione, catholicorum principum concordia, et christiani populi salute ac tranquillitate pias ad Deum preces effuderint, ut plenissimam ejusdem anni jubilaei omnium peccatorum suorum indulgentiam, remissionem, et veniam semel consequantur, perinde ac si quatuor urbis basilicas seu ecclesias pro consequendo jubilaeo hujusmodi a Nobis designatas statutis ad id diebus personaliter visitassent, et alia, quae ad hoc requirebantur, adimplevissent, misericorditer in Domino concedimus et impertimur.

§. 8. Navigantes vero, et iter agentes, ut, si post elapsos menses hujusmodi ad sua domicilia, seu alio ad certam stationem se receperint, suprascriptis peractis, et visitata totidem vicibus ecclesia cathedrali, vel majori, aut parochiali loci eorum domicilii, seu stationis hujusmodi, eamdem indulgentiam consequi possint et valeant. Nec non praedictis locorum ordinariis, ut cum monialibus, oblatis, aliisque puellis, aut mulieribus, sive in monasteriorum clausura, sive in aliis religiosis, aut piis domibus, et communitatibus vitam ducentibus, anachoretis quoque et eremitis, ac aliis quibuscumque tam laicis, quam ecclesiasticis personis saecularibus, vel regularibus in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, quominus supraexpressas visitationes exequi possint, super praescriptis hujusmodi visitationi-

Idem pro navigantibus, et iter agentibus, et in monasteriis degentibus.

bus tantummodo; cum pueris autem, qui nondum ad primam communionem admissi sint, etiam super communione hujusmodi dispensare, ac illis omnibus, et singulis sive per se ipsos, sive per eorum, earumque regulares praelatos aut superiores, vel per prudentes confessarios alia pietatis, charitatis aut religionis opera in locum visitationum hujusmodi, seu respective in locum sacramentalis communionis praedictae ab ipsis adimplenda praescribere; atque etiam capitulis et congregationibus tam saecularium, quam regularium, sodalitatibus, confraternitatibus, universitatibus, seu collegiis quibuscumque ecclesias hujusmodi processionaliter visitantibus, easdem visitationes ad minorem numerum pro suo prudenti arbitrio reducere possint ac valeant, earumdem tenore praesentium concedimus pariter et indulgemus.

Concessio confessarii extra ordinem monialibus facta.

§. 9. Insuper iisdem monialibus, earumque novitiis, ut sibi ad hunc effectum confessarium quemcumque ad excipiendas monialium confessiones ab actuali ordinario loci, in quo earum monasteria sunt constituta, approbatum; caeteris autem omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus tam laicis quam ecclesiasticis saecularibus, et cujusvis ordinis, congregationis, et instituti etiam specialiter nominandi regularibus licentiam concedimus et facultatem, ut sibi ad eumdem effectum eligere possint quemcumque presbyterum confessarium tam saecularem, quam cujusvis etiam diversi ordinis, et instituti regularem ab actualibus pariter ordinariis, in quorum civitatibus, dioecesibus, et territoriis confessiones hujusmodi excipiendae erunt, ad personarum saecularium confessiones audiendas approbatum, qui intra dictum semestris spatium illas, et illos, qui scilicet praesens jubilaeum consequi sincere et serio statuerint, atque ex hoc animo ipsum lucrandi, et reliqua opera ad id lucrandum necessaria adimplendi ad confessionem apud ipsos peragendam accedant, hac vice, et in foro conscientiae dumtaxat ab excommunicationis, suspensionis, et aliis ecclesiasticis sententiis, et censuris a jure vel ab homine quavis de causa latis seu inflictis, etiam ordinariis locorum et Nobis, seu Sedi apostolicae; etiam in casibus cuicumque, ac summo pontifici, et Sedi apostolicae speciali licet forma reservatis, et qui alias in concessione quantumvis ampla non intelligerentur concessi, nec non ab omnibus peccatis, et excessibus quantumcumque gravibus et enormibus, etiam iisdem ordinariis, ac Nobis et Sedi apostolicae, ut praefertur, reservatis, injuncta ipsis poenitentia salutari, aliisque de jure injungendis absolvere; nec non vota quaecumque etiam jurata, ac Sedi apostolicae reservata (castitatis, religionis, et obligationis, quae a tertio accepta fuerint, seu in quibus agatur de praejudicio tertii semper exceptis, nec non poenalibus, quae praeservativa a peccato nuncupantur, nisi commutatio futura judicetur ejusmodi, ut non minus a peccato committendo refraenet, quam prior voti materia) in alia pia et salutaria opera commutare, et cum poenitentibus hujusmodi in sacris ordinibus constitutis etiam regularibus super occulta irregularitate ad exercitium eorumdem ordinum, et ad superiorum assecutionem ob censurarum violationem dumtaxat contracta dispensare possint et valeant, eamdem auctoritate, et apostolicae benignitatis amplitudine concedimus et indulgemus.

Reservatio irregularitatum publicarum, vel occultarum pro quibus ad s. Sedem erit recurrendum.

§. 10. Non intendimus autem per praesentes super aliquo alia irregularitate vel publica vel occulta, seu defectu, aut nota, aliave incapacitate, aut inhabilitate quomodo contractis dispensare, vel aliquam facultatem tribuere super praemissis dispensandi, seu habilitandi, et in pristinum statum restituendi etiam in foro conscientiae; neque etiam derogare constitutioni cum opportunis declarationibus editae a fel. rec. Benedicto XIV. praedecessore Nostro incipien. « *Sacramentum poenitentiae* » sub datum kalendis junii anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quadragesimo primo pontificatus sui anno primo. Neque demum easdem praesentes iis, qui a Nobis et apostolica Sede, vel ab aliquo praelato, seu judice ecclesiastico nominatim excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias et censuras incidisse declarati vel publice denunciati fuerint, nisi intra tempus dictorum sex mensium satisfecerint, et cum partibus, ubi opus fuerit, concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

Dispensationes favore eorum qui morte praeventi opera injuncta praestare non potuerunt.

§. 11. Caeterum siqui post inchoatam hujus jubilaei consequendi animo praescriptorum operum implementum morte praeventi praefinitum visitationum numerum complere nequiverint, Nos piae, promptaeque illorum

voluntati benigne favere cupientes, eosdem vere poenitentes, et confessos, ac sacra communione refectos praedictae indulgentiae et remissionis participes perinde fieri volumus, ac si praedictas ecclesias diebus praescriptis reipsa visitassent. Si qui autem post obtentas vigore praesentium absolutiones a censuris, aut votorum commutationes, seu dispensationes praedictas, serium illud ac sincerum ad id alias requisitum propositum ejusdem jubilaei lucrandi, ac proinde reliqua ad id lucrandum necessaria opera edimplendi mutaverint, licet propter idipsum a peccati reatu immunes censeri vix possint; nihilominus hujusmodi absolutiones, commutationes, et dispensationes ab ipsis cum praedicta dispositione obtentas in suo vigore persistere decernimus ac declaramus.

Monitum ad ordinarios locorum.

§. 12. Hujus autem consilii, et voluntatis Nostrae declaratam rationem dirigimus praecipue ad omnes patriarchas, primates, archiepiscopos, episcopos, aliosque ordinarios locorum praelatos, sive ordinariam localem jurisdictionem in defectu episcoporum et praelatorum hujusmodi legitime exercentes, gratiam et communionem Sedis apostolicae habentes; eosque omnes per nomen Domini nostri, et omnium pastorum principis Jesu Christi enixe rogamus, atque obsecramus, ut attendentes ad petram, ex qua excisi sunt, suam cum Romana Ecclesia unitatem, et communicationem in hoc etiam ostendere gestiant. Populis itaque curae, ac fidei suae concreditis hoc tantum bonum annuncient, et declarent, atque eos de ineffabili Dei providentia, ejusque benignissima in nos charitate, quae in jubilaei institutione, et effectibus maxime elucent, pastorali diligentia admonere non praetermittant. Inexcusabilis enim jure meritoque habendus esset, ac propterea indignus, cui Deus misericordiam suam aliquando impertiret, quicumque peccator tam ampla tamque facili veniae consequendae copia non uteretur. Episcopalis igitur muneris et officii sit summo studio curare, ut christifideles omnes per poenitentiam verae salutis auctori Deo reconciliati, jubilaei gratiam in animarum suarum lucrum utilitatemque convertant. Hoc autem minime fieri posse arbitramur, nisi vos, venerabiles fratres, hanc pastoralis officii partem corde magno, et animo volenti Nobiscum unanimes implendam suscipiatis. Ut pascere, qui in vobis est, gregem Dei recte et utiliter valeatis, eum abducite primum a venenatis pascuis, quae ubique, et insidiose ad exitium illi objiciuntur, detegite laqueos hic illic latentes, et adversus nefandam tot errorum colluviem, ac tot pravorum hominum impia dogmata vos gregem vestrum sanctis, aptisque monitis confirmate. Quod si forte occurrant vobis qui sanam doctrinam non sustinent, et a veritate auditum avertunt, ut ad fabulas convertantur, vos ne despondeatis animum, sed memores cujus personam geratis, et cujus causa vobis commissa sit, arguite, obsecrate, increpate in omni patientia et doctrina; nec cessetis donec Christus in vobis, et per vos ubique regnet, ubique triumphet. Nec vos hostium numerus, calliditas, aut furor deterreat; nam certamen forte quidem dedit nobis Dominus, sed ut vinceremus, et sciremus quoniam omnium potentior est sapientia; ea utique sapientia divina, qua christianorum pastorum gressus praecedente, atque dirigente manus et corda; nunquam portae inferi praevaluerunt, aut praevalebunt adversus Ecclesiam Christi. In primis autem enim vigilantia et studio in id incumbite; ut de medio gregis vestri tollatis tot impios, impuros, et pestilentes libros, quos virulentus hostis humani generis incredibili rolluvione evomit undequaque, et propter quos nunc maxime lugendum est cum propheta « maledictum, et furtum et mendacium inundaverunt super terram, et sanguis sanguinem tetigit ». Nec mores tantummodo pessum ire, sed fidei etiam fundamenta concuti, et religionis Nostrae sanctissimae dogmata omnia labefactari hac pravorum librorum peste boni omnes lamentantur. Assumite, venerabiles fratres, uno spiritu, et una mente, assumite scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, arripite gladium spiritus, quod est verbum Dei, et certate bonum certamen. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Nec diffidatis charissimos in Christo filios Nostros reges et principes omnes catholicos certissime futuros esse pro vobis. Cum enim plerique eorum pro jubilaei ad sua quisque regna et dominia extensione, quod Nos jam longe antea Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum exemplo ad universum orbem extendere decreveramus, Nobis pie et humiliter supplicaverint; fieri non potest, quin ea, quae ad jubilaei

consequutionem pernecessaria cognoscuntur, per vos in populis sibi subditis pastorali zelo curari gaudeant, ac sua etiam auctoritate studeant promovere. Sincera pietas, rectique amor et studium, quo omnes par est incendi, Nobis etiam tacentibus, eos compellit Ecclesia Christi, cujus filios se esse jure gloriantur, ab omnibus injuriis tutari, et fidelibus sibi subditis ex debito propriae dignitatis et officii prospicere in iis praesertim quae ad fidem et animarum salutem spectant. Nullus eorum ignorat scriptum esse: « Non est potestas, nisi a Deo. Et alibi. Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt: per me principes imperant et potentes decernunt justitiam ». Non est qui non videat, experientia ipsa etiam ultimis hisce temporibus manifestissima comprobante, unam eamdemque esse causam Ecclesiae, et causam principum; neque enim reddentur Caesari quae sunt Caesaris, nisi prius quae Dei sunt, Deo fideliter reddantur. Unus igitur sit, venerabiles fratres, et in illis et in vobis religionis amor, unaque in Dei gloriam integritas fidei et morum, atque ad populorum felicitatem procurandam sancta omnes conspirate; atque ita fiet ut regnum Christi pariter, ac principum throni per hanc Nostram universalis jubilaei indictionem, ejusque piam in singulis orbis catholici partibus consequutionem magis in dies roboretur, vigeat, et exaltetur.

Idem ad universos christifideles.

§. 13. Ad vos denique catholicae Ecclesiae filii universi, sermonem nostrum convertimus, omnesque et singulos serio hortamur et rogamus, ut, cum Nos praedecessorum Nostrorum vestigiis insistentes, et piis omnium fidelium votis obsecundantes ad universum orbem Catholicum amplissimam jubilaei veniam extendamus, vos non in vacuum tantam Dei gratiam recipiatis. Si umquam alias, nunc certe pernecessarium est, filii dilectissimi, redire ad cor, facere fructus dignos poenitentiae, et fugere a ventura ira. Hoc clamant, hoc suadent ipsa, quibus jamdudum premimur, mala, et quae graviora fortasse etc vicibus nostris minitantur, nisi resipiscamus, et ad saniora vere redeamus: nam adhuc manus ejus extenta. Audite igitur haec omnes gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbem; pro Christo enim legatione fungimur, et hortamur pro Christo; reconciliamini Deo, poenitentiam agite, attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, ex fructibus eorum cognoscetis eos: doctrinis variis, et peregrinis nolite abduci. Multi enim vos circumstant pseudochristi, et pseudoprophetae, qui speciem pietatis simulantes; virtutem ejus abnegant; qui abusus tantum, et superstitiones fingentes se impugnare, omnia religionis fundamenta penitus convellere student; qui vos ad libertatem et ad jugum principum vestrorum excutiendum invitant, impositurі vobis, si eos misere audiatis, jugum gravissimum, et vincula in aeternum non dirumpenda. Sapite igitur aures vestras spinis, et linguas nequam nolite audire. Abjicite de manibus vestris libros omnes impios, et impuros; hi enim sunt calix ille aureus Babylonis plenus omnium abominationum, in quo propinatur incautis venenum mortiferum. Non pigeat primorum Christianorum fidem, et exemplum imitari, qui evangelicam veritatem et scientiam salutis edocti, libros vanam et fallacem doctrinam continentes, quotquot reperire erat, apostolis tradebant comburendos. Ecquinam erit inter Catholicae Ecclesiae filios tam deplorata fide et moribus, qui ad jubilaei gratiam consequendam renuat sacrificare Domino abominationes Aegyptiorum? Omnes itaque in Christo Jesu iterum iterumque obtestamur, ne divitias bonitatis, patientiae, et longanimitatis Dei contemnatis, neve ignorantes, aut ignorare volentes, quod benignitas ejus ad poenitentiam vos adducit, thesaurizatis vobis iram in die irae: verum unusquisque vestrum recogitet Deo omnes annos suos in amaritudine animae suae, peccata defleat, et abluat, errores ejuret, magistrosque erroris detestetur, et fugiat, sic denique convertatur ad Deum in toto corde suo, ut placatus Dominus, et ad populum suum vicissim conversus, illi propitius fiat, atque plurima bona pro flagellis debitis largiatur in hoc saeculo, multo majora in altero largiturus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 14. Praesentes quoque literas per omnia validas et efficaces existere, suosque plenarios effectus ubicumque per locorum ordinarios publicatae et exequutioni demandatae fuerint, sortiri et obtinere, omnibusque Christifidelibus in apostolicae Sedis gratia et obedientia manentibus in hujusmodi locis commorantibus, sive ad illa postmodum ex navi-

gatione et itinere se recipientibus plenissime suffragari volumus, atque decernimus; non obstantibus de indulgentiis non concedendis ad instar, aliisque apostolicis, et in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis constitutionibus, ordinationibus, et generalibus seu specialibus absolutionum, seu relaxationum, ac dispensationum reservationibus, nec non quorumcumque etiam mendicantium, et militarium ordinum, congregationum, et institutorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, legibus, usibus, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis eisdem concessis, praesertim in quibus caveatur expresse, quod alicujus ordinis, congregationis, et instituti hujusmodi professores extra propriam religionem peccata sua confiteri prohibeantur. Quibus omnibus et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua mentio facienda, vel alia exquisita forma ad id servanda foret, hujusmodi tenores pro insertis, et formas pro exactissime servatis habentes pro hac vice, et ad praemissorum effectum dumtaxat plenissime derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 15. Volumus autem ut earumdem praesentium transumptis, sive exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem ab omnibus fides habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si exhibitae forent, vel ostensae.

Sanctio poenalis. §. 16. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrae extensionis, hortationis, commissionis, concessionis, derogationis, decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: siquis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo quinto, octavo kalendas januarias, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 9. jan. 1826. Anno III.

CXVI.

Erectio communitatis mulierum oblatarum in valetudinario nuncupato ad Sancta Sanctorum urbis, et confirmatio regularum in eo observandarum.

Leo PP. XII.

Motu-proprio.

Ratio erectionis novae communitatis. §. 1. Uno de' principali risultati della visite apostolica da Noi aperta, e che va felicemente progredendo, deve essere quello di migliorar sempre più, e di ridurre alla possibile perfezione l'opera interessantissima de' pubblici spedali di Roma, monumenti insigni di quella cristiana carità, che così bene risplende in questa capitale dell'orbe Cattolico. Quindi nel rivolgere le Nostre cure ad oggetto sì grande, e sì caro al Nostro cuore, abbiamo fissato gli occhi sull' unione di pie donne formata da pochi anni nell' ospedale di Sancta Sanctorum, e oltre di esserci recati sulla faccia del luogo, ed avere esplorato lo spirito, e li desiderj di quelle che la compongono, ce ne siamo fatti rendere esatto conto dal convisitatore di detto ospedale. Acquistate per tal mezzo tutte quelle notizie, ch' erano indispensabili a formarne una giusta idea, onde procedere colla necessaria maturità, abbiamo veduto con molta Nostra soddisfazione i vantaggi, che già ne risultano, e quelli ancora maggiori, che potranno ottenersi, quante volte si dia a questo nuovo istituto la conveniente solidità ed estensione. Essendosi intanto compilate le regole, ed essendone stato da Noi commesso l'esame al reverendissimo cardinal Zurla presidente della sagra Visita, e a due teologi assunti dal ceto de' convisitatori apostolici, sentito il loro parere, le abbiamo giudicate meritevoli della Nostra approvazione. Piacendoci di non differire più a lungo uno stabilimento, dal quale speriamo di raccorre col divino ajuto abbondanti frutti a bene spirituale, e temporale delle povere inferme, di Nostro motuproprio, certa scienza, e colla pienezza della Nostra pontificia, e sovrana autorità decretiamo ed ordiniamo quanto segue.

De erectione facienda in communitatem. I. §. 2. L' attuale unione delle pie donne addatte all'ospedale di Sancta Sanctorum sarà eretta in comunità di Oblate Ospedaliere con voti semplici sotto la regola da Noi approvata. Concediamo a tal' effetto al suddetto cardinale presidente della sagra Visita tutte le facoltà necessarie, ed opportune per devenire alla

canonica erezione di questo nuovo istituto, e per fissare l'epoca, in cui debba aver principio la regolare osservanza.

De exclusione venalium.

II. §. 3. Tostochè la nuova comunità composta di oblate, e di converse abbia un numero sufficiente di soggetti per poter supplire al servizio ordinario dell'uspedale, rimarranno escluse le serventi venali, nè potranno queste esser ammesse in avvenire, se non nel caso di straordinario bisogno, cessato il quale verranno subito licenziate.

De muneribus expiendis ab oblatis.

III. §. 4. Oltre le varie aziende, che attualmente disimpegnano le ospedaliere, a misura che si aumenterà il loro numero, verrà ad esse affidata la cucina, e le rimanenti officine, che saranno in grado di amministrare con vantaggio dell'ospedale.

Idem ut supra.

IV. §. 5. Avendo già incominciato le ospedaliere l'esercizio della bassa chirurgia, continueranno ad applicarvisi, e vi sarà come al presente un professore di specchiatissima condotta destinato ad istruirle.

Idem ut supra.

V. §. 6. Verranno altresì incaricate della distribuzione de' medicinali, e di tutti que' rami di servizio interno dell'ospedale, che siano a portata del loro sesso, e della loro abilità, per segregarle, quanto è possibile, dal contatto cogli uomini.

De ampliatione localium.

VI. §. 7. Essendosi da Noi riconosciuto disadatto, ed angusto il locale, che occupano attualmente le ospedaliere, sarà cura della deputazione degli ospedali, mettendosi di concerto colla sagra Visita di ampliarlo opportunamente, e di renderlo, quanto meglio si possa, esente da qualunque soggezione, e vicinanza del resto della famiglia dell'ospedale, come pure di fornirlo delle mobilie ed attrezzi occorrenti.

De directione spirituali communitatis.

VII. §. 8. Il metodo interno, e la direzione spirituale della comunità non potranno recare alcun pregiudizio al buon sistema dell'ospedale, nè ai diritti della deputazione, cosicchè nell'assistenza delle inferme, e nella polizia, e regolamento dell'ospedale le ospedaliere saranno tenute a seguire intieramente le disposizioni dell'intera deputazione, e del deputato locale.

De regulis edendis.

VIII. §. 9. A tale oggetto la stessa deputazione si occuperà di un dettagliato regolamento, nel quale sia espresso tutto ciò che intende esigere dalle ospedaliere, e vengano insieme precisati i compensi da passarsi alla comunità per la sua decente assistenza. Tal regolamento ci verrà presentato dalla sagra Visita, e trovandolo Noi meritevole della Nostra approvazione, passerà in contratto stabile, e solenne, che obblighi con pari vincoli l'ospedale, e le ospedaliere.

De novitiatu instituendo.

IX. §. 10. Volendo Noi, che la nuova comunità sia piantata sopra solide basi, stimiamo indispensabile, che l'istituto abbia una casa di noviziato. Per ora si supplirà alla meglio, ma quanto più presto si possa, il noviziato, non essendovi modo di stabilirlo nel locale di Sancta Sanctorum, si erigerà in quello di s. Gallicano, ch'è facilmente suscettibile di un aumento di fabbrica.

De munere superiorissae, et magistrae novitiarum.

X. §. 11. Per la stessa ragione giudichiamo importantissimo, che la sacra Visita nell'attivare questo nuovo istituto non perda di vista, che vi siano fin da principio persone fornite di tutte le doti necessarie a poter disimpegnare plausibilmente gli officj di superiora, e di maestra di novizie.

De methodo statuenda super necessitatibus spiritualibus.

XI. §. 12. Si occuperà inoltre la sagra Visita del metodo da fissarsi per provvedere ai bisogni spirituali delle ospedaliere relativamente al pascolo della divina parola, e alla frequenza de' ss. sagramenti.

De ampliatione instituti curanda.

XII. §. 13. Affinchè l'istituto delle Ospedaliere possa estendere maggiormente la sua utilità, non deve restringersi al solo ospedale di Sancta Sanctorum, ma dilatarsi agli altri ospedali di Roma, dove sieno inferme del sesso. Il primo ospedale sarà s. Gallicano, in cui avranno le ospedaliere il noviziato. In seguito, aumentandosi di numero, passeranno anche alla Consolazione, e a s. Giacomo in Augusta; e se Iddio si degnerà di benedire quest'opera, speriamo, che possa un giorno estendersi in altre città de' Nostri pontificj dominj.

De expensis supplendis.

XIII. §. 14. Le spese occorrenti per le aggiunte di fabbriche indicate negli articoli VI. e IX. verranno supplite dalla cassa generale degli ospedali, e qualora i sopravanzi di detta cassa non fossero sufficienti, verrà a Noi esposto il bisogno per occorrervi con i mezzi opportuni.

Deputatio executoris apostolici.

XIV. §. 15. Incarichiamo dell'esecuzione la s. Visita, non che i rispettivi deputati locali, e l'intera deputazione, ripromettendoci dal loro zelo il più pronto, e felice successo.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 16. Volendo, ed ordinando, che la presente schedola di moto-proprio abbia la sua

piena esecuzione ed effetto in virtù della semplice Nostra sottoscrizione, nè gli si possa mai opporre di surrezione, o di orrezione, nè di alcon altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, ancorchè non fossero state osservate tutte quelle solennità, e formalità, che avessero a riempirsi, e non ostanti le costituzioni, ed ordinazioni apostoliche, statuti, leggi, usi, consuetudini, e privilegj degli ospedali di Roma, ed ogni altra cosa, che potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendone il loro tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto colla pienezza della Nostra potestà, all'effetto predetto soltanto specialmente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano li tre gennajo milleottocento ventisei.

Leo PP. XII.

Dat. die 3. jan. 1826. anno III.

CXVII.

Nova ordinatio valetudinariorum urbis.

Leo Papa XII.

Motu-proprio.

Prooemium.

§. 1. Nel dare incominciamento alla visita apostolica delle chiese, e luoghi pii di Roma rivolgemmo particolarmente i Nostri sguardi ai pubblici spedali, non potendo Noi dispensarci dal prendere vivo interesse alla sorte di tanti Nostri figli, che per lo stesso loro infelice stato meritano tutta la compassione, e tutti i riguardi del comun padre.

Onus suppositum congregationi s. Visitationis curandi diligentem, aegrotorum custodiam.

§. 2. Fu quindi da Noi ingiunto alla sagra Visita di occuparsi con ogni diligenza di questi stabilimenti, per poi esibircene un esatto discarico, e non trascorammo di accedervi di persona, e di decretare varie provvidenze tendenti alla più diligente assistenza, e al maggior comodo, e sollievo de' malati.

Animati sempre dal desiderio di vedere perfezionata sollecitamente un'opera, che tanto impegnò le provvide cure del glorioso Nostro antecessore Pio VII. onde gli ospedali di Roma offrano a tutto il mondo un modello degno della capitale del Cristianesimo, tre gravissimi oggetti hanno richiamato la paterna Nostra sollecitudine: cioè la cura spirituale degli infermi, la loro cura corporale, e la retta amministrazione delle rendite.

Reservatio superioritatis pro ipso summo pontifice.

§. 3. A conseguire il fine, che ci siamo proposti, dopo esserci procurate le notizie le più esatte, e dopo un maturo esame, ci siamo determinati di riservare a Noi stessi l'immediata superiorità degli ospedali, cosicchè la deputazione, che li amministra, agisca in nome Nostro, e sotto la Nostra dipendenza, e abbiamo insieme risoluto di emanare le seguenti disposizioni:

De confessariis, et cappellanis adhibendis.

I. §. 4. Quantunque il mezzo più conducente ad ottenere, che l'assistenza spirituale de' poveri infermi riesca perfetta in tutte le sue parti, sia quello d'affidarne l'incarico ad un'ordine regolare, che l'eserciti per debito del proprio istituto; non potendo ciò effettuarsi al momento, commettiamo alla sagra Visita di esaminare, se il numero attuale de' confessori, o cappellani degli ospedali sia in proporzione del bisogno, e di prendere le misure le più efficaci, perchè vengano assunti a tal'uopo sacerdoti zelanti, e caritatevoli, i quali istruiscano gl' infermi, loro amministrino, dopo averli ben disposti, i ss. sagramenti; li assistino nel tremendo punto di morte, e somministrino loro tutti gli ajuti spirituali. Per conseguire più facilmente questo fine importantissimo, la sagra Visita richiamerà alla piena osservanza gli ordini emanati in varj tempi dai Nostri predecessori con editti del Vicariato sull'assistenze straordinarie, che debbono prestare per turno ai pubblici ospedali le famiglie religiose de' conventi di Roma, ravvisandosi troppo necessario il loro ajuto per istruire gl' infermi, e per ascoltarne le confessioni.

De unione omnium valetudinariorum.

II. §. 5. Tutti gli ospedali pubblici di Roma formeranno in avvenire un solo corpo, ed una sola azienda, e sarà quindi ad essi riunito anche l'arciospedale di s. Spirito in Sassia, e sue dipendenze, non esclusa la casa dei pazzi.

De munere deputationis.

III. §. 6. La deputazione attuale conservando la forma, e i diritti ad essi conferiti dall'immediato Nostro antecessore negli artic. I. II. III. XIV. e XV. delle leggi fondamentali, estenderà le sue ingerenze a tutti gli ospedali, e verrà aumentata di numero per disimpegnare convenientemente l'ampiezza dell'azienda.

De officio commendatoris S. Spiritus.

IV. §. 7. Il commendatore di s. Spirito sarà mantenuto nel posto onorifico di presidente

della deputazione, rimanendo però come gli altri membri, vincolato, e soggetto alle leggi, e deliberazioni dell' intero corpo. Sarà inoltre il deputato locale dell' arciospedale di s. Spirito.

Idem ut supra.

V. §. 8. Continuerà altresì ad esser capo, e superior generale dell' ordine di s. Spirito, e a godere de' soliti appuntamenti ed alloggio.

De resolutionibus sumendis ex pluralitate suffragiorum deputationis collegialiter coactae.

VI. §. 9. Coerentemente alle providenze date dalla s. m. di Pio VII. i membri componenti la deputazione collegialmente riunita, avranno egual potere. La volontà loro sarà sempre, ed unicamente determinata dall' unanimità espressa, o dalla pluralità de' voti segreti: le deliberazioni di maggior importanza, come quelle risguardanti l' ordine degli ospedali, l' assistenza agli infermi, la scelta degli impiegati, la conservazione de' beni, la revisione delle cose operate dai singoli membri in qualunque ingerenza particolare, non si potranno prendere dalla deputazione, se non vi siano due terzi almeno dei deputati in formale adunanza.

De interiori vigilantia adhibenda a deputatione.

VII. §. 10. Affinchè si conservi lo spirito dell' istituto, e la uniformità delle massime stabilite, la vigilanza dell' intera deputazione non abbandonerà mai la cura degli oggetti particolari dell' amministrazione, e direzione degli ospedali, servendosi a tal' uopo del metodo della sopraintendenze, e dei rapporti già istituito dalla deputazione medesima, e sanzionato dalla s. m. di Pio VII. nel titolo « Ordine interno degli ospedali ».

De munere singulorum visitatorum.

VIII. §. 11. L' annunciato sistema già perfezionato, e ritenuto in pieno vigore per l' azienda economica, sarà reso comune a tutti gli oggetti, che riguardano l' assistenza personale degli infermi. Quindi la deputazione esigerà ogni mese esatto discarico dell' ordine interno degli ospedali, specialmente sugli articoli della medicatura, e oltre i deputati locali, destinerà altri individui che facciano le visite straordinarie degli ospedali, almeno ogni trimestre. Le incombenze dei deputati visitatori saranno di ascoltare privatamente gl' infermi, esaminare i ministri, ed inservienti, investigare l' origine di que' disordini, che talvolta si mantengono occulti, sottraendosi alla più accurata vigilanza del superiore locale. La visita potrà anche assumersi dai deputati locali, sempre però fuori degli ospedali, ai quali essi sopraintendono.

De relationibus quolibet mense praestandis.

IX. §. 12. Sarà richiamato in pieno vigore, e conservato immancabilmente il metodo dei rapporti mensili della medicatura. Con questi rapporti i professori primarj dovranno presentare ogni mese alla deputazione lo stato degl' infermi, a dare ragguaglio delle malattie, che hanno avuto corso negli ospedali, dei metodi da essi praticati, e dell' esito delle cura, facendo menzione delle operazioni chirurgiche, ed esibendo l' elenco nominativo de' morti, con l' indicazione delle malattie che li condussero al sepolcro.

De annua relatione summo pontifici porrigenda.

X. §. 13. L' intera deputazione verrà ammessa una volta l' anno alla Nostra udienza per presentarci il rapporto ordinario annuale, che abbraccerà tutti gli ospedali, e sarà firmato da tutti i membri della deputazione. Esso comprenderà tre articoli principali: Primo le malattie, che hanno avuto corso negli ospedali, indicando in ciascuna il numero comparativo de' risanati, e de' morti ne' diversi stabilimenti, o ne' quartieri di un medesimo ospedale, quando vi siano più professori primarj. Il primario chirurgo darà lo stato delle operazioni da lui eseguite nel decorso dell' anno. Secondo. Lo stato economico. Terzo. I miglioramenti dell' istituto, se hanno avuto luogo. I rapporti straordinarj si daranno dalla stessa deputazione per mezzo de' suoi relatori, in qualunque epoca a misura del bisogno. L' esattezza de' primi rapporti, e la frequenza, e precisione de' secondi riuscirà a Noi molto gradita per l' interesse, che abbiamo di conoscere tutto ciò, che riguarda l' andamento degli ospedali, e lo stato dei poveri infermi.

De relatoribus.

XI. §. 14. Per meglio assicurare l' esatta esecuzione degli ordini da Noi emanati, e per accorrere con maggior prontezza a qualunque bisogno degli ospedali, vogliamo, che la deputazione abbia due relatori con incombenze essenzialmente distinte, e da non potersi mai cumulare in un medesimo individuo, quali relatori verranno ammessi alla Nostra udienza. Il presidente della deputazione riferirà in tutti gli articoli, che riguardano lo spirituale. Un deputato secolare scelto dalla piena deputazione, e da cambiarsi ogni anno, sarà incaricato di presentarci i rapporti straordinarj, e di riferire su tutti gli altri oggetti.

De meliorationibus in administra-

XII. §. 15. Per il migliore, e più economico andamento dell' aziende degli ospedali

tione indecendis. si formerà una sola computisteria centrale, un solo deposito di medicinali, un solo metodo per le proviste de' commestibili, suppellettili ec.

De nosocomio convalescentium. XIII. §. 16. Eserciterà la deputazione pieno, ed esclusivo diritto sull'ospedale de' Convalescenti, i di cui fondi, e rendite nel quantitativo già convenuto si separeranno dall'asse del luogo pio della santissima Trinità de' Pellegrini e Convalescenti, facendone la consegna a detta deputazione.

De familia nosocomiorum. XIV. §. 17. Tutti i professori, ministri, ed inservienti addetti agli ospedali di Roma costituiranno una stessa famiglia sotto le medesime leggi, o sotto la dipendenza della deputazione, la quale potrà anche traslocarli da uno ad altro stabilimento, e qualora mancassero gravemente e nel loro offizio, e in punto di religione, e di costume, sarà in piena libertà di privarli dell' impiego.

De professoribus subrogandis. XV. §. 18. Rimarranno fermi, ed inviolabili i concorsi, ed esami teorico-pratici per il rimpiazzo de' professori, ed uffiziali sanitarj degli ospedali, perchè venga premiato imparzialmente il vero merito, e la cura de' poveri infermi sia affidata a persone di conosciuta abilità.

De classibus professorum, et officialium. XVI. §. 19. Ravvisandosi più conducente al buon ordine degli ospedali, che per l'assistenza agli infermi vi siano due sole classi, composte la prima di professori matricolati, ed in grado di offiziali, la seconda d'infermieri, a misura, che gli ospedali rimarranno sciolti dalle obbligazioni contratte con i giovani ammessi precedentemente, sia per la spontanea loro partenza, sia per altra qualunque causa, si sospenderà il rimpiazzo, per introdurre quanto più presto sarà possibile, il nuovo sistema delle indicate due classi.

De concursu adhibendo pro qualibet admissione. XVII. §. 20. Non solo l'ammissione de' nuovi officiali, ma ben anche il passaggio degli stessi individui da un posto ad un altro di grado superiore, sarà sempre preceduto dal concorso teorico-pratico.

De instructione tironum. XVIII. §. 21. Il nuovo metodo per il servizio degli infermi non toglierà ai giovani studiosi i mezzi di abilitarsi, poichè oltre le sale cliniche, potranno intervenire alle visite, e fare la pratica negli ospedali.

Idem ut supra. XIX. §. 22. Volendo anzi, che nulla manchi alla istruzione della gioventù, che si applica all' arte salutare, ordiniamo, che vi sia a pubblico comodo almeno in due ospedali la scuola di notomia pratica, e di operazioni chirurgiche sopra i cadaveri. La deputazione proporrà i locali, che possono essere più comodi, e più adattati a tal' uopo.

De melioraticnibus a deputatione curandis. XX. §. 23. Sarà inoltre cura della stessa deputazione di sottoporci un piano tendente ad ampliare l'opera degli ospedali onde si perfezioni il sistema plausibilmente introdotto nell' ospedale di Sancta Sanctorum riguardo alle malattie croniche; non manchi il comodo di ammettere in s. Gallicano tutti quelli, che sono attaccati da mali cutanei, nè vi sia alcun genere di malore, che non trovi asilo, e soccorso negli ospedali di Roma.

Idem ut supra. XXI. §. 24. Esaminerà altresì la deputazione, consultando i professori primarj, e se fia duopo il collegio medico dell'università, quali siano i metodi più conducenti alla salubrità degli ospedali, ad accelerare la guarigione dei malati, a rendere compita la convalescenza, ed allontanare le ricadute, provvedendo così al maggior vantaggio degli infermi, e alla bene intesa economia dell' azienda.

Idem ut supra. XXII. §. 25. Dovrà egualmente la deputazione, intesi i suddetti professori, esaminare se non sarebbe più utile, che la convalescenza si consumasse nei respettivi ospedali, sempre però in sale distinte.

Idem ut supra. XXIII. §. 26. Viene pure abilitata la deputazione a proporre, previa l'intelligenza, e parere de' professori, quelle traslocazioni, o unioni, che giudicasse vantaggiose tanto per gl' infermi, quanto per l'economia, e generalmente tuttociò, che possa contribuire a quella perfezione, alla quale tendono le Nostre providenze.

Idem ut supra. XXIV. §. 27. Incarichiamo in special modo la deputazione di rivolgere le sue cure al conservatorio delle projette annesso alla pia casa di S. Spirito, bisognoso di ampliazione, e che può rendersi più proficuo per il servizio dell' ospedale, e di procurarsi dai professori più esperti i lumi necessari per il miglioramento del baliatico in s. Spirito non dimenticando i difetti, che vengono attribuiti alla poca salubrità del locale, e per le providenze, che esige la casa dei Pazzi, anche in vista del numero considerabilmente aumentato, quantunque siasi aggiunto un nuovo braccio di fabbrica, che può agevolare le opportune separazioni.

Conservatio privilegiorum.

XXV. §. 28. Godendo gli ospedali di Roma in virtù di privilegj accordati da più sommi pontefici Nostri predecessori varie esenzioni, ed essendo ciò non ostante insorte talvolta delle dispute con i parrochi, a togliere ogni dubbiezza dichiariamo, e decretiamo riguardo all' arciospedale di S. Spirito, che rimango intatta l' esenzione, che gode, e di cui si è mantenuto in possesso, e riguardo agli altri ospedali, conservando egualmente i loro privilegj, che siano del tutto esenti dalla giurisdizione parrochiale. Rimarranno però nel loro pieno vigore i diritti del Vicariato riguardo all'approvazione dei confessori degli ospedali, e agli oggetti contemplati dal s. concilio di Trento, e dalle costituzioni apostoliche per le chiese, e comunità claustrali.

De iurisdictione commendatoris S. Spiritus.

XXVI. §. 29. La superiorità ecclesiastica di tutti gli ospedali apparterrà al commendatore di S. Spirito presidente della deputazione, meno le limitazioni espresse nell' articolo precedente.

De instituto canonicorum regularium S. Spiritus.

XXVII. §. 30. Essendo Noi persuasi dell' immenso vantaggio, che risentirebbero gli ospedali, qualora venissero tutti assistiti da una corporazione consagrata interamente al servizio degli infermi, giudichiamo necessario di richiamare, quanto è possibile, al primiero suo scopo, e di dare un nuovo incremento all' istituto de' canonici regolari di S. Spirito. Ordiniamo pertanto, che detto istituto prenda strettamente la forma di ordine religioso ospedaliere composto di coristi, e di conversi riuniti in perfetta comunità. I coristi oltre il servizio della chiesa saranno impiegati all' assistenza spirituale degli infermi, e famiglia non meno dell' arciospedale di S. Spirito, che degl' altri ospedali a misura, che vi sia numero sufficiente, e potranno esercitare quegli officj, che la deputazione giudicasse utile di affidargli. I conversi formeranno la classe degli infermieri, come si pratica dai religiosi dell' ordine di s. Giovanni di Dio, e potranno anch' essi essere impiegati dalla deputazione nelle officine degli ospedali, essendo anzi convenientissimo, che prestino la loro opera per le cucina, refettorio, ed altri rami dell' azienda interna. La s. Visita esaminerà le antiche regole dei suddetti canonici per farvi tutti quei cambiamenti, ed aggiunte, che ravvisi necessarie all' intento, assoggettandole preventivamente alla Nostra approvazione.

De domo claustrali eidem suppeditanda.

XXVIII. §. 31. La stessa sagra Visita si porrà di concerto col commendatore di S. Spirito per disporre i mezzi, onde concorrano idonei soggetti ad abbracciare l' istituto, e per fissare il recinto della clausura, prestandosi la deputazione per la sua parte a far eseguire i lavori, e preparativi necessarj.

De distributione horum regularium.

XXIX. §. 32. Benedicendo il Signore, come speriamo, quest' opera, unicamente diretta alla sua gloria, e al vantaggio spirituale, e corporale de' poveri infermi, a proporzione che si aumenti il numero degl' individui verranno impiegati a preferenza nell' arciospedale di S. Spirito, e successivamente negli altri ospedali, eliminando per tal modo tutti gl' inservienti mercenarj.

De executione chirographi praestanda.

XXX. §. 33. La s. Visita darà tutta la mano all' adempimento di quanto è stato da Noi ordinato nel presente motu-proprio, e la deputazione degli ospedali si presterà con tutto l' impegno all' esecuzione degli articoli, che la riguardano.

Reservationes speciales.

XXXI. §. 34. Allorchè ci saranno presentati i corrispondenti discarichi, e il piano generale da formarsi dalla deputazione, perchè serva di solida base al grande edificio degli ospedali, si farà luogo alle ulteriori Nostre determinazioni; e metteremo poi col divino ajuto compimento a quest' opera importantissima con una Nostra costituzione apostolica.

Clausulae salutares, et irritantes cum derogatione contrariorum.

§. 35. Volendo, ed ordinando, che la presente schedola di motu-proprio abbia la sua piena esecuzione, ed effetto in virtù della semplice Nostra sottoscrizione, nè gli si possa mai opporre di surrezione, ed orrezione, nè di alcun altro vizio o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, ancorchè non fossero state osservate tutte quelle solennità, e formalità, che avessero a riempirsi, e non ostanti le costituzioni, ed ordinazioni apostoliche, statuti, leggi, usi, consuetudini, e privilegj degli ospedali di Roma, ed ogni altra cosa, che potesse fare in contrario; alle quali tutte, e singole, avendone il loro tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, colla pienezza della Nostra potestà, all' affetto predetto soltanto specialmente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano li tre gennajo mille ottocento ventisei.

Leo papa XII.

Dat. die 10. jan. 1826. Anno III.

CXVIII.

Erectio abbatiae in ecclesia parochiali sancti Aubini civitatis Burdigalensis sub regula sancti Benedicti ordinis Cisterciensis.

Venerabili fratri Archiepiscopo Burdigalensi.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. In supremo apostolicae dignitatis fastigio, meritis quamvis imparibus, divinae providentiae dispositione collocati, commissi officii partes esse novimus, ea praecipue procurare, atque pontificiae etiam auctoritatis praesidio corroborare, quae ad sanctiora eorum consilia, studia, ac vota in majorem Dei gloriam fovenda expedire dignoscimus, qui regulari vivendi genere suscepto, puras manus, mentesque ad coelum extollunt, meditantes die ac nocte legem Domini, laudes dicentes Deo, et lacrymis veniam peccatoribus implorantes.

Expositio precum. §. 2. Summo proinde perfusi gaudio, et patri totius consolationis benedicentes, a quo est omne consilium bonum, nuper accepimus, studio ac sollicitudine tua quosdam monachos Cistercienses strictioris observantiae hinc inde rerum perturbationibus dissipatos, in paroeciae s. Aubini prope urbem Burdigalensem in monasterio sub titulo Nostrae Dominae Bonae Spei fuisse congregatos, eisque dilectissimum filium Joannem Baptistam de Martres religiosum virum ejusdem ordinis expresse professum pietate, ac religione praestantem, rite, prout asseritur, in superiorem monasterii electum praesidere. Ut autem nova haec regularis familia, ex qua uberes tibi polliceris fructus in aedificationem fidelium tuae dioecesis, digniori titulo decoretur, ac spiritualibus gratiis et indultis tali ordini Cisterciensi ab hac sancta Sede concessis perfruatur, tuo nomine petitum a Nobis fuit; ut praedictum monasterium cum ecclesia in paroecia sancti Aubini prope urbem Burdigalensem sub titulo Nostrae Dominae Bonae Spei in abbatiam cum privilegiis adnexis erigamus, ejusque superiorem abbatis titulo decoremus.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur, referente Nobis sub secretario congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum et regularium praepositorum, piis tuis votis benigne annuere volentes, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae litterae favent a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus tuis inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut constito tibi de stabili et perpetua traditione monasterii cum ecclesia in paroecia sancti Aubini prope urbem Burdigalensem, ac de dotatione sufficientis et certi redditus pro congrua substentatione duodecim saltem monachorum, nec non emissa ab hodiernis monachis tam proprio, quam recipiendorum nomine solemni declaratione profitendi regulam sancti Benedicti juxta constitutiones ordinis Cisterciensis ab hac sancta Sede approbatam, nec non secundum reformationem venerabilis abbatis Ermandi de Bonthilier de Rancé a fel. rec. Innocentio XI., Benedicto XIV., Pio VI., et Pio VII. Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris laudatam, et servandi a superioribus dicti monasterii immediatam, perpetuamque communionem cum superiore modo praeside generali ordinis Cisterciensis apud sanctam Sedem praedictam commorante, praedictum monasterium in paroecia sancti Aubini prope urbem Burdigalensem sub titulo Nostrae Dominae Bonae Spei vel per te, vel per sacerdotem in ecclesiastica dignitate constitutum, servatis servandis, auctoritate Nostra apostolica erigas, approbes, atque confirmes, et abolita qualitate et praerogativa quacumque, qua forsan distinguitur illud eleves ad titulum abbatiae cum omnibus privilegiis, praeeminentiis, honoribus, insignibus, jurisdictionibus, et oneribus tam ex regulis ordinis, et reformationis, quam vi apostolicarum constitutionum veris ecclesiis abbatialibus, et abbatibus juxta ritum Sanctae Romanae Ecclesiae competentibus, et servari solitis, etiam cum admissione ad communicationem indulgentiarum toti ordini Cisterciensi a praedicta sancta Sede concessarum, sine tamen ullo praejudicio juris tertio quaesiti, cui non derogatum per praesentes expresse declaramus. Et quoniam monachi praedicti in dicto monasterio degentes

dilectum filium Joannem Baptistam de Martres in suum superiorem elegerunt, ideo per praesentes, quatenus erectio abbatiae praedictae, sub conditionibus et legibus superius expressis fiat, eumdem in abbatem praefati monasterii et ecclesiae, dicta auctoritate apostolica eligimus et constituimus, et in tali dignitate constitutum a monachis recognoscendum esse mandamus.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 4. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis et reformationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro pleno, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima januarii millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

CXIX.

Dat. die 25. jan. 1826. Anno III.

Exemptio sodalitatis Tertiariorum saecularium tertii ordinis sancti Francisci de Poenitentia oppidi de Barcellos a directione spirituali ministri provincialis ejusdem ordinis, et facultas tributa eligendi suum commissarium ex piis confratribus presbyterum.

Venerabili fratri Archiepiscopo Bracharensi.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper curarunt dilecti filii minister, et confratres sodalitatis Tertiariorum saecularium tertii ordinis sancti Francisci de Poenitentia nuncupatorum in oppido de Bareellos istius Bracharensis dioecesis canonice, prout asseritur, erectae eamdem sodalitatem hactenus spirituali directioni ministri provincialis fratrum minorum de Solitudine nuncupatorum fuisse commissam, cujus diplomate aliquis ex praedictis fratribus eligebatur, qui in spiritualibus eam dirigeret, juxta generalia illius statuta per fel. rec. Innocentium pp. II. praedecessorem Nostrum, prout asseritur, approbata, titulo visitatoris, et praesidentis; nunc vero, sicut accepimus novissimum ministrum provincialem, et pro eo religiosum virum hodiernum visitatorem, et praesidentem, qui contra praescriptum statutorum, se negotiis, et administrationibus ejusdem sodalitatis implicuit, quum ipse ex tenuibus redditibus sive piis illius eleemosynis pinguiores, et impares viribus proventus extorquere minime potuerit, directionem illius, quaestionibus prius, et novitatibus turbatam, tandem, non sine gravi illorum oppidanorum scandalo, omnino deseruisse, hisce stantibus, ne majora eveniant mala, enixis precibus praedictorum confratrum nomine petitum a Nobis fuit, ut facultatem eligendi in posterum in suum commissarium visitatorem et praesidentem, loco regularis a provinciali praedicto designandi, sacerdotem aliquem saecularem ejusdem sodalitatis confratrem, in capitulo pro electione ministri, discretorum et vicarii quotannis convocando, cum iisdem facultatibus, privilegiis, et indultis per statuta provinciali seu fratri praedicto hactenus tributis, eis benigne concedamus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur, audita informatione tua, ex qua Nobis innotuit, res ita se habere,

prout expositum, oratores praedictos, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, speciali beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, ut sodalitatem praedictam a directione spirituali ministri provincialis fratrum minorum de Solitudine nuncupatorum exemptam auctoritate Nostra apostolica declares, eidemque sodalitati facultatem eligendi in capitulo pro electione ministri, discretorum, et vicarii quotannis convocando unum ex suis confratribus presbyterum saecularem in suum commissarium, visitatorem, et praesidentem, per te vel successorem tuum pro tempore approbandum, loco religiosi viri praedicti, auctoritate et tenore praedictis indulgeas atque concedas. Commissario vero visitatori et praesidenti presbytero saeculari confratri ab eis, ut praefertur, canonice electo, et ab ordinario approbato, ac pro tempore existenti, donec munere hujusmodi fungatur, ut omnibus et singulis juribus, auctoritate, privilegiis, praerogativis, honoribus, gratiis, et indultis, quibus commissarii visitatores, et praesidentes regulares ejusdem sodalitatis alias utebantur, et fruebantur, ac uti et frui poterant, pari modo uti et frui libere ac licite possit et valeat, in omnibus et per omnia, perinde ac si eidem commissario visitatori et praesidenti presbytero saeculari, eidemque sodalitati ab initio concessa fuissent, dicta auctoritate Nostra tribuas atque concedas.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, ordinis et sodalitatis praedictae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis, apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie; ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae, apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die vigesima quarta januarii, millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

CXX.

Dat. die 24 jan. 1826. Anno III.

Approbatio contractus emphitheutici stipulandi a valetudinario nationis Hispanicae urbis sub nomine s. Mariae di Monserrato, et s. Jacobi de quibusdam rusticis bonis positis in territoriis Ariciae, et Montis Jovis favore Josephi Ricci pro persona nominanda in celebratione instrumenti.

Dilecto filio Magistro Emmanueli Martinez del Campo, causarum palatii apostolici auditori, et hodierno regalium piorum valetudinariorum sancti Jacobi, et sanctae Mariae de Monserrato nationis Hispanae gubernatori.

Leo PP. XII.

Dilecte fili,
salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. **§. 1.** Quum sicut Nobis nuper exponi curasti, tu, qui munere gubernatoris in piis regalibus valetudinariis nationis Hispanae in urbe sitis, a sancta Maria di Monserrato et sancti Jacobi appellatis, actuque conjunctis, fungeris, ex relatione ratiocinatoris deprehenderis, quamdam vineam in regione Monte Giove sitam, canoni passive obnoxiam, quantitatem mensurae vulgo di rubbia novem anquantem; itemque arundinetum di quarte due, scorsi due, quartucci due, e tre quarte in territorio vulgo Cavone existens; ac tandem parvum nemus in territorio Ariciae in regione vulgo Monte Pardo appellata di una quarta di rubbio, ed uno scorso, tenui esse utilitati piis

locis praedictis, et fructus fere integros in expensas pro cultura quotannis erogari; quumque in procinctu sit dilectus filius Aloisius Ricci, unus ex duobus ad ineundum emphyteusis perpetuae eorumdem praediorum contractum paratis, qui pro annuo canone ab omni onere libero nummos vulgo scuta centum quinquaginta monetae Romanae persolvere, aliaque utilia efficere spopondit, si Nostra et hujus sanctae Sedis ad id accedat facultas, tu de eorumdem piorum locorum utilitate sollicitus contractum praedictum perficere desideras, et opportunam a Nobis expostulas facultatem.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur tuis votis benigne annuere volentes; ac te, et singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, a quibusvis excommunicationis et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, tibi per praesentes committimus, ut veris existantibus narratis, et constito tibi de evidenti loci pii praedicti utilitate, petitam facultatem ineundi praefatum emphitheusis perpetuae contractum favore Josephi Ricci pro persona nominanda in actu stipulationis instrumenti, salvo jure vigesimae et sextae, cum annuo canone, et conditionibus proficuis hypothecato alio fundo, vel praestita idonea fidejussione tam pro canonis solutione, quam pro onerum adimplemento, auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio et conscientia impertiaris; ita tamen, ut census annuus solvatur praecipuus ac liber, supportatis omnibus oneribus realibus et personalibus per emphyteutam tam impositis, quam imponendis, descriptis confinibus, et inserta pianta in instrumento concessionis, melioramenta vero cedant solo.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. super divisione materiarum, ac Pauli II. et aliorum Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut, finita seu quomodolibet deficiente emphyteusi praedicta, praedia memorata cum suis membris, juribus, et pertinentiis universis, nec non melioramentis desuper pro tempore quomodolibet factis ad pia valetudinaria praedicta pleno jure, atque omnino libere revertantur, illisque cedant, absque eo quod renovatio concessionis hujusmodi a quoquam sub quovis praetextu, seu ex quacumque causa peti, vel praetendi possit. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quarta januarii millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXI.

Dat. die 14. jan. 1826. Anno III.

Reintegratio congregationis Somaschae ad regimen orphanotrophiorum s. Mariae in Aquiro, et ss. quatuor Coronatorum de urbe cum adnexo collegio nuncupato Salviati.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Spectatissimam familiam clericorum regularium, quos e loco ubi primum substitere Somaschos nuncupant, ex lege ab ipsorum auctore s. Hieronymo Æmiliano sibi illata, utilem semper ac sedulam operam navasse in iis etiam pueris regendis, qui destituti vel orbati parentibus vagantur egentes, et ab omni non modo fortuna, verum etiam spe derelicti, luculento omnium ordinum testimonio probatum est.

Erectio orphanotrophii pro masculis in ecclesia s. Mariae in Aquiro memoratur.

§. 2. Hinc ubi primum ad orphanorum in urbe vagantium salutem Joannes Petrus dum viveret Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Caraffa nuncupatus, postmodum Paulus IV. praedecessor Noster totum se convertit, statim literas amoris plenas dedit ad praelaudatum Hieronymum, ut illico Romam peteret ad orphanotrophium instituendum: tanti summus ille vir Hieronymum, ejusque alumnos ad id operis aestimabat. Quod cum perfici, Hieronymo ad aeternam beatam vitam vocato, et cardinali Caraffa ad alia distracto, minime potuisset, sancti Ignatii Lojolae instantia, ac industria nonnulli probatae vitae cives Romani ope quorumdam Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium episcoporum, praelatorum, aliorumque curiae Romanae officialium confraternitatem instituerunt, per quam partim

suis impensis, partim aliis Christifidelium eleemosynis pueri utriusque sexus parentibus destituti miserandum in modum per plateas et compita seminudi et egentissimi errantes, in certo ad id deputato loco coadunati, commoda et salutem invenerunt. Quare Paulus III. praedecessor Noster suae sollicitudinis esse duxit, novam institutionem fovere, et constitutione, quae incipit — *Altitudo divinae providentiae* — data sub plumbo septimo idus februarii anni MDXLI. assignavit orphanis utriusque sexus ecclesiam parochialem Visitationis sanctae Mariae in Aquiro, et domum adnexam: confraternitatem praedictam in archiconfraternitatem erexit: unum ex Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, quem confratres ducerent esse nominandum, seu eligendum in protectorem, ac judicem ordinarium perpetuum tam archiconfraternitatis, quam orphanorum constituit, et deputavit, ac plurimis gratiis, privilegiis, et favoribus etiam spiritualibus archiconfraternitatem fuit prosequutus.

Similis pro puellis in ecclesia ss. quatuor Coronatorum.

§. 3. Nec minor habendus est erga novam colligendi in urbe orphanos institutionem amor Pii IV. similiter praedecessoris Nostri, qui per Joannem Dominicum Moroni amplissimum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem et orphanorum protectorem ecclesiam sanctorum quatuor Coronatorum pene collabentem gravissimis impensis instauravit, et monasterium adnexam a fundamentis extruxit, ut puellae orphanae a pueris omnino divisae ac dissitae ex sancta Maria in Aquiro in antedictum monasterium transferrentur. Siculi etiam Antonius Maria dum viveret Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Salviati nuncupatus orphanorum protector paullo post ecclesiae sanctae Mariae in Aquiro, et orphanotrophium ruinam minitantes, noviter aere proprio aedificavit, et ad latus aedium earumdem collegium quod ab ejus cognomine Salviati appellatum est, erexit ac dotavit pro commoditate orphanorum, qui ecclesiasticis studiis vacarent. Interea sanctus Pius V. praedecessor pariter Noster anno MDLXVIII. praefatam clericorum regularium Somascham congregationem in religiosorum ordinum numerum cooptavit, et exinde Alexander cardinalis Farnesius orphanorum protector, et archiconfraternitatis deputati, ad animarum culturam tam orphanorum, quam orphanarum nonnullos ex clericis dictae congregationis Somaschae, viris nimirum pietate ac doctrina probatissimis adhibuerunt. A quibus vero sanctis operibus cum ipsi deinceps utraque in domo cessarint, curis non dissimilibus distenti.

Cura utriusque orphanotrophii iterum committitur congregationi Somaschae.

§. 4. Nos gravibus justisque de causis ad praesens decrevimus, eos non solum ad animarum salutem tam orphanorum, quam orphanarum in utraque domo existentium iterum adsciscere, sed etiam in administrationem bonorum, quae pauperum orphanorum patrimonium constituunt loco, et vice praedictae archiconfraternitatis Sanctae Mariae orphanorum de urbe, quam utpote ad exiguum plane confratrum numerum redactam, in perpetuum supprimimus, extinguimus, et abolemus, vocare minime dubitantes, quin plurimum inde commodi ad rectam puerorum apud sanctam Mariam in Aquiro, et monialium ac puellarum apud sanctos quatuor Coronatos institutionem, Deo bene juvante obveniat. Gratum proinde ac jucundum accidit Nobis, summos ordinis praepositos in provincia Romana degentes votis hisce Nostris prompto lubentique animo obsecundasse. Quare audito prius dilecto filio Nostro Petro sancti Nicolai in Carcere Tulliano Sanctae Romanae Ecclesiae diacono cardinali Vidoni nuncupato, qui ad praesens piae domus orphanorum, eique unito collegio Salviati, ac monasterio virginum monialium et puellarum orphanarum ad ss. quatuor Coronatos protector extat commendatissimus, Nostris hisce literis de certa scientia, et de apostolicae potestatis plenitudine memoratam piam domum orphanorum, eique unitum collegium Salviati denominatum, et continentem paroeciam sanctae Mariae in Aquiro clericis regularibus congregationis Somaschae vigore praesentium tribuimus, et assignamus, eisque piae domus orphanorum, collegii Salviati, et monasterii sanctorum quatuor Coronatorum regimen ac directionem, nec non universi orphanorum patrimonii administrationem seu procurationem loco et vice archiconfraternitatis praedictae perpetuo committimus, ea tamen lege, ut cardinali orphanorum protectori rationem hujusmodi administrationis quotannis reddant, sine tamen praejudicio jurium quae superioribus congregationis Somaschae juxta ejusdem congregationis constitutiones a sancta Sede approbatas competunt.

Reservationes speciales.

§. 5. Nostrae autem absolutae ac liberae dispositioni reservamus integras ad usum col-

legii Clementini aedes in quibus ad praesens clerici regulares praedicti degunt, quique omni se se in illas jure abdicare professi sunt. Quod si forte aliqua ex causa contigerit memoratos clericos regulares a praedicta pia domo orphanorum esse discessuros, tunc iidem clerici de valore praedictarum aedium collegii Clementini ab aerarii pontificii praefecto, juxta peritorum aestimationem erunt compensandi. Volumus insuper, ut ea omnia, quae in statutis suppressae per Nos archiconfraternitatis orphanorum de urbe circa pueros et puellas orphanas constituta sunt, utque monialium tertii ordinis sancti Augustini; quibus cura commissa est puellarum ad ss. quatuor Coronatos constitutiones a felicis recordationis Clemente XIV. praedecessore Nostro approbatae; etiam in posterum fideliter serventur; ut piorum testatorum voluntates circa pauperes orphanos religiosissime adimpleantur, jura patronorum libere prout hactenus factum est, exerceantur, utque orphani qui ad studia literarum scientiarumque incumbunt, scholas collegii Romani, ut semper consueverunt, frequentare teneantur.

Deputatio exequutoris apostolici.

§. 6. Hujusce autem concessionis et traditionis memoratae piae domus, et adnexorum, caeterarumque rerum omnium, quae Nostris hisce literis statuimus et mandavimus, exequutionem committimus eidem dilecto filio Nostro Petro Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali Vidoni nuncupato, cui omnes in hunc finem necessarias et opportunas facultates tribuimus, quique illud etiam curabit, ut congruae pensiones tempori respondentes quo operam suam in pauperum orphanorum servitium navarint iis constituantur, quos novi istius rerum ordinis causa ab officiis suis cessare contigerit.

Clausula sublata et decretum irritans.

§ 7. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, etiam ex eo, quod caeteri dictae congregationis clerici vocales, ad quos spectaret minime fuerint auditi, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri Apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstante supra memorata constitutione Pauli III. praedecessoris Nostri, nec non constitutione Gregorii XV. pariter praedecessoris Nostri data die nona octobris anni millesimi sexcentesimi vigesimi primi, et statutis archiconfraternitatis orphanorum urbis a Gregorio XIII. praedecessore itidem Nostro approbatis; ac Nostra et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque apostolicis Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum constitutionibus et ordinationibus, ac quibusvis particularibus decretis cardinalium protectorum, ac signanter Antonii Mariae Salviati collegii ejusdam nominis fundatoris; privilegiis quoque, indultis, ac literis apostolicis tam cardinali protectori pro tempore, quam archiconfraternitati, vel ejusdem deputatis per Romanos pontifices praedecessores Nostros concessis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro pleno, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quarta januarii millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXII.

Dat. die 27. jan. 1826. Anno III.

Concessio habitus violacei ad instrar praelatorum domesticorum pro dignitatibus, et canonicis cathedralis ecclesiae Camerinensis.

Leo Papa XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Quotiescumque Romani pontifices urgentur precibus, ut peculiaria ornamenta ac decora collegiis canonicorum deferant, animum ac cogitationem praecipue intendunt in ecclesiarum antiquitatem et celebritatem, ac sacrorum ministrorum qualitates, et merita, iisque perspectis, facile se exorari patiuntur, ut porrectis precibus obsequantur.

Ratio concessionis.

§. 2. Quum itaque sicut probe novimus, metropolitana ecclesia Camerinensis, cui jam alias plures sanctissimi ac doctissimi antistites praefuerunt, cardinalitia saepenumero dignitate fulgentes, inter quos fel. rec. cardinalis de Alteriis postea vero Clemens X. pontifex maximus praedecessor Noster, antiquitate, celebritate, aliisque meritorum titulis praefulgent; quumque ex collegio canonicorum metropolitanae praedictae nonnulli prodierint egregii viri, nobilitate, doctrina, ac pietate praestantes, quorum plerique ad episcopales, aliasque ecclesiasticas dignitates etiam cardinalitiam, merito fuerunt evecti.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos ob praemissa, aliaque praecipua merita metropolitanae ecclesiae, ejusque capituli, porrectis Nobis precibus nomine dignitatum et canonicorum ejusdem ecclesiae, quibus peculiaria ornamenta et privilegia humiliter expostulant, benigne obsequentes, ac votis venerabilis fratris archiepiscopi Camerinensis pariter obsecundare volentes, ac praedictos capitulares, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, dignitatibus et canonicis metropolitanae ecclesiae Camerinensis praedictae tam praesentibus, quam futuris auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, atque permittimus, ut archidiaconus, caeterique canonici et dignitates habitum violaceum more praelatorum Nostrorum domesticorum, in choro et in ecclesiasticis functionibus, aliisque actibus capitularibus quibuscumque intra limites tantum provinciae ecclesiasticae Camerinensis gestare libere ac licite possint, et valeant, et quilibet eorum possit, et valeat, servata in reliquis forma et dispositione decretorum congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas firmas, validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae metropolitanae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plane et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima septima januarii millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio. — Derogatio contrariorum.

CXXIII.

Dat. die 16. febr. 1826. Anno III.

Confirmatio constitutionum collegii Hibernorum in urbe instaurandi.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Collegii Hibernensis vicissitudines memorantur.

§. 1. Plura inter collegia hac in urbe constituta ubi adolescentes diversis orti nationibus, tanquam novellae plantationes in hortis conclusis alebantur, et succrescebant, ut in tempora possent, magno et ornamento et usui esse vineae Domini, illud quidem Hiberniae accenseri meretur apta domo, aptisque redditibus apprime munitum. Collegium hoc eo spectabat, ut illius nationis alumni ibidem alerentur, atque ad pietatem, ac bonas artes informarentur, quique in clerum cooptati, ac

rerum divinarum scientia instructi patriam redeuntes catholico Hiberno gregi plane se devoverent, atque egregia sancti Patricii exempla omni ope, atque opera imitanda curarent. Verum ob temporum vicissitudines, a quibus quot quantaque mala in christianam praecipue rempublicam profecta sint meminisse cogitatio reformidat, ejus collegii domus alium in usum fuit misere conversa, pars autem bonorum distracta. Quum tamen res praeter omnium expectationem, unius Dei beneficio, novam induissent faciem, congregatio christiano nomini propagando praeposita majora damna, quae ex ejusdem collegii jactura in dies oriri poterant praepedire studens, ejus patrimonii reliquias in unum collegit, quumque res prospere, feliciterque contigisset annuum redditum scutatorum nummorum sexcentum confecit, cujus praesidio omnem dedit operam, ut sex clerici alumni in Hibernia mittendi in Urbano ceu dicunt, collegio, ubi adhuc extant, exciperentur. Ad supremum itaque potestatis fastigium ex aeternae mentis inaccesso consilio immerentes evecti, nulli pepercimus curae, nulli labori, ut vetera omnia hujus urbis collegia, plurimorum pontificum amplissimorumque virorum cura saluberrime condita, ob acerbissimas tempestates diu interclusa rursus instaurarentur. Cujus porro voti compotes, ea qua vellemus alacritate fieri nullo pacto potuimus, quippe quod rationum momenta expendere, impedimenta exorbare, omniaque ut opus ad exitum perduceretur, comparare haud parvi momenti res erat. Interea vero dum hujusmodi consilia capienda tota mente complectebamur, dilectus filius presbyter Michael Blake Dublinensis episcopi vicarius generalis, sacrorumque Hiberniae antistitum negotia gerens supplici libello apud Nos institit, se paratum esse annuum vectigal conferre, ut, Nobis benigne annuentibus novum Hiberniae gentis collegium instituatur, in quo non solum adolescentes excipiantur sacro saltem subdiaconatus ordine insigniti, ab archiepiscopis, vel episcopis mittendi, atque collegii sumptibus omnino alendi, verum etiam alii clerici eorumdem archiepiscoporum, vel episcoporum rogato, nullo tamen collegii incommodo sed alieno aere sustentandi, dummodo omnes tum vivendi rationem, tum leges a Nobis probandas diligenter servent.

§. 2. Nos igitur Hiberniae pastorum pietatem plurimum commendantes, eorumque votis pro virili parte favere cupientes, quum presbyter Michael Blake septem supra decem mille argenteos ad constituendam partem annui vectigalis illius collegii in foenore posuerit, e quibus percipiuntur quotannis scutati nummi octingenti, et quinquaginta; quumque in posterum quantum aliunde ipsi obvenerit, tantumdem augeatur motu proprio, certa scientia, plenaque apostolica potestate collegium Umbriae, sive, ut vocant, Umbro Fuccioli, quod assurgit in area sanctae Luciae ab Apothecis nomen adeptae, et si Germanico collegio id concedere a Nobis fuisset statutum, cui quidem aptum alibi domicilium parabimus, Hiberno collegio adsignamus et attribuimus, eique adjudicamus eos redditus, qui e veteri Hiberniae collegio supersunt, ut in ferendis impendiis ad juvenum institutionem aliquid praesidii capiat. Ut vero leges ei societati regendae haud ita pridem scriptae tempori penitus respondere nequaquam possent, alias idcirco, quas integerrimi viri, atque eruditionis laude clarissimi accurate recognoverunt, atque accomodas fore putarunt auctoritate apostolica confirmamus, easque sedulo servare praecipimus. Sunt autem eae leges hujusmodi videlicet.

Nova dotatio ejusdem collegii.

Constitutiones

Collegii Hibernorum in urbe instaurandi

§. 3. Cum sine legibus nulla hominum societas stare diu, ac florere possit, idcirco constitutiones legesque pro novo Hibernorum collegio ad veteris Ludovisiani Hibernorum collegii normam quantum res patitur, accomodatas statuere, non dum utile sed necessarium visum est.

Tenor constitutionum.

CAPUT I.

De institutionis fine, et excipiendorum dotibus, et classibus.

§. 4. Cum regulae omnes, quae statuuntur, ut optatam pariant utilitatem ad propositum finem assequendum conducere debeant, antequam de iis agatur valde expedire videtur, ut praecipui fines, quibus idem collegium restituitur recte intelligatur.

De institutionis fine, et excipiendorum dotibus, et classibus.

Duo potissimum sunt hujusce institutionis fines. Primus quidem ut Hibernorum adolescentium animi erigantur, excitentur, atque ab ineunte aetate vehementi inflammari possint desiderio in pietate, ac bonis artibus alios praestandi, ea spe quodam veluti praemio allecti, fore ut, si confecto summa cum laude studiorum curriculo aliis in Hibernorum collegiis, ubi praeclarum dederint religionis, ingenii, eorumque profectus specimen, ac simul sacris sint initiati ordinibus, titulum, et jus quoddam acquirant veniendi Romam, ac degendi in hoc nationali collegio. Hic vero sine ullo eorum sumptu per triennium alentur, ut non modo magis magisque ad theologicas disciplinas, ac pontificium jus instruantur, verum etiam quidquid ad Ecclesiae disciplinam, ad vetera monumenta, atque ad liturgicas res pertinet, et theoretice, et actu penitus ediscant in urbe, quae catholicae religionis princeps est, et sacrarum rerum magistra.

Alter vero institutionis finis in eo versatur, ut adolescentes, qui rite delecti, et commendati a praesulibus Hiberniae Romam venerint, ita informentur, ut ad verbum Dei praedicandum, sive ad obeundas in patria missiones plane idonei reperiantur, et omnibus exemplo sint, non minus vitae integritate, atque doctrina, quam christiana humilitate, morum suavitate, et charitate, ita scilicet ii erunt, qui et episcopis operam in excolendo grege poterunt praestare, et Catholicam religionem adversus ejus hostes invicte propugnare, quae una si attentius, ut par est, perpendatur, non solum in altera, sed etiam hac ipsa in vita civilis societatis pacem, tranquillitatem, felicitatemque comparat.

Jam porro, etsi praecipuus, atque potissimus sit hujusce collegii finis suo sumptu eos adolescentes omnino alere, non tamen praetermittendum operam dare institutioni aliorum, qui neque studia absolverunt, neque adhuc sacris ordinibus initiati, quotiescumque praecipuum aliquid vectigal, quod temporis progressu facile eventurum speratur, pro hac adolescentium classe constituatur, vel etiam si forte Hiberniae episcopi vellent, juvenes aliquos, sive presbyteros, sive clericos in hoc collegium mittere inibi educandos, atque in studiis perficiendos, congrua semper pensio, vel ab ipsis episcopis, vel ab eorumdem juvenum parentibus, aliisve ad eorum substentationem persolvatur. Itaque ii, qui poterunt collegio excipi in quatuor distribuuntur classes. Prima eorum, qui emenso studiorum cursu, sacros ordines jam susceperunt, collegii sumptu omnino alendi; altera convictorum, qui eadem in conditione versantur; tertia adolescentium, qui nondum philosophicis, theologicisque disciplinis operam navarunt, neque sacros ordines susceperunt, quique ex pecunia aliunde accepta sustentandi; quarta denique convictorum ejusdem aetatis.

Si is, qui mittitur ad primam pertinet classem, eorum scilicet, qui ad sacros ordines promoti sunt, et quibus praecipuo quodam jure locus in collegio debetur, tamquam praemium meritorum, quibus in patria praestiterunt, ut supra commemoravimus, is primum omnium rectori exhibere debebit testimoniales literas a quatuor Hiberniae metropolitis, vel etiam ab uno, de aliorum sententia subscriptas, quae ejus merita testentur, eumque dignum reputent, qui in collegio excipiatur. Explorata, ac rite perspecta ejusmodi literarum authenticitate, candidatus tenebitur tantum pecuniae rectori solvere quantum requiritur pro impensis ad ejusdem reditum in patriam. Post haec juvenis humaniter excipietur, ejusque dies ingressus aliqua laetitiae significatione honestabitur; hinc illi piis per aliquot dies commentationibus, et exercitiis in recessu peractis inter praecipuos collegii alumnos suscipietur, et per triennium, ut dictum superius est, collegii sumptu plane deget.

Si vero juvenis, qui adveniet constitutus utique sit in sacris ordinibus, et studiorum quoque cursum explevarit, sed non sit ex eorum classe, qui ex merito excipiendi hic etiam (quoties de illius pietate, ingenio, et sufficienti scientia constiterit) in collegium poterit convictoris titulo admitti. Ipse tamen prius commendatitias sui episcopi literas eidem rectori exhibere debebit, earumque authenticitate perspecta, antequam ipse inter convictores adnumeretur, tradere eidem rectori tenebitur non modo tantam pecuniae vim quanta opus est ad reditus impensas, verum etiam quae ad sex mensium convictus pensionem requiritur, quaeque semper in antecessum solvetur. Quae omnia cum ipse peregerit convictus initium capiat a spiritualibus exercitiis eodem plane modo, quo primae classis alumni.

Quod si juvenis, qui sese inter alumnos cooptari deposcit, neque ejus sit aetatis, quae ad sacros ordines suscipiendos requiritur, neque studiorum cursum perfecerit, sed in collegio locum habere possit ex aliqua cujuspiam voluntate, qui expresse pro hac adolescentium classe bona, congruosque redditus collegio legaverit; tum juvenis iste rectori praebere debebit testimoniales sui episcopi literas, ac documenta, quibus constet ipsum legitime natum in Hibernia, vel saltem ex patre Hiberno, sacrum baptismi lavacrum, et confirmationis sacramentum suscepisse, Catholicam profiteri fidem, non minorem decimo quinto, nec majorem vigesimo anno esse humaniorum saltem literarum studium explevisse, praestantis esse ingenii, et firmae valetudinis, ab eo fuisse missum, et commendatum, cui nominandi jus est, denique pietate, docilitate, diligentia, studiique assiduitate ita commendatum, ut sperare jure liceat praeclarum Ecclesiae ministrum in tempore futurum. Hisce omnibus perspectis, rector hunc juvenem curae, ac probationi subjiciet alicujus ex iis primae classis alumnis, qui prudentia, atque consilio magis praestare videatur, quique munus suscipiet erudiendi juvenem per quatuor menses in recta collegii legum intelligentia, atque observantia, et simul pietate, virtute, ac literarum studio. Quod si compertum fuerit, illum ecclesiastica quidem vocatione praeditum, utilemque operarium esse evasurum, tunc adolescens praehabitis triduo spiritualibus exercitiis locum accipiet inter alumnos tertiae classis, qui nondum sunt ad sacros ordines evecti.

Fieri demum potest, ut aliquis magnae expectationis adolescens vel sua, vel episcopi voluntate cupiat in idem collegium convictor adscisci annua soluta pensione. Hoc in rerum statu sat erit, ut ipse commendatitias sui praesulis literas rectori exhibeat, quae testentur de dotibus, aliisque quae necessario requiruntur, et praeter pecuniae vim ad reditus impensas, pensionem pro sex mensium convictu in antecessum persolvat idonea praestita in posterum cautione. Caeterum de his eadem ratio, ac norma servabitur quae de convictoribus secundae classis superius statuta, et hi quartam classem constituent.

Quilibet autem adolescens collegii alumnus, elapso biennio (si id a praesidibus exquiratur) legum, et regularum ipsius collegii observantiam spondere tenebitur, ac juramentum praestare ex formula tradita in finem constitutionum veteris Hibernorum collegii, quae totidem verbis hic refertur.

Formula Juramenti praestandi a quolibet alumno collegii Hibernensis.

Ego N. filius N. dioecesis N. plenam habens instituti hujus collegii notitiam, legibus, et constitutionibus ipsius, quas juxta superiorum explicationem amplector, me sponte subjicio, easque pro posse observare promitto.

Insuper spondeo, et juro, quod, dum in hoc collegio permanebo, et postquam ab eo quocumque modo sive completis, sive non completis studiis exiero, nullam religionem, societatem, aut congregationem regularem sine speciali Sedis apostolicae licentia, vel sacra congregatione de Propaganda Fide ingrediar, neque in earum aliqua professionem emittam.

Spondeo pariter, et juro quod volente sacra congregatione de Propaganda Fide, vel eminentissimo pro tempore hujus collegii, regnique Hiberniae protectore statum ecclesiasticum amplectar, et ad omnes sacros etiam presbyteratus ordines, cum superioribus visum fuerit promovebor.

Item voveo, et juro, quod sive religionem ingressus fuero, sive in statu saeculari permansero, si intra fines Europae fuero, quolibet anno, si vero extra quolibet biennio, mei ipsius, mei status, exercitii et loci, ubi moram traxero, sacram congregationem de Propaganda Fide certiorabo.

Voveo praeterea, et juro, quod jussu praedictae congregationis de Propaganda Fide, vel eminentissimi pro tempore protectoris sine mora in provinciam meam revertar, et ibi perpetuo in divinis administrandis laborem meum, ac operam pro salute animarum impendam, quod etiam praestabo, si cum praedictae Sedis licentia religionem, societatem, aut congregationem regularem ingressus fuero, et in earum aliqua professionem emisero.

Denique voveo, et juro, me praedictum juramentum, ejusque obligationem intelligere, et observaturum juxta declarationes factas a sacra congregatione de Propaganda Fide, et brevi apostolico roboratas sub die XX

julii MDCLX. Sic me Deus adjuvet, et haec sancta Dei evangelia.

CAPUT II.

De moderatoribus, et administris.

De moderatoribus, et administris.

§. 5. Rector omnibus praeest, sive majoribus, sive inferioribus collegii administris, ipse tamen suberit in omnibus eminentissimo collegii patrono, sacrae vero congregationi Propagandae Fidei, vel singulis mensibus, vel quandocumque ei libuerit, accuratam reddet rationem, tum de collegii redditibus, impensis et statu, tum quomodo se gerant alumni, vel in pietate vel in disciplinarum studio.

Rei domesticae cura Hibernorum adolescentium indoles, magis accommodata eorumdem institutio, facilior denique subsidiorum adeptio, merito quidem postulare videntur, ut collegii rector ex eadem Hiberniae natione constituatur. Itaque congruum est, ut ejus electio fiat a quatuor Hiberniae metropolitis, qui quotiescumque res postulabit ad tanti momenti munus omni studio, ac maturitate eligendum curabunt eximium aliquem sacerdotem, qui non solum prudentia, pietate, atque doctrina, sed omni virtutum genere praefulgeat. Qui vero ab episcopis delectus fuerit, delati muneris nullum exercendi jus acquiret, nisi prius ipsius electio a sacra congregatione Propagandae Fidei probata, et confirmata fuerit.

Praecipuum rectoris munus erit sollicite diligenterque curare non solum ut ea omnia, quae collegii legibus praescripta sunt a singulis accurate serventur; sed etiam ut ea ipsa non aegre, sed aequo promptoque animo adimpleantur. Quare ipsemet exemplo suo monita, atque praecepta exequi, et confirmare satagel, atque ut caeteris gratior, et amabilior communis vitae disciplina reddatur, ipse primum pro viribus, et, prout sui muneris partes ferent, eam servare studebit.

Rector ut suo munere perfungatur adjutoribus eget, tum in iis, quae disciplinam, et oeconomicam administrationem spectant, tum quoad ea, quae doctrinarum studia respiciunt. Ad primum quod attinet, ipsius erit idoneum sacerdotem, eminentissimo patrono approbante in vice rectorem constituere, qui de recto collegii moderamine, et rei familiaris ministerio sub rectoris obedientia curam gerat. Maxima vero de sollicitudine doctrina exhibenda est. Quamobrem stabile semper in eodem collegio domicilium habebit, egregius aliquis presbyter studiorum praefectus qui Italus sit, quique majori, qua fieri potest, diligentia, et cura eligendus erit, ut plane idoneus sit ad juvenes edocendos omne sacrarum literarum genus. Ejus erit, alumnos in recto studiorum ordine, ac librorum delectu dirigere, ea repetere et magis explicare, quae in scholarum praelectionibus tradita sunt, juvenum ingenium eorumque erga literarum studia voluntatem investigare, quid unusquisque in studiis profecerit experiri, demum libenter ea omnia praestare, quae ad eorumdem progressum conferre possent. Rectoris partes erunt exquirere, et eminentissimo patrono proponere virum, quem ad tam arduum obeundum munus aptiorem judicaverit; erit autem ejusdem cardinalis patroni perpensis propositi viri dotibus decernere utrum ille ad studiorum praefecturam constituendus, nec ne. Tum vice rector, tum studiorum praefectus ex communi collegii mensa alentur.

Quod autem attinet ad spiritualem alumnorum curam rectoris munus erit, assentiente semper eminentissimo patrono sacerdotem doctrina, et pietate ornatum Italum in ordinarium collegii confessarium seu conscientiae moderatorem eligere. Hic non modo semel in hebdomada, statis diebus, et horis collegium adire tenebitur ad sacramentales juvenum confessiones audiendas, verum etiam praeter ordinem, quandocumque vocatus fuerit, ejusmodi officii partes implebit. Praeterea curabit solida pietate alumnos imbuere, et quidquid ad spiritualem tum illorum, tum etiam inservientium utilitatem expedire censebitur, in id operam, studiumque suum diligenter conferre.

Agendum superest de aliorum administrorum, inferiorumque inservientium delectu, et muneribus. Verum cum reddites satis ampli nondum sint, ii tantummodo in praesentia excipientur, quibus eminentissimi patroni, rectorisque judicio opus erit, iisque pro re, et tempore, et munus, et stipendium constituetur. Quoque vero tempore rector maxime sollicitus erit ne collegii reddites ex nimio famulantium numero, vel negligentia distrahantur, sed omni studio curabit, ut sumptus

omnes in manifestam ejusdem collegii utilitatem cedant.

Interea ut collegii hujus moderatores, et administri sentiant, se jure teneri ad ea sedulo, fideliterque adimplenda, quae eorum muneris sunt ex collegii praescriptis, cuique certum quolibet mense stipendium persolvetur ab eminentissimo patrono designandum.

Caput III.

De iis, quae pietatem spectant.

De iis quae pietatem spectant.

§. 6. Omnes qui ecclesiastica munia obire cupiunt ad eam vitae perfectionem contendant oportet, quae praecipue ab Ecclesiae ministris requiritur, quorum munus est caeteros ad omnem sanctitatem verbo, et exemplo allicere atque excitare. Nemo proinde, qui alumnus in collegio excipitur, satis muneri suo divinae vocationi, atque hominum expectationi se fecisse putet, nisi magis divinae, quam humanae sapientiae studiis eo potissimum tempore, quo in collegio moratur, vacaverit. Ea omnia propterea, quae pietatem spectant, quaeque in hoc capite observanda proponuntur, non perfunctorie sed prompto alacrique animo omnes adimplere conentur.

Itaque primo mane surgendi signo dato, et audita voce « laudetur Jesus Christus » singuli respondebunt « semper laudetur » statimque e lecto surgentes, et sanctissimo crucis signo muniti, singuli vestibus suis maxima cum modestia se induent; hinc abluendis manibus, aptandis lectulis, componendisque cubiculis operam dabunt, idque per horae dimidium. Si quid autem temporis his omnibus peragendis superfuerit, illud ab iis, qui citius sese expediunt in piis matutinis precibus privatim recitandis impendetur.

Ad campanulae signum cuncti in sacellum convenient, ibique Sancti Spiritus in primis ope implorata, aliisque praescriptis precibus recitatis, horae dimidium in profunda coelestium rerum, et christianarum virtutum meditatione, proposito prius argumento, transigent, ut nempe in iis meditandis mentis oculi divina quadam luce perfundantur, et juvenum spiritus divino quodam veluti alimento percepto, tota die quodammodo nutriatur, atque pinguescat.

Omnes praeter sacerdotes, qui sacris operantur incruento missae sacrificio quotidie religiosissime intererunt, alumno clerico superpelliceo induto alternatim ministrante.

Sit semper ex alumnis sacerdos aliquis oratorii, seu domestici sacelli praefectus a moderatoribus constitutus, qui curet, ut sacri Ecclesiae ritus et caeremoniae tum in sacro celebrando, tum in recitandis horis canonicis, accurate serventur, atque caeteros non sacerdotes alumnus edoceat circa modum ministrandi sacerdoti sacris operanti, altare concinne componendi, et pro tempore ornandi. Idem curabit, ut sacellum a domestico famulo statis diebus, et quandocumque oportuerit everratur, atque mundetur. Singuli vero sacerdotes, rectore mandante, sacrum facient pro benefactoribus, et collegii necessitatibus. Omnes quotidie ante prandium, et coenam dato signo in idem oratorium convenient recitaturi litanias Beatae Mariae virginis, et antiphonam « Salve regina » aut aliam pro tempore una cum consuetis precibus. Prandio et coena absoluta cuncti pariter in idem sacellum recta pergent, ibique Eucharistico sacramento humiliter salutato dominicam orationem, et salutationem angelicam secreto ter recitabunt. Vespere autem priusquam adeant cubicula per horae quadrantem suo quisque conscientiae examini in eodem sacello vacare debebit, hinc meditationis argumentum pro die postero ex praescripto rectoris, vel vice rectoris significabitur, quibus peractis neque confabulari, neque ad studium incumbere licebit, sed cuncti summa cum modestia et silentio petent conclavia, et ad cubandum sese component.

Rector autem curabit ne unquam desit meditandi materies, quam vel in scriptis, vel in pio aliquo libello legendam proponet, vel ipsemet viva voce explicabit. In caenaculo nemo discumbat nisi peracta a rectore, vel vice-rectore benedictione. Facto denique edendi fine, signoque dato ab illo, qui praeest simul omnes surgent, et ad breviarii Romani praescriptum debitas Deo gratias persolvent. Dum mensae accumbitur interea semper aliquid perlegetur; nisi aequa aliqua occasio se praebeat rectori aliter praescribendi, initio sumpto, ab integro fere sacrae scripturae capite: reliquum vero temporis impendetur in legendo libro a rectore praescripto,

qui liber intellectum simul foveat, et dirigat voluntatem, ut, cum cibo corpus alitur, aliquod etiam quasi pabulum menti praebeatur.

Qui ad divinum officium recitandum tenentur id una simul quotidie pro tempore in oratorio sive ecclesia iis horis, quae in horaria tabella designata peragent. Caeteri vero dominicis et festis anni diebus id ipsum cum sacerdotibus praestabunt.

Omnes vero qui nondum sacerdotio funguntur tenentur quinto decimo quoque die, itemque in solemnioribus anni festis ad poenitentiae sacramentum statutis horis bene parati accedere, et Eucharistico sacramento ea, qua par est pietate, animique ardore se reficere, nisi confessarius alieni sacram synaxim differendam censuerit. Quo si confessarius pro uberiore cujuspiam spirituali profectu putet frequentiorem sacrae mensae usum posse illi conferre, id quidem, prout directori in Domino visum fuerit, plane licebit.

Cum juvenum numerus satis erit, debebunt ii singulis dominicis, festisque diebus in collegii ecclesia sacra mysteria, et officia celebrare, ut collegiales ecclesiae quam ad rem sedulo instituentur in sacris caeremoniis, et cantu Gregoriano. Quamdiu tamen id commode fieri non possit cuncti nisi legitime impediti singulis diebus festis se conferent in ecclesiam s. Apollinaris, vel presbyterorum saecularium congregationis Missionis in Campo Martio, ibique cum aliis de claro summa cum modestia assistent in choro solemni missae sacrificio, ut nempe jam nunc sacras caeremonias addiscant, et dies festos, ut ecclesiasticos decet viros, sacro ritu sanctificent.

Non praetermittant festis praesertim diebus sacram scripturam, catechismum Romanum, gesta sanctorum, aliosque pios libellos maxime Thomam a Kempis subsecivis horis attente perlegere, ut ad omne virtutum genus eximiamque pietatem, divina opitulante gratia sese componant.

Horis pomeridianis praesertim festis diebus collegio exeuntes sanctissimam Eucharistiam in ecclesia, in qua per urbem exponi contigerit, adorare non negligant, indulgentias lucraturi, populoque exemplo sint. Adolescentibus autem advertandum est, ut in templum ingressi, et humi procumbentes non surgant nisi ex praefecti signo.

Denique certis anni temporibus, praecipue vero feriis literariis antequam sacros collegii alumni ordines suscipiant, et ad sacras obeundas missiones contendant, dies aliquot in divinarum rerum meditatione, aliisque spiritualibus exercitiis ex rectoris praescripto transigent.

Caput IV.

De studiorum ratione.

§. 7. Cum ii, qui Dei ministri, et ministeriorum ejus dispensatores sunt futuri non solum perlucere exemplo, sed etiam verbo alios instruere debeant in via Domini, opus quidem est, ut rerum divinarum scientia implorato a patre luminum auxilio penitus imbuantur, et ad illius gloriam omne eorum studium, et laborum fructus referant. Ut autem in scholasticis exercitationibus a sensu suo quispiam non decipiatur, oportet, ut nemo suum sensum, et voluntatem sequatur, sed moderatorum judicio se quisque conformet. Nemo libris utatur, qui a praefecto studiorum approbati non sunt, ideoque rectoris erit alumnorum cubicula saepius obire, ut si forte libros male olentes ipse repererit, eos illico tollat, et in detentores severius inquirat, et animadvertat. Nemo dum in collegio versatur, peculiares libros sibi comparandos curet, nisi ex praesidum venia. In libris autem, quos ipsi acceperint, nec scribant quidquam, nec ullas ducant lineas, multo autem minus licebit illos cuiquam commodare, praesertim extra collegium, sed eos diligenter custodiant, ut integri reddi possint, et in suum locum referri. Nemo quoque librum ullum ex communi collegii bibliotheca extrahere, et ad suum cubiculum perferre audeat, nisi prius praesidis facultatem acceperit, qua habita libri titulus in tabella describendus erit, et suo tempore ibi reponatur. De studiorum ratione.

Caveant alumni in disputationibus ne sint iracundi, mordaces, et pervicaces, sed mites atque demissi, nec solum praeceptoribus, sed etiam praefectis sese obedientes exhibeant. In iis omnibus, quae studio, scientiisque respiciunt, studiorum praefecto se omnino dirigendos sciant, eoque petente parati sint suorum studiorum rationem reddere. In exercitatione studiorum latine loquantur.

Statis diebus, et horis alumni ad scholas seminarii Romani penes ecclesiam sancti Apollinaris pergent, alumni sacerdotes, qui theologicum cursum in aliis Hiberniae collegiis jam absolverunt iis dabunt operam studiis, quae sibi opportuniora ex rectoris, et studiorum praefecti sententia praestituta fuerint. Adolescentes autem, qui humaniores tantum literas in patria didicerunt, reliquum studiorum cursum in eodem Romani seminarii lyceo prosequentur.

Nemo e scholis, vel a domesticis etiam exercitationibus absit, nisi praesidis venia. Dum autem scholis intersunt omni plane modestia ita se gerant, ut sint aliis exemplo. Adolescentes tam in eundo, quam redeundo bini procedent, eos comitante aliquo ex alumnis primae classis. Ii vero, qui sunt in sacris ordinibus constituti bini, vel terni incedent non servato adolescentium ordine, semper vero cum sociis a rectore assignandis. Per vias non disputabunt, non contendent, neque colloquentur, nisi submissa voce, et quoties opus fuerit. Incedentes per urbem si viri dignitate praestantes, vel religiosi occurrant, ii omnibus debita reverentiae signa praestabunt.

Studiorum cursus quoad inferiores alumnos a praesidibus statuetur pro cujusque captu et ingenio, plerumque tamen nisi quid impediat, anni quatuor ad theologica et canonica, duo ad philosophica studia obeunda impendantur, nisi aliter praesidibus visum fuerit. Si quis autem, vel propter adversam valetudinem, vel aliis de causis ad scholastico-dogmaticam theologiam idoneus praesidum judicio non videatur, huic anni tres ad conscientiae casus et controversias addiscendas assignabuntur, ut citius in patriam reverti possit. Quod ut clarius dignoscatur singulis annis sub scholarum finem omnes adolescentes alumni qui primo, secundo et tertio anno dant operam theologiae scholastico-dogmaticae, per horae saltem dimidium periculum facient de iis, quae illius anni curriculo didicerunt; ex quo patebit, quae studia sint unicuique assignanda. Theses publice propugnandae non nisi praevio praesidum permissu defendendae assumantur.

Horae quibus alumni in collegio studiis vacare debent a rectore ex praefecti studiorum sententia statuentur, eaque horarum ratio ab alumnis diligenter servabitur. Feriis, in quibus scholae vacent, non tamen diebus festis de praecepto doceantur alumni unius horae spatio a praefecto studiorum theorice, ac practice sacros ritus, et caeremonias, praesertim eas quae ad missae celebrationem, et sacramentorum administrationem pertinent. Erit etiam magister, qui iisdem diebus in cantu Gregoriano alumnos instituat.

Maxime demum momenti est, ut qui ad verbum Dei disseminandum vocati sunt ab ineunte aetate hujusmodi ministerio vernacula illorum lingua exercendo assuescant. Quare nimis expedire videtur, ut ipsi jam nunc in lucubrandis Anglico sermone concionibus sub disciplina periti viri, qui a rectore statuetur, adeo dent operam, ut unusquisque praeside mandante paratus sit ingenii, et eloquentiae suae coram aliis specimen dare.

CAPUT V.

De domestica disciplina.

§. 8. Communem vitae rationem collegii legibus, et institutis praescriptam cuncti sequantur, nec peculiare quidquam agere audeant sive in vestibus, sive in lecto, aliisque suppellectilibus, aut alia qualibet re, et in omnibus pendeant a nutu rectoris. De domestica disciplina.

Qui in sacris ordinibus sunt constituti talarem induant vestem instar cleri Romani saecularis. Ruri vero permittitur ut breviori viatoria veste decenti tamen, et nigri coloris utantur. Adolescentes autem nigram tunicam cum epitogio, seu toga ejusdem coloris semper induant.

Nemini licebit sine praesidis facultate emere quidquam, neque ullas apud se retinere pecunias, sed eas, quas secum quisque attulerit, vel aliunde receperit penes rectorem deponat, qui ad necessarios cujusque usus illas servabit.

Nemo inscio, et non consentiente rectore se immisceat externis negotiis, tametsi pia sint. Exterorum colloquia tam domi quam foris, quantum fieri potest, vitentur; domi vero non permittuntur nisi habita a praeside facultate.

Nemo adolescentium sine expressa venia ingrediatur aliorum cubicula, nec habeat

quisquam in cella sua scrinium, arcam, aut aliud quidlibet obserratum, nisi altera clavis sit penes rectorem, qui ea possit pro libitu adaperire. Si quis autem deprehensus fuerit aliquid subripuisse ex alterius cubiculo, is e collegio dimittetur.

Silentium statutis horis ad pacem, quietemque fovendam, et ad colenda studia maxime necessarium sancte servetur, et si aliquando loqui opus fuerit sermones sint vel necessarii, vel utiles, pii et ecclesiastico viro digni. Generatim autem omnium alumnorum verba, oculi, vultus, ac motus omnes modestiam praeseferant, redoleantque pietatem, ac disciplinam.

Epistolas mittere, vel accipere nemo adolescentium debet absque praesidis permissu, cui etiam ostendendae erunt, ut nempe si velit eas legat, lectasque pro arbitrio suo mittat, nec ne prout satius in Domino judicaverit nisi is ad quem scribitur majorem habuerit, quam rector auctoritatem.

Si quis in grave aliquod crimen inciderit quod pacem, bonos mores, et domesticam disciplinam perturbat eo accepto viatico quod deposuerat e collegio egredietur. Si quis autem levius aliquid commiserit paratus esse debebit praesidis arbitrio eas luere poenas, quae ipsi ad conservandam disciplinam, et pro communi bono impositae fuerint.

Tempore quo singuli ad privata sua studia debent incumbere ne vagentur, aut invicem colloquantur, nisi quid breve necessitas postulet. Loca autem, et officinas domesticorum vel artificum adire non audeant, neque cum iis agere, aut quidquam ab iis, vel alio quovis accipere, nisi impetrata prius a praeside venia.

Nemo e collegio sine praesidis facultate, et socio ab eo designato egrediatur, et eodem comitante unusquisque semper hora praescripta domum redeat. Nemini omnino liceat extra collegium pernoctare, neque fas erit extra collegium prandere, seu coenare, nisi impetrata a rectore facultate, quae tamen perraro, et nonnisi graves ob causas impertietur.

Statuentur a praeside opportunae ad deambulandum horae pro tempestatum ratione. Loca vero quo pergent animi relaxendi gratia numquam sint in alumnorum arbitrio, sed a praeside ipso vel saltem a praefecto praefinienda. Praesidis autem erit curare, ne alumni pergant ad loca urbis frequentiora, ubi strepitus atque tumultus. Caeteris exeuntibus nemo domi remaneat sine urgente necessitate, ac de rectoris permissu.

Non concitato cursu deambulent, sed modeste per vias incedant, submissa voce, si opus sit, inter se colloquentes, caveantque ne sensuum suorum portas daemoni apertas relinquant. Adolescentes vero neque a praefecto et sociis ullo pacto recedent, neque cum obviis amiciis subsistant.

In recreationibus nihil immodeste agant, neque ab aliorum coetu discedere cuilibet liceat sine praesidis facultate. Vigilent etiam praesides, atque praefecti ne nocua colloquia inducantur inter alumnos, ut sunt jurgia, contentiones, contumeliae, comparationes odiosae, temerarii sermones de rebus publicis, detractiones contra praesides, et alios quoslibet, verba immodesta, et alia hujusmodi, quae quidem omnia diligentissime sunt vitanda, et si forte fiant severe punienda.

Ut sacra simul, et profana eruditione, quae tamen ecclesiasticos decet viros possint juvenes hujus collegii commodius exornari diebus ferialibus, vel quandocumque rectori visum fuerit licebit iis simul euntibus celebriores adire bibliothecas, templa urbis, egregia artium opera, et alia Romanae majestatis monumenta invisere.

De externa quoque munditia omnes solliciti sint, quare unusquisque cubiculum suum saepe verrere, supellectilem decenter dispositam servare non foedata maculis vestimenta, ac sese mundum in omnibus exhibendum curabit.

Si quid aliquando acciderit, quod neque hisce constitutionibus cautum, aut praescriptum sit, vel etiam pro temporum opportunitate commutandum videatur, rector continuo eminentissimo patrono denunciet, ut si quid forte ad disciplinae firmamentum, vel augmentum ipse in Dominum melius atque opportunius expedire judicaverit, auctoritate sua constituat, et jubeat.

Demum sciant omnes, se nisi e collegio dimitti velint rectorem, aliosque praepositos, et praeceptores colere, omnibusque officiis ac reverentia prosequi debere, eos modeste alloqui, iisque omnem praestare obedientiam. Atque ut hujusmodi leges hactenus relatae ab omnibus diligenter serventur, eae bis in

anno, scilicet exeunte mense iunio, atque decembri coram omnibus perlegentur, earumque exemplar in aula collegii asservabitur.

De patrono collegii.

§. 9. Volumus demum, ut qui tempore quovis erit in urbe cardinalis negotiis, et consultationibus propagandae fidei praefectus patroni Hibernae iuventutis partes gerat, atque in praesentia eorumdem negotiorum congregatio suo caret praefecto, dilectus filius Noster Franciscus Sanctae Romanae Ecclesiae presbyter cardinalis Bertazzolius nuncupatus, quamdiu vita suppetat patroni munere perfungatur. Erit praeterea sacrae ipsius congregationis tum ecclesiasticis, tum pecuniariis, et familiaribus hujusce collegii rebus praeesse, ac sacerdotem morum integritate, virtutis ac doctrinae copia, aliisque nominibus insignem a quatuor Hiberniae archiepiscopis in unum consentientibus adlectum in rectorem constituere, quotiescumque ad id muneris idoneum censebit. Rectori autem liceat studiorum praefectum, et confessarium nominare, quorum uterque a cardinali patrono, si ei videbitur, erit deinde adprobandus; itemque alumnos, convictores ex ejusdem patroni sententia admittere, vel minus idoneos arcere. Ne vero Umbriae provincia hujusmodi consilio Nostro aliquid habeat detrimenti, quippe quae commemoratam domum Umbro-Fuccioli summa novem mille, et biscentum nummorum scutatorum sibi comparavit, thesaurario Nostro committimus, et mandamus, ut a pontificio aerario hujusce summae pendatur annuus fructus nummorum scutatorum tercentum sexaginta, ut necessarii ad victum, cultumque illius provinciae instruantur alumni, qui pro re, et tempore in episcopali Tifernati seminario degunt, idque donec eidem Umbriae provinciae integra summa novem mille, et biscentum argenteorum fuerit restituta, vel secus ei consulatur. Denique congregationi Fidei Propagandae onus injungimus eos alendi Hiberniae alumnos, qui in Urbano collegio nunc sunt, ut priusquam patriam revisant divinarum rerum cursum conficiant, suisque muneribus obeundis idonei omnino evadant. Haec apostolica Nostra potestate constituimus, ac sancimus.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 10. Decernentes insuper has literas firmas, validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et eorum causae, quae expressa sunt hoc futurisque temporibus plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, ac definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus constitutionibus et sanctionibus apostolicis, ac legibus fundationis primaevi Hiberniae collegii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, et de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Enixis interim precibus ab Deo exposcimus, ut congerat in sancti Patricii nepotes plena manu charismatum gratiarum, et det illis spiritum sapientiae, qua elucescere possint in domo Dei, et lux eorum luceat praesertim coram civibus, ita ut quos sibi patria junctos in terris habuere perpetuo beatitudinis coelestis habeant socios. Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris die decima quarta februarii anno millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXIV.

Dat. die 26. febr. 1826. Anno III.

Dismembratio provinciae Canadae a dioecesi Quebecensi, illiusque erectio in novum episcopatum sanctae Sedi immediate subjectum.

Venerabili fratri Bernardo Claudio archiepiscopo Quebecensi.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
salutem et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Inter multiplices gravissimasque apostolatus Nostri curas non exiguam tenet partem ea, quae dioecesium per universum or-

bem distributarum respicit statum; siquidem supremae potestatis judiciique Nostri est illos moderari, earumque limites constituere, vel immutare, prout, habita temporum ac circumstantiarum ratione, fidelium utilitati conducere dignoscimus.

Ratio concessionis, et erectionis tenor.

§. 2. Quum in superiori Canadae provincia copiosior quotannis, favente Domino catholicorum numerus evadat; quumque ad promovendum ibi religionis bonum, et ad fidei progressus vehementius juvandos valde utile visum sit, provinciam ipsam a dioecesi tua Quebecensi separare, ac in peculiarem episcopatum seu dioecesim erigere, Nos, re mature discussa, ac praecipue ratione habita tum literarum, quibus bo. me. Joseph Octavius Plessis dum viveret archiepiscopus Quebecensis tuus consensum suum de memoratae provinciae a dioecesi tua separatione libere et luculenter manifestavit, tum sententiae ejusdem ac aliorum gravissimorum virorum, qui arbitrati sunt novae hujus dioecesis erectionem omnino utilem, et religionis majori, stabiliorique bono procurando valde opportunam futuram, ac de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis Propagandae Fidei praepositorum consilio, motu proprio, atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine provinciam superioris Canadae in dioecesim propriam, et a tua Quebecensi distinctam, ac ab apostolica hac sancta Sede immediatae dependentem, cujus sedes esse debeat urbs Kingston seu Regipolis, limites vero ii ipsi, quos decessor tuus constituit quum memorata provincia tamquam districtus episcopalis vicario suo generali suffraganeo auxiliari tradita fuit administranda; erigimus, ac constituimus, cum omnibus et singulis juribus et privilegiis, honoribus, praerogativis, immunitatibus, gratiis et indultis episcopali dioecesi de jure, usu, et consuetudine competentibus, ac dioecesim praedictam sic a Nobis erectam episcopi pro tempore ab hac Sancta Sede eligendi jurisdictioni, et potestati ordinariae spiritualique regimini, auctoritate et tenore praedictis subjicimus, eamque a dioecesi tua Quebecensi perpetuo disjunctam et divisam declaramus. Mandantes propterea clero et populo dictae novae dioecesis ut episcopo per Nos et hanc sanctam Sedem pro tempore eligendo debitam praestent obedientiam, et reverentiam.

Clausulae sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis ac in universalibus provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque etiam speciali, et expressa derogatione, et mentione dignis, contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decimaquarta februarii millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXV.

Dat. die 14. febr. 1826. Anno III.

Concessio indulgentiae plenariae assequendae a serenissimo rege duarum Siciliarum, ejus uxore et tota regia familia, aulaeque regiae addictis occasione extensionis ad universum catholicum orbem generalis jubilaei.

Venerabili fratri Archiepiscopo Melitensi serenissimi regis Francisci I. in regno utriusque Siciliae cappellano majori.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Supremi apostolici ministerii ratio omni jure postulat, ut nihil praetermittamus quod ad salutem animarum, quas Jesus Christus sanguine suo acquisivit, conferre videtur. Tibi itaque, venerabilis frater, qui cappellanus major serenissimi regis in regno utriusque Siciliae in partem cleri et populi istius Nea-

politanae civitatis peculiarem in spiritualibus rebus jurisdictionem exerces, apostolicas mittimus literas extentionis universalis jubilaei in urbe superiori anno celebrati ad universum Catholicum orbem, et simul epistolam encyclicam ad omnes patriarchas, archiepiscopos, et episcopos, aliosque locorum ordinarios sacrorum communione cum cathedra Romana sociatos de jubilaei extensione ad universum Catholicum gregem.

Expositio precum. §. 2. Nuper autem carissimus in Christo filius Noster Franciscus regni utriusque Siciliae rex, per dilectum filium Marchionem Fuscaldo suum apud Nos et hanc apostolicam Sedem plenipotentiarium administrum, significandum Nobis curavit, parentem suum Ferdinandum anno millesimo septingentesimo septuagesimo sexto una cum regia familia, suaeque cappellae clero, ex apostolico indulto a Pio VI. praedecessore Nostro concesso, indicta supplicatione, semel atque iterum binas adiisse ecclesias, ut sacri anni indulgentias omnino lucrarentur; itemque se etsi proximo anno summa cum animi Nostri voluptate, atque bonorum omnium exemplo per hanc almam urbem iter habens coelestes Ecclesiae thesauros fuerit adeptus, eamdem caeremoniam, quam suus ipse parens obivit, obire plurimum cupere. Nos itaque ipsius regis consilium summopere commendantes, qui veri solidique splendoris plane sollicitus ea sibi imprimis omni studio curanda putat, quae regium animum quam optime ornant, religionem ac pietatem, ejusdem votis alacri libentique animo obsecundamus.

Tenor concessionis. §. 3. Quare omnipotentis Dei in suos filios misericordia freti, et beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, serenissimo regi, ejusque uxori, totique regiae familiae et singulis quibuscumque regiae aulae, regiaeque domui addictis, qui dolenter confessi peccata sua, at eucharistica sacrosancta dape refecti, rite supplicantium composito agmine bis unam atque alteram adibunt ecclesiam, ut anno millesimo septingentesimo septuagesimo sexto fuit peractum, atque ad Deum preces effuderint ad illa ipsa impetranda, pro quibus in Nostris literis monuimus orandum, concedimus et indulgemus, ut eis pia opera hujusmodi peragentibus omnes indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenarum, quas commeriti pro illis sunt, relaxationes consequantur, quas datum esset eis consequi, si praescriptis in diplomate Nostro satis omnino facerent. Praeterea quum animadverterimus praedecessorem tuum eodem anno peculiaribus donatum fuisse a commemorato pontifice facultatibus, ut ipsius regis militares cupiant, conscientiae sordes ablutae, ac sacra synaxi refectae binas junctim adeuntes ecclesias, easdem, quas caeteri Christi asseclae imperata facientes piacularis anni indulgentias possent lucrari, apostolica auctoritate Nostra easdem ipsas facultates tibi impertimur.

Derogatio contrariorum. §. 4. Id concessum atque indultum volumus, non obstantibus contrariis quibuscumque. Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris die decima quarta februarii millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXVI.

Dat. die 14. febr. 1826. Anno III.

Concessio oratorii privati cum privilegio ibidem sacra celebrandi pro familia comitis de Strassewiez, in dioecesi Samogitiensi.

Venerabili fratri Episcopo Samogitiensi,

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Exponendum Nobis curavit dilectus filius comes Josephus de Strassewiez, in praedio, quod possidet in Lituania intra limites tuae dioeceseos, quodque Pukrissoy nomen habet, aediculam assurgere, ubi sacrum fieri posse plurimum cuperet, cui scilicet quicumque diebus festis intererit, praecepto quod est de assistendo divinis satisfaciat; ii enim incolae, quum pluribus a parochiali ecclesia distent milliariis, saepenumero hyemali praesertim tempestate eo se conferre nequaquam possent. Quapropter, supplici cum prece a Nobis petiit, ut ejus rei ergo apostolica venia muniatur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur hujusmodi votis benigne annuentes, eumque peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis

censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum indulti assequendi gratia absolventes, et absolutum fore censentes, tibi, venerabilis frater, eas partes imponimus, idque mandamus, ut si ita se res habent, prout expositae, dummodo ad eam sacram aediculam cuique pateat aditus, nec ibidem sint fores, quae ad aliquam ducant domum, secus omnino claudantur, atque ab aedibus sit adeo sejuncta, ut nullus inde neque accessus, neque prospectus habeatur, eamdem ipsam, et si ejus porta viam publicam haud spectet, decreto felicis recordationis Pauli V. praedecessoris Nostri « de non celebrando in oratoriis privatis » edito minime obnoxiam declares, atque auctoritate Nostra apostolica permittas, ut, quotiescumque capax, et decenter ornata, nihilque eorum, quae ad sacrum in ea faciendum opus sunt, desideretur, absque ullo jurium parochialium detrimento, divina hostia per quemlibet sacerdotem a te approbatum possit immolari, ac ut quicumque diebus festis pietata illa qua decet inibi sacrificio assistet, Ecclesiae praecepto satisfecisse ducatur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Id concedimus atque indulgemus, non obstantibus praemissis, atque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decimaquarta februarii millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 11. febr. 1826. Anno III.

CXXVII.

Facultas extraendi insignem reliquiam corporis s. Juliani episcopi ab ecclesia patrum Cappuccinorum civitatis Calatayeronensi, illamque asportandi in ecclesiam cathedralem.

Venerabili fratri
Episcopo Calatayeronensi.

Aequis autem plausibus vos excepturos putamus alium venerabilem fratrem, quem ordini vestro adscribere pariter gaudemus. Is est Joannes Baptista de Latil archiepiscopus Rhemensis, qui carissimum in Christo filium Nostrum Carolum decimum Francorum regem christianissimum solemni, ut nostis, augustoque ritu consecravit. Tot ac tantis idem venerabilis frater virtutibus eminet, tam bene ac tam praeclare difficillimis temporibus de religione et Ecclesia meritus est, ut eum gloriosissimus, quem modo nominavimus, rex Nobis exhibuerit, plurimum commendaverit, atque ut cardinalis a Nobis fieret semel, atque iterum petierit. Nos igitur virum et suis meritis maxime illustrem, ac tanta, tantique apud Nos ponderis commendatione decoratum S. R. E. cardinalem libentissime creamus.

Quid vobis videtur?

Auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra declaramus S. R. E. presbyteros cardinales:

Ludovicum a Tusculo ordinis minorum Cappuccinorum.

Maurum Cappellari ordinis Camaldulensium.

Insuper creamus S. R. E. presbyteros cardinales

Franciscum Xaverium de Cienfuegos y Tovellanos archiepiscopum Hispalensem.

Joannem Baptistam de Latil archiepiscopum Rhemensem.

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis, et opportunis.

In nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

CXXXII.

Dat. die 21. martii 1826. Anno III.

Confirmatio congregationis Missionariorum Oblatorum sub titulo sancti Caroli in Galliis erectae.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Si tempus unquam plane fuit, quo haec apostolica Sedes eorum presbyterorum studia omni ope atque opera fovenda curavit, qui pietatis igne succensi, evangelium Dei per universum orbem praedicantes, homines christianae religionis et officii praeceptionibus imbuere student, ac populos legitimis potestatibus parere docent, eo magis id memoria Nostra peragere decet, cum tot omnigenum scelerum monstra ex latebris ac tenebris superiorum temporum erupta, caput adhuc extollere, in dies serpere, et licenter debacchari non dubitant, ut jura omnia et divina et humana perrertent, et religionem, si fieri possit, usquequaque deleant.

Desideria episcoporum regni Galliarum erigendi congregationem.

§. 2. Undecimus jam vertitur annus, ex quo fel. rec. Pius VII. praedecessor Noster, paullo post quam Ecclesiae navem tam misere jactatam undique, Deo auspice salvam incolumemque in portum reduxit, quum aperte significassent, in Gallia ob rerum civilium et ecclesiasticarum perturbationem evangelii praeconibus opus esse, qui aberrantes in rectam salutis viam revocarent, presbyterorum manipulus huic sacro ministerio in dioecesi Aquensi Meridionalis Galliae provinciae obeundo confestim excitatus. Ingens tamen fructus, quo divina clementia eorum tentamina praemio afficere dignata est, non diu latere potuit, et cum innotescere coeperit, plures ex finitimis episcopis eos expetivere, ut suo cujusque gregi tantam opem vellent afferre. Superius itaque beneficiis referti magis magisque coëati sunt coelitum vestigiis inhaerere, eorum perfectioni impense studere, simul atque ad animarum salutem toto pectore incumbere; quumque jam diversas dioeceses poenitentiam annuntiaturi obire deberent, leges canonesque praescribendos censuere, ut nascentis societatis vinculum atque praesidium constitueretur, sibique Missionariorum Oblatorum sancti Caroli titulum delegerunt, etsi missionarii Galliae provinciae vulgo essent appellati.

Scopus congregationis.

§. 3. Haec autem societas eo spectat, ut illius alumni perpetuis et simplicibus castitatis, paupertatis, obedientiae, atque in eodem instituto perseverantiae votis e summo ejus moderatore, aut a Romano pontifice tantummodo expediendis, obstricti, sacris missionibus praecipuam operam narent; in locis potissimum auxilio destitutis, ubi plebs inculta vulgari idiomate evangelizent; clero pro idonea eorum institutione, qui in seminariis versantur, amica praebeant subsidia; parochis, caeterisque pastoribus ad reformandos populorum mores, praedicatione, aliisque spiritualibus exercitiis promptos se se exhibeant, curam juventuti omnino sollicitam impendant, eamque populi christiani partem lectissimam piis coetibus e seculi illecebris arcere contendant; taedem carcere detentis verbum divinum et sacramenta administreet, et capitis sententia damnatos ad extremum supplicium concomitentur. Jam vero maxima, quae inde proficiscebantur commoda, quum ab omnibus essent perspecta, presbyteri societatem illam constituentes longe lateque propagari coeperunt; hinc quatuor jam domos, et hospitium obtinent; sex in dioecesibus sacris muneribus perfunguntur, Aquis sextis nosocomiis, itemque illius urbis et Massillae carceribus, atque ad regimen plurium seminariorum episcopalium huc illuc in praesentia vocantur.

Preces porrectae pro obtinenda erectione societatis.

§. 4. Haec quum ita siet dilectus filius Carolus, Josephus, Eugenius de Mazenod episcopi Massiliensis vicarius generalis, ejusdemque cathedralis ecclesiae canonicorum collegii praepositus, et commemoratae societatis institutor, sodalium etiam nomine supplici libello Nos adiit, ut ad majorem Dei gloriam, et animarum salutem promovendam, hujusmodi familiam, et illius leges apostolica Nostra potestate approbemus, utque omnis confusio eum aliis societatibus, quas itidem Oblatorum s. Caroli nuncupant, declinetur eamdem ipsam missionariorum Oblatorum sanctissimae et immaculatae Virginis Mariae titulo ornemus.

Tenor concessionis.

§. 5. Nos igitur, ut perpenderimus eam ab eodem Pio VII. praedecessore Nostro, et a Nobismetipsis indulgentiis locupletatam, et a pluribus episcopis admodum utilem repertam, afflictis Ecclesiae rebus non levi tum praesidio, tum ornamento futuram, ipsius de Mazenod curam atque sollicitudinem summopere commendantes, qui et moribus et eruditione praestans primus omnium rei menum admovit, et summa cum animi Nostri voluptate coepta strenue promovere non desinit, eumque et

alios, quibus hae literae favent, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, alacri, libentique animo eamdem ipsam constituimus, eamque nomine congregationis Missionariorum Oblatorum ss. Virginis Mariae sine labe conceptae volumus insigniam. Adhibita praeterea in consilium congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum, et regularium praeposita, illius constitutiones, quas nonnulli Galliae episcopi luculentissimis testimoniis accomodas putarunt, et plerique etiam, quo major auctoritas illis accederet, grati animi ergo, propria manu consignaverunt, plena auctoritate Nostra apostolica approbamus, et confirmamus, easque a cooptatis in eamdem congregationem viris, quascumque in illa partes gerentibus, sedulo servari praecipimus. Ad quam saluberrimi operis approbationem, et commendationem eo libentius adducti sumus, quo in hujusce congregationis instituto, pro externa verbi Dei, et sacramentorum administratione debitam singulis cum Cathedra Romana sociatis episcopis, qui eorum opera uti, adjuvarique in sua quisque dioecesi, valint, reverentiam, subjectionem, et obedientiam ejus alumni profitentur expresse, et actu servaturos baud dubitamus.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 6. Insuper juris et facti defectus, quos vocant, qui in legibus iisdem condendis fortasse irrepserint, auctoritate apostolica supplemus atque sanamus. Denique quum suprema illius congregationis potestas praecipuum sit ejus firmamentum et fulcrum, quumque in sui exordio ex ejus legibus eidem Carolo Josepho Eugenio de Mazenod sit demandata, hunc ipsum pro meritis in summum ejus moderatorem Nostrae confirmationis accessione munimus. Haec statuimus atque sancimus, decernentes hasce literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et eorum causa, quae expressa sunt, hoc futurisque temporibus plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus constitutionibus, et sanctionibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Votum speciale.

§. 7. In spem demum erigimur, fore ut istius sacrae familiae alumni qui sub quibusdam legibus, efformandis ad pietatem animis adeo opportunis, divini verbi ministerio se se devoverunt, ac Deiparam Virginem sine labe conceptam patronam agnoscunt, pro viribus, et praesertim exemplo ad ejus matris misericordiae sinum perducere conentur homines, quos uti filios Jesus Christus in ipso crucis suspendio illi voluit attribuere. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima prima martii millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXXIII.

Dat. die 21. martii 1826. Anno III.

Erectio archisodalitatis sanctae Mariae de Monte Carmelo, vulgo Maggiore in civitate Neapolitana.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Pias Christifidelium sodalitates ad charitatis, et pietatis opera etiam in proximorum subsidium exercenda convenientes in unum, apostolicae liberalitatis favoribus libenter cumulamus, prout in Domino expedire conspicimus.

Expositio precum.

§. 2. Quum itaque, sicut Nobis nuper nomine dilectorum filiorum officialium et confratrum sodalitatis sanctae Mariae de Monte Carmelo vulgo dell' Abitino nuncupatae, jamdiu in claustro fratrum ordinis ejusdem Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo vulgo Maggiore appellato in civitate Neapolitana canonice erectae expositum est, in ipsorum confratrum spiritualem consolationem, et ejusdem sodalitatis decus cederet et incrementum, si archisodalitatis titulo ea decoraretur; enixis proinde precibus eorum nomine petitum fuit a Nobis, ut eorum votis benigne annuamus.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ejusdem sodalitatis splendori et augumento paternis studiis intendentes, ipsosque oratores a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos foro censentes; hujusmodi supplicationibus inclinati, audita prius super praemissis relatione archiepiscopi Neapolitani, sodalitatem praedictam in archisodalitatem cum omnibus et singulis praerogativis, juribus, honoribus, et praeeminentiis solitis, et consuetis, sine tamen cujusquam praejudicio, auctoritate apostolica tenore praesentium erigimus, et constituimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes litteras firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae sodalitatis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima prima martii millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 26. martii 1826. Anno III.

CXXXIV.

Homilia habita in basilica Vaticana inter missarum solemnia die dominica Resurrectionis anno millesimo octingentesimo vigesimo sexto.

Qui pacem nuntiaverat nascens, qui pacem passioni proximus reliquerat, qui pacem precatus a patre emiserat spiritum, idem hodie pacem nuntiat vivus reversus ab inferis: ea prima vox est, qua compellat discipulos, ut non modo ex forma habituque assumptae humanitatis, atque ex virtute in clausam domum penetrantis nunquam sejunctae divinitatis; verum etiam ex eadem ipsa charitatis benignitate idem ille, quem noverant, Deus et homo Christus Jesus agnosci ab ipsis possit. « Cum sero esset die illo, et fores essent clausae, ubi erant discipuli congregati propter metum Judaeorum, venit Jesus, et stetit in medio eorum, et dixit eis: pax vobis ». O quam bonus, exclamemus, licet, venerabiles fratres, dilecti filii, o quam bonus, et suavis est, Domine, spiritus tuus in omnibus! Atqui iidem illi erant, quos tam benigna salutatione dignatus est, a quibus fuerat in maximis angustiis derelictus, iidem illi erant, qui de omnibus, quae essent ei eventura, ante ab ipso fuerant admoniti, eumque audiverant aperte praedicentem tertia se post obitum die resurrecturum; immo et reipsa eum jam resurrexisse ab iis audiverant confirmari, qui eum viderant, et tamen adduci ad credendum nondum potuerant: iis tamen ipsis pacem nuntians apparet, illi quoque mortalium infelicissimo, a quo proditus fuit, nuntiaturus, si Petri potius sperantis, quam Cain salutem desperantis exemplum sequi voluisset. Felices! qui tanto dignati sunt miserentis Dei beneficio; ut exprobrante Domino incredulitatem eorum, duritiam detestati cordis sui ei statim adhaeserint perfecta charitate, quem laeserant infidelitate, et quem dolentes audierant exprobantem, cum illico placatum intellexerint gaudiis inexplicabilibus exultantes. At quae felicitas obtigit apostolis, eadem hodierno die exhibetur et nobis. Pax enim et iis, qui prope fuerunt, promissa est, et iis qui longe, et qui pax nostra est Christus Jesus, et nos hodie compellat salutatione illa pax vobis. Eritne aliquis, qui eo tandem potiri recuset in Domino, quod tamdiu frustra quaesivit longe aberrans a Domino?

Nolite enim errare, dilectissimi. Pacem optatis unice, pacem quaeritis assidue, et pacem non invenitis: cur autem? Quia ibi eam quaeritis, ubi non est, nec esse potest. Contritio et infelicitas in viis eorum, et viam pacis non cognoverunt: haec est, Deo ipso testante, illorum conditio, qui se quietem sperant, ac tranquillitatem inventuros in peccato. Quietem sperant, et incidunt in tempesta-

tem, jucunditatem sibi pollicentur, et nihil tandem aliud nisi taedium, et curas, et terrores inveniunt: immo inde potissimum teterrimam ortam sentiunt amaritudinem, unde inani decepti specie boni maximam sibi spoponderant felicitatem.

Nec mirum: nemo veram gustare potest pacem, nisi qui placatum habeat auctorem pacis, nisi qui se habeat sibimetipsi et proximo placatum. Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus adversus carnem: haec intra nos est assidua colluctatio. Concupiscentiae carnis obsecundantes dum placare putamus hostem, inflammamus eum magis contra Deum armantes et contra spiritum, qui pars Nostri princeps est, qui potissimum nosmetipsi. Optamusne, quam tantopere expetimus, pace, quantum in hac valle lacrymarum possumus, tandem aliquando potiri? Hostem, quem excludere ex intimis visceribus non possumus, debilitemus, spiritui ac rationi, quod Dei auxilio possumus, subjectum habeamus: ex quo illud etiam consequetur, ut, quod praecipit apostolus, « omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur a nobis cum omni malitia; simus autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut Deus in Christo donavit nobis »; ac nostra ipsa experientia confirmatam jucundissime sentiamus fidem divini illius promissi « Discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris.

Verum attentionem, dilectissimi, postulant verba illa: Exprobravit incredulitatem eorum, et duritiam cordis, quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Non unum illi plus minus peccaverant, et unum exprobrat. Quid hoc sibi vult, nisi id ei curae fuisse ut potissimum displiceret apostolis, quod potissimum sibi displicuerat, id ut removerent, quod esset paci maxime adversum, antequam oblatam primo pacem verbis illis pax vobis, iisdem secundo prolatis (dixit enim eis iterum pax vobis) reipsa largiretur? Nam qui locus quieti ac tranquillitati esse potest in animo, in quo, remota fide, perpetuus sit opinionum conflictus, impotentissima effrenatarum dominatio cupiditatum? Si Christus non resurrexit, vana est, fatemur, fides Nostra: at si resurrexit, Deus est qui se ipsum restituere potuit in vitam, divina sunt omnia quae revelavit, quae praecepit, una ea fides circumlatas omni vento doctrinae mentes sistere, una sollicitos placare animos potest. Resurrexisse autem Christum siquis dubitet, ne ille obcoecatus dicendus est a malitia sua, qui quod est luce ipsa clarius non videat. Credetne igitur quotidie uni vel duobus testibus aliquid narrantibus; non credet tam multis Christum revixisse testantibus; atque iis quidem, qui non fallacem referant auditionem, sed rem, quam credere jam ante debuissent auctoritate freti Christi ipsius, qui hoc ipsum praedixerat, testimonio freti eorum, qui jam se vivum eum vidisse nuntiaverant, nec tamen crediderant, nisi postquam eum ipsi viderunt oculis suis domum januis clausis ingressum, et audiverunt loquentem, et manibus contrectaverunt? Adde his discipulos Domini septuaginta duos, adde alios complures, quibus, postquam revixit, se praebuit conspiciendum, adde, potius dicamus, Hierosolymam universam, cui potissimum virtutem resurrectionis suae per apostolos signa, et prodigia multa facientes manifestavit, Quid ad haec infidelis? Deceptos ne dicet testes illos, qui factum non crediderunt, nisi evidentia convicti veritatis? An alios voluisse decipere, qui tot numero, tanta consensione coram regibus et gentibus, labores, ludibria, tormenta, mortem denique perpessi fidem asseruerunt resurrectionis Christi? Haec secum reputantes increduli, per suam ipsorum conscientiam exprobante Domino, quo tandem animo esse debent? O miseros, si tam clara circumfusi luce non videant, miseriores, si videntes, adhuc tamen summa in Deum ipsum injuria non credant, et, quam benignus offert, pacem renuere ipsi sibi infensi perseverent! Credent sane, credent aliquando, cum eum sedentem videbunt in sede majestatis suae, cum eum audient non ut nunc exprobrantem ad salutem, sed ad confusionem, ad poenam, ad desperationem, noluerunt benedictionem et elongabitur ab eis: requiem die ac nocte non habebunt.

Misereat vos, fideles Christo ven. fratres, filii dilectissimi, tantae calamitatis, ac pro eis orate: gaudete autem vobismetipsis considerantes quam rationabilia sint, quam praeclara, quam jucunda Deo quae credidistis; et quam jure dicamus Deo cum rege propheta: testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Quidquid vero cognoscatis dissentire mores vestros a sanctitate fidei, quam profitemini;

quidquid fallacibus decepti illecebris cupiditatum aut avaritiae, aut libidini, ant superbiae indulseritis, quidquid denique contra praeceptum commiseritis, quod pacis inter homiees conciliandae sollicitus praeceptum suum vocat Domieus dicens: Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, dolete plorantes coram Domino. Ita iis omnibus amotis, quae divinae impedimento sunt benignitati, et vobis continget, qnod eontigit apostolis, ut Dominum audiatis dieentem iterum: pax vobis: hoc est, quod prima illa salutatione vobis obtulit, reipsa largiatur secunda: et ejus pace, quae exuperat omuem sensum, abondanto iu cordibus vestris, exclamabitis gaudio cum Ecclesia: Haec dies, quam fecit Dominus, exultemus et laetemur in ea; multo ld jucundins die illa renovaturl, cum, pace ipsa usque ad extremum spiritum eustodiente eorda vestra et Intelligentias vestras in Christo Jesu, beatissimo illornm coetui annumerabimini, de quibus scriptum est: Sedebit populus meus in pulcritudine pacis, et in tabernaculis fiduciae, et ie requie opulenla.

CXXXV.

Dat. die 21. aprilis 1824. Anno III.

Nova ordinatio triboealis Sigoaturae Jostitiae.

Leo Papa XII.

Motu–proprio.

Ratio decernendae reformationis tribunalis.

§. 1. Quum plurima et gravissima humeris Nostris onera incumbant, ex qno arcana Dei Optimi Maximi providentia non meritis Nostris ad summum universalis Ecclesiae pastoris munes evecti sumus; tum illnd valde curandum esse novimus, ut populis Nostrae ditioni subditis jus colqoe suum sioe captiosis foreosibus dilatioaibus, sine ullo iedebito judicaotis arbitrio eeleri quidem, non tamen praecipiti, quantum fieri potest, ratione tribuatur. Sane pluribus abhioc saecnlis ad recentiora tempora, multa a pontificibus Nostris decessoribus ita consulto, ac sapienter constituta fuerant, ut judiciarius ordo Romanae euriae etiam apud exteros spectabilis haberetur. Verum qunm ob calamitatcs quae supervenerunt, pnblicasque vicissitudiees, rerum actarem oblivionem vel igeorationem, atque etiam ob aliquorum astutias, moremque judicia protelandi, aut permisceodi complura incommoda in hanc rem irrepsissent, et a pristino ordine multem aberratum esset; opportuoum duximus constitutione Nostro Motu propria edita die quintá octobris superioris anni millesimi octingentesimi vigesimi quarti, multis reformatis, declaratis, aut deletis, novis etiam praeceptis, huic rei tam necessariae consulere. Opus autem orgentes ad illud tribunal antiquum ac celebre animnm advertimus, ubi sedere debent legum et justitiae eustodes, qnorum est, opportunis rescriptis et clansulis normam dare judicibus, juridicisque eonventibus in urbe ac in provinciis justitiae administrandae pro diversa jndieiornm natura: quod tribonal, ubi eardinalis praefectus vice sacra praeest, jampridem nuncupari consuevit Signatura Justitiae a signandis commissionibns, quao aeditis et cognitis litigantium reclamationibus proferri consueverunt; quodqee distinguitur ab altero consultorom praesulum tribeuali nuocupato Signatura Gratiae, ubi ipse pontifex praesidet, ac decernit; ad quod reeurri solet, qnodqne habeter interdum, si quando opus sit ex aeqea et gravi causa quidquam legibus derogare, quod tribunali Signatnrae Justitiae oeetiquam licet. Huic igitur tribunali ut auctoritas administraodae justitiae, dignitas, praerogativae, honoraria, privilegia stabili ratione maneaot; baoc Nostro motu proprio, eerta scientia, ao de plenitedine potestatis statuimus, atqne servari jubemus.

De quistate collegii, et numero judicantium, et suffragium ferentium.

§. 2. Atque in primis numerum judicantium, et suffragium fereotium in hoc tribunali, qui vulgo fori votantes dicti ab antiquo tempore ultra cardinalem praefectum et auditorem duodecim solebant esse, plerumque selecti ex referendariis Romanae curiae, ad septem redigi volumus, eoque amplius distinctis decuriis, quod jam ad tempus provisum feerat ob enormem interjacentium causarom copiam celeriter absolvendam; sed nno collegio statis diebns suffraginm ferre jubemus in omoibus causis obi agatur de re, quae pluris sit scutatis trecentis: inferiores autem quaestiones manere volemes sub jndieio auditoris ejusdem tribuealis, deeani hujusce collegii, et auditoris eardinalis praefecti ad qnoa eaosarum etiam criminalium, prout moris est, eognitio pertineat. Deinde eidem tribunali confirmamus facultates, officia, et munia de coocedenda appellationis venla suspeodeote

nec ne judicati exequutionem, de restituendo in integrum, de rejiciendis judicibus suspectis, de circumducendis, seu circumscribendis sententiis, quae latae fuerint ob tres maximos defectus jurisdictionis, citationis, et mandati secundum praecedentes pontificias constitutiones, de avocandis aut conjungendis quaestionibus certa ratione connexis, de rescribendo, quibus judicibus cognitio rei controversae de jure competat; caeteroquin suppressis similibus facultatibus, quae antea inerant nonnullis aliis Romanae Curiae tribunalibus, prout plenius, et latius in Nostra supra citata constitutione expositum est.

De secreto ab suffragatoribus servando.

§. 3. Praeterea suffragatoribus ejusdem tribunalis secretum eo modo praecipimus, quemadmodum imperatum fuerat a pontifice Alexandro VII. felicis recordationis constitutione *Inter caeteras apostolicae*, eique se jurejurando eos obstringere jubemus in primo coetu cujusque anni: idemque secretum servari volumus ab illorum auditoribus seu adjutoribus studiorum, quos omnino vetamus munus causidicorum in foro exercere; quin tamen hoc obstet, ne unum quoque aut alterum in studiis causarum habeant, qui etiam simile secretum servare debeant, et a causidici exercitio abstinere. Atque hi prout meriti erunt munera, et officia in foro, aut alibi sperare poterunt, quemadmodum a summis pontificibus ratio haberi potissimum consuevit eorum, qui a studiis atque ab arcanis apud auditorium sacri Nostri palatii diuturnam ac laudabilem operam navaverint. Simili etiam secreto teneantur referendarii, qui a litigantibus rogantur, ut suas causas apud hoc tribunal proponant, proinde ponentes nuncupati, qui tamen suffragii mere consultorii jus habent. Quod si cuiquam ex litigantibus, aliisve, quorum quoquo modo intersit, placeat rescripti, et resolutae quaestionis argumenta breviter exposita habere, hoc negandum iis non erit, talesque decisiones exarari, et edi debebunt per ordinem unaquaeque a singulis e collegio suffragatorum honorario sibi soluto scutatorum nummorum saltem trium. Manentibus autem in praesens, quae usque ab anno millesimo octingentesimo decimo octavo ordinata fuerant de officio scribae, et regimine tabularii hujusce tribunalis, spectare volumus ad cardinalem praefectum, utpote praesidem et caput, jus suffragii ferendi in omnibus causis et controversiis, praesertim quandocumque ob parem utrinque suffragiorum numerum nondum decisae remanerent. Quin imo cardinali praefecto potestatem facimus causas ulteriori disquisitioni reservandi, atque ad alium coetum ampliandi, si qua probabili ratione id expedire videatur. Demum eidem praefecto facultatem tribuimus interpretandi, moderandi, edicendi quae rebus et factis usuvenientibus ad regimen tribunalis, et jus cuique reddendum opus fuerint, ad tempus tamen, et donec aliter a Nobis statutum fuerit. Item ut album habeat causidicorum, qui apud tribunal Signaturae agere valeant, eorumque admissio, suspensio, rejectio, sicut ad superiores aliorum tribunalium spectat, ita ab eodem cardinali praefecto Signaturae pendeat.

De stipendio suffragantibus exsequendo.

§. 4. Ut vero qui ad hoc munus assumuntur, decenter sese exhibere, et sumptibus sufficere queant, stipendium iis multo majus quam antea adsignandum duximus, ac reipsa adsignavimus, nempe decano collegii annuam summam scutatorum mille et biscentum, singulis autem judicibus suffragatoribus septingentorum viginti, excepto auditore tribunalis, cui solitum servatum est, quod stipendium pro rata parte menstruis pensitationibus solvetur, jusque erit, si quandoque collegae alicujus vacet officium, ut stipendium ejus inter praesentes collegas dividatur. Ad diligentiam autem eorum magis magisque excitandam, augendumque justitiae ac boni publici studium sperare ipsos jubemus, fore ut praeter stipendii augmentum ad ampliorem pro singularibus cujusque meritis provehantur dignitatem.

Confirmatio privilegiorum.

§. 5. Ad haec tribunali Signaturae Justitiae collegio, auditori, cardinali praefecto ea decora, et privilegia confirmamus, et quatenus opus sit in usum revocamus, quae a pontificibus Nostris decessoribus concessa et indulta sunt, videlicet, ut referendarii Romanae curiae promoti ad ferendum in hoc tribunali suffragium declarati sint familiares summi pontificis, notarii sanctae Sedis, ac nobiles, quamvis tales origine non sint: ut ovis et lacte, quibus diebus ea vetita sunt, vesci possint, quae iisdem a Paulo III. concessa fuerunt: ut jus eis sit utendi veste violacea, quod a Paulo V. impetrarunt: ut creentur acolythi, et cunctis adsint sacris solemnibus in sacello pontificio; insuper ut ad eos pertineat inquisitionem ac probationem de iis instituere, quae

requiruntur, ut quis ad referendarii munus admitti possit, cardinali praefecto approbante, quae iisdem tributa sunt ab Alessandro VII. Praeterea quod a Clemente IX. indultum eis fuit, ut saeram aediculam domi babeant, quod obtinnerunt ab Innocentio XII. ut suppari ornamentum vulgo rocebetto, et pallium cucullatum gerant, tum in sacello pontificio, tum in tribunali: denique quod a Clemente XII. sunt consequnti, ut magno pallio et galero more pontificali in solemni equitatu ornati procedant. Tot tantisque emolumentis, privilegiis, bonoribus cumulatos, speramus maximam integritatem, decorem, assiduitatem commisso sibi muneri esse praestituros.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 6. Decernentes praesentes literas Nostri motus proprii Nostra manu signatas eum omnibus et singulis inibi contentis semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et ab omnibus ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus et per omnia plenissime et inviolabiliter observari debere; sublata omnibus quavis auctoritate, praeeminentia, ac potestate fungentibus et functuris, etiam expressa atque individua mentione dignis, aliter judicandi, et interpretandi facultate, ac irritum et inane esse debere, et fore, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutione Pii IV. de registrandis, regula Nostrae cancellariae de jure quaesito non tollendo, et quibusvis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, decretis, statutis, consuetudinibus, aliisque contrariis quibuscumque, quibus omnibus et singulis, ac si de verbo ad verbum inserta essent, pro sufficienter expressis et insertis babentes ad praesentium effectum et firmitatem dumtaxat specialiter et expresse derogamus. Datum ex palatio Nostro apostolico Vaticano die undecima aprilis millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

Leo PP. XII.

Dat. die 11. aprilis 1826. Anno III.

CXXXVI.

Subrogatio Visitatoris apostolici omnium regularium potestatis domorum in regno Sardiniae, cum ampliatione.

Venerabili fratri
Ignatio archiepiscopo Urbinatensi.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
salutem et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Apostolicae Sedi permagnae curae id semper esse debere intelligimus, ut in religiosis familiis, quibus Ecclesia Christi mirum in modum ornatur observantia regularis nedum non remittatur umquam jugiter potius foveatur, et roboretur. Quamobrem felicis recordationis Pius VII, praedecessor Noster tranquillitatis post diuturnas, teterrimasque tempestates Ecclesiae rebus, ad disciplinam magis, magisque tuendam, erigendamque in religiosis familiis, tum aliarum catholici orbis regionum, tum insulae Sardiniae studia sua contulit.

Memoratur deputatio visitatoris facta a praedecessore, et causa quae eum ab hoc munere relevando impellit.

§. 2. Sui ergo non minus apostolici ministerii officio, quam pientissimi Victorii Emmanuelis tunc Sardiniae regis desiderio permotus, per literas apostolicas in forma brevis die septima junii anni millesimi octingentesimi vigesimi expeditas venerabilem fratrem Petrum episcopum Algarensem constituit delegatum, et visitatorem apostolicum omnium regularium domorum intra Sardiniae insulae fines extantium, in quibus religiosi viri cujuscumque regularis instituti commorarentur. At vero carissimus in Christo filius Noster, eximius et ipse pietatis cultor, Carolus Felix hodiernus Sardiniae rex illustris alium delegatum, et visitatorem vehementer cupit, atque exoptat, quasi Algarensi episcopi commiserescens, qui nunc aetate jam grandi, et in senium provecta premitur, atque tenui, et parum firma utitur valetudine. Et re quidem vera fieri neutiquam potest, quin minus illud episcopo Algareno in praesentiarum, in eo scilicet inclinato, in quo laborat, statu, multo incommodo, magnaeque molestiae sit. Quapropter quoniam a Nobis, qui nunc meritis licet imparibus, apostolicam cathedram tenemus, rex idem enixe petierit, ut alium aliquem in Sardiniam mitteremus, qui tam sanctum, tamquam utile opus ad exitum perduceret. Nos ejus precibus, ac desiderio moti, alium episcopum sublegare constituimus. Nihil autem exinde de laudibus Algarani episcopi

detrahere intendimus, quinimmo suum ei tribui praeconium volumus, quum in negotium illud, quod ei fuerat demandatum, multum sane laboris, et operae impenderit: cujus merita idcirco Nos grata semper memoria prosequemur. Quum autem ob causas jam memoratas de alio delegato, et visitatore in locum ejus subrogando cogitationem susceperimus, illico in te, venerabilis frater, oculos Nostros conjecimus, qui multa jam Nobis sapientiae tuae, et prudentiae praebuisti argumenta: tibique idem illud onus deferre proposuimus.

Deputatio novi visitatoris.

§. 3. Itaque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine; venerabilem fratrem Aigarenum episcopum ab eodem onere, ei nunc nimium gravi, liberatum, solutum, et expeditum, statim atque tu ad Sardiniam appuleris, declaramus, et decernimus: in te vero, post tui in Sardiniam appulsum, jus omne, et munus, quod a praedecessore Nostro in laudatis literis datum eidem episcopo Aigareno fuerat, translatum esse volumus, et mandamus. Sed non in religiosis viris tantum, de quibus dumtaxat mentio est in literis Nostri praedecessoris, verum in foeminis quoque religiosis nunc cura, atque mens Nostra versatur. Quare per praesentes te, venerabilis frater, apostolica auctoritate, ad Nostrum, et sanctae Sedis beneplacitum in delegatum, et visitatorem apostolicum omnium, et singulorum monasteriorum, conventuum, coenobiorum, hospitiorum, conservatoriorum, eremorum, et generatim quarumcumque domorum intra Sardiniae insulae confinia extantium, in quibus, sive permanenter, sive per aliquod etiam breve, et brevissimum anni tempus sint, et commorentur viri religiosi, vel religiosae foeminae cujuscumque sint ordinis, societatis, et congregationis, etiamsi eremitarum, et oblatorum, sive oblatarum nomine appellentur, qui, aut quae regularem vitam quomodolibet profiteantur, et habitu utantur regulari, eligimus, constituimus, et deputamus; omni penitus exemptione sublata in favorem praedictorum utriusque sexus religiosorum, sive a sanctae Sedis privilegio, sive a canonibus conciliorum, sive a constitutionibus, et regulis peculiaris cujuslibet instituti originem trahente, quam exemptionem prorsus, et omnino, durante praesenti apostolica delegatione, et visitatione, suspendimus. Quapropter eadem auctoritate quascumque exemptiones, atque immunitates, et privilegia pro impedienda, aut retardanda, vel imminuenda praesentium literarum exequutione allegari a quoquam prohibemus, et interdicimus.

Adjunctio duorum convisitatorum

§. 4. Porro tibi, venerabilis frater, duos adjungimus convisitatores, quos ex duabus religiosis familiis assumpsimus, scilicet dilectum filium fratrem Alexandrum a Ruxiliono procuratorem generalem ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum, et dilectum filium fratrem Thomam Pellini ex ordine Praedicatorum, pietate ambos, et consilio apprime cognitos, et spectatos, quos tamen voto consultivo dumtaxat fungi volumus. Secretarium autem hujus delegationis, et visitationis creamus dilectum filium Josephum ex marchionibus Bisleti canonicum sacrosanctae basilicae Nostrae Lateranensis, scientia, et morum suavitate praestantem.

Jurisdictio, et munus visitatoris.

§. 5. Jam vero tibi, venerabilis frater, omnem illam in primis auctoritatem in regulares viros, ac foeminas in Sardiniae insula existentes concedimus, qua pollent generalis uniuscujusque instituti regularis superiores. Tui ergo jus erit, et munus regularem ea in insula instaurare disciplinam, atque abusus, si qui irrepserint, devellere: proindeque, tam per te, quam per memoratos duos convisitatores, seu junctim, seu divisim, visitare in spiritualibus aeque ac in temporalibus, seu in oeconomicis, omnia, et singula monasteria, conventus, coenobia, hospitia, conservatoria, eremos, et alias domos quascumque virorum, et foeminarum, seu ad qualemcumque regularem ordinem pertinentes, dummodo in insula Sardiniae existant. Plenam autem tibi facultatem concedimus corrigendi, puniendi, immo et deponendi superiores etiam majores cujuscumque ordinis, nec non officiales, et ministros, vel eosdem ad tempus suspendendi ab eorum gradibus, et officiis, atque transferendi individuos, non tamen sanctimoniales, ab una in aliam ex eorum domibus, aliosque in eorum locum subrogandi, eosdemque, quatenus opportunum duxeris, a confessionibus, et etiam a divinis suspendendi.

De decretis et sententiis ab eo ferendis.

§. 6. Porro tui quoque erit, venerabilis frater, processus conficere, decreta interponere, sententias proferre, reservata appellatione in devolutivo tantum, non in suspensivo, ad sanctam Sedem. Ac generatim quid-

quid in Domino necessarium, et opportunum judicaveris, ut delegatio haec, et visitatio optatum finem nanciscatur, id omne perficere integrum tibi esse volumus. Ad quem finem faciiius, efficaciusque assequendum, in tua potestate erit, tam a superioribus, quam ab aliis regularibus viris, et foeminis, vel etiam a probis ecclesiasticis viris saecularibus, nec non a laicis, qui probatae sint fidei, omnem extrajudicialem, ut ajunt, informationem, sive per te, sive per convisitatores tuos, tam junctim, quam divisim assumere.

De examine subeundo a viris, vel foeminis religiosis.

§. 7. Quoslibet autem viros religiosos, et religiosas quaslibet foeminas etiam superiores cujuscumque gradus, quoties id expedire tibi videbitur, ad sistendos se praesentes, illaesa tamen manente monialium clausura, coges, vel coram te, vel coram tuis convisitatoribus, ad hoc ut se subjiceant formali examini, tam uti principales, quam uti testes, nec non ut tibi, tuisque convisitatoribus libros, et scripturas tradant, aliaque exhibeant, quae tu pro tuo munere ubeundo petieris: qua super re, liberam tibi impertimur potestatem procedendi contra inobedientes per spirituales poenas, et temporales, implorato etiam, quatenus opus sit, auxilio brachii saecularis.

Mandatum de obediendo singulis regularibus utriusque sexus porrectum.

§. 8. Nos enim auctoritate apostolica omnibus, et singulis viris, et foeminis regularibus in insula Sardiniae extantibus, etiam superioribus, eorumque officialibus, et ministris, non exclusis syndacis apostolicis in ordine mendicantium, in virtute sanctae obedientiae praecipimus, ut te uti Nostrum delegatum et visitatorem apostolicum agnoscant, recipiant, et venerentur, tibique et tuis convisitatoribus atque secretario debitum praestent obsequium, sublata cuicumque, superioribus etiam uniuscujusque regularis instituti generalibus, potestate quidpiam per se, vel per alios, sive in scriptis, sive voce, mandandi, consulendi, aut decernendi quod vel retardare, vel imminuere, vel quomodolibet, directe, vel indirecte attenuare possit hujus delegationis, et visitationis exequutionem.

Suspensio jurisdictionis superiorum durante visitatione.

§. 9. Statuimus denique, atque jubemus, ut, hac delegatione, et visitatione durante, suspensa remaneat ipso facto auctoritas omnium superiorum etiam majorum, et definitorii, sive consultationis provinciae quoad nempe illam domum tantum quae visitatur. Ut autem, venerabilis frater, malis, si quae apud regulares viros, foeminasque in Sardiniae insula extantes, inveneris, salutaria adhibere remedia valeas, auctoritate apostolica plenam tibi concedimus potestatem, tum professiones non rite emissas, tum electiones a provincialibus, vel a peculiarium domorum superioribus non legitime factas, penitus sanandi, nec non dispensandi per condonationem, vel per compositionem, prout magis expedire tibi in Domino videbitur, super missarum etiam manualium, oneribusque non fuerit satisfactum, atque reducendi, seu imminuendi justis de causis pro futuris temporibus onera piorum legatorum, et absolvendi a censuris, quas circa onera missarum, regulares quaelibet personae contraxerint; itemque absolvendi a censuris, quas eaedem personae contraxerint, tum ob donationes, venditiones, permutationes, et alias quascumque alienationes rerum ad regulares domos, vel ad individuos regulares pertinentium, tum ob simonias quocumque modo commissas in electionibus superiorum; ac insuper, si urgeat necessitas, aut suadeat utilitas, permittendi fundorum permutationes, et alienationes quascumque. Demum facultatem tibi impertimur audiendi confessiones regularium omnium utriusque sexus in insula Sardiniae extantium, eisque impendendi beneficium absolutionis ab omnibus etiam casibus, et censuris Nobis, et apostolicae Sedi reservatis, quam facultatem ambobus quoque tuis convisitatoribus, communicandi potestatem impertimur. Haec autem, atque aliae, quae in Nostris hisce literis continentur facultates, exerceri solum ista durante delegatione, et visitatione poterunt: cessante autem illa, et hae quoque prorsus, et omnino cessabunt.

De transmissione actorum sacrae visitationis ad sacram congregationem negociis episcoporum, et regularium praepositam.

§. 10. Porro tuo jussu, venerabilis frater, acta istius visitationis universa, memoratus secretarius scripto consignabit; quae tu postea, visitatione expleta, vel etiam ante, ad nutum scilicet sanctae Sedis per sacram congregationem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negociis, et consultationibus episcoporum et regularium praepositam, eidem sanctae Sedi trades, aut remittes.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 11. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac omnibus ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in om-

nibus et per omnia plenissime suffragari, et ab omnibus respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, Sedis apostolicae nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non obstantibus, quatenus opus sit, felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictorum ordinum, et monasteriorum, domorumque quarumcumque regularium etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 13. Volumus autem, praesentium literarum exemplis, etiam impressis, manu tamen tua subscriptis, ac sigillo munitis, eadem prorsus, in disceptationibus quoque judicialibus, fides habeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce literis ostensis haberetur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima prima aprilis, millesimo octingentesimovigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXXVII.

Dat. die 12. aprilis 1826. Anno III.

Suppressio sedis episcopalis de Tynice, aliaque ejus in loco facta erectio in civitate Tarnoviensi, cum consuetis privilegiis, et honoribus et translatione ejusdem episcopi.

Leo episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Sedium episcopalium translationes non quidem ad rerum humanarum mobilitatem, sed pro gregis Dominici comodo, et faciliori regimine sancire consueverunt Romani pontifices, ne impensae qua premuntur de salute animarum sollicitudini defuisse videantur. Nosque item, ubi in rei sacrae utilitatem eas sura dignoscantur, apostolicae benignitatis providentiam desiderari minime permittimus.

§. 2. Decreta porro superioribus annis a felicis recordationis Pio papa VII. praedecessore Nostro erectione novae sedis episcopalis cum suo capitulo, seminario, et clero in civitate de Tynice nuper ex relatione cum authenticis documentis Nobis exhibita aperte intelleximus, graves ad constabiliendam episcopalem cathedram in praedicta civitate de Tynice opponi difficultates, quae Nobis facile persuaserunt designatae episcopalis sedis de Tynice necessariam fore commutationem, sive translationem. Cognovimus pariter intra limites territorii adsignati pro dioecesi de Tynice contineri urbem Tarnoviensem nuncupatam jam alias pontificali sede decoratam, in qua facillima parari possunt ea omnia, quae ad constabiliendam episcopalem sedem cum suis capitulo, clero et seminario et ad commode spirituale dioecesanorum gubernium exercendum videntur opportuna.

Ratio concessionis.

§. 3. Votis itaque obsecundantes carissimi in Christo filii Nostri Francisci Primi Austriae Imperatoris ac Bohemiae et Hungariae regis apostolici per dilectum filium equitem de Gennotte suum apud Nos et apostolicam Sedem negotiorum gestorem praevia suppressione, extinctione, et annullatione sedis episcopalis et ecclesiae cathedralis in praedicta civitate Tynice novam ejus loco in memorata civitate Tarnoviensi cum consuetis honoribus, juribus et privilegiis erigimus episcopalem sedem, atque ad eam transferimus venerabilem fratrem Gregorium Ziegler modernum episcopum de Tynice, ipsumque hujusmodi sic noviter erectae cathedralis ecclesiae Tarnoviensis episcopum constituimus ac deputamus, et inibi existentem parochialem ecclesiam sub titulo Nativitatis Beatae Mariae Virginis in ca-

thedralem perpetuo erigimus, ac ad illam transferimus capitulum ipsius antea cathedralis de Tynice, et ecclesiasticum puerorum seminarium una cum respectivis fructibus, redditibus, proventibus, insigniis, juribus, praeeminentiis, privilegiis, honoribus, gratiis et indultis, quibus legitime gaudent, firmis de cetero remanentibus dioecesis limitibus in erectione episcopatus de Tynice in omnibus ad formam antedictarum Pii praedecessoris Nostri literarum apostolicarum pridem assignatis.

Assignatio domus pro habitatione episcopi, et capitularium.

§. 4. Pro decenti vero et commoda tam pro tempore existentis episcopi Tarnoviensis, quam capitularium illius ecclesiae cathedralis habitatione, nec non pro ecclesiastici puerorum seminarii stabili institutione aedes necessarias et convenientes in eadem Tarnoviae civitate a praedicta imperiali, ac regia majestate suppeditandas, et ab exequutore praesentium literarum adprobandas perpetuo similiter tribuimus, et assignamus.

Conversio ecclesiae cathedralis de Tynice in ecclesiam parochialem.

§. 5. Volumus autem quod antea cathedralis nunc mere parochialis ecclesia sub invocatione sanctorum apostolorum Petri et Pauli in antedicta civitate de Tynice cum opportunis redditibus sufficienter provisa in posterum remaneat sacris ministris per quos incolis verbum Dei praedicare et sacramenta valeant administrari, ne ipsi ob sedis hujusmodi translationem ullum spirituale patiatur detrimentum.

Deputatio executoris apostolici.

§. 6. Ad hoc ut itaque omnia et singula ut supra a Nobis disposita rite ad suum perducantur effectum venerabili fratri Andreae Aloisio Ankeviez archiepiscopo Leopoliensi, quem praesentium literarum deputamus exequutorem necessarias et opportunas tribuimus facultates, ut sive per se, sive per aliam vel alias personam sive personas in ecclesiastica dignitate constitutam vel constitutas ab eo specialiter subdelegandam vel subdelegandas cuncta peragere, disponere ac decernere, et super quacumque oppositione adversus praemissa quomodolibet forsan oritura cognoscere, ac etiam definitive pronunciare libere et licite possit, et valeat.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 7. Praesentes vero, et in eis contenta quaecumque literas etiam ex eo quod quilibet interesse habentes vel non fuerint auditi, vel praemissis non consenserint nullo umquam tempore de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eam semper et perpetuo validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere: et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari irritum et inane decernimus, in contrarium facientibus licet speciali, expressa et individua mentione dignis non obstantibus quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae suppressionis, extinctionis, annullationis, translationis, erectionis, constitutionis, assignationis, deputationis, mandati, decreti, derogationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo sexto nono kalendas majas, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXXVIII.

Dat. die 2. maji 1826. Anno III.

Privilegia concessa sacello dicato Deiparae Virgini et divo Francisco de Paula erecto in rure cui nomen — *dei Casini* — in territorio Spoletano.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Procemium.

§. 1. Nostrum est, qui universae Catholicae Ecclesiae ex arcano divinae providentiae consilio praesidemus, animarum saluti pro viribus omnimode providere, ut quo quis facilius, eo et alacrius pietatis opera praestet.

Tenor concessionis.

§. 2. Quum igitur ad Spoleti urbem quam tot nominibus insignem non possumus non habere carissimam, in ea enim majores Nostri domicilium sibi compararunt, rus habeamus, cui nomen — *dei Casini* — opportunum sane duximus earum aedium sacellum Deiparae Virgini, et divo Francisco de Paula dicatum nonnullis privilegiis ornare. Quapropter auctoritate Nobis a Domino tradita concedimus et indulgemus, ut inibi super ara decenter

ornata per quemcumque sacerdotem venerabili fratri archiepiscopo episcopo Spoleti probatum singulis diebus praecipua etiam per annum solemnitate sacris, Eucharistica hostia possit immolari; ita ut quicumque diebus festis pietate illa, qua decet incruento ibidem sacrificio intersit, ab obligatione solvatur eidem publico in templo assistendi, et Ecclesiae praecepto satisfecisse ducatur. Praeterea eadem potestate Nostra facultatem facimus, cujus ope in sacello, de quo habita est mentio, sacra suppellectile instructo, sanctissimum asservare sacramentum liceat, dummodo ibi unum quotidie fiat sacrum, ac ante tabernaculum in quo divina tegitur hostia diu noctuque lampas alatur, itemque ejus tabernaculi clavis maneat penes sacristam sive aedituum, qui fida illam custodia tueatur.

Reservationes speciales. §. 3. Haec concedimus atque indulgemus sartis tectisque parochi juribus, ac non obstantibus apostolicis, et in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae, apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die quinta maji millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 15. maji 1826. Anno III.

CXXXIX.

Confirmatio permutationis bonorum pertinentium ad commendas ordinis Hierosolymitani possessas a fratribus professis ejusdem ordinis Vincentio Calabrini Centumcellarum et Alexandro Ghislieri Aesino.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum. §. 1. Quum dilectus filius Vincentius Calabrini civitatis Centumcellarum, prout Nobis nuper exponi curavit, militari ordini sancti Joannis Hierosolymitani, et pro eo dilecto filio Alexandro Ghislieri fratri militi de justitia expresse professo ejusdem ordinis, et titulari commendae sanctae Mariae vulgo in Collemodi appellatae, proposuerit, utile dominium cujusdam fundi in territorio praedictae civitatis vulgo Valle Sbotta, Risolano, Sterpeto, Camporeale nuncupati existentis, quantitatem mensurae biscentum nonaginta trium vulgo rubbia aequantis, nec non directum dominium parvae domus in eadem civitate constructae, quae omnia ad commendam praedictam sanctae Mariae ejusdem ordinis militaris, prout asseritur, pertinent, duobus suis praediis in territorio Æsino nuper coemptis, altero videlicet in regione vulgo Starpara, quantitatis di rubbia sedici, coppe due, e canne centosette alterove vulgo Campolungo di some sette, coppe tre, e canne ottantotto, servatis, servandis permutare; quumque hujusmodi contractus utilitas favore commendae praedictae, omnibus prius juxta constitutiones ordinis, ut capitularia statuta, prout asseritur, mature perpensis, et per commissarios rite deputatos diligenter comprobatis, in controversiam vocari haud possit, de consensu consilii et locumtenentis dicti ordinis, nec non commendatarii praedicti huic permutationis contractui extrema manu accessit ex parte contrahentium die trigesima januarii currentis anni, publico exarato instrumento in forma juris valida, prout asseritur, per tabularium urbis, cui nomen Nicolaus Maria Francois, adjecta tamen conditione apostolicae impetrandae approbationis ad praemissum effectum; enixis proinde precibus nomine praedicti Calabrini petitum fuit a Nobis, ut hujusmodi permutationis contractum auctoritate Nostra apostolica approbemus, illiusque perpetuam et inviolabilem observantiam mandemus.

§. 2. Nos igitur praedicti ordinis et Calabrini votis benigne annuere volentes, ac omnes, quibus praesentes literae favent, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes; hujusmodi supplicationibus inclinati, contractum permutationis praedictae inter militarem ordinem sancti Joannis Hierosolymitani, et Vincentium Calabrini confectum, et in actis tabularii Francois urbis die 30 januarii currentis anni relatum, cujus tenorem praesentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, ac omnia in eo expressa et exarata, auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus et confirmamus, ac valida declara- Tenor concessionis.

mus, et omnes ac singulos juris et facti defectus, si quos desuper quomodolibet intervenisse contigerit, plenarie sanamus, atque supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 3. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac praedicto militari ordini, et Vincentio Calabrini, ejusque successoribus plenissime in praemissis suffragari, atque ab omnibus respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non dicti hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani praedictaeque commendae sanctae Mariae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima tertia maji millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 13 maji 1826. Anno III.

CXL.

Confirmatio concordiae initae inter ducalem domum Lucensem, et administrationem bonorum ecclesiasticorum ejusdem ducatus.

Leo PP. XII.

Procemium. §. 1. Mala germina litium succidi sane optandum est, et in id Romanos pontifices decet eorum studium auctoritatemque conferre.

Expositio precum. §. 2. Ex literis apostolicis fel. rec. Pii VII. praedecessoris Nostri sub annulo piscatoris expeditis, ac datis die octava aprilis anno millesimo octingentesimo vigesimo concordi regina Maria Aloisia Hispaniarum Infante Lucae ducissa, quum ecclesiastica bona, quae superiorum temporum acerbitate nullo modo distracta in eo supererant ducatu, piis illis institutis dote carentibus fuissent distributa, ea ducissa ipsi pontifici exponendum curavit nonnullas enatas esse controversias eos inter, quibus eorumdem bonorum cura commissa, ac publicum aerarium de nominibus, quibus utrique se praeditos esse contendebant, ab eoque petiit, ut illi ecclesiasticae commissioni facultas fieret, qualis a tribus arbitris dirimeretur. Quibus quidem precibus die quarta aprilis anno millesimo octingentesimi vigesimo secundo idem annuit pontifex plane ratus hujusmodi consilium divisioni illius patrimonii sacri jam peractae nihil damni allaturum, factoque compromisso die vigesima quarta augusti anni millesimi octingentesimi vigesimi quarti judices sententiam tulerunt, qua decretum, ut ecclesiastica commissio scutatos nummos monetae Romanae circiter centum quadreginta mille, octingentos vigintiquinque aerario deberet, magna ex parte eidem aerario persolvendos, reliquum quibusdam creditoribus, quos illud usque tum uti suos agnoverat, et e quibus e vestigio se levari persentiit. Graves attamen rationes ab Lucensi ecclesia contra arbitrorum sententiam ad hanc apostolicam Sedem fuerunt delatae, e quibus aperte patebat, eamdem sententiam, si vim habuisset, non sacri modo patrimonii redditnum, quos tum haec sancta Sedes, tum ipsa ducissa sartos tectosque voluere, ordinem eversuram, sed etiam, plerisque ex reliquis bonis ad pensiones vitalitias persolvendas constitutis ab eo patrimonio distractis, quaeque post eorum mortem qui iisdem pensionibus fuerant ornati, in beneficiorum juris patronatus instauratione erant collocanda, impedimento futura quominus illae penderentur, et simul ii qui jure patronatus pollent in beneficia pro certo haberent, se aliquando ad pristina jura redituros, uti solemni pactione statutum in commemoratis Pii VII. apostolicis literis, ac denique causam futuram, ut in irritum caderet conventum ab utrisque sancitum, unde inferri posset eamdem illam civilem, quae supremae ecclesiasticae potestati conjuncta olim id constituerat, velle nunc ipsarum rerum eversioni assentiri.

Deputatio insignium virorum, qui aequam proponerent concordiam. §. 3. Haec quum Lucensis archiepiscopus nuper vita functus Nobis exposuerit, votis quoque dilectissimi in Christo filii Nostri Caroli Ludovici Borbonii Hispaniarum infantis Lucae ducis annuentes, qui Catholicae religionis studiosissimus tam prudenter sapien-

terque de publicis ditionis suae rebus curam agit, non potuimus non sollicitudinem intantam suscipere in iis comparandis, quae ab ea ecclesia procul dubio recensita damna averterent, et civilibus rationibus faverent. Quapropter dilectum filium magistrum Raphaelem Mazio supremae inquisitionis assessorem nominavimus, qui una cum venerabili fratre Danlo Augusto Corcyrae archiepiscopo ab ipso duce dedita opera electo, totam rem conciliarent. Uterque autem singulari ingenii acumine, et multiplici doctrinae copia cuique probati, momentis rationum omnium sedulo perpensis, in unum consentientes hujusmodi pactiones iniere: nimirum.

Tenor concordiae, propositae.

I. §. 4. S. A. R. l' infante d. Carlo Lodovico di Borbone duca di Lucca, e la di lui reale finanza formalmente rinunzieranno al compromesso pendente, ed al diritto di ripetere contro l' amministrazione de' beni ecclesiastici qualunque somma, e qualunque stabile, che prima del seguito compromesso esisteva, e si riputava far parte dell' amministrazione medesima.

II. La suddetta reale finanza tornerà ad iscrivere sul gran libro del debito pubblico quelle partite che ne furono radiate in conseguenza del lodo, colla limitazione della quale in appresso, e con questa stessa limitazione si obbligherà di continuare a pagare le rendite perpetue, e le pensioni vitalizie di provenienza ecclesiastica, com'erano iscritte nel suddetto libro prima di esso lodo.

III. In correspettività la commissione ecclesiastica rinunzierà a tutti i diritti che potesse sotto qualsivoglia aspetto vantare contro la reale finanza, obbligandosi di non promuovere più veruna questione o molestia contro di essa.

IV. La medesima commissione pagherà alla reale finanza entro il termine di anni quattro a rate annuali la somma da liquidarsi, che provenir possa dai pesi arretrati che gravano i beni attualmente posseduti dal patrimonio ecclesiastico.

V. Per lo stesso motivo la commissione ecclesiastica assumerà a se quella parte di passività proveniente dall' antico patrimonio ecclesiastico, tuttochè iscritte al gran libro; e poste a carico del tesoro, limitatamente a quella rata di patrimonio che dopo le passate vicende è stato restituito alla chiesa, e che dalla medesima si possiede a tenore della liquidazione la meno dispendiosa possibile da farsene. Da tali passività però s' intendano escluse le pensioni vitalizie già accordate dal cessato governo ai diversi inservienti dei monasteri, e pii stabilimenti, che oggi fossero rientrati a servire i monasteri, o altri qualsivoglia stabilimenti ecclesiastici, onde la chiesa non si trovi esposta a dover pagare due volte la stessa persona addetta alla medesima.

VI. La suddetta commissione si costituirà debitrice verso il real tesoro dello stato della somma di scudi trentamila, da pagarsi con quella rata di patrimonio superstite della chiesa, che oggi serve a pagare le pensioni vitalizie, e tutti gli altri pesi, allorchè si sarà fatto luogo all' intiera cessazione degli enunciati pesi; ed alla ripristinazione dei benefici di giuspatronato laicale, contemplata nel breve degli otto aprile 1820.

VII. L' esecutore apostolico del citato breve in quella parte di esecuzione volontaria che gli spetta, sanzionerà con suo decreto le dotazioni fatte in addietro dalla potestà civile con beni di provenienza ecclesiastica, dei stabilimenti nominali, l' istituto Maria Luisa, il collegio Carlo Ludovico, ed in parte l' ospedale, e ne farà una perpetua abdicazione e rinunzia a favore dello stato, promettendo di mai più reclamare contro le dotazioni medesime. Sanzionerà similmente l' uso perpetuo del monastero di s. Domenico per servire al primo di detti stabilimenti e ne farà una perpetua abdicazione e rinuncia a favore dello stato, e finalmente rinuncierà ai diritti che potrebbero competergli, su gli altri due monasteri occupati di s. Giorgio, o s. Giustina, come che di provenienza ecclesiastica, non distratti, ma soltanto convertiti in altro uso, quali rinunzie tutte oltrepassano di gran lunga la somma della quale con l' enunciato lodo è stata costituita debitrice la chiesa.

VIII. E siccome il ducato di Lucca, a seconda dei trattati, si renderà reversibile un giorno alla Toscana, così a garantire perpetuamente la chiesa di Lucca nel possesso dei beni ecclesiastici che le furono religiosamente abdicati dalla defonta regina Maria Luisa di gl. m. e che servirono alla ripristinazione dell' uno e dell' altro clero, dovrà la reale

finanza dichiarare che i beni affetti alla enunciata dotazione, che oggi la chiesa stessa le abdica e rinunzia a favore dello stato, devono rimanere perpetuamente affetti e garanti degli altri che, come sopra, le furono ceduti per servire di dote al patrimonio dalla chiesa di maniera che, se per disavventura venisse la chiesa medesima turbata nel pacifico possesso di quelli, possa per l'entrante quantità avere il regresso a quelli che oggi abdica e rinunzia.

Confirmatio apostolica.

§. 5. Nos igitur qui totius catholici gregis gravissimo pastoris munere perfungimur, ejus pacem tranquillitatemque pro viribus omnimode curantes, ut perspeximus omnia quae in ea continentur concordia tum ecclesiae Lucensi, tum ei ditioni profutura eamdem ipsam plena Nostra apostolica potestate approbamus, et confirmamus, eique omne rubur et firmitatem adjungimus. Insuper juris, et facti defectus quos vocant, qui in ea condenda fortasse irrepserint eadem auctoritate apostolica supplemus atque sanamus. Praeterea proximo Lucensi archiepiscopo a Nobis constituendo eas partes imponimus, idque mandamus, ut voluntatem Nostram omnino exequatur, ac ejus concordiae conditiones diligenter servari curet. Ipsi idcirco deferimus singulas quasque facultates, quae in hisce peragendis plane requiruntur, ac nemo audeat ei molestiam inferre.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 6. Id volumus atque mandamus decernentes has literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, et eorum causa quae expressa sunt hoc futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus fel. rec. Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum; aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die decima secunda maji millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

CXLI.

Dat. die 17. maji 1826. Anno III.

Approbatio erectionis ecclesiae parochialis catholicae in urbe Coethensi dioecesis Pellensis.

Venerabili fratri Ignatio Bernardo Mavermann episcopo Pellensi vicario apostolico in Saxonia.

Leo papa XII.

Venerabilis frater,
salutem et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Supremum hoc apostolatus fastigium ad quod nullis Nostris meritis evecti fuimus tot quidem redundat curis, et angustiis, ut vix dies aliqua labatur, quae non afferat plures, easdemque graves dolendi, et merendi causas. Verum Deus, et Pater Domini Nostri Jesu Christi, qui est Deus totius consolationis, saepe consolatur Nos in tribulationibus Nostris, animumque Nostrum iis pene fractum erigit, et recreat, singularibus, et felicissimis Ecclesiae Catholicae, cui praesumus, eventibus. Gravissima certa dolebamus, cum animo reputaremus, quem in statum, et quam miserum prolapsa sit res Catholica in Germanicis istis regionibus, ubi olim mirifice florebat; eaque recordatio erat Nobis acerbior, tum quod illam Ecclesiae calamitatem, non modo ex aliorum sermonibus audivimus, sed etiam oculis Nostris ipsis perspeximus, cum in minoribus constituti, nuncii apostolici munus plures annos in Germania gessimus, tum quod exploratum Nobis esset per ea, quae deinde evenerunt, multo miserabiliorem, et calamitosiorem Catholicae religionis conditionem in Germania evasisse.

Expositio precum.

§. 2. Verum dum haec animo revolveremus, literae Nobis allatae sunt, quibus nomine serenissimi principis Ferdinandi, qui nuper haereditario jure ducatu Anhaltino Coethensi potitus est, nunciabatur paratum se esse, non modo permittere, sed et efficere, ut in urbe Coethensi ducatus sui principe, ecclesia Catholica parochialis erigatur, in

qua catholici, qui ea in urbe sunt, libere religionem Nostram sanctissimam exercere possint, et praeterea petere, ut huic ecclesiae sacerdos probus, ille quidem prudens, et rerum ecclesiasticarum peritus praeficiatur, qui parochi munus gerat, et quae religionis sunt, procuret; ac velle se fundos ecclesiae eidem attribuere, ex quorum redditibus, qui quotannis quadringentos nummos scutatos attingant, parochus alatur. Hoc nuncio accepto, tantam concepimus animo laetitiam, quantam vix verbis explicare possumus. Quae enim major laetandi causa esse poterat, quam in ducatu, in quo trecentis fere ante annis religio Catholica tantam jacturam fecerat, ut penitus interiisse videretur, et vix sub initium hujus saeculi aliquos cultores, sed paucos illos quidem iterum adepta fuerat, continuo eadem reviviscere, atque ita ut, principe non tollerante tantum, sed omnino favente et adjuvante, publica ecclesia Catholica erigatur.

Gaudet pontifex principem Ferdinandum, ejusque uxorem ejurata haeresi Catholicam religionem professos fuisse.

§. 3. Sed ad gaudium hoc Nostrum cumulus accessit, cum serenissimus princeps Ferdinandus, et serenissima ducissa ejus uxor postquam satis instructi a viro docto, et pio fuerunt, die vigesima quarta superioris octobris prope Parisios coram venerabili fratre archiepiscopo Parisiensi, haeresim, cui hactenus adhaeserant, ejurarunt et Catholicam religionem professi sunt, impetrata a censuris absolutione, caeterisque omnibus pie, sancteque expletis, quae peragenda ab iis erant. Egimus igitur maximas Deo, ejusque Filio Jesu Christo gratias, eam etiam ob causam, quod fausta haec initia majorem in dies religionis Catholicae felicitatem, et progressus protendere videretur.

Confirmatio erectionis novae ecclesiae parochialis.

§. 4. Ut autem firma ac stabilia essent, quae tam feliciter inchoata sunt, utque serenissimi principis, imo jam dilectissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi ducis votis satisfaceremus, et significaremus quam grata Nobis fuerint quae evenerunt, haec constituta sunt, quae mox indicabimus, et quae scribenda ad te esse censuimus, venerabilis frater, quod non exigua in iis exequendis pars tibi tributa a Nobis sit. Itaque approbamus, imo vehementer commendamus consilium extruendae ecclesiae Catholicae in urbe Coethensi, ac studium et largitatem quam eam in rem Ferdinandus dux adhibere constituit, attributis praecipue fundis ex iis, qui ad eum pertinent, ad parochum sustentandum, quorum redditus quotannis quadringentis nummis scutatis aequales sint. Ea ecclesia Deo dicabitur in honore Deiparae Virginis Matris Nostrae amantissimae, atque ejusdem virginis imaginem in ea ecclesia fidelium pietati exponendam dono misimus affabre expressam ex elegantissima tabula Raphaelis Sanctii Urbinatis pictorum facile principis, quae paucos ante annos in Vaticanam pinacothecam translata est, cum antea in oppido Fulginati esset, quod ditione Nostra continetur, et Roma vix centum mille passibus distat. Ea ecclesia parochiae Catholicae dignitate, et nomine potietur, atque in eam convenient catholici, ut quae religionis sunt officia, sancte et libere explere possint.

Ecclesia immediatae S. Sedis jurisdictioni subjicitur.

§. 5. Nec vero haec ecclesia ulli episcopo, qui extra ducatum Coethensem moretur, sed immediate Nobis, et sanctae huic Sedi apostolicae subjicietur. At quoniam Nos longe absumus, propterea decernimus, ut tu vice Nostra in urbe, et ducatu Coethensi fungaris, concedentes tibi auctoritate apostolica ut ea in urbe, et ducatu utaris facultatibus iis omnibus, quibus veluti vicarius apostolicus in Saxonia donatus es. Tunc erit praecipue parochiae Coethensi sacerdotem pium, prudentem, doctumque designare, praeficere, et instituere, qui parochi munus rite, recteque obire possit, ei conferendo facultates muneri illi necessarias.

Deputatio parochi.

§. 6. Quoniam vero multum interesse putamus omnes intelligere, magnam Nos de nova hac parochia curam, et sollicitudinem gerere, voluimus Nos ipsi prima hac vice parochum designare ac designavimus dilectum nempe filium p. Beckers presbyterum ex societate Jesu hactenus juris canonici professorem in seminario Hildesemiensi, de cujus pietate, doctrina, at prudentia, praeclara accepimus testimonia. Hunc tu in parochia Coethensi parochum rite institues. Haec sunt, quae communicanda, et mandanda tibi, venerabilis frater, a Nobis erant de gravissimo hoc negotio. Non dubitamus quin tu pro tua pietate, et rei Catholicae augendae studio, diligentissime omnes muneris tibi commissi partes sis impleturus. Erit Nobis pergratum, tibique amplissimum, et quod caput est, Deo et Servatori Nostro acceptissimum, excitari

tua opera in ea urbe, et ducatu religionem intermortuam, et fere extinctam, ac imitari te exempla Bonifacii, aliorumque sanctissimorum virorum, qui religionem Catholicam in Germaniam, vel primum intulerunt, vel amplificarunt.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 7. Haec a te expectantes, decernimus, et mandamus has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere; ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima septima maji millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 17. maji 1826. Anno III.

CXLII.

Restitutio seminarii, quod vocant sancti Michaelis in foro urbis Lucae cum assignatione bonorum simplicis beneficii sub invocatione sancti Hieronymi, et concessione aliorum jurium, ac privilegiorum.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Procemium.

§. 1. Recolentes animo divinum illud effatum « adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea » deque integra morum disciplina solliciti nihil, Deo adjuvante, a Nobis praetermittendum est, quod ad perfectam adolescentium institutionem pertineat, sedoloque curandum, ut honestis artibus ac literis, praesertim vero pietate imbuantur.

Ratio concessionis.

§. 2. Antequam temporum vicissitudines Italiam affletarent, collegiali ecclesiae sancti Michaelis in foro urbis Lucae adjunctum erat seminarium, cui praeerat canonicorum decanus, et aliqui ex parte caeteri canonici, ubi adolescentes non solum ejus urbis, sed etiam totius ducatus excipiebantur, ut illud colerent templum, ac ad bonas artes et religionem informati possent in tempore et civili et christianae reipublicae usui esse et ornamento. Veruntamen quum fel. rec. Pius VII praedecessor Noster per suas apostolicas literas annulo piscatoris obsignatas, ac die octava aprilis anno millesimo octingentesimo vigesimo archiepiscopo Lucensi datas, pia instituta, quae ea in ditione rursus excitabantur, censu nominatim effecerit, eumque sacrorum antistitem uno eodemque tempore monuerit, ut quidquid in commemoratis literis nequaquam cautum irritum esset, quumque de eo seminario nulla habita fuerit mentio, factum est ut ipsum abrogatum illico censeretur. Ubi autem animadvertit dilectissimus in Christo filius Noster Carolus Ludovicus Borbonius Hispaniarum infans ac Lucae dux, seminarium restitui oportere, ut in collegiali ecclesia sancti Michaelis, quae nunc ecclesiasticorum virorum numero, si cum antiquo conferatur, sane exiguo constat, cum dignitate sacrae obeantur caeremoniae, ut adolescentes piis ac liberalibus disciplinis instruantur, et facilius iis pateat aditus qui clero se addicunt, statim huic rei consulendum curavit de suo etiam peculio, usque dum alii redditus praesto essent.

Expositio precum.

§. 3. Quae quum ita se habeant, venerabilis frater Paulus Augustus Corcyrae archiepiscopus, cui ab ipso Lucensi duce negotium hujusmodi demandatum, ejus nomine multa cum prece apud Nos institit, ut ex Nostra indulgentia ac venia seminarium quod vocant sancti Michaelis instauretur, eique attribuatur beneficium simplex, cui titulus a s. Hieronymo, sacrificiorum oneribus imminutis; praeterea ut canonicorum decanus ecclesiae sancti Michaelis in illud omnimodam habeat jurisdictionem, ac denique ad ipsum ducem nominatio redeat ejus dignitatis, quam in eodem apostolico diplomate haec s. Sedes sibi reservavit.

Tenor concessionis.

§. 4. Nos igitur dilectissimi in Christo filii Nostri Caroli Luduvici studium summopere commendantes, qui nihil non aggreditur ac movet, quod populis suae ditioni subditis, in iis maxime quae religionem spectant, felicitatem possit comparare, omnesque et singulos quibus hae literae favent peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, plena auctoritate Nostra apostolica seminarium ceu dicunt sancti Michaelis in foro Lucae, quatenus opus sit, iterum instituimus. Ut autem necessariis redditibus omnino caret, adeoque reviviscere haud profecto poterat nisi ipsius ducis munificentia, imo suo privato aerario adjumento juvabatur, eadem potestate Nostra concedimus et indulgemus, ut postquam beneficium simplex liberae collationis nuper in abbatiali ecclesia sancti Hieronymi e bonis, quae post luctuosas rerum vices inde supererant erectum, atque a presbytero Angelico Barbantini habitum, rectore caruerit, suspensa in posterum novi rectoris nominatione, fructus, proventus, redditus administrationis jure perpetuo a seminario percipiantur, ea tamen lege, ut onera eidem inhaerentia diligenter impleantur.

Impositio pensionis favore rectoris paroeciae Cantignani.

§. 5. Quae quidem ut ei leviora evadant, utque beneficii administratio plus emolumenti ferat, sarta tectaque pensione nummorum scutatorum centum quinquaginta monetae Romanae rectori paroeciae Cantignani super fructibus ejusdem beneficii quotannis persolvenda, proximo Lucensi archiepiscopo a Nobis constituendo facultatem impertimur, qua sacrificia, quae juxta indictam e fundatione legem fieri plura deberent, pro suo arbitrio, et prudentia ad pauca redigat, quavis hebdomada statutam ad aram facienda, ratione habita plebis commodi, si forte in beneficii erectione spectatum.

Praefinitio regiminis servandi in novo seminario, cujus gubernium canonico decano conceditur.

§. 6. Ad haec, ut in eodem seminario cuncta ex ordine procedant, atque eo inde arceantur mala, quae a plurium moderatorum sententiis facile possent oriri, opportunum quidem existimamus, ut unus dumtaxat ei praesit. Revera constat illius seminarii regimen anteactis temporibus penes decanum canonicorum collegii sancti Michaelis fuisse, qui tamquam ordinarius sui cleri et paroeciae sanctae Sedi immediate subjiciebatur, atque in controversiis jurisdictione tum civili tum criminali pollebat. Et licet idem canonicorum coetus, tunc cum plerosque redditus ei seminario suppeditabat, de accepto expensoque doceri deberet, et aliquid auctoritatis in illud exerceret, tamen in eorum praesule summa rei erat. Sed quoniam in praesentia ullam ipsi seminario opem afferre nequeunt, voluntati Nostrae profecto nequiescent, dum rei christianae, literariae, pecuniariae, et domesticae illius seminarii supremam unam eorum collegii dignitatem, nempe decanum praeficere statuimus, ac volumus, ut ibidem ordinarii jurisdictione perfruatur.

Jus nominandi canonicorum decanum principibus Lucensibus pro tempore vel guantibus reservatur.

§. 7. Postremo ipsi duci aliquam propensae voluntatis Nostrae significationem prodere cupientes ob peculiarem suam in hanc apostolicam Sedem observantiam, jus nominandi eorumdem canonicorum decanum, ex Leonis X. pont. max. diplomate familiae Gigli concessum, postea vero a novissimo ejus familiae haerede ducatus Lucae principibus testamento cautum, quodque hodierni ducis augusta genitrix huic sanctae Sedi ultro cessit, ea qua fungimur potestate ipsi duci restituimus. Non dubitamus autem quin confestim ecclesiasticam inter commissionem ab ecclesia Lucensi constitutam, et curatores aedis institutioni nobilium puellarum addictae, cui nomen instituti Mariae Aloisiae, publicae exarentur tabulae, in quibus ipsi hypothecam exhibeant pro eorum adimplemento, quibus ex iisdem Pii VII. literis sunt obnoxii, quaeque ad redditus quocumque nomine designandos et canonicorum decani sancti Michaelis, et duorum parochorum omnino spectant.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Haec concedimus atque mandamus decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, et eorum causa quae expressa sunt hoc futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 9. Non obstantibus Nostra et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, nec non fel. rec. Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima tertia maji millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 23. maji 1826. Anno III.

CXLIII.

Facultas concessa fratribus de Thuisy Lutetiae Parisiorum possidendi bona eisdem pervanta ex testamento patrui Aloisii Hieronymi de Goujon de Thuisy fratris ordinis s. Joannis Hierosolymitani.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Romanos pontifices plerumque decet privilegia a sacri cujuslibet ordinis praesulibus alicui legitime concessa apostolicae confirmationis accessione munire, quo major auctoritas illis accedat, neque ulli unquam ea liceat infringere.

Expositio precum. §. 2. Exponendum Nobis curarunt dilecti filii Amabilis, Emmanuel, atque Augustus de Thuisy Lutetiae Parisiorum germani fratres, unus et alter equites honorarii, tertius vero eques haud professus ordinis sancti Joannis Hierosolymitani, eorum patruum Aloisium Hieronymum de Goujon de Thuisy, qui eidem ordini nomen dedit, ac ejus institutum professus cujusdam praedii tuitionem, sive, ut vocant, commendam fuit assequutus, vita functum nonnulla reliquisse bona, quorum haeredes, tum ex facultate ab illius ordinis supremo magistro adepta, tum ex peculiaribus aliis rationibus, eos instituere posse existimavit. Quum autem oratores impense desiderent hisce bonis tranquille pacateque perfrui, suppliciter a Nobis petierunt, opportunam ut veniam ex Nostra indulgentia sibi concederemus. Quae porro preces, et si a Nobis benigne fuissent exceptae, nihilominus ab illius ordinis regimine quidquam injucundum arcere cupientes, iis morem gerere neqnaquam duximus, quamdiu ipsius ordinis consilium suam de hoc negotio sententiam non aperuisset. Ad illud ergo re deducta die vigesima septima novembris superioris anni venerabilis camerae communis thesauri decretum confirmavit; quae quum perpendisset propensam Nostram in commendatoris nepotes voluntatem, mutuam et s. ordinis et Galliae animorum conjunctionem, commendatoris pro merita, nec non haeredum animi integritatem, ejus viri quaecumque bona renuit, ea tamen lege, ut oratores quamlibet pecuniae vim, vel quidpiam, pro eorum arbitrio et conscientiae monito, s. ordini tribuant grati animi et obsequii ergo. Rebus ita se habentibus, Nobis significandum curarunt quorum eorum spiritus paci, ac tranquillitati omnino consulatur, sibi optatissimum fore ut eamdem ordinis Hieronymi abdicationem Nostra sanctione roboremus.

§. 3. Nos igitur ipsos germanos fratres de Thuisy, qui sibi religioni ducunt quidquid catholicam fidem moresque vel leviter offendit, peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis ac poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, quum Nobis innotuerit, conditionem eis indictam expletam jam esse, dum eidem sacro ordini aptam pecuniae summam obtulere auctoritate Nostra apostolica consilium eo ab ordine initum, quo haeredes de Thuisy bonis omnibus ad commendatorem ejusdem familiae spectantibus libere ac licite perfrui possunt, approbamus, et confirmamus, eique omne robur et firmitatem adjungimus. Tenor concessionis.

§. 4. Id volumus atque mandamus, decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, iisdemque haeredibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis Clausula sublata et decretum irritans.

auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima tertia maji, millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 24. maji 1826. Anno III.

CXLIV.

Translatio religiosae domus, seu conventus Cataniae existentis ordinis Hierosolymitani in civitatem Ferrariensem ditionis Pontificiae.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Praeclara erga Catholicam religionem merita, quibus ordo Hierosolymitanus in illa juvanda, et ab inimicis strenue defendenda se maxime commendavit, in causa fuerunt, cur haec apostolica Sedes praedictum ordinem privilegiis exornaverit, ejusque necessitatibus occurrerit. Nam is, et adversum perditissimos homines Mahumetana labe inquinatos pro Christi gloria fortiter dimicavit, et illorum excursiones a christianis regionibus magno animo propulsavit. Qui vero in eumdem ordinem cooptantur, ii probata generis nobilitate conspicui, domesticis abdicatis commodis, a nuptiis abstinent, Deoque perpetuae praesertim castitatis, et paupertatis voto se abstringunt. Quocirca Nos singulari Dei beneficio in suprema beati Petri Sede, licet immerentes, constituti Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum vestigiis insistentes, aliquod in praesentiarum pontificiae benevolentiae testimonium, ac pignus commemorato ordini, optime de Ecclesia, eademque Sede merito, praebere curamus.

Expositio precum. §. 2. Itaque cum dilectus filius Antonius Busca fr. miles locumtenens magni magistri ejusdem ordinis per dilectum filium Antonium Bussi bajulivum, ac dicti ordinis apud Nos, et hanc sanctam Sedem negotiorum gestorem Nobis exposuerit, equites milites hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani ob praeteritas rerum notissimas perturbationes, propria, ac independenti residentia carere, ac se in hisce rerum adjunctis, nullum opportuniorem locum ad conventum ordinis collocandum invenire posse praeterquam ecclesiasticam ditionem, ubi supremus temporalis princeps, supremus est etiam totius ordinis moderator; supplicationesque ad Nos humiliter porrexerit, ut de apostolica benignitate sibi indulgeremus religiosam domum, seu conventum, quam fratres milites ejusdem ordinis nunc Cataniae ex munificentia, pietate, ac singulari erga illos devotione Ferdinandi dum viveret regni utriusque Siciliae regis illustris, habent, in aliquam ditionis Nostrae urbem transferret.

§. 3. Nos qui ex pastoralis sollicitudinis officio regularem disciplinam profitentibus, maxime ubi eorum consulatur progressibus, favorabiles sumus, ac benigni, quique eidem ordini universam rem christianam gerentes, peculiariter praesumus, studiis omnibus praedictum locumtenentem, cunctosque ejusdem militiae sancti Joannis equites, quibus hae literae favent complecti volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine eidem magisterii ordinis locumtenenti facultatem facimus, qua fretus religiosam domum, seu conventum Cataniae in praesens situm, in Nostram civitatem Ferrariensem transferre, et collocare libere, et licite valeat. Haud equidem dubitamus, quin ex hac Nostra indulgentia iidem equites in continenti, et in commemorata civitate Ferrariensi, utpote opportuniore, deinceps positi, cum exteris principibus, nec non cum variis sui ordinis prioratibus expeditius communicantes, suis valeant rationibus melius consulere. Nec pariter dubitandum, quin iidem ipsi equites inibi collocati in dies proficiant in commendabilium suarum pietatis, ac religionis exercitationum studio, ejusque ordinis alumni alio dispersi, regularem vitam in con- Tenor concessionis.

ventu quodam profitendi percupidi, unum in locum facilius congregentur, suoque tandem quisque munere in nova hac regularis instituti mansione rite, recteque defungens, de christiana, nec non de civili republica possit in posterum benemereri. Nec denique dubitandum, quin complures eadem in domo degentes, uni Deo diligentius, ac pacatius inserviant, et pro Christi gloria laborent; sicque caeteris exemplo, ac pietate praeluceutes, omnium observantiam, virtutisque opinionem sibi magis conciliabunt.

Clausula sublata et decretum irritans. §. 4. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus; nec non dicti hospitalis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima secunda maji millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 16. maji 1826. Anno III.

CXLV.

Ampliatio privilegii concessi ab Urbano papa VIII. custodi tabularii valetudinarii Sancti Spiritus de urbe favore custodum aliorum valetudinariorum.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Communem omnium salutem et commodum sedulo spectantes, non exiguam curarum partem valetudinariis hujusce urbis nuper impertivimus, ut cujusque sexus et aetatis aegroti inibi excipiendi quam medicina, quam manu curandi ullo penitus auxilio nequaquam destituerentur. Et re quidem vera, ut quod tantopere optabamus ad exitum perduceretur, ac hujusmodi pia instituta, et civibus et advenis esse possent admirationi et exemplo ingentem dedimus operam, ut, dum vires reficiuntur, animus etiam religionis praesidiis recreetur, itemque ut bonorum ad ea pertinentium accuratissima sit administratio. Quare in sanctione Nostra motu proprio de nosocomiorum urbis regimine edita die tertia januarii volventis anni, alia inter consilia, quae rebus omnibus diligenter perpensis ineunda censuimus, id in primis extat, ut quaeque valetudinaria veluti unum corpus efficiant, utpote uni eidemque regimini subjecta. Haec autem procuratio quo rectius atque ex ordine procederet in classes juxta rerum adjuncta fuit dispertita, et cujusque valetudinarii negotia gerit; adeoque ea classis, quae controversias respicit negotia cuncta complectitur civilis juris unde procedant, atque unam et simplicem procurationis partem constituit.

§. 2. Quae quum ita se habeant, rebus nosocomiorum gerendis praefecti Nobis exponendum curarunt perutile perque opportunum fore, ut, quemadmodum unus a rationum libris, unus ab epistolis, ita etiam unum tabularium, ac unus scriba ad rem quamcumque eligatur; quumque pium sancti Spiritus institutum apte tabularium obtineat, ejus, ex felicis recordationis Urbani VIII. praedecessoris Nostri concessione, custos eodem jure pollet, quo publicus scriba, supplici cum prece a Nobis petiere, ut hujusce privilegii beneficio, ex Nostra indulgentia ac venia omnia urbana valetudinaria perfruantur. Expositio precum.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur quum perspexerimus ejusmodi vota non leve bonum nosocomiorum procurationi allatura, ac praeterea consilio a Nobis de iis inito plane respondere, siquidem valetudinarii Sancti Spiritus rationes cum illis aliorum urbis nosocomiorum ex voluntate Nostra colvere, plena qua fungimur apostolica potestate privilegia ab eodem pontifice per suas apostolicas literas sub annulo piscatoris expeditas, ac datas die vigesima octa-

va novembris anno millesimo sexcentesimo vigesimo sexto (quas veluti hic insertas, et ad verbum expressas haberi mandamus) tabularii custodi valetudinarii Sancti Spiritus, in iis quae ad ipsum nominatim pertinebant, concessa ad omnia nunc urbis valetudinaria extendimus, iisque custodem tabularii, ubi tabulae cujusque urbani valetudinarii simul asservabuntur, uti ac frui indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Haec volumus atque sancimus decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et eorum causa quae expressa sunt hoc futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non omnibus illis, quae in commemorati praedecessoris Nostri apostolicis literis non obstare decretum est. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima maji millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 12. junii 1826. Anno III.

CXLVI.

Suppressio cathedralitatis ecclesiae Beatae Mariae virginis a Rosario nuncupatae in civitate Fluminis Januarii, et erectio alterius ecclesiae cathedralis in ecclesia sanctae Mariae a Monte Carmelo ejusdem loci.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Studium paterni affectus, quo Romani pontifices in salutem et commodum Dominici gregis, ac etiam in ecclesiarum splendorem debent assidua invigilare humilitati Nostrae suadet, ut si quando aedificii naturam, arctamque circumscriptionem templum aliquod praecipuum Christifidelium numero et sacrarum functionum decori minime respondeat, novam curemus in hunc finem aptiorem ecclesiam designare.

Expositio precum.

§. 2. Hac Nos mente preces excepimus a dilecto filio Francisco Correa Vidigal charissimi in Christo filii Nostri Petri Brasiliae imperatoris apud Nos et apostolicam Sedem plenipotentiario ministro ipsius imperatoris nomine Nobis exhibitas, quibus pontificia auctoritas postulabatur ad nonnulla sancienda, quae ad rei sacrae utilitatem, atque ad splendidiorem divini cultus procurationem pro novo, qui in urbem Fluminis Januarii ob imperialis aulae domicilium accessit, honore, visa fuerant opportuniora, quaeque pridem apostolicus nuntius bonae memoriae Laurentius Caleppi archiepiscopus Nisibenus, postea Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis tempore interelusi aditus ad sanctae memoriae Pium septimum praedecessorem Nostrum peculiaribus decretis apostolicae Sedis approbationi subjiciendis constituerat.

De postulata translatione cathedralis ecclesiae s. Sebastiani in aliam s. Mariae a Monte Carmelo.

§. 3. Quoniam vero inter caetera juxta vota majestatis suae actum fuit de cathedrali ecclesia sancti Sebastiani Fluminis Januarii ex veteri minus insigni, ac loci ipsius natura minus idonea ecclesia sub titulo beatae Mariae virginis a Rosario transferenda ad ampliorem ornatioremque ecclesiam sanctae Mariae a Monte Carmelo, atque hanc de episcopali throno illustranda; proviso jam iodemnitati fratrum ordinis Carmelitarum, quibus praedicta sanctae Mariae a Monte Carmelo ecclesia cum adnexo coenobio antea spectabat, quique jam alibi opportune asseruntur collocati: idcirco pontificiae auctoritatis praesidium ac robur exoratum est, ut memorata decreta plenam vim consciscantur, atque perpetuum in modum de illius ecclesiae statu salubriter consulatur.

Translatio cathedralitatis, et participatio privilegiorum novae ecclesiae tributa.

§. 4. Re itaque universa accurate perpensa, ac laudati imperatoris precibus benigne annuentes ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine praevia supradictorum decretorum approbatione, ac quorumcumque defectuum in illa fortasse irreptorum sanatione, itemque praevia suppressione, extinctione, et annullatione tituli, jurium, privilegiorum, et denominationis cathedralitatis a memorata ecclesia beatae Mariae virginis a Rosario praefatam alteram ecclesiam sanctae Mariae a

Monte Carmelo in cathedralem ecclesiam sancti Sebastiani Fluminis Januarii cum existentibus capitulo et clero, cum seda, et cathedra episcopali, veteri pro episcopi habitatione palatio retento, cum omnibus honoribus, redditibus, jurisdictionibus, juribus, privilegiis, et praerogativis tam episcopo, quam capitulo respective etiam prout aliis illarum partium episcopis, et capitulis legitime competunt perpetuo designamus, erigimus, et constituimus, salvis tamen iis immutationibus, quas ex apostolicae auctoritatis plenitudine Nobis, et Romanis pontificibus successoribus Nostris decernere in posterum expediens visum fuerit.

Consulitur curae animarum erecta parochiali nova ecclesia.

§. 5. Curam porro animarum, quae in veteri cathedrali ecclesia sanctae Mariae a Rosario extabat, quamque per praesentes transferimus in alteram ecclesiam a sanctissimo Sacramento nuncupatam ad capitulum cathedrale habitualiter spectabit ita tamen, ut vicarius ejusdem curatus per concursum aligendus semper censeatur in canonicorum ordinem cooptatus, ac tali canonicali gradu insignitus presbyter ille, qui in praesentiarum ipsius curae regimini praeest. In cathedrali autem ecclesia parochialia munia peragentur pro iis dumtaxat personis, ac familiis in imperialis domus famulatu existentibus, et is qui ex antedicti imperatoris nominatione ad officium hujusmodi ab ordinario adsciscetur canonici titulo, honore, praeeminentiis, ac privilegiis semper gaudebit.

Providetur implemento onerum piorum legatorum.

§. 6. Onera quidem missarum ac legata pia tam eidem ecclesiae sanctae Mariae a Rosario, quam alicui ex ipsius altaribus jam antea imposita ibidem etiam in posterum erunt adimplenda, relictis propterea favore ejusdem ecclesiae fundis, quibus talia legata innituntur; caetera vero legata pia capitulum speciatim respicientia in ejusdem capitali commodum ad novam cathedralem ecclesiam sanctae Mariae e Monte Carmelo perpetuo transferimus, ac ibidem iisdem diligenter volumus satisfieri. Volumus pariter ut divini cultus procuratio in ecclesia sanctae Mariae a Rosario meliori quo possit modo perseveret, ne omnino vetustae illius aedis memoria amittatur. Quod si forte contigerit non posse amplius in ipsa aede s. Mariae a Rosario divinas res procurari, tunc supradicta etiam onera et legata in novam ecclesiam cathedralem erunt transferenda.

Deputatio executoris apostolici.

§. 7. Venerabili propterea fratri Josepho a Silva moderno sancti Sebastiani Fluminis Januarii episcopo, quem in harum literarum Nostrarum exequutorem eligimus ac deputamus necessarias et opportunas tribuimus facultates ad praemissa omnia et singula a Nobis disposita expedienti methodo etiam in iis, quae supramemoratos fratres ordinis Carmelitarum respiciunt constabilienda, ac super eisdem quacumque ex causa libere, et licite definiendi ac pronunciandi, injuncta tamen eidem Josepho episcopo obligatione transmittendi ad hanc apostolicam Sedem exemplum authentica forma exaratum decretorum omnium in praesentium literarum exequutione conficiendorum, ut in archivio hujus congregationis rebus consistorialibus praepositae possit de more asservari.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 8. Praesentes porro literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet interesse habentes, vel habere praetendentes vocati, vel auditi non fuerint, nullo umquam tempore de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari, sed perpetuo validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat inviolabiliter observari debere decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, aliisque Nostris et cancellariae apostolicae regulis, dictaeque cathedralis ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque licet expressa et individua mentione dignis contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum approbationis, sanationis, suppressionis, extinctionis, annullationis, translationis, designationis, erectionis, constitutionis, deputationis, facultatis, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, eique ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo sexto, idibus junii pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 16. junii 1826. Anno III.

CXLVII.

Concessio indumentorum magis insignium facta canonicis ecclesiarum collegiatarum sanctissimae Trinitatis, et sancti Michaelis civitatis Polentinae dioecesis Marsicensis.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Expositum Nobis nuper fuit nomine venerabilis fratris episcopi Marsicensis et Polentini duobus canonicis illius cathedralis ecclesiae, quum geminae collegiatae, altera sub titulo sanctissimae Trinitatis, et altera sancti Michaelis in civitate Polentina fuerunt rite, prout asseritur, erectae in earumdem archipresbyteros electis jus utendi stallo in choro cathedralis praedictae, in quibusdam processionibus, aliisque solemnioribus anni festis diebus, quibus capitulo cathedralis ipsi se adduut comites, rita, prout asseritur, reservatum fuisse, eisque proinde in votis esse, ad hoc, ut magis magisque sacri eorum ministerii decus accrescat, eorumdem insignium, quibus canonicos cathedralis praedictae, per alias Nostras in simili forma brevis die nona augusti elapsi anni millesimi octingentesimi vigesimi quinti datas apostolicas literas, donavimus, eos quoque eorumque successores participes fieri.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum consilio, praedicti episcopi Marsicensis officiis in hanc rem apud Nos interpositis permoti praedictos archipresbyteros, ac singulares personas quibus praesentes Nostrae literae favent, speciali beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis ac poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati archipresbyteris ecclesiarum collegiatarum sanctissimae Trinitatis, et sancti Michaelis civitatis Polentinae praesentibus, et futuris, quibus, prout asseritur, stallum reservatum fuit in choro cathedralis inter canonicos, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, ut ipsi, dum intersunt naiti cum eodem capitulo functionibus quibuscumque easdem cappas, quibus canonici praedicti vi apostolici indulti utuntur, gestare libere ac licite valeant, servata tamen forma et dispositione constitutionis per felicis recordationis Pium pp. VII. praedecessorem Nostrum circa hujusmodi insignia editae.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae cathedralis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta junii millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 16. junii 1826. Anno III.

CXLVIII.

Ampliatio privilegii tributi a Benedicto XIV. alumnis fratrum eremitarum sancti Augustini consequendi gradum nuncupatum « Praesentati pulpiti ».

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Evangelii nuntios, qui non ut ingenium suum popularem auram captantes ostentent, neque lucri causa id muneris obeant, verum ut inscitiae tenebras, ac vitiorum sordes a Christi grege longe propulsent, optandum est esse quamplurimos, eosque decet ad praeclarum opus gerendum ab apostolicae hujus Sedis indulgentia incitamentum habere.

Expositio precum.

§. 2. Exponendum Nobis curavit dilectus filius Joseph Milifora a sacra fratrum Eremitarum divi Augustini familia, theologiae magister, ac provinciae Castellae procurator Matriti, felicis recordationis Benedictum XIV. praedecessorem Nostrum quo ejus familiae et provinciae alumni in serendo veritatis lumine magis magisque veluti admoto stimulo omne studium collocarent, concessisse, ut quatuor ex iis qui in hujusmodi ministerio caeteros antecelluat, ad gradum, ceu dicunt, Praesentati pulpiti promoverentur. Addit praeterea, eos qui a definiendis ejusdem universae familiae negotiis, quam in comitia provincialia convenisseat, ac do molestis laboribus in christianae legis praeconio perferendis loquentes, quibus ob temporum vicissitudines eos addici opus fuit, qui rebus secundis ad philosophiam ac theologiam docendam servabantur; quumque hae disciplinae haud magno usui in praesentia esse videantur, quippe quod novellae plantationes eo in horto desiderantur, statuisse apud Nos iostare, ut, quo facilius alumnis de re Christiana optime meritis mercedem rependant, duos alios ex illis eodem honore possint afficere.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur precibus ab ipso Josepho Milifora eorum nomine Nobis porrectis ulacri libentique animo obsecundantes, omaesque et singulos quibus hae literae favent peculiari beneficientia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censeates, accepto testimonio tum commemorati instituti generalis prioris, tum ejus qui in Hispania et Indiis vicarius, e quorum utroque Nobis innotuit, id non leve commodum ia hac temporum acerbitate illi ecclesiae ollaturum, auctoritate Nostra apostolica eosdem ipsos quatuor gradus Praesentati pulpiti, quemadmodum vocant, ex concessione praedecessoris Nostri Benedicti XIV. sacrae fratrum eremitarum divi Augustini familiae in provincia Castellae tributos, in quibus religiosi viri sacris concionibus praestantes sunt collocandi, ad sex omnino protendimus et ampliamus, servatis tamen iis conditionibus quae ab ipso pontifice adjectae sunt, ac non obstantibus iis omnibus quae ab eo non obstare decretum est. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta junii millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

CXLIX.

Dat. die 16. junii 1826. Anno III.

Erectio cappellae imperialis in cathedrali ecclesia sanctae Mariae a Monte Carmelo civitatis sancti Sebastiani Fluminis Januarii, illiusque unio capitulo cathedrali, cum concessione privilegiorum, et immunitatum.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Ecclesias, quae divini cultus splendore prae caeteris celebrantur, augere privilegiis et apostolicae auctoritatis benignitate decet quam maxime, ut inde etiam acriores religioni populorum stimuli comparentur.

Temporanea erectio facta a nuncio apostolico sub reservatione indulti pontificii.

§. 2. Posteaquam in Brasiliam regia Bragantia familia se contulit probe cognovit cathedralem ecclesiam sancti Sebastiani Fluminis Januarii sub titulo sanctae Mariae e Rosario male materiatam, nec satis pro sacrorum procuratione idoneam, neque ex loci natura commoditati populi esse accomodatam; ideoque nonnulla proposita fuerunt, quae tam ad sedis episcopalis decus augeadum, quam ad regiae instaurandae cappellae splendorem magis conducere videbantur, quaeque bo. mem. Laurentius Caleppi archiepiscopus Nisibenus tunc apostolicus nuntius, ac deinde Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis ea lege probavit, ut ubi primum aditus ad apostolicam Sedem patuisset pontificia auctoritas ad ea sancienda exquireretur.

Preces porrectae pro consequenda canonica formali erectione.

§. 3. Cumque carissimus in Christo filius Noster Petrus Brasiliae imperator per dilectum filium Franciscum Correa Vidigal suum apud Nos et apostolicam Sedem ministrum plenipotentiarium, obtenta nuper per similes sub plumbo literas datas idibus junii proxime superioris adprobatione praecedentium actorum, ac translatione cathedralitatis ad ecclesiam sanctae Mariae a Monte Carmelo nuncupatam enixis precibus postulaverit, ut rogiam cappellam in ipsa cathedrali ecclesia consti-

tueremus, illamque eidem cathedrali capitulo uniremus.

Erectio, et concessio privilegiorum.

§. 4. Nos idcirco animo quo sumus, erga laudatum imperatorem amantissimo, probe agnoscentes in animarum utilitatem, et in divini cultus incrementum rem fore cessuram ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine in cathedrali ecclesia sanctae Mariae a Monte Carmelo civitatis sancti Sebastiani Fluminis Januarii cappellam erigimus imperialem, eamque dicto cathedrali capitolo unimus et adnectimus, atque officium sacellani majoris ipsius imperialis cappellae venerabili fratri Josepho a Silva moderno episcopo sancti Sebastiani, illiusque in hujusmodi episcopatu pro tempore successoribus perpetuo adtribuimus, prout a felicis recordationis Clemente papa undecimo praedecessore Nostro apostolicis literis aurao sigillo munitis sub datum septimo idus novembris anni millesimi septingentesimi decimi sexti de patriarcha Lisbonensi sacellano majori, regiae Ulissyponensis aulae cappellae semper habendo praescriptum fuit. Eidem vero sacellano majori, cujus praecipue partes erunt sacris imperialis Brasiliensis aulae rebus praeest, jura, privilegia, nec non jurisdictionem super laudati imperatoris ac totius familiae imperialis ubicumque domicilium habentibus seu habituris familiaribus impertimus iisdem modo et forma, quibus sacellano majori regum fidelissimorum ab antedicto praedecessore Nostro Clemente tum supramemoratis die septima idus novembris, tum prioribus de vigesima quarta die augusti anni millesimi quingentesimi noni literis concessa reperiuntur.

Erectio capituli cappellae imperialis.

§. 5. Tali profecto imperialis cappellae cum cathedrali capitulo unione peracta capitulum ipsum octo constabit dignitatibus, ac viginti duobus canonicis ab imperatore Brasiliae perpetuo nominandis, et a pro tempore existente episcopo sancti Sebastiani Fluminis Januarii sacellano majori canonice instituendis ad instar cathedralis capituli et regiae cappellae Ulissyponensis. Memoratis dignitatibus insignia praelatitia ad instar praesulum Romanae curiae, et quando sacris ritu solemni operantur usum pontificalium indulgemus, prout in regia patriarchali Lisbonensi cappella datum est ordini canonicorum praesulum nuncupatorum, servata tamen dispositione constitutionis sanctae memoriae Pii septimi praedecessoris Nostri super pontificalium usu nuper aeditae, in iis omnibus in quibus aliter cautum non sit ex peculiaribus verbis privilegii adtributi canonicis praesulibus patriarchalis regiae cappellae Ulissyponensis, quorum privilegia ad supra erectas dignitates cathedralis cappellae imperialis Brasiliensis specialiter delata fuerunt. Eaedem insuper dignitates in missis privatis usu quoque palmatoriae ac canonis gaudebunt. Canonici autem reliqui cathedralis cappellae imperialis Brasiliensis fasciam et caligas violacei coloris ex privilegio gestabunt, atque in solemni sacro faciendo palmatoriam adhibebunt.

Facultas amplianti capitulum imperatori tributa

§. 6. Facultatem praeterea supralaudato Brasiliae imperatori, ejusque successoribus elargimur adaugendi prout ejus pietati satius visum fuerit dignitatum, canonicorum, aliorumque cathedralis imperialis cappellae beneficiariorum eum iis plane juribus, ac privilegiis, quae pro cathedralium capitulorum incremento in universa Brasilis per Benedictum decimum quartum praedecessorem Nostrum constitutione quae incipit « *Candor lucis* » fuerant fidelissimo regi attributa.

Consulitur perpetuae nominationi cappellani majoris.

§. 7. Ne vero ex absentia pro tempore existentis episcopi sancti Sebastiani Fluminis Januarii, qui ad necessaria commisso sibi gregi auxilia praebenda dioecesi identidem adigitur circuire, desit, qui pontificali dignitate praefulgens sacra pro imperiali aula procuret, laudato imperatori potestatem facimus adsciscendi ecclesiasticum virum doctrina, probitate, ac gravitate commendabilem vice-cappellanum majorem nuncupandum, qui ad ipsius imperatoris preces in episcoporum ordinem adsignato sibi titulo episcopalis ecclesiae in partibus infidelium a Nobis et Romanis pontificibus successoribus Nostris in consueta forma cooptabitur.

Parocho cappellae locus inter canonicos assignatur.

§. 8. Et quoniam in aliis Nostris literis cathedralis ecclesiae translationem spectantibus jam cautum est parochialia munia in ipsa cathedrali exercenda esse a presbytero ab imperatore nominato pro universis personis ipsius imperatoris, cunctaeque familiae imperialis famulatu addictis decernimus, ut presbyter hujusmodi locum inter canonicos obtineat, iisdemque ac ipsi canonici honoribus, et privilegiis debeat gaudere. Nos enim in spectatissimo laudati imperatoris pro divini cultus splendore, ac pro religionis utilitate

studio confisi minime dubitamus, ut novi hujusce imperialis cappellae cleri, aliorumque forsan in ipsum adjiciendorum et splendidioris sacrorum procurationis tuitioni congruo patrimonio assignato si forte nondum satis eidem consultum fuerit, cumulate ab ejus liberalitate prospiciatur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 9. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas perpetuo validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere volumus atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus Nostris et cancellariae apostolicae regulis de gratiis non concedendis ad instar, praedictarumque ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque et literis apostolicis, caeterisque licet speciali, expressa, et individua mentione dignis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum erectionis, unionis, adnectionis, attributionis, impartitionis, indulti, facultatis, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, eique ausu temerario contraire; siquis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo sexto, quarto decimo kalendas julii, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 20. junii 1826. Anno III.

CL.

Ampliatio privilegii jam concessi baroni Josepho Coletti loci di Tufo appellati dioecesis Marsorum audiendi missam diebus festis in parvo choro adnexo ecclesiae sub titulo sancti Josephi ejusdem loci.

Venerabili fratri Episcopo Marsorum.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper curavit dilectus filius baro Joseph Coletti loci di Tufo appellati istius dioecesis Marsorum, in quadam publica ecclesia sub titulo sancti Josephi in eodem loco sumptibus cujusdam sui patrui excitata, suaeque domui adhaerente, et a parochiali ecclesia dimidium milliarii circiter distante, parvum chorum instar odei auctoritate apostolica, prout asseritur, fuisse apertum, unde non solum familia oratoris, ejusque hospites, et familiares, sed quilibet etiam ex populo, quem praedicta angusta ecclesia capere haud posset, sacrosanctum missae sacrificium diebus festis audirent; nunc autem, ut ejusdem populi spirituali utilitati, et commodo orator consuleret, cum magna vigeat penuria sacerdotum, et parochialis ecclesia non parum distet, ampliato jam praedicto odeo, aliisque fenestris circum parietes internas praedictae ecclesiae apertis, duplici tamen crate munitis, quarum consuetos conservatur accessus, enixis precibus a Nobis petiit, ut indultum praedictum ad novo reclusas fenestras, ampliatumque odeum extendamus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur praedictum oratorem, ac singulares personas, quibus praesentes literae favent, speciali beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus, ut veris existentibus narratis eidem oratori petitam facultatem admittendi in odeum et novas fenestras quemcumque tam de sua familia, quam de populo del Tufo, ad praemissum effectum, auctoritate Nostra apostolica gratis impertiaris; ita tamen ut accessus ad domum oratoris caute custodiatur, et ea omnia serventur, quae circa usum chori et fenestrae hujusmodi praescripta sunt; itemque in muro dictae ecclesiae apponatur lapis in loco patenti, in quo declaretur, domum contiguam ejusdem oratoris immunitate ecclesiastica minime gaudere.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima junii millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 26. jun. 1826. Anno III.

CLI.

Nova lex super methodo servanda in contractibus venditionis olei.

Leo PP. XII.

Motu-proprio.

Ratio legis novae.

§. 1. L'olio oggetto di prima necessità specialmente ne' paesi cattolici tenuti per le leggi di s. Chiesa all' osservanza della quadragesima, delle quattro tempora, e delle vigilie ha richiamato mai sempre le cure de' sommi pontefici Nostri predecessori, li quali in diversi tempi emanarono savj regolamenti onde procurarne l' abbondanza nella capitale, e nello stato, e ad effetto di eliminarne il monopolio, le frodi, e le adulterazioni. La malizia degli uomini però ha saputo o paralizzare, o travolgere le antiche istituzioni in modo che o non producono più, o mal producono gli effetti, che eransi proposti que' sommi legislatori. Mentre ogni Nostro pensiero è rivolto a favorire, ed incoraggiare l' agricoltura prima, e sicura sorgente di opulenza pe' popoli, che la provvidenza divina ha collocato nel fertile suolo del Nostro stato, ci siamo in pari tempo proposti di allontanare quegli abusi, che inceppano le contrattazioni, favoriscono il monopolio, e sottopongono gl' industri agricoltori, ed i popoli consumatori a discapiti, a danni infiniti; non senza vero rammarico abbiamo udito, che pochi uomini sudditi nella maggior parte di altro governo siansi privativamente arrogati la qualifica di misuratori, e di sensali di olio nella capitale senza niuna autorizzazione del governo, e che impunemente fan monopolio delle contrattazioni, abusano delle misure, adulterano talora il genere con acque di vegetabili, e con grassi, ed hanno con vessazioni continue indispettito gli animi di varj benemeriti proprietarj riproduttori, non che dei fatigati conduttori di quel necessario prodotto. Ad evitare per quanto è possibile tanti disordini in virtù della presente Nostra cedola di motu-proprio colla scienza, e pienezza della Nostra sovrana autorità ordiniamo ciò che siegue.

Venditio facienda ad pondus.

I. §. 2. Essendosi coll' esperienza conosciuto, che il metodo della misurazione nelle compre, e vendite dell' olio facilita gli artifizj delle frodi, ordiniamo, e comandiamo, che sia totalmente abolito nelle contrattazioni all' ingrosso, e venga sostituito il metodo del peso nella cui manovra è più difficile eseguira degl' inganni. A diligenza di monsignor presidente della grascia sarà fatto l' esatto ragguaglio de' pesi colle attuali misure, e sarà tosto pubblicato.

Abolitio mensurarum.

II. §. 3. Tutte le misure superiori al boccale sono abolite. Monsignor presidente della grascia le farà ritirare dagli attuali misuratori, e sensali col mezzo del rincontro, di cui in appresso, dovendo questi pagarne del proprio il prezzo ai proprietarj. Dopo tale operazione le misure, che esistessero occultate presso li misuratori, sensali, o rivenditori si riterranno come frodolenti.

De verificatione staterarum.

III. §. 4. Le stadere che si useranno pel peso dell' olio contrattato all' ingrosso saranno munite di doppio bollo, di quello cioè dell' uffizio camerale dei pesi, e misure, e dell' altro della deputazione della grascia, ferma la sua rinnovazione di esso bollo di sei in sei mesi come si pratica.

Venditio coram officiali publico peragenda.

IV. §. 5. Il peso dell' olio nelle contrattazioni all' ingrosso, che si eseguiranno nella capitale sarà disimpegnato con esattezza scrupolosa ogni volta, che le parti contraenti lo richiedano sotto la sorveglianza di un rincontro nominato dal governo.

De officio ab eo tenendo.

V. §. 6. Il rincontro dovrà tenere a proprie spese un uffizio, e de' locali adattati in sito centrico della capitale: dovrà stipendiare dei pesatori, e degli uomini di fatica, che agiscano sotto la sua responsabilità da scegliersi da esso in preferenza fra gli attuali misuratori: avere del proprio stadere, ed altri utensilj necessarj: essere fornito di un quantitativo discreto di recipienti, e mezzi di trasporto; essere a portata di dare la cosi detta stufa agli olj in tempo di gelo, e fornire il comodo di deposito, qualora li venditori concorrenti non possano con celerità effettuarne l' alienazione.

De sumptibus necessariis.

VI. §. 7. Colle mercedi, che in compenso della soa opera gli verranno accordafe dai contraenti cui sarà richiesto dovrà sostenere le spese tutte per gli oggetti nominati nel precedeote articolo, seoza che possa mai pretendere alcon indennizzo dal governo.

De registris ab officiali servandis.

VII. §. 8. Dovrà inoltre tener nel suo ufizio due registri in buona forma, e da esso in ogni pagioa firmati, nel primo de' quali dovranno giornalmente annotarsi tutti li pesi di olio tanto delle primitive contrattazioni, quanto delle rivendite secondarie, non che la condizione, ed i nomi de' contraenti. Nel secoodo dovrannn esservi registrati tutti li contratti di ollo, che colla mediazione de' pubblici seosali patentati avessero avuto effetto, dovendo essere tenuti li suddetti sensali sotto pena della perdita della carica, di esibire nel corso delle ore ventiquattro dopo seguita una contrattazione di olio nel suddetto uffizio il loro libretto vidimato, ove ben l'obbligo di tenervi registrati li contratti, onde essere trascritti totti quelli di olio nel registro del rincontro suddetto; tali registri tanto delli pesi, che dei contratti faranno fede legale in qualunque giudizio, e saranno sempre ostensibili a tutti, affinchè ciascuno possa conoscere quale sia l'andamento dei negoziati sul riferito genere. La depntazione della grascia a sua volontà farà visitare li nominati registri, onde verificarne l'esattezza.

Deputatio officialis.

VIII. §. 9. Siccome ci è stato rappresentato, che nel Nostro buon suddito Antonio Mazio concorrono tutte le prerogative, e che possiede inoltre ogni requisito di probità per sostenere tal delicato, e geloso incarico, perciò lo nominismo a rincontro.

De fraudatoribus puniendis.

IX. §. 10. Essendo Nostra intenzione, che le presenti disposizioni allontanino gli abusi, le frodi, le estorsioni, tutelando li proprietarj, li negozianti, li consumatori seoza inceppar punto la libertà di commercio, così vogliamo, che li contraenti sieno liberi di eseguire anche direttameote fra di loro li contratti, ma niun sensale, che non sia patentato, niun terzo, oltre il rincontro medesimo possa intervenirvi in qualità di mediatore, nè di pesatore, e facendolo debbano essere puniti come frodatori, e monopolisti.

De regulis publicandis.

X. §. 11. Monsignor presidente della grascia compilerà gli opportoni regolamenti, onde quanto prescrivesi abbia onninamente il suo pieno, e sollecito effetto.

Clausulae sefutares et irritantes.

§. 12. Volendo, ed ordioando, che la presente schedola di metu-proprio in virtù della Nostra semplice sottoscrizione abbia la sua piena esecuzione, ed effetto, nè gli si possa mai opporre di surrezione, ed orrezione, nè di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, ancorchè non fossero state osservate tutte quelle formalità, che avessero a riempirsi, e non ostante le leggi, usi, consuetudioi, e privilegj della grascia, ed ogni altra cosa, che potesse fare in contrario; alle quali tutte, e singole avendone il loro tenore qui per espresso colla pienezza della Nostra potestà all'effetto predetto soltanto specialmente, ed espressameote derogbiamo.

Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano li 21. giugno 1826.

Leo PP. XII.

CLII.

Dat. die 9. julii 1826. Anno III.

Exhortatio ad Gallos dissidentes vulgo anticoocordatistae nuncupatos.

Leo PP. XII.

Prooemium.

§. 1. Pastoris aeterni errantas ac deperditas oves quaerentis charitate excitati, et admoniti exemplo, pastoralis Nostri muneris esse dignoscimus, ut qoemadmodum cunctis Christifidelibus Catholicae Ecclesiae, ac sanctae bujus Sedis communiooem babentibus, indicto aoni sancti uoiversali jubilaeo, sacros aperuimus iodulgentiarum thesauros; ita et in eos quoque omnem sollicitudinem impendamus, quus in communioois separatione, non effroos obsisteotis animi pervicacia, sed fraudolentium magistrorum, catholicos orthodoxos se jactitantium, mendacia detioent, et imperium: qoateous nempe Nostris cohortationibus commonefacti, eorum taodem dereliuquentes castra, ad debitam Nobis, ac sanctae Sedis obedientiam redeant, sicque digni efficiantur, qui recorreote tam optato, tamque acceptabili expiationis, at vaniae, reconciliatiooia, et gratiae tempore, tantae divinae misericordiae munera consequi et ipsi valeant,

Excitat adscriptos pravae ecclesiae nefando schismate esse coinquinatos.

§. 2. Quapropter ad vos praesertim sermo hic Noster dirigitur, qui cum Catholica quidem Ecclesia communicare arbitramini, sed fraude circumventi auctorum infandi schismatis, sub nuncupatione Parvae Ecclesiae, praetextu conventionum Pium VII. praedecessorem Nostrum inter et Gallicum gubernium annis millesimo octingentesimo primo et millesimo octingentesimo decimo septimo initarum, Nostram, ac Sanctae Romanae Ecclesiae refugitis communionem. Ad vos scilicet nunc verba pacis convertimus, quos olim fortes in praeliando praelia Domini contra furentes altaris ac solii eversores jam pene totus celebrabat, nunc autem, mutata rerum facie, contra Ecclesiam ipsam certantes stupens ac indignans demiratur Catholicus orbis; vobisque paternae charitatis Nostrae sinum toto cordis affectu ducimus aperiendum. Licet enim inobedientes ac devius, adhuc tamen ut filios charissimus in Domino habemus, atque complectimur; quippe non ex animi pravitate rebelles, sed perversis iosanientium pseudomagistrorum vestrorum, Catholicae ipsius Ecclesiae nomine, et auctoritate abutentium, suasionibus, et mendaciis deceptos vos novimus, ac dolemus.

Advertitur sectae duces cum sancta Sede non communicare.

§. 3. Cavete igitur, dilectissimi, a nefariis iis ducibus, eorumque decliante consilia, pestiferis obsistite instigationibus. Vos enim de Catholicae Ecclesiae gremio rapere, hinc et omnino perdere pertentant, dum vos a Nostra ac sanctae Sedis, episcoporumque cum ea communicantium, communione adnituntur arcere. Falso namque sibi blandiuntur de commentitia communione cum apostolica Sede, dum cum Romano pontifice ac episcopis cum eo communicantibus non communicant.* Ne sinatis itaque vobis illudi. Id sedulo percipite ac mementote: ibi esse Ecclesiam, ubi est Petrus (1) « nec habere Petri haereditatem, qui Petri sedem non habent, quam impia divisione discerpunt (2) » atque Antichristi esse, non Christi, quicumque cathedrae Petri communione renuit consociari (3): nec illud vos praetereat Cypriani « Episcopum in Ecclesia esse, et Ecclesiam in episcopo (4). Quae quidem si ad Crucifixi pedes, fideique lumen unusquisque vestrum pacato animo secum recolat, facile cognoscet, eo tandem tendere talium praeceptorum insinuationes, ut recedentes a Romano pontifice, et ab episcopis eidem communione conjunctis, a tota recedatis Catholica Ecclesia, eamque proinde matrem habere desinatis.

Ratio cur unio ecclesiarum existere nequeat.

§. 4. Nam quomodo erit vobis ecclesia mater, si patres non habetis Ecclesiae pastores, nempe episcopos? Et unde de Catholico potestis nomine gloriari, si a Catholicitatis centro, sancta hac nimirum apostolica Sede, et summo pontifice, in quo disposuit Deus unitatis originem, segregati, Catholicam scinditis unitatem? Catholica Ecclesia una est, non est scissa, neque divisa: parva igitur vestra ecclesia ad Catholicam nullatenus pertinere potest. Ipsis enim fatentibus magistris, seu deceptoribus vestris, nullus superest ex episcopis Gallicanis, qui vestras suscipiat ac tueatur partes, omnes imo Catholici orbis episcopi ad quos iidem appellarunt, quibusque suas inscripserunt typis vulgatas schismaticas reclamationes, memoratas conventiones, et inde secuta Pii VII. acta adprobare dignoscuntur * eisque jam tota favet Ecclesia Catholica, * Quid ergo? Nonne ipsi Catholicae Ecclesiae apertum inferunt bellum, eamque jam defecisse adstruunt, qui eam vel simulationis, vel ignorantiae, vel erroris hinc audent accusare? Atqui adeo desipiunt reclamationum auctores, ut id impudentissime audeant. * Ecclesiam enim quae contra ipsos est, ac sanctae hujus Sedis communionem servat, ut simulatricem, vel deceptam, et errantem habendam esse conclamant; in eamque idcirco ut schismaticam furenter invehuntur. * Quod perinde est, ac si ut donatistae de eorum factione contendebant, sic et ipsi de propria contenderent, nimirum in ea tantum veram

* Vid. opusc. sacerdotum Gallorum in Anglia degentium Londini impressum, atque inscriptum « Omnibus Catholicae Ecclesiae episcopis per universum orbem « ibi » §. XVIII pag. 65.

(1) S. Ambr. in ps. XL. n. 30.

(2) Idem de poenit. lib. I. cap. VII.

(3) S. Hier. epist. XV. ad Damasum.

(4) Lib. de unitate ecclesiae.

* Vid. cit. opusc. pag. 1, 2, 3, 15, 16.

* Vid. epist. mss. eorumdem sacerdotum ad archiepiscopum Tolosanum sub die 1 octobris 1821.

* In locis supra cit., et alibi passim.

* Vid. cit. opusc. pag. 15, 16, 29, 69,

consistere ecclesiam. Cum autem eorum ficti-tia parva ecclesia nedum nullam habeat Catholicae Ecclesiae notam, sed omnes e contra praeseferat schismaticae sectae characteres, restat ut dicant, quod prono alveo consequaretur, scilicet, Catholicam Ecclesiam jam periisse. Verum qui id tenet, eo ipso in Ecclesia Catholica se non esse ostendit. En igitur religio quam vobis tradunt, seu potius en barathrum in quod vos praecipitant, qui vestrae dominantur religioni, quibusque tam incante fiditis animas vestras. Divellunt quippe vos ab Ecclesia matre, sicque a vobis quodammodo auferunt Patrem Deum: non enim, inquit Ciprianus, potest habere Deum Patrem, qui Ecclesiam non habet matrem.

Dolet pontifex antiquos Ecclesiae defensores nunc tunicam Christi nefarie conscindere.

§. 5. Profecto summo angore conficimur, nec possumus nisi in humilitate cordis Nostri imperscrutabilia Dei judicia silentio venerari, dum mentem subit, eos qui talia nunc vobis comminiscuntur, illos ipsos esse sacerdotes, qui olim se suaque tuendae Catholicae Ecclesiae dedidere; dum nimirum consideramus, parcentibus jam, ut Augustini phrasi utamur (1), persecutoribus tunicae Christi, eos ipsos nunc Ecclesiam Christi conscindere, qui persecutoribus saevientibus, se pro Christi tunica, idest pro Catholicae Ecclesiae unitate servanda, ut fortes Israel opposuerunt. Deflendus sane acerbis lacrymis eorum casus; atque dicendum, « quos apertus hostis vincere non potuit ut eos in proprium schisma traheret, illos de sua fortitudine inde gloriantes, animi tandem elationem vicisse, ut fierent ipsi peculiaris schismatis auctores.

Idem prosequitur argumentum.

§. 6. Et quidem: quis ferat temerariam ac detestandam eorum audaciam, qua se solos illuminatos, solos inter Gallicanos sacerdotes se orthodoxos, solos se in Ecclesia, Ecclesiae defensores jactitantes *, praesumunt se in tribunal erigere, de quo in toto, ac de toto terrarum orbe sententiam dicant, Catholicamque damnent Ecclesiam, cum apostolica Sede, idest cum Romano pontifice communicantem? Quis praeterea Catholicorum, non videat et non detestetur schismaticam eorumdem contumaciam, qua, post solemnem eorum opusculorum in propriam causam typis Londinensibus editorum damnationem ac proscriptionem, die sexta septembris millesimo octingentesimo vigesimo secundo promulgatam; post tot paternas suorum episcoporum preces ac monitiones: postque sacrorum interditionem eis factam, tum a vicario apostolico districtus Londinensis, iis qui istis in regionibus degunt; qua nempe post et contra Ecclesiae judicium adhuc insolentissime audent, imo et pugnacius eorum errorem atque schisma defendere, et ardentius, vulgatis etiam scriptis, in contrasentientes, ac praesertim in eorum episcopos debacchari, et scandalosius ac impiissima, quacumque spreta Sedis apostolicae, eorumdemque episcoporum auctoritate, seditionem in Ecclesia concitare, ac sine missione, conculcatisque omnibus sacris Ecclesiae canonibus, interdicto sibi ministerio, in tot millium animarum perniciem nulliter fungi? Ecquis superbientium haereticorum, et schismaticorum de se suaque secta altius tumuit, ac sensit, at iniquiora vomuit, egitque contra Romanos pontifices, eisque communicantes episcopos, scilicet contra Catholicam Romanam Ecclesiam? Horrent profecto Catholicae aures audientes ab his sacerdotibus doceri « nihil catholicorum interesse debere utrum Ecclesiae Catholicae caput sit catholicum * Id solum, dilectissimi, satis esset, ut vastrorum pseudomagistrorum agnoscatis insidias ac deliramenta, atque proinde debeatis eorum placita ac consilia execrari, et sacrilegum declinare magisterium, ac schisma relinquere, hinc et ab eis omnino desciscere, atque ad Ecclesiae redire unitatem.

Proponuntur in exemplum qui olim deerrantes tandem ad rectam semitam reversi sunt.

§. 7. Sed et praeclarum vos moveat exemplum, et auctoritas eorummet episcoporum, quos olim deerrantes hi sacerdotes ut patronos suspiciebant, at venerabantur, nunc autem ut sibi adversarios desperanter insultant, dum imo magis eos venerari deberent. Serio enim iidem episcopi perpendentes Augustini monita (2), scilicet: « Episcopos ordinari propter christianos populos, ideoque de eorum episcopatu facere eos debere, quod christianis populis ad christianam pacem prodest; episcopalemque dignitatem fructuosiorem eis fieri magis si gregem Christi deposita collegerit, quam si retenta disperserit, nec sibi sperandum esse in futuro saeculo promissum a

(1) In ps. CXIV. n. 16.
* Vid. cit. opusc. pag. 20.

* Vid. cit. opusc. pag. 66.
(2) Epist. CXXIX. ad Marcellium n. 3.

Christo honorem si eorum in hoc saeculo honor christianam impedit unitatem » atque hinc cernentes in hujusmodi admossim se versari circumstantiis, id tandem consilii ipsi coeperunt, sancteque id praestitere, quod faciendum monebat, et ipsemet fecisset Augustinus.

Quam ex exemplo proferiur declaratur.

§. 8. Quorum episcoporum, ut jam probe nostis, exemplo, et auctoritate quamplures ex schismaticis sacerdotibus, hinc et non exigua factionis vestrae pars, relicto schismate ad Catholicam unitatem redierunt. Quid igitur vos moratur ne idipsum similiter faciatis? Ita ne forsan ad hoc perducta est apud vos rerum existimatio; quemadmodum apud donatistas, ut contendatis, factum eorum qui de vestra praecisione praecisi sunt, nil valere adversus vos, quia vobis (quod tamen falsissimum) comparati pauci sunt, vestram autem sectam valere debere adversus Catholicam Ecclesiam, idest adversus gentes haereditatem Christi, et possessionem ejus terminos terrae? Miror, inquiebat Augustinus de donatistis loquens, si habet in corpore sanguinem, qui de hac re non erubescit (1).

Excluduntur actiones, quibus schismatici innituntur.

§. 9. Rerum ecclesiasticarum causamini mutationem initis conventionibus, et Pii VII. concessionibus peractam, ac si quoad principia mutata esset Catholica religio? Utique id somniant, proclamant, vobisque falso, temere, et inique nugantur, qui vos in schismate detinere satagunt. Verum commenta haec sunt, et calumniae pontificiem spernentium, ac blasphemantium auctoritatem; qui hoc ipso religionem mutare convincuntur, dum apostolicam Sedem audent de religionis mutatione criminari. Caeterum nihil contra Catholicam religionem egit, vel indulsit Pius VI. Firma semper remanent et intacta religionis Catholicae dogmata, atque statuta; una est eademque Pii VI., et Pii VII. fides: nihilque in pactis conventis reperire est, quod summi pontificis potestatem excedat, quodque defectu auctoritatis irritum haberi possit ac nullum: siquidem nihil reperitur quod contra spiritum, imo quod actum non fuerit juxta spiritum piae matris Ecclesiae, ex prudenti ac sapienti dispensationis oeconomia, qua pro circumstantiarum varietate uti semper consueverunt Romani pontifices.

Praedecessoris agendi ratio justissima evincitur.

§. 10. Quandoquidem sciebat idem Pius VII. ac prae oculis habebat illud sancti Leonis monitum (2) « Sicut quaedam sunt quae nulla possunt ratione convelli, ita multa esse quae aut pro ratione aetatum, aut pro necessitate rerum oportet temperari: » quemadmodum et illud s. Augustini (3) nempe « ubi per graves dissensionum scissuras non hujus, aut illius hominis est periculum, sed populorum strages jacent, detrahendum esse aliquid severitati (ecclesiasticae videlicet disciplinae) ut majoribus malis sanandis charitas sincera subveniat. » Quapropter hisce principiis prudentissime, ut sapiens Ecclesiae gubernator insistens, ac Gelasii I. regulam sequens (4), necessaria rerum dispensatione constrictus, atque libratis ex apostolicae Sedis moderatione canonum paternorum decretis, mensisque praedecessorum suorum praeceptis, ea quae suorum necessitas temporum restituendae in Gallia religioni, restaurandisque ecclesiis relaxanda deposcebat, adhibita consideratione diligenti, quantum fieri potuit, temperavit, intacta prorsus ac in suo robore ea relinquens, quae nulla poterant ratione convelli impositaque iis qui contra haec egerant schismatis reatu pollutis, debita Ecclesiae satisfactione, ut in ejus communionem reciperentur: quin eum tamen illud praeteriret Augustini, nimirum » cognitos malos bonis non obesse in Ecclesia, si eos a communione prohibendi, aut potestas desit, aut aliqua ratio conservandae pacis impediat (5).

Idem ut supra.

§. 11. Quid ergo sanctissimum hunc pontificem, qui totius orbis sibi conciliavit venerationem, in aevum profecto duraturam, calumniantur sacerdotes vestri, ac sacrilego, et haereticali ore blasphemant tamquam sacrorum canonum conculcatorem, episcopalium jurium usurpatorem, Catholicae religionis hostem, et persecutorem *, adeo ut asserere non erubescant, quod a saeculo est inauditum, quodque omnium saeculorum fidem evertit, videlicet « separationem a Pio VII. esse catholicitatis characterem necessarium? *

(1) Epist. LXXXVII. ad Emeritum n. 6.
(2) Epist. CXLVII. ad rusticum (edit. Baller.)
(3) Epist. CLXXXV. ad Bonifacium n. 45.
(4) Epist. VI. ad episcopos Lucan.
(5) Cit. epist. LXXXVII. ad Emeritum n. 2.
* Vid. cit. opusc. pag. 7.
* Ibi pag. 64.

Monita specialia.

§. 12. Haec delibasse sufficiat. Recensenda autem ea duximus, ut vos, detecta vestrorum magistrorum vesania, qui dum ore se venerari simulant Catholicam Ecclesiam, eam in summo pontifice et episcopis insultare, et ejurare convincuntur, ab eis penitus recedatis; utque simul et ipsi videant « se non habere omnino quod dicant contra veritatem, nec eis remanere nisi solam animositatis infirmitatem, quae tanto est languidior, quanto se majores vires habere existimat (1), » hincque id videntes, tandem resipiscant, atque ad Catholicam revertantur unitatem. Tanto quippe magis eorum debebamus commemorare vanitatem, quanto magis eorum quaerimus salutem (2): non secus enim ac pro vobis, ita et pro ipsis quoque medullas charitatis Nostrae incessanter Deo fundimus, ut det illis sobrium sensum, roboretque virtute ex alto ad proprias animas a coecitatis, et schismatis in quo versantur abysso redimendas.

Idem ut supra.

§. 13. Hortamur ergo vos, dilectissimi, et obsecramus, ne velitis a veritate auditum avertere. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium; ad cor redite. Deterrimum schisma, certam perditionis viam, magno ac forti animo relinquite; atque ad Ecclesiam, extra quam ut oves errantes absque pastore vagamini, omni abjecta cunctatione revertite; serio considerantes: « quod quisquis a Catholica Ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se vivere existimet, hoc solo scelere, quod a Christi unitati disjunctus est, non habet vitam; sed ira Dei manet super eum (3).

Idipsum ut supra.

§. 14. Jam vestri, quorum studium datis etiam ad eos literis commendavimus, et iterum commendamus, episcopi id vobis pro pastorali eorum officio denuntiare, atque in omni patientia, et doctrina, ac in spiritu lenitatis vos instruere, idest caliginosas quae vos tenent illusiones discutere non destiterunt. Ecce ipsamet nunc pia Mater Ecclesia, contra quam murmuratis, imo Christus ipse, quem in Ecclesiae pastoribus spernitis, per os Nostrum ad vos loquitur, vos ad se advocat, pacisque munera vobis offert. Obtestamur igitur vos per viscera misericordiae Dei nostri: « nolite obdurare corda vestra ». Errare, hominis est: sed quasi peccatum ariolandi esset monenti Ecclesiae, ac vocanti Christo repugnare, et quasi scelus idololatriae nolle acquiescere (4).

Confidentia in docilitate errantium.

§. 15. Verum, dum super vestra ab Ecclesia discessione vestrisque, in quibus decepti hactenus ambulastis, erroribus graviter dolemus, de vestra tamen plurimum confidimus docilitate, quod nempe paternae charitatis Nostrae verba religiosis auribus suscepturi sitis, ac monita facturi. Speramus siquidem eum Nos adhortationis hujus Nostrae uberem fructum in vobis, divina opitulante gratia habituros, quem elapsis mensibus magna cum cordis Nostri laetitia habuimus in quibusdam alterius regionis incolis, qui pariter vicissitudinum politicarum occasione et obtentu, veluti agmine facto contra proprium episcopum, sacerdotesque omnes ab eo missionem habentes, continuis gravibusque anxietatibus lacerati ab eorum jampridem se separaverant communione. Nostram enim ut audierunt vocem ad debitam eisdem episcopo ac sacerdotibus obedientiam eos revocantem, Nobis in omnibus filiali submissione, ac nulla interposita mora obsequentes, obtemperarunt; sicque Ecclesiae reconciliati ad jubilaei admissi sunt participationem: quod quidem cum non dubiis internae pacis significationibus, atque in gaudio spiritus celebrarunt.

Preces Deo porrectae pro eorum conversione.

§. 16. Enixis interim precibus patrem luminum Deum exoramus, ut det nunc similiter voci Nostrae vocem virtutis pro vestra etiam exhortatione et salute, atque ut vos pro sua misericordia confortet adversus animarum vestrarum proditores, quatenus fractis teterrimi schismatis quae vos constringunt catenis, ad sinum confugiatis amantissimae matris Ecclesiae, et sic amplissimam jubilaei veniam consequi et ipsi possitis.

Conclusio.

§. 17. Sed ne pluribus vos detineamus, paternam hanc Nostram exhortationem concludimus verbis sancti Augustini: videlicet « Si paci Christi, et unitati consenseritis, de vestra correctione gaudebimus: et sacramenta Christi, quae in sacrilegio schismatis ad judicium habetis, utilia et salubria vobis erunt, cum in Catholica pace habueritis caput Chri-

(1) S. Aug. in ps. XXXII. n. 29.
(2) Idem in ps. XXXVI. serm. II. n. 48.
(3) S. Aug. epist. CXLI. ad Donatistas.
(4) Lib. I regum cap. XV. v. 23.

stum, ubi charitas cooperit multitudinem peccatorum (1).

Sic ergo agite, dilectissimi, et Deus totius consolationis et pacis erit vobiscum. Datum Romae apud sanctum Petrum die secunda julii millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

Leo PP. XII.

Dat. die 4. julii 1826. Anno III.

CLIII.

Dotatio collegii Societatis Jesu civitatis Spoleti ejusque destinatio ad juvenes recipiendos, qui ecclesiasticae militiae nomen dare desiderant.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Emendandi generis humani quum una sit expeditissima ratio juventutem et literis et moribus mature imbuere, ab omni sane studio nunquam conquiescimus, ut gymnasia ditionis Nostrae opportunis domibus ac redditibus instruantur, scientiarumque, et ingenuarum artium sint praedita magistris, qui non modo uberis doctrinae census assiduis laboribus sibi parati adolescentibus cupiam faciant, verum etiam, quippe « initium sapientiae est timor Domini » pie atque incorruptis moribus vitam degentes qua verbo qua exemplo catholica religione eos instituant.

Memorantur beneficia civitati Spoleti tributa ut pueri utriusque sexus christianae edocerantur. §. 2. Porro Spoleti urbs, quam nominis vetustate, agrorum ubertate, regionis amoenitate celebratam non possumus intentis oculis haud intueri, in ea enim majores Nostri versati sunt, hanc non exiguam Nostrarum curarum partem nequaquam declinavit. Revera binae ibidem scholae, ubi cujusque sexus pueri, praesertim ex egenis familiis, masculi seorsum ac feminae, sub disciplina sodalium congregationis, quam a christianis scholis nuncupant, ac mulierum, quibus piae magistrae nomen, ad civilis aeque et christianae reipublicae usum et ornamentum edocentur, nuper a Nobis conditae, eaeque non minus Nostris paternis aedibus (dato negotio dilecto filio Stephano Scerra collegiatis ecclesiae Sanctae Mariae « in via Lata » hic in urbe canonico, multae prudentiae, et consilii viro, qui ad easdem scholas apte constituendas operam impenderet) quam stabili expilatoque censu ex benignitate Nostra donatae.

Reintegratio collegii Societatis Jesu cum onere recipiendi adolescentes, qui ecclesiasticae militiae nomen dare cupiant. §. 3. Verum quum haud satis ea in civitate hoc fecisse habeamus, mentem Nostram cogitatio subiit ea comparandi, quibus inibi ad scientiarum cognitionem facilis minimeque lubricus pateat aditus omnibus adolescentibus, iisque etiam, qui ecclesiasticae militiae nomen dare desiderant; ut ad sacras, divinasque disciplinas informati possint in tempore vineam Domini scite ac diligenter excolere. Ut autem consilium quod inivimus ad optatum exitum perduceremus, statuimus veterem collegii Societatis Jesu domum necessaria suppellectili aere Nostro munitam instaurari, imo etiam amplificari; adeoque dilecto filio magistro Belisario Cristaldio aerarii Nostri praefecto eas partes imponimus, idque mandamus, ut tametsi idem aerarium aliquid impendii ejus collegii ergo jam sustinuit, presbytero Societatis Jesu ipsius collegii temporario rectori, intra proximum biennium, intercisis temporibus, quatuor millia nummorum scutatorum monetae Romanae persolvat. Neque profecto hac minorem pecuniae vim censendam existimavimus, siquidem Nobis innotuit ea omnino opus esse tum ut sumptus quos pro collegii sustentatione Societas Jesu adhuc tulit, rependantur, tum ut iliud reparetur et amplietur, tum denique ut sacra aedes ei adjuncta Deiparae Virgini sine labe conceptae dicata, quam penitus ab omni servitute expeditam declaramus, et instauretur et ornetur, quemadmodum demum Dei meritu decet.

Disciplinae collegii consulitur. §. 4. Jam vero de recta collegii de quo agitur disciplina solliciti inprimis decernimus, ut virorum numerus a Societate Jesu collegio addicturum, quam ut deinceps fieri possit, duodeviginti constet, ac volumus, ut undecim instituantur disciplinarum classes, totidem doctoribus obtinendae, nimirum: grammatices inferioris, mediae, supremae, humaniorum literarum, rethorices, dialectices ac metaphysices, physices ac matheseos, juris Caesarei et criminalis, juris pontificii, ethices christianae, demum theologiae tum disceptatricis, tum sacrarum literarum interpretis.

(1) Cit. epist. CXLI.

Dotatio ejusdem collegii.

§. 5. Animum deinde cogitationemque convertentes ad ea suppeditanda quae in perennam collegii tuitionem necessaria sunt, nonnullos ei addicimus, tribuimus, donamus, atque in perpetuum absolutumque ejusdem collegii dominium transferimus fundos ac redditus infra recensitos, quos tamen redditus simul atque fundorum fructus a mense novembris superioris anni, quo collegium solemniter instauratum, percipiendos declaramus. Et primo latifundium a s. Felice Janensi nomen adeptum variis coalescens praediis, ac animalibus ad eorum cultum, arboribusque instructum, una cum conclavibus in eodem s. Felicis aedificio existentibus, omnibusque instrumentis, rebusque mobilibus, nec non juribus ac foenoribus activis eadem plane ratione qua vetus Spoleti gymnasium eo perfruebatur ac perfrui poterat. Insuper singula quaeque praedia rustica et urbana nondum jure vendita, quibos olim utebatur, extinctum coenobium sanctae Mariae Magdalenae in oppido Monte Falco Spoletanae dioeceseos, eorumque foenora ac jura quocumque nomine designanda, itemque animalia et arbores quae inibi extant, praeter quam templum cum parte dumus veteris coenobii priori, ceu dicunt, parocho, et canonicorum collegio ejus oppidi ex auctoritate apostolica addictum. Et quoniam venerabilis frater Marius Spoleti hodiernus archiepiscopus, cui reliqua pars domus binique hortuli et adjuncti fuerunt attributi, quosque etiam nunc obtinet, quum perspexisset haec omnia nihil commodi redditibus ad se alendum constitutis allatura, eadem ipsa commemorato canonicorum coetui ultro cedera assentitur, ea tamen adjecta lege, ut in collegii, de quo sermo, potestatem veniant quatuor conclavia in eodem aedificio sita ad promptuarias, ac vinarias cellas annonae servandae gratia. Tertio totum aedificium sancti Nicolai in urbe Spoleto, quod constat ex veteri sacra aede jam jam in profanum usum conversa, ex coenobio, geminoque ex horto ei finitimo una cum adjunctis, rebusque mobilibus, eo prorsus modo, quo hisce omnibus gymnasium potiebatur. Sub haec sex annuos canones, qui Nostri sunt aerarii, eorumque directum dominium, quique conjunctim nummorum scutatorum mille centum septuaginta sex, ac obolorum nonaginta quinque monetae Romanae annuam summam conficiunt, videlicet; alterum nummorum scutatorum sexcentum trigiota, ac obulorum vigintiquatuor a Josepho Sabioni Firmano persolvendum, quod emphyteusim inierit ad tertiam generationem de nonnullis fundis in territorio Petriolo, regione (italice « *Contrada* ») Fiastra sitis ad eam communitatem olim spectantibus, ut patet in solemnibus tabulis die decima septima maji anno millesimo septingentesimo septuagesimo primo a scriba A. C. cognomento Paco confectis. Alterum nummorum scutatorum nonaginta duorum, quos Societas Jaso a Benedicto Gualtieri ex oppido « Fallerone » exiget, solemnibus enim tabulis scribae cognomine Valenti sub die decima prima aprilis anno millesimo septingentesimo octuagesimo secundo agri eo in commune positi, ac ad illud jam tum pertinentis emphyteusim ad tertiam generationem suscepit. Tertium, qui tercentos quatuordecim scutatos nummos, obulosque sexaginta et unum exaequat ex contracta emphyteusi nonnullorum agrorum in territorio Serra de Comitibus, qui alias eam communitatem respiciebant, cum Laurentio Bucci Montis Carotti per solemnes tabulas die decima quarta martii anno millesimo septingentesimo octuagesimo ab ipso scriba Paca exaratas: Quartum nummorum scutatorum octoginta quatuor, quem haeredes Pauli Ridolfi Montis Carotti pendere quotannis tenentur ex pubblicis tabulis scribae Capretti nuncupati ejusdem oppidi sub die decima nona octobris millesimo septingentesimo trigesimo nono ob agrum a Monte della Barbara nomen adeptum, ab ea communitate ad tertiam tantum masculinam generationem tunc temporis in emphyteusim traditum. Quintum nummorum scutatorum triginta obulorumque decem, cui per solemnes tabulas a Terziani Filocrani scriba die vigesima secunda julii anno millesimo septingentesimo trigesimo nono conscriptas se obligavit Nicolaus Quattrocchi ipsius oppidi, inita emphyteusi ad tertiam generationem fundi ructici olim ejus communitatis, eoque in territorio positi. Postremum nummorum scutatorum viginti sex cum Luca Capparoni Collis Sancti Marcelli pactum, quum contractu emphyteusis ad tertiam masculinam generationem utile dominium cujusdam agri in territorio Staffoli sub Anconitano tractu, vernaculo sermone « *Delegazione* » ab ea communitate fuerit assequutus, solemni-

bus tabulis per Dominicum Rubini scribam die vigesima septima februarii anno millesimo septingentesimo octuagesimo quarto ea de re confectis. Ut vero horum canonum fructu libere Societas Jesu perfruatur, praecipimus, ut si quando ipsa vectigal, quod ex novissima Nostra jurisprudentia rata-commodi dicitur, iis persolvere adigatur, qui dominium utile alicujus fundi obtinent, non modo ab aerario Nostro ei societati tantundem obveniat, sed etiam quidquid impendii hujus rei causa perferret. Ad redditus autem quibus collegium jam a Nobis auctum, addimus etiam bona et jura beneficii, cappellaniam vocant, in commemorata ecclesia Deiparae Virginis sine labe conceptae erecti a presbytero Trigona in eam societatem olim cooptato, uti suo testamento statuerat. Demum quaecumque bona ex hoc templo supersunt.

Onera collegio imposita.

§. 6. Quoad autem onera, quae praeter publicas indictiones ac vectigalia ab ipso collegio erunt sustinenda, mandamus, ut summam adhibeant curam, qua duodecim sacrificia sine cantu, et sacrum piaculare solemne in singulos annos fiant, eaque sint pro sacrificiorum oneribus, quae anteactis temporibus vetus collegium urgebant; itemque celebrentur sacrificia beneficio Trigona, de quo habita est mentio, inhaerentia, et alia quae provenirent ab illis praediis vel fundis, qui in dictae ecclesiae potestatem delapsi, ab ipso collegio deinceps postliminii jure possent vindicari. Praeterea quum extra viros Societatis Jesu institutis devinctos juris Caesarei et criminalia professor erit libere adlegendus a temporario provinciae Romanae praeposito, juxta ipsius Societatis leges, decernimus ut doctori, cui hoc muneris demandatur, quique sub rectoris collegii disciplina illud obierit, centum ac viginti scutati nummi monetae Romanae ab eodem collegio quotannis pendantur. Neque tamen hisce omnibus, quibus prospicimus plane contenti, quum bona quae ad vetus gymnasium simul atque ad patrimonium sanctae Mariae Magdalenae Montis Falci spectabant nonnullis nominibus ac oneribus presai reperta sint, quumque Nostri consilii fuerit dote omnino expedita Societatem Jesu donare, eidem aerarii Nostri praefecto committimus, ut curatores veteris gymnasii ac patrimonii sanctae Mariae Magdalenae ad examen accepti expensique quamprimum vocandos curet, Societatem Jesu a quaque molestia eximat, atque in rationes aerarii inferat omnia, et quaecumque nomina fructifera et infecunda, foenora passiva, legata pia, pensiones, et aliud quodlibet onus, exceptis dumtaxat pensione annua nummorum scutatorum septuaginta duorum dilecto filio Dominico Bettoli, quoad vivat, constituta, quippe qui plures per annos in Spoleti gymnasio publice rhetoricen docuit, atque annuo vectigale nummorum scutatorum biscentum octo et quadraginta presbyterorum sodalitati, cui nomine a pretiosissimo Sanguine in templo sancti Felicis oppidi Jani erectae, ut eidem templo ejusque administris consulant, in aevum debito; utrumque a mense novembris superioris anni supputandum. Quorum quidem alterum, pensionem scilicet nummorum scutatorum septuaginta duorum, et alterum, nempe vectigal, in parte nummorum scutatorum biscentum et quadraginta a publico Spoleti aerario quadripartita tertio quoque mense in antecessum persolvi volumus, atque decernimus; ac minime dubitamus, quin, ut bonos addecet cives, voluntati Nostrae alacri libentique animo pareant, etenim praeterquamquod assis onus a felicis recordationis Pio VII. praedecessore Nostro ex pontificio diplomate anno millesimo octingentesimo tertio impositum non amplius eos angit, multiplices fructus ab hujusmodi instituto in eos redundabunt. Pro reliqua vero parte nummorum scutatorum octo collegium de quo agitur eidem sodalitati tribuet eos census activos e bonis Jani, et Montis Falci, qui nonnum redditum huic summae parem conficiant. Eodemque temporis momento ipsi aerarii Nostri praefecto facultatem facimus qua Societatem Jesu penitus absolvat ab ea pecuniae vi taxationis et registri nomine, in hoc negotio pendenda, siquidem id non in privatorum, sed in publicum commodum omnino cedit.

Declaratur bona cessa fuisse in publicam utilitatem, ita ut manere debeant pro institutione juventutis etsi quavis de causa collegium desereret.

§. 7. Et quamquam jure meritoque in spem erehimur, fore ut res prospere feliciterque, Deo adjuvante, perpetuo vertat, cum contingere tamen possit, Societatem Jesu quapiam de causa, quam Deus prohibeat, collegium deserere cogi, ne tam luctuosa temporum vice Spoleti civitas lethali vulnere afflictatur, statuimus atque sancimus, ut patrimonium eidem collegio hoc diplomate Nostro assignatum, ac dono datum publicae ipsius urbis,

ejusque dioeceseos juventutis institutioni perpetuo addicatur, ejusque transferatur procuratio ad Spoleti archiepiscopum; et publicum magistratum quin petitio illius potiundi patrimonii, si quis id contendat bono juri consentanea possit haberi. Declaramus tamen quod usque dum Societas Jesu in collegii, ejusque bonorum dominio perseveret, nemini liceat quavis auctoritate vel dignitate praedito aliquid juris vel in collegii bona, eorumque procurationem, vel in ejusdem collegii atque scholarum regimen sibi vindicare; haec namque omnia juxta Societatis Jesu constitutiones ad ejus generalem praepositum libere omnino spectant.

Deputatio executoris apostolici.

§. 8. Tandem ut consilia a Nobis inita accurate absolvantur, eumdem venerabilem fratrem Marium nunc Spoleti archiepiscopum pietate, doctrina, ac prudentia commendatum facultate munitum volumus, cujus vi hasce Nostras literas exequatur, quidquid ei opus esse videatur, apostolica sibi idcirco delegata auctoritate conficiat, lites praecidere, concordiaque pacare studeat; et coram ejusdem urbis magistratu Societatem Jesu per solemnitates juris in possessionem immittat bonorum, quae ipsis concedi a Nobis decretum est.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 9. Haec volumus atque mandamus, decernentes praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et eorum causa, quae expressa sunt, hoc futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, praesertim vero felicis recordationis Pii VII. praedecessoris Nostri sub annulo piscatoris expeditis, ac datis anno millesimo octingentesimo tertio de quibus egimus, et millesimo octingentesimo decimo septimo in iis quae huic Nostrae voluntati adversantur, nec non legis fundationis veteris gymnasii, et beneficii Trigona etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quarta julii millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

CLIV.

Dat. die 7. julii 1826. Anno III.

Assignatio tituli, et concessio honorum archiconfraternitatis favore sodalitii sanctissimi Sacramenti erecti in ecclesia Spiritus Sancti Turris Annunciationis Neapolitanae dioecesis.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis curarunt dilecti filii confratres sodalitii sanctissimi Sacramenti in parochiali ecclesia Spiritus Sancti Turris Annuntiationis appellatae Neapolitanae dioecesis canonice, uti asseritur, erecti, se qui pluribus religionis et caritatis operibus assidue vacant et praecipue diu noctuque cereis incensis prosequendo sanctum Christi corpus in viaticum morientibus allatum, ac subsidium pauperibus infirmis medicina et stipe ferendo, summopere exoptare, praedictum sodalitium titulo et honoribus archiconfraternitatis per Nos ditari.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur praedictos confratres speciali beneficentia et honore prosequi volentes, quum Nobis innotuerit ex relatione ordinarii res ita se habere prout expositum, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris sententiis, ac poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati sodalitium praedictum sanctissimi Sacramenti in archiconfraternitatem cum omnibus juribus, honoribus, et praeeminentiis solitis, et consuetis, sine tamen cujusquam praejudicio, auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo erigimus et instituimus, ac praedictae archiconfraternitatis sic erectae officialibus, et confratribus praesentibus et futuris, ut ipsi alias quascumque confraternitates ejusdem instituti extra urbem ubique locorum erectas eidem archiconfraternitati, servata tamen forma con-

stitutionis felicis recordationis Clementis pp. VIII. praedecessoris Nostri, aggregare; illiaque omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes ipsi confraternitati sic in archiconfraternitatem a Nobis erectae concessas communicare libere et licite valeant, auctoritate et tenore praedictis facultatem tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has praesentes litteras firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis, ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, ac ab omnibus respective inviolabiliter observari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, supradicti sodalitii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die septima julii millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 11. julii 1826. Anno III.

CLV.

Privilegia, ac facultates concessae Societati Jesu.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Memoratur redintegratio ejusdem Societatis facta a summo pontifice Pio VII.

§. 1. Plura inter et egregia, quae summi consilii pontifex Pius VII. praedecessor Noster cum ante suam ex urbe deportationem, tum post ejus reditum pro rei christianae bono perfecit, illud profecto, quod Societatem, cui a parente sancto Ignatio Jesu nomen inditum (siquidem ipsi per speciem se se obtulit, Deus cum sociosque Jesu filio bajulanti crucem commendans) instaurandam curavit. Neminem porro latet quot quantaque in christianam praecipue rempublicam commoda ex hac ipsa Societate, quae virorum et pietate et multiplici doctrinarum laude praestantium foecunda nutrix, profecta, et in posterum etiam profectura speramus, cum vix novellis defixa ramos late pandit. Equidem praeter alia non solum in principe magistraque orbis terrarum Ecclesia, verum etiam in Italia, ac transalpinis remotisque regionibus, ubi peramanter excepta, nihil non aggreditur ac movet, ut juvenes et adolescentes piis ac liberalibus disciplinis mature imbuti Nostrae proximaeque aetatis ornamento sint futuri. Dum vero idem praedecessor Noster omnia ejus collegia, domos, provincias, alumnosque in suam ac Sedis apostolicae tutelam, praesidium, et obedientiam omnino recepit, sibi et Romanis pontificibus successoribus reservavit ea statuere ac praescribere, quae ad eamdem Societatem magis magisque constituendam et communiendam opportuna viderentur. Quod operis procul dubio perfecisset, nisi aetate jam gravis, curisque in regenda Ecclesiae navicula diu multumque jactata confectus, ab Deo evocatus, in ejus sinum complexumque advolasset, promeritam coronae gloriam accepturus. Itaque Nos, qui, et si impares, ex aeternae mentis inaccesso consilio in suprema pontificia amplitudine et specula collocati, Nostri muneris esse ducimus id ipsum promovere; ut Societas Jesu novis firmetur praesidiis, ejusque alumni totidem in agro Domini operarii, partem sibi concreditam magno animo conentur excolere, utilesque plantationes, quas pater coelestis conseruit uberius rigatae, accipiant a Christo Jesu incrementum ad salutem. Quum igitur sedulo perpenderimus, petentibus Societatis Jesu alumnis, privilegia, ac facultates, quibus ex praedecessorum Nostrorum Pauli III. et Julii itidem III. indulgentia s. Ignatius auctus ante celebrationem sessionis decimae septimae et insequentium usque ad postremam vigesimam quintam concilii Tridentini; itemque alias ei-

dem Societati a Romanis pontificibus sancto Pio V, Gregorio XIII, et Urbano VIII, tributas, eas quidem adlegendas existimavimus, quas tum ex ejusdem concilii decretis, ac deinceps ex variis praedecessorum Nostrorum constitutionibus, tum ex temporum inclinatione, et hodierna Romanae Ecclesiae disciplina Nobis visum est expedire.

Tenor concessionis.

§. 2. Quapropter auctoritate Nostra apostolica easdem ipsas innovamus, confirmamus, ac iterum concedimus ex harum literarum praescripto, e quo ne transversum quidem ungnem discedi praecipimus; quin imo Societati Jesu ejusque alumnis gratificari cupientes, et in primis generali praeposito, ut praesuli, ac eorum praefecto, qui e sua familia evangelii causa in longinquas regiones mittuntur hisce facultatibus nonnullas alias ex benignitate Nostra adjungere non gravamur. Illae autem sunt hujusmodi videlicet: Primo religiosis viris in Societatem Jesu cooptatis veniam facimus, qua christiani populi sacras confessiones possint excipere, verbum Dni annuntiare, sacramenta administrare, assentientibus ac probantibus quibusque locorum ordinariis praesulibus, in quorum dioecesi, vel quasi dioecesi eos versari contigerit. Possint praeterea ordines qua minores qua majores accipere, etiam extra tempora, ac interstitiis nequaquam servatis, a quocumque sacro antistite cum cathedra Romana sociato, adepto tamen consensu ordinarii illius loci praesulis in quo id fiet; nec non de ejusdem sententia possint ecclesiae Societatis Jesu a quolibet episcopo vel archiepiscopo benedici et consecrari. Peculiaribus autem rationibus permoti volumus, ut Societas ejusque alumni nullibi teneantur cujuslibet praesulis rogatu visitandi onus, aut religiosarum mulierum virginumque curam suscipere. Eis item liceat a casibus Sedi apostolicae reservatis absolvere, exceptis iis, qui continentur in bulla Coenae Domini. Vota simplicia commutare, nunquam vero vota castitatis, religionis, trium peregrinationum ad sacra beatorum apostolorum limina, ad sanctum Jacobum in Compostellis, et ad Jerusalem, eaque vota in quibus agitur de praejudicio, vel jure tertii. Horam ante auroram, horamve post meridiem divinis operari. Ac peracto sacrificio, seu ante illius celebrationem, aut alias Eucharistiae sacramentum ministrare. Atque etiam eos qui irregularitatem occultam tam ad suscipiendos, quam ad exercendos ordines incurrerint, in foro conscientiae tantum ab hoc impedimento absolvere. Decernimus insuper ut ab animadversione a Societatis legum praescripto irrogata nefas sit extra Societatem provocare. Ut Societatis alumni confiteri nequeant animae noxas, nisi iis qui a praeposito facultatem habuerint sacras eorum confessiones audiendi. Ut nemini, qui in Societate vota nuncupavit ad aliam sacram familiam, praeter Carthusiensium liceat transire. Ut irregulares, qui Societati dant nomen (nisi irregularitas sit ex homicidio voluntario, bigamia, mutilatione membrorum, defectu animi, et simul excepta irregularitate, quae oritur ex infamia juris vel facti) possint promoveri ad sacros ordines, et ad quaecumque Societatis officia. Ut tyronum magistri nequaquam ei decreto sint obnoxii, quod vetat ne praesules sacras excipiant alumnorum confessiones. Ut Societas ex ejus consuetudine, constitutionibus, ac se gerendi modo omnibus privilegiis perfrui possit eis sacris familiis, quae mendicando vivunt, sive, ut vocant, mendicantium generatim tributis. Demum ut Christifideles templa Societatis adeuntes, semel in anno die festo tituli eorum cujuslibet, plenariam indulgentiam valeant lucrari.

Facultates praepositi generalis.

§. 3. Praepositum vero generalem, uti praesulem, potestate donamus iis e Societate alumnis, quibus id opportunum ducit, veniam tribuendi, qua in domestico sacello legitime erecto perlitent. Justis de causis eosdem alumnos a jejunio et vetitis cibis dispensandi. Adversa valetudine laborantibus divinum officium in pias alias preces commutandi. Item indulgendi, ut si aequum est, horae matutinae, peracto sacrificio, recitentur. Iis alumnis, quibus expedire existimet, facultatem faciendi, cujus vi libros prohibitos queant legere. Postremo hujusmodi facultatibus omnium Societatis domorum, collegiorum in qualibet provincia praesules muniendi. Post haec statuimus, ut generalis praepositus sacris ubicumque missionibus praesit, quibus suae Societatis alumni ad Catholicae religionis commodum, et animarum salutem operam navabunt. Quare ei liceat ad nuntiandum Jesu Christi evangelium suos mittere alumnos, ubi praecones isti desiderantur,

ac praesertim ubi ecclesiasticorum operariorum numerus sit adeo exiguus, ut parvulis panem quaerentibus non sit qui frangat; nec non earumdem missionum praefectos constituere. Et quo uberiores fructus inde possint referri, ipsi praeposito generali eas impertimur facultates, quae continentur formulis a suprema Inquisitionis congregatione, ex praedecessorum Nostrorum voluntate, jamdiu confectis, quaeque juxta locorum distantiam, sacra efflagitante congregatione Christiano nomini propagando praeposita a Nobis hujusce laboriosae provinciae praefectis tribuuntur, ad eos a praeposito generali, ab hisce ad alios tanto ministerio addictos delegandas. Praefecti vero aliique christianae veritatis nuntii in regionibus ordinariorum praesulum jurisdictioni subjectis, id muneris, nisi ex eorum venia, nequeant exercere; si vero inibi nulla sit ecclesiastica jurisdictio, eodem munere libere perfungantur. Ut autem ex hac Nostra indulgentia omne dubium quod a formularum discrimine, quas commemoravimus, oriri posset, omnino arceatur, easdem ipsas facultates, quibus pro Ecclesiae bono ipsum praepositum instruimus, hic singillatim enumerandas censemus, iisdemque verbis expressas, quas congregatio christiano nomini propagando praeposita in iis concedendis solet usurpare nimirum.

Enumeratio distincta privilegiorum, et facultatum tributarum.

I. §. 4. Dispensandi et commutandi vota simplicia in alia pia opera: et dispensandi ex rationabili causa in votis simplicibus castitatis et religionis.

II. Dispensandi in tertio et quarto consanguinitatis et affinitatis simplici et mixto tantum, et in secundo, tertio, et quarto mixtis, non tamen in secundo solo, quoad futura matrimonia: quo vero ad praeterita etiam in secundo solo, dummodo nullo modo attingat primum gradum, cum iis qui ab haeresi vel infidelitate convertuntur ad fidem Catholicam, et in praedictis casibus prolem susceptam declarandi legitimam.

III. Dispensandi super impedimento publicae honestatis justis ex sponsalibus proveniente.

IV. Dispensandi super impedimento criminis, neutro tamen conjugum machinante, ac restituendi jus petendi debitum amissum.

V. Dispensandi in impedimento cognationis spiritualis, praeterquam inter levantem et levatum.

VI. Haec vero dispensationes matrimoniales, videlicet II, III, IV, V, non concedantur, nisi cum clausula, dummodo mulier rapta non fuerit, vel si rapta fuerit in potestate raptoris non existat; et in dispensatione tenor hujusmodi facultatum inseratur, cum expressione temporis ad quod fuerint concessae.

VII. Dispensandi cum gentilibus et infidelibus plures uxores habentibus, ut post conversionem et baptismum, quam ex illis maluerint, si etiam ipsa fidelis fiat, retinere possint, nisi prima voluerit converti.

VIII. Benedicendi paramenta, et alia utensilia ad sacrificium missae necessaria, ubi non intervenit sacra unctio: et reconciliandi ecclesias pollutas aqua ab episcopo benedicta, et in casu necessitatis etiam aqua non benedicta ab episcopo.

IX. Absolvendi ab haeresi, et apostasia a fide et a schismate quoscumque etiam ecclesiasticos tam saeculares quam regulares, non tamen eos qui ex locis fuerint, ubi s. officium exercetur, nisi in locis missionum in quibus impune grassantur haereses deliquerint, nec illos qui judicialiter abjuraverint, nisi isti nati sint, ubi impune grassantur haereses, et post judicialem abjurationem illuc reversi, in haeresim fuerint relapsi, et hos in foro conscientiae tantum.

X. Absolvendi in omnibus casibus Sedi apostolicae reservatis, etiam in bulla Coenae contentis.

XI. Concedendi indulgentiam plenariam primo conversis ab haeresi, atque etiam fidelibus quibuscumque in articulo mortis saltem contritis, si confiteri non poterunt.

XII. Recitandi rosarium vel alias preces, si breviarium secus deferre non poterunt, vel divinum officium ob aliquod legitimum impedimentum recitare non valeant.

XIII. Consecrandi calices, patenas, et altaria portatilia cum oleis ab episcopo benedictis, ubi non erunt episcopi, vel distent duas dietas, vel sedes vacet.

XIV. Dispensandi, quando expedire videbitur, super esu carnium, ovorum, et lacticiniorum tempore jejuniorum, et praesertim quadragesimae.

XV. Celebrandi bis in die, si necessitas urgeat, ita tamen ut in prima missa non sum-

peerit ablutionem, per horam unam ante auroram, et aliam post meridiem, in altare portatili, sine ministro, sub dio, et sub terra, in loco tamen decenti, etiamsi altare sit fractum, vel sine reliquiis sanctorum, et praesentibus haereticis, schismaticis, infidelibus, et excommunicatis, dummodo minister non sit haereticus, aut excommunicatus, ac aliter celebrari non possit. Hujusmodi autem facultate bis in die celebrandi nullatenus uti liceat, nisi rarissime, et ex gravissimis, et urgentissimis causis, in quo graviter tam conscientia praepositi generalis, quam praefectorum missionum, nec non missionariorum ipsorum oneratur.

XVI. Deferendi sanctissimum Eucharistiae sacramentum occulte ad infirmos sine lumine, illudque sine eodem retinendi pro eisdem infirmis, in loco tamen decenti, si ab haereticis, aut infidelibus sit periculum sacrilegii.

XVII. Induendi vestibus saecularibus, si aliter vel transire, vel permanere non poterit in locis missionum.

XVIII. Administrandi omnia sacramenta etiam parochialia, ordine et confirmatione exceptis, et quoad sacramenta parochialia in dioecesibus ubi non erunt episcopi, vel ordinarii, aut eorum vicarii, vel in parochiis ubi non erunt parochi, vel ubi erunt de eorum licentia.

XIX. Benedicendi coronas, rosaria, cruces, crucifixos, parvas statuas, numismata « medaglie » a vulgo nuncupata, et applicandi indulgentias hujusmodi benedictionibus a Nobis impertiri solitas Christifidelibus qui secum habentes, vel apud se retinentes, aliquod ex praefatis, pia opera praescripta adimplebunt ad formam instructionis, quae per sacram congregationem de Propaganda Fide missionariis, quibus haec facultas a Nobis conceditur una cum concessae facultatis instrumento distribuitur.

XX. Et praedictae missionariorum facultates gratis et sine ulla mercede exerceantur: ac per viginti annos tantum a data praesentium concessae intelligantur. Quod si forte contigerit indicatum viginti annorum tempus Sedis vacantis tempore expirare, nunc pro tunc omnes et singulas prorogatas decernimus usque ad novi summi pontificis electionem, ad quem debeat praepositus generalis, ut missionum Societatis Jesu superior quam primum recurrere pro earumdem facultatum innovatione.

§. 5. Caeteras autem facultates, ac privilegia in hisce literis contenta tam Societati Jesu, suisque alumnis, quam praeposito generali, uti illius praesuli ex benignitate apostolica in perpetuum concedimus et indulgemus; decernentes easdem ipsas literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. *Clausula sublata, et decretum irritans.*

§. 6. Non obstantibus felicis recordationis Pauli III., Julii III., sancti Pii V., Gregorii XIII., et Urbani VIII. praedecessorum Nostrorum apostolicis literis, nec non omnibus et singulis illis, quae ab ipsis in suo quisque diplomate non obstare decretum est, caeterisque contrariis quibuscumque. Interea vero dum Societatis Jesu alumnos peramanter in Christo complectimur, et apostolicam eis omnibus benedictionem impertimur, Deum enixe oramus atque obsecramus, ut patrum et majorum suorum exempla imitantes, omnia ad Dei gloriam sint relaturi. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die undecima julii millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio. *Derogatio contrariorum.*

CLVI.

Dat. die 14 julii 1826. Anno III.

Applicatio bonorum commendae nuncupatae sancti Jacobi de Beduide hospitali militum invalidorum villae de Torras-Vedras dioecesis Lisbonensis.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Paternae charitatis studium, quo ad salutem Dominici gregis operandam ex com- *Prooemium.*

misso Nobis divinitus apostolicae servitutis officio urgemur, Nos impellit, ut Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum vestigiis insistens ea decernere non abnuamus, quae ad pauperum praesertim invalidorum curandum levamen opportuna dignoscantur.

Expositio precum. §. 2. Nuper a dilecto filio comite de Funchal carissimi in Christo filii Nostri regis fidelissimi apud Nos, et apostolicam Sedem oratore extraordinario, ac plenipotentiario expositum Nobis fuit, quod in loco de Runa nuncupato prope villam de Torres-Vedras nominatam in dioecesi Lisbonensi dilectissima in Christo filia Maria Francisca Benedicta principissa ob peculiarem suam erga proximum charitatem extrui fecit, atque instituit hospitale in levamen, et commodum militum invalidorum, qui in regio Portugalliae exercitu servitium praestiterunt, quodque ad tam pium opus opportune constabiliendum congruum aliquod subsidium omnino necessarium conspicitur.

Tenor concessionis. §. 3. Quoniam igitur vacat ordinis militaris Domini Nostri Jesu Christi commenda denominata sancti Jacobi de Beduide in dioecesi Portugalensi existens, Nos ad consulendum praefati hospitalis manutentioni, expresso jam ad id exhibito consenso a clarae memoriae Joanne dum viveret Brasiliae imperatore, ac Portugalliae et Algarbiorum rege fidelissimo, et ipsius militaris ordinis magno magistro, ipsius commendae fructus, ac redditus quoscumque perpetuo applicamus favore supradicti hospitalis, ac insuper facultatem impartimur, ut fructus, redditus, et proventus ejusdem commendae ex nunc, et futuris temporibus a laudata principissa, atque successive a persona seu personis ad id specialiter per ipsius hospitalis rectores, seu administratores designanda vel designandis administrari, atque in supradicti hospitalis utilitatem integre, ac libere erogari possint ac valeant.

Clausula sublata et decretum irritans. §. 4. Decernentes praesentes literas et in eis contenta quaecumque nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, seu quovis alio quantumvis substantiali, et inexcogitato defectu notari, impugnari, aut alias infringi, suspendi, vel in controversiam vocari, sive aliud quodcumque juris, vel facti remedium impetrari minime posse; sed illas semper et perpetuo firmas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, ac Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, nec non supradictum militaris ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, concessionibus et indultis, omnibusque aliis licet expressa, specifica et individua mentione dignis non obstantibus quibuscumque.

Sanctio poenalis. §. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae applicationis, attributionis, assignationis, mandati, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; siquis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pridie idus julii, pontificatus Nostri anno tertio.

CLVII.

Dat. die 20. junii 1826. Anno III.

Declaratio de jure sacri asyli criminosis concedendo, vel denegando in locis immunibus in regno Sardiniae.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Obsequio erga Deum Nostro consentaneum ac consequens est, quodque antiqua etiam Graecorum ac Romanorum superstitio illis suis deorum monstris atque ludibriis debitum est arbitrata, post patratum crimen ad templa confugientes tutos atque incolumes velle, ab iisque tamquam numinis brachio tectis, vim animadversionis seu privatae, seu publicae propulsare. Quod juris vnee ipsa ac sensu religionis conditum, legumque sacrarum ac civilium sanctione, ut primum deferbuit adversa naviculae Christianae procella, Dei optimi maximi templis tributum, diligentissimeque retentum, deinceps ad ea etiam loca traductum est, quae vel propter usum,

cui sunt addicta, vel propter eorum, qui illic habitant dignitatem, aeque propemodum inviolata ac sancta habenda esse videantur.

Quomodo jus asyli sit intelligendum.

§. 2. Sed quia humanorum erga Deum officiorum praecipuum charitas est; eaque admittendis, etiam erga homines, criminibus laeditur; sane si appareat licentius aliquos graviusque peccare, quod sacrum ad asylum confugiendo, se loci religione tutos, at poenarum immunes futuros esse confidant, congruit in Deum pietati jus illud asyli sacri quibusdam veluti limitibus circumscribere. Quod quamvis juri pontificio communi perfectum est in cap. 6. et 10. de immunitate ecclesiastica, deindeque severius Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum aliis constitutionibus, potest tamen ad exsecranda crimina, atque in primis noxia, alicubi pronior humana malitia poenam haud declinandam promereri ac quaerere, ut ibi asyli jus arctioribus etiam finibus concludatur, quam quibus illud communi lege Romani pontificea conclusere. Hinc felicis recordationis Benedictus XIV. praedecessor Noster, rogatu clarae memoriae Caroli Emmanuelis Sardiniae regis illustris, supremam admovens manum perficiendae concordiae, quae sub felicis recordationis Benedicto XIII. et cl. mem. rege Victorio Amadeo inita fuerat, ut de controversiis aliis inter pontificios regiosque ministros exortis, ita etiam de asyli jure, ejusque exercendi ratione die sexta januarii anno millesimo septingentesimo quadragesimo secundo « edidit plura mandata, quibus » instructionis a nomen placuit imponere, in ejusque paragraphis nono, decimo, decimo primo, decimo secundo, ac decimo tertio haud pauca constituit, quae jus illud ad praecavenda crimina in regis ditione, angustius quam communi lege fiat pressiusque definiunt.

Ratio edendae declarationis.

§. 3. Mox vero quum ex Vindobonensibus atque Aquisgranensibus pactis, avulsae a ditione Mediolanensi provinciae quaedam eidem Carolo Emmanueli regi parere coepissent, petiit, impetravitque a felicis recordationis Clemente XIII. praedecessore Nostro, ut de facinorosis, ecclesias vel alia sacra illarum provinciarum loca in periculo subeuntibus, starent atque vigerent, quae Benedictus XIV. die sexta januarii anno millesimo septingentesimo quadragesimo secundo, in ditione regis veteri servari praeceperat; qua de re extant Clementis literae die tertia septembris millesimo septingentesimo sexagesimo tertio annulo piscatoris obsignatae. Insuper quum per Benedictinam instructionem non satis compesceretur in ditione regis tum recentiori tum veteri ad atrocia crimina ruentium audacia; praetereaque a subdolis fallaciarum architectis rationes aliquae Benedicti sanctiones evadendi fuissent excogitatae; audaciae illi dolisque contra pontificia mandata inventis, occurrens, regisque Caroli Emmanuelis postulationi obsequutus, felicis recordationis Clemens XIV. praedecessor Noster novam instructionem, ut vocatur, elaboravit, editamque die vigesima octava januarii anno millesimo septingentesimo septuagesimo in iis causis ac rerum eventis pro norma esse decrevit.

Quae semper fuerit sanctae Sedis indulgentia circa immunitatem memoratur.

§. 4. Idem literas deinde dedit archiepiscopo Taurinensi die prima martii ejusdem anni, in quibus agitur de facultate apostolica semper, sed adhibitis precibus, delegandа singulis archiepiscopis Taurinensibus, aliisque ordinariis per ditionem regiam praesulibus, ut minores viginti annis qui atroci se crimine obligaverint, dimoveri, atque extrahi e petitis sacris asylis possint. Sub haec felicis etiam recordationis Pius VI. praedecessor Noster votis Victorii Amadei Sardiniae regis illustris permotus, qui exponendum curavit, milites suos ob facilem perennemque aditum ad ecclesias, aliaque loca asyli jure praedita persaepe a signis discedere, eoque confugientes poenam ex patrato facinore promeritam declinare, adeoque perturbatis copiis, publicam quietem, tranquillitatemque fluctuare, sacris ejus regni praesulibus per suas apostolicas literas sub annulo piscatoris expeditas ac datas die decima octava aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo sexto facultatem concessit, et indulsit, qua milites transfugae in templa se recipientes inde possent extrahi, eorumque praefectis tradi, ea tamen adjecta conditione, ut iis quibus jus erat, sub poena excommunicationis, ut dicitur, latae sententiae more nobilium spopondissent, fore ut ejusmodi sontes, nec morte nec alia gravi corporis animadversione plecterent, sed ad Sardiniae regnum constrictos trasmitterent, eosque per aliquod temporis spatium, non tamen ultra decennium stipendia facientes inibi detinerent. Itaque haud ita multo post quum ipse

rex perspexisset consilia hac de re etiam tum inita ad coercendam militum arrogantiam nequaquam satis esse, spes siquidem sacri asyli causae erat, cur id genus hominum in militarem disciplinam nova crimina molirentur, itemque sollicitudinem, quam ipse in servanda tranquillitate omnem adhibuit in irritum cecidisse, apostolicam veniam ex ejusdem pontificis literis datis die undecima decembris anno millesimo septingentesimo septuagesimo nono, atque annulo piscatoris obsignatis, adeptus est, cujus vi milites indiscriminatim, qui aliquod scelus in militarem disciplinam, vel aliter patrarent, servatis conditionibus in superiori diplomate insertis, aliisque in hisce literis enumeratis, possent deprehendi. Putabat profecto idem Victorius Amadeus se voti compotem factum, sed tantum abfuit ut res prospera feliciterque procederet, ut ejusdem pontificis indulgentiam rursus exposcere fuerit coactus, qua quicumque e manibus publicae potestatis violenter criminosos eripuisset, sacri asyli beneficio nequaquam perfrueretur. Quibus quidem precibus benigna annuit pontifex; quin imo non solum in paragrapho nono Benedictinae instructionis id immutandum censuit, sed etiam alia nonnulla in paragrapho decimotertio contenta declaravit, et ampliavit, datis idcirco suis apostolicis literis die nona aprilis millesimo septingentesimo octuagesimo secundo annulo piscatoris obsignatis. Dum ita res erant, militibus, qui ab ecclesiis extracti, ex apostolico diplomate die decima octava aprilis anno millesimo septingentesimo septuagesimo sexto edito, de quo habita est mentio, in Sardiniae regnum fuerant transmissi, ac peculiaribus cohortibus conscripti, ex regia voluntate exauctoratis, commemoratus pontifex ut regi per aliud ejusmodi diploma die decima quinta septembris anno millesimo septingentesimo octuagesimo sexto editum haud gravate moram gessit, dum postulavit, ut iidem ipsi milites sub catena militari in suis arcibus seu praesidiis possent custodiri, atque ad publica opera cogi.

Expositio precum novissimarum.

§. 5. Nuper autem carissimus in Christo filius Noster Carolus Felix Sardiniae rex illustris Nobis significandum curavit, ob crebro mutatum in Liguria intra annos haud ita multos regimen, itemque ob temporum perversitatem, res quae pertinent ad sacrum asylum tanto ibi detrimento fuisse obnoxias, ut earum rationibus consulere omnino opus esset. Quia vero Liguria dominatui accessit regiae familiae suae, facile arbitratur id perfici posse, si refixis auctoritate Nostra legibus, et consuetudine qualibet antiquata, quae olim de sacro asylo apud Ligures obtinebat, id negotii apud illos eo prorsus modo geri velimus, qui servandus in reliquis regiae ditionis partibus ab apostolica hac Sede praescriptus est. Hoc ut indulgere ac mandare non gravemur, omni a Nobis officio rex serenissimus petiit.

Tenor concessionis.

§. 6. Nos autem non dubitantes ad omnia in Liguria de sacro asylo componenda id maxime posse conferre, quod sapientia, studioque pietatis commendatissimus princeps maxime opportunum ducit; simul animo recolentes strenuum utilitatis, ac dignitatis Ecclesiae propugnatorem felicis recordationis Clementem XIII. praedecessorem Nostrum olim non recusasse ad quasdam Insubriae provincias, ditioni serenissimae familiae Subaudiae adjectas, trahere, quae decreta ac sancita fuerant a Benedicto XIV. de aliis partibus ejus ditionis; tam clara exemplo permoti, de consilio congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium jurisdictioni et immunitati ecclesiasticae praepositorum, ac peculiariter rogata sententiam venerabili fratre Nostro Julio Maria episcopo Ostiensi, et Veliternensi Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali della Somaglia nuncupato, quem publicis negotiis praefecimus, mandata, seu, ut vocantur, instructiones Benedicti XIV. ac Clementis itidem XIV. praedecessorum Nostrorum, quae prolatae ab illis sunt de jure asyli ad ecclesias, aliaque sacra loca, quae in ditione serenissimae familiae Subaudiae occurrebant, itemque literas de quibus egimus ab eodem praedecessore Nostro Clemente XIV. datas archiepiscopo Taurinensi, nec non alias a Pio VI. ejus successore editas, in Liguria etiam obtinere vim volumus, licet serenissimae familiae dominatui post editas instructiones ac literas illas accesserit, ibidemque earum praescriptum impleri auctoritate apostolica praecipimus atque mandamus; eademque potestate Nostra concedimus, et indulgemus, ut archiepiscopus Januensis in Liguria ea ipsa uti possit auctoritate, quae in literis, de quibus loquuti, a Clemente XIV. archiepiscopo Tau-

rinensi facta; ac postremo, ut, quemadmodum ex Benedictinae instructionis paragrapho decimotertio praescriptis, postea per commemoratum Pii VI. pariter praedecessoris Nostri diploma diei decimae nonae aprilis anno millesimo septingentesimo octuagesimo secundo declaratis, et ampliatis, archiepiscopus Taurinensis, nec non Salutiarum, et Eporediae episcopi nonnullis peculiaribus facultatibus, quoad appellationes in sacri asyli controversiis, fuerunt donati, eadem plane ratione eas ipsas facultates archiepiscopo Januensi simul atque Sarzanae, et Savonae episcopis in ducatu Liguriae tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernimus insuper has literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in futurum plenissime suffragari, et ab iis inviolabiliter observari, etiamsi in aliquem, omni solemnitate juris amota, sive, ut dici solet, oeconomice inquirant; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam caosarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut harum literarum exemplis, etiam impressis, dummodo publici notarii manu subscripta sint, ac munita sigillo viri ad ecclesiasticam dignitatem evecti, eadem prorsus, in judicialibus quoque disceptationibus, habeatur fides, quae significationi voluntatis Nostrae, ipso hoc diplomate ostenso haberetur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima junii millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

CLVIII.

Dat. die 22. junii 1826. Anno III.

Reformatio ecclesiarum, et coenobiorum s. Sebastiani, sanctorum Vincentii et Anastasii proximorumque oratoriorum, et catacumbarum jam a monachis ordinis Cisterciensis administratorum.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Ex locis sacris hujus almae Nostrae urbis, quae olim apud christianos venerationem habuerunt, post insignem eam Vaticani partem, quam sancti Petri confessionem appellabant, duo celeberrima, et frequentissima fuerunt; scilicet extra portam Trigeminam, seu Ostiensem, locus ille, apud quem capite abscissus est coapostolus Petri sanctus Paulus, et extra portam Capenam seu Appiam, ille locus, in quo extabat coemeterium Callisti, quod etiam dixerunt catacumbas. Romam enim Christiani ex omnibus terrae partibus tamquam ad fidei petram, et Ecclesiae fundamentum convenientes, in primis quidam locum principis apostolorum sepulchro consecratum, sed et loca insimul consecrata vel sanguine doctoris gentium, vel sanguine, aut exuviis sanctorum martyrum summa religione, ac pietate venerabantur.

Expositio rationum suadentium reformationem.

§. 2. Quantum autem fuerit studium pontificum Romanorum, ut locis istis debitus semper cultus et splendor servaretur, immo et augeretur, omnibus cognitum, et exploratum est. Atque horum Nos sequuti praeclarissima exempla, statim ac ad ipsam beati Petri cathedram nullis Nostri meritis evecti fuimus, ad reparandam basilicam sancti Pauli, quae paulo ante incendio absumpta fuerat, ad eamque nova molitione restituendam, animum, sollicitudinemque Nostram impendimus. Sed extat prope ab hac basilica, nimirum ad aquas Salvias, ubi, ut vetustissima habet traditio, idem vas electionis, doctor gentium martyrium consummavit, alia ecclesia sub titulo ss. Vincentii et Anastasii, cui coenobium, et oratoria duo adnexa sunt, e quibus alterum olim « mansio sanctae Dei genitricis Mariae » hodie « sancta Maria Scala Coeli » nuncupatur, alterum vero ex eodem sancto Paulo nomen habet. Sed et ad coemeterium Callisti, sive ad catacumbas extat insignis ecclesia, quae et ipsa coenobium habet, dicata honori sancti Sebastiani martyris, olim basilica apostolorum appellata, propterea quod

in continentibus cryptis antiquitus recondita per breve tempus fuerant corpora sanctorum apostulorum Petri, et Pauli, quaeque nunc parochialis etiam ecclesia est. Jam vero de catacumbis, sive de coemeterio Callisti tam frequens in actis sanctorum, aliisque veteribus ecclesiasticis monumentis mentio fit, ut ob eam causam, etiam Nostrae hujus almae urbis nomen totum mundum impleverit. His enim in cryptis et multorum sanctorum pontificum praedecessorum Nostrorum, et innumerabilium aliorum sanctorum martyrum corpora sepulta sunt, qui persecutionum tempore « spectaculum facti mundo, angelis, et hominibus » ecclesiam istam quae mater est omnium ecclesiarum, victoriis sanguine suo partis, mirum in modum nobilitaverunt. Quas quidem cryptas in primis descripsit eleganti stylo sanctus Hieronymus in commentariis ad Ezechielis prophetiam cap. XI. cujus verba hodie etiam super earumdem fores in ipsa intus ecclesia sancti Sebastiani legere est. Porro et ad ecclesiam quoque sancti Sebastiani pertinet oratorium illud non longe ab ea positum, quod vulgo soleat appellare « Domine quo vadis » per quod scilicet memoria renovatur celebris illius apparitionis, de qua tam Graeci, quam Latini patres meminerunt, praesertim vero sanctus Ambrosius in sermone contra Auxentium de basilicis non tradendis, ubi haec habet « Petrus .... quamvis esset cupidus passionis, tamen contemplatione populi precatis inflexus est. Rogabatur enim, ut ad instituendum, et confirmandum populum se reservaret. Quid multa? nocte muro egredi coepit, et videns sibi in porta Christum occurrere, urbemque ingredi, ait, Domine quo vadis? Respondit Christus. Venio Romam iterum crucifigi .... Intellexit ergo Petrus, quod iterum Christus crucifigendus esset in servulo, itaque sponte remeavit » Quod vero spectat ad ecclesiam, atque coenobium sanctorum Vincentii et Anastasii ad aquas Salvias, vel sola recordatio martyrii doctoris gentium urgere Nos, et magnopere quidem deberet.

Memoratur quomodo cuncta loca hucusque a monachis ordinis Cisterciensis recta fuerint. §. 3. Quamquam, ut caetera omittamus, illud profecto non sit praetereundum inibi per aliquod tempus s. Bernardum, magnum ordinis Cisterciensis ornamentum, et decus adscitum jam ab Innocentio II. praedecessore Nostro, commoratum esse, a quo deinde praefectos eidem ecclesiae, et coenobio fuit ille abbas qui postea communi voto cleri, et populi in summum pontificem eligi meruit sub nomine Eugenii III. ad quem etiam idem Bernardus librum misit de consideratione. Nimirum Summi pontifices praedecessores Nostri, tum ecclesiam, atque coenobium ss. Vincentii et Anastasii, tum coenobium, atque ecclesiam sancti Sebastiani cum catacumbis et proximis oratoriis monachis ordinis Cisterciensis donaverunt (quamquam, et pro varietate temporum aliis viris regularibus eadem assignata fuisse constet) ut divinis laudibus celebrarent loca illa, et Christifideles, qui non ex urbe solum, verum etiam ex toto orbe Catholico illa in loca advenirent devotionis causa, omnibus sacrorum munerum generibus nutricarent. Atque jamdudum ambo coenobia in commendam deferre Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus Nostri etiam praedecessores consueverunt, et ambo quoque nunc inveniuntur commendata: coenobium videlicet sanctorum Vincentii et Anastasii dilecto filio Nostro Georgio Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali ab Auria Pamphili nuncupato, qui ejusdem coenobii abbas commendatarius, et ordinarius existit. Coenobium vero sancti Sebastiani dilecto filio Nostro Annae-Antonio Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Clermont Tonnerre nuncupato ex dispositione apostolica episcopo Tolosano. Ac sane tam cardinales commendatarii, quam monachi ordinis Cisterciensis ita accurate partes suas expleverunt, ut apud Romanos aeque, atque apud peregrinos, summam laudem fuerint consequuti. Nec Nos quidpiam detrahere de eorum laudibus debemus, nec vero possumus.

Necessitas restringendi monachos in pauciora loca. §. 4. Attamen ad Cistercienses monachos quod pertinet, dolemus vehementer, horum excellentium religiosorum, deque Christi Ecclesia praeclare meritorum, numerum in praesentiarum valde ob temporum calamitatem imminutum esse, neque amplius ad omnia eos officia, ad quae sua etiam sponte rapererentur, posse omnibus in locis quae hactenus obtinueruot, praesto esse; ita ut modo expediat hos monachos in pauciora loca contrahere, praesertim in monasterium, quod itidem per magnae curae Nobis est, et quo etiam a Nostris praedecessoribus ipsi fuerant

donati, apud ecclesiam sanctae Crucis in Jerusalem in agro Sessoriano. Hoc enim modo monachis ipsis ordinis Cisterciensis melius erit provisum, suamque illi industriam, ac strenuam operam, in loca pauciora conferti, collectique, uberius, et utilius Christifidelibus navabunt. Quamvis igitur praefatis etiam ecclesiis, et coenobiis sancti Sebastiani, et sanctorum Vincentii et Anastasii, proximisque oratoriis, et catacumbis monachi isti jamdiu praesederint, neque tamen illos animo laturos putamus, nunc sacris iis in locis alios sibi substitui, quos temporum ratio, ac locorum ipsorum cultus, et commodum fidelium utrobique confluentium efflagitare videantur.

Recuperatio bonorum pertinentium ad ecclesiam s. Sebastiani, et ss. Vincentii et Anastasii.

§. 5. Quae cum ita sint, Nos muneris Nostri esse censuimus aliis viris regularibus utraque antedicta sacra loca omnino tradere. Et opportune jam de aedibus utrinsque non exornandis solum, sed aliquo etiam modo reficiendis, serio cogitavimus. Immo quoniam magna coenobii sancti Sebastiani pars cum praediis adjacentibus, nec non et vinea, quae pertinebat ad coenobium sanctorum Vincentii et Anastasii, distracta in infestis praeteritorum annorum vicissitudinibus, atque alienata fuerunt, Nos dilecto filio magistro Bellisario Cristaldi thesaurario Nostro generali commisimus, ut ea, qua melius fieri posset ratione a possessoribus quamprimum res praedictas redimeret. Quod quidem cum ingenti animi Nostri voluptate, jam exequutioni mandatum est. Nam vinea coenobii sanctorum Vincentii et Anastasii, quae in dominium devenerat monasterii sanctimonialium perpetuae adorationis sanctissimi Sacramenti nuncupatarum, a monasterio ipso jam vendita rursum fuit camerae Nostrae apostolicae, et in hujus rei fidem, publicae fuerunt tabulae confectae die decima prima januarii praesentis anni millesimi octingentesimi vigesimi sexti. Quoad vero partem eam coenobii sancti Sebastiani, quae cum adjacentibus praediis, in aliorum pariter venerat manus, jam laudatus Noster thesaurarius generalis rem totam cum possessore composuit, eo nimirum modo, quem Nos confirmavimus rescripto Nostro diei tertiae augusti praeteriti anni millesimi octingentesimi vigesimi quinti.

Concessio facta favore ordinis Minorum de observantia.

§. 6. Rebus ita dispositis, illud reliquum erat, ut ambas ecclesias, tum illam scilicet, quae honori s. Sebastiani dicata est, cum coenobio, et catacumbis adnexis, atque oratorio vulgo « Domine quo vadis » appellato, tum illam, quae dicata est honori sanctorum Vincentii et Anastasii, cum coenobio pariter, et proximis oratoriis traderemus selectis vineae Domini satoribus, atque industriis operariis, qui diu noctuque illarum custodiae advigilarent, earumdemque splendorem, ac majestatem certa sacrorum munerum, et officiorum vice amplificarent, demum advenientes ex toto orbe Christiano, ne dum ex hac Nostra urbe, ad omnem virtutem inflammarent, tum bonorum operum odore, tum opportunis fervidisque adorationibus, eisque admissa peccata, et scelera confiteri, expiareque volentibus, semper faciles se, ac promptos praeberent, atque rite eos, beneque comparatos divino epulo, enutrirent. Nec vero in hisce eligendis custodibus, et operariis diu Nobis licuit in ancipiti cura versari. Protinus enim ante Nostrae mentis oculos sese obtulit ordo fratrum Minorum sancti Francisci de observantia, qui nedum magnitudine, atque praestantia meritorum erga Ecclesiam semper emicuit, in praesenti quoque, et magna clarorum virorum copia, et famae, ac virtutis celebritate mirifice floret.

Tenor concessionis, cum impositis conditionibus.

§. 7. Itaque motu-proprio, et certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine per hasce literas utraque non semel commemorata superius loca sacra, tum nempe ecclesiam, atque coenobium s. Sebastiani, ipsasque eidem adnexas catacumbas, et oratorium appellatum « Domine quo vadis » tum etiam ecclesiam, atque coenobium sanctorum Vincentii et Anastasii, duoque iis proxima oratoria supradictis fratribus ordinis Minorum sancti Francisci de observantia, et eorum nomine dilecto filio Joanni a Capistrano generali ejusdem ministro in perpetuum addicimus, assignamus, et attribuimus, ea lege, ut pro ambobus locis duas familiae fratrum ab eodem ministro generali constituantur, quarum utraque in unam coalescens familiam, una semper familia sit, quamvis altera in coenobio sancti Sebastiani, altera in coenobio sanctorum Vincentii et Anastasii debeat residere: atque unus proinde sit guardianus utriusque coenobii, qui prout ratio rerum eorumdem fratrum, ac locorum poscet, sedem ex sede mutabit, modo ad unum,

modo ad alterum coenobium se conferens: duo autem sub eo sint vicarii, unus apud ss. Vincentium et Anastasium, alter apud sanctum Sebastianum. Porro jubemus ut in utrumque coenobium perfecta, ut ajunt observantia ab initio inducatur, ac ibidem omnibus futuris temporibus vigeat, utque semper, nedum prima vice fratres pro utroque coenobio ex omnibus provinciis adsciscantur. Cujus rei causa illud praeterea jubemus, ut ambo videlicet coenobia sub immediata ministri generalis jurisdictione in perpetuum sint, atque maneant.

De muneribus implendis a regularibus utriusque familiae.

§. 8. Quum autem istiusmodi fratres non custodiae solum praesidere utrorumque locorum, sed suam quoque operam navare iis, de quibus supra dictum est, sacris muneribus obeundis ad gloriam Dei, et ad proximorum salutem oporteat; ideo volumus ut unaquaeque familia, seu pars unaquaeque regularis familiae utriusque coenobii saltem duodecim fratribus constet, quorum sex, vel plures potius in sacro presbyteratus ordine constituti sint, ex iis quatuor saltem ad confessiones audiendas approbati. Quoniam vero ecclesia sancti Sebastiani, ut jam innuimus, parochialis quoque ecclesia sit, volumus praeterea, ut in posterum unus de fratribus ejusdem ordinis animarum curam inibi exerceat; qui tamen a ministro generali primum praesentari cardinali vicario Nostro, vel successorum Nostrorum in spiritualibus generali pro tempore, ab eodem autem vicario deinde, postquam idoneus repertus fuerit, admitti, atque institui debeat. Porro constitutis ambabus familiis fratrum praefati ordinis Minorum de observantia (id quod per quam citissime fieri jubemus) et sub uno guardiano in unam familiam colligatis, utraque saepe memorata loca sacra illico erunt eidem guardiano tradenda. Id autem auctoritate Nostra per duos abbates commendatarios fieri deceret: quum vero alter ex eis adsit quidem, sed alter, ille videlicet, qui coenobium sancti Sebastiani obtinet in commendam, dilectus filius Noster Anna-Antonius Sanctae Romanae Ecclesiae presbyter cardinalis Clermont Tonnerre nuncupatus ex dispensatione apostolica archiepiscopus Tolosanus longe absit ab urbe, vice ejus implebit hoc munus thesaurarius Noster generalis dilectus filius magister Bellisarius Cristaldi.

Deputatio executoris apostolici.

§. 9. Quare praesentium vigore Nos dilecto filio Nostro Georgio Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali ab Auria Pamphili nuncupato coenobii ss. Vincentii et Anastasii abbati commendatario, et ordinario, itemque dilecto filio magistro Bellisario Cristaldi thesaurario Nostro generali divisim committimus et mandamus, ut alter, nimirum abbas commendatarius, coenobio, atque ecclesiam ss. Vincentii et Anastasii, et proxima duo oratoria ad aquas Salvias, alter nempe thesaurarius generalis coenobium, atque ecclesiam sancti Sebastiani ad catacumbas, et catacumbas ipsas, et oratorium, quod vocant « Domine quo vadis » quae monachorum ordinis Cisterciensis adhuc fuerunt, cum omni et sacra, et domestica suppellectili, cumque omnibus juribus, et privilegiis, exemptionibus, gratiis, ac simul oneribus locis ipsis antehac inhaerentibus, auctoritate Nostra apostolica guardiano, qui ex ordine fratrum Minorum de observantia eisdem locis a ministro generali destinabitur, legitimo jure tradant.

Confirmatio, et nova concessio indulgentiarum.

§. 10. Quod vero pertinet ad indulgentias, quas Romani pontifices Nostri praedecessores elargiti fuerant monachis Cisterciensibus duorum eorumdem coenobiorum habitatoribus, eas omnes etiam vigore praesentium Nos fratribus Minoribus de observantia, qui de coenobiorum ipsorum familia erunt concedimus. Ut autem vota Nostra in irritum non cedant, et illud quoque providendum Nobis est, ut ad sacrorum utrorumque locorum incolumitatem, ac tuitionem non modo, sed decorem etiam pro omni futuro tempore consulatur; et illud curandum praeterea ne religiosis viris, quos eisdem locis addiximus, umquam hujus vitae necessaria desint. Nihilominus tamen Nos haud pati posse intelligimus, nec volumus profecto, fratres ordinis Minorum de observantia a perfecta illa paupertate, quam ex sanctissimi patriarchae Francisci instituto, et Tridentini etiam concilii decreto profitentur, ne latum quidem unguem abstrahere.

Concessio juris conquirendi eleemosynas intra fines designandos.

§. 11. Quapropter quoniam fratres praefati ordinis prohibentur bona immobilia possidere, et mendicato, seu de aliena vivere misericordia tenentur, religiosae familiae coenobiorum sancti Sebastiani ad catacumbas, et sanctorum Vincentii et Anastasii ad aquas Salvias, integrum esse declaramus eleemosynas conquirere seu mendicare intra certos illos fines, quos postea ministro generali significabimus. Ad eamdem praeterea religio-

sam familiam ob aoimarum curam, quae sancti Sebastiani ecclesiae adnexa est, in posterum per modum eleemosynae pertinere decernimus omnia emolumenta solita parochis erogari, nec non et stipendium menstruum scutatorum quindecim, quod antea ejusdem ecclesiae parocho pendebatur. Hoc autem menstruum stipendium vice camerae spoliorum, ut jam mos est, persolvetur a sacra congregatione de Propaganda Fide, quae et tres itidem consuetas annuas summas perget subministrare, unam scutatorum triginta pro oleo, unam scutatorum quadraginta pro cera, unam scutatorum triginta sex pro festo Purificationis beatae Mariae virginis, quae jamdio in eadem s. Sebastiani ecclesia celebrari consuevit. Ac simili modo quum ex rescripto felicis recordationis Pii pp. VII. praedecessoris Nostri sub die 17. septembris anni 1819. menstrua summa scutatorum decem, et assium viginti fuerit assignata cappellano ecclesiae sanctorum Vincentii et Anastasii ad aquas Salvias. Nos eidem pariter religiosae familiae per modum eleemosynae posthac summam istam solvi decernimus; praesertim cum onera missarum quibus satisfieri adhuc per cappellanum illum oportuit, fratres illi deinde, qui in eodem sanctorum Vincentii et Anastasii coenobio commorabuntur explere, et exequi debeant. Postrema autem haec summa juxta laudati rescripti tenorem, quolibet in mense ex secretaria Brevium, atque ex capsa eleemosynarum apostolicarum aequali utrinque parte erogabitur, donec aliter a Nobis provisum fuerit. At enim praesidia haec tenuia sunt, et religiosam utriusque coenobii familiam instruere rebus omnibus, quas vivendi necessitas postulat, atque exigit, minime queunt. Neque enim illud facile sperandum, fratres videlicet utriusque coenobii tantum posse mendicando eleemosynae colligere, quantum illis non ad sustentationem sui modo, verum etiam ad sacrorum utrorumque locorum, quae non semel enumeravimus, tuitionem, et cultum opus foret.

Assignatio aliorum extraordinariorum subsidiorum.

§. 12. His ergo causis permoti Nos religiosae eorumdem coenobiorum familiae alia praebere subsidia constituimus, nimirum ex vinea coenobio sanctorum Vincentii et Anastasii proxima, atque ex praediis adjacentibus coenobio sancti Sebastiani, quae jussu Nostro, ut supra diximus, recuperanda jam thesaurarius Noster generalis curavit. Atque ne paupertas fratrum Minorum de observantia aliquod per vineam illam, ac illa praedia patiatur detrimentum, Nos, fratribus ipsis eorumdem fundorum dominio, et administratione exclusis, praesentium vigore in perpetuum Nobis quidem, et huic sanctae Sedi illorum dominium reservamus; administrationem vero in syndicum apostolicum utriusque coenobii pro tempore tamquam ad usum de populo transferimus. Volumus autem ut annui omnes fundorum illorum redditus, et fructus in fabricis sacrorum utrorumque locorum conservandis, et reparandis, aut etiam quateaus opus fuerit ampliandis, atque in rebus divini cultus decori, et augmento necessariis comparandis perpetuo insumantur, et quod deinde supererit, per modum eleemosynae in alendis utriusque coenobii fratribus erogetur. Quocirca jubemus, ut hujus sanctae Sedis nomine syndicus apostolicus in omne aevum redditus, et fructus vineae coenobio sanctorum Vincentii et Anastasii proximae, nec non fructus, et redditus praediorum adjacentium coenobio sancti Sebastiani, guardiano duorum eorumdem coenobiorum per modum eleemosynae, et in supradictos usus tribuat, assignet, elargiatur.

Clausulae ostitutes et irritantes.

§. 13. Decernentes has literas firmas semper, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque in omnibus et per omnia plenissime suffragari, ac ab omnibus ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari; nulloque praetextu umquam, etiam ex eo quod interesse habeantes ad praemissa vocati non sint, aut illis consenserint, de subreptionis, aut obreptionis vitio, seu intentionis Nostrae defectu impugnari posse; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari et definiri debere, irritum quoque et inane declarantes, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 14. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, ac aliis Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, felicis recordationis Be-

nedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, sanctionibus, nec non praedictorum coenobiorum, et ecclesiarum, atque monachorum etiam ordinis Cisterciensis, juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et litteris apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima tertia junii millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 17. junii 1826. Anno III.

CLIX.

Concessio tituli archisodalitii, cum adjunctis privilegiis favore sodalitii Purgatorii oppidi di Minervino dioecesis Andriensis.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Pia Christifidelium sodalitia religiosis operibus exercendis intenta apostolicae liberalitatis favoribus libenter cumulamus, prout in Domino expedire cognoscimus.

Expositio precum. §. 2. Quum itaque, sicut nomine dilectorum filiorum confratrum sodalitii Purgatorii appellati jamdiu rite, uti asseritur, in oppido civitatis nuncupato di Minervino Andriensis dioecesis erecti, nuper Nobis expositum est, in ipsorum spiritualem consolationem, et ejusdem sodalitii decus cederet, et incrementum, si archisodalitii titulo, et privilegio seu indulto alia ejusdem invocationis et instituti canonice etiam erecta sodalitia aggregandi, sicque aggregatis spirituales gratias et indulgentias communicandi facultate, sodalitium praedictum per Nos ditaretur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur, attento favorabili testimonio episcopi Andriensis super praemissis Nobis exhibito, ejusdem sodalitii splendori et augmento paternis studiis intendentes, ipsosque confratres a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, sodalitium praedictum in archisodalitium cum omnibus et singulis praerogativis, juribus, honoribus et praeeminentiis solitis, et consuetis auctoritate apostolica tenore praesentium, sine tamen cujusquam praejudicio perpetuo erigimus, et instituimus; ac archisodalitii sic erecti officialibus, et confratribus praesentibus et futuris, ut ipsi alia quaecumque sodalitia ejusdem invocationis et instituti extra almam urbem Nostram ubicumque locorum existentia nidem archisodalitio, servata tamen forma constitutionis felicis recordationis Clementis pp. VIII. praedecessoris Nostri super praemissis editae, aggregare, illisque omnes et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes ipsi sodalitio sic in archisodalitium a Nobis erecto per apostolicam hanc sanctam Sedem concessas, et alias communicabiles pariter communicare libere, et licite valeant, auctoritate, et tenore praedictis itidem perpetuo concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Decernentes has praesentes litteras firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus

sit praedicti sodalitii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima septima junii millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 28. jun. 1826. Anno III.

CLX.

Confirmatio jurisdictionis apostolici nuntii apud regem catholicum super pontificio, ac regio xenodochio Italorum erecto in civitate Matriti sub invocatione ss. apostolorum Petri et Pauli, et concessio privilegiorum, et indultorum spiritualium.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Extat Matriti, prout Nobis nuper per venerabilem fratrem archiepiscopum episcopum Imolensem nuncium Nostrum apostolicum apud regem Catholicum relatum est, xenodochium quoddam cum adjuncta illi ecclesia nomine basilicae, sub titulo principum apostolorum Petri et Pauli sollicitudine, et pietate clarae memoriae praesulis Sega episcopi Placentini comitis sancti Clementis tunc nuncii apostolici apud memoratum regem, annuente archiepiscopo Toletano, et favente eodem catholico rege, jam ab anno millesimo quingentesimo septuagesimo nono ad levamen et utilitatem Italorum, sub auspiciis Romani pontificis, unde pontificium dicitur xenodochium erectum, ac in posterum gratiis et privilegiis per catholicos reges ita ditatum, ut pontificio vocabulo regium quoque merito fuerit additum, commissis tamen ordinaria et libera jurisdictione, et patrocinio nuncio apostolico pro tempore Hispaniarum. Quamquam ad haec usque tempora hujusmodi patrocinii et ordinariae jurisdictionis jure, quae ab hac sancta Sede immediate, uti par est, dimanant, sarte tecta servata sint, praedictus nihilominus hodiernus nuncius sed hoc ut res firmius consistat, et ne ullo umquam tempore de hujusmodi facultate dubitatio oriri possit, enixis precibus a Nobis petiit, ut per apostolicas Nostras literas jurisdictionem ordinariam nuncii praedicti jam alias rite concessam et diuturnitate duorum saeculorum et ultra confirmatam, nec non jura omnia, et privilegia, ac indulta spiritualia et temporalia xenodochio et ecclesiae praedictis Italorum, illorum singulis personis tributa confirmemus, et quatenus opus sit, denuo concedamus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur piis praedicti nuncii apostolici votis benigne annuere volentes, eumque ac singulares personas quibus praesentes Nostrae literae favent, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes supplicationibus super hoc humiliter Nobis porrectis inclinati, xenodochium praedictum Italorum Matriti cum adjuncta ecclesia sive basilica, ac illorum locorum, personis, ab omni et quacumque jurisdictione et auctoritate exemptum, et nuncio apostolico pro tempore Hispaniarum immediate subjectum auctoritate apostolica tenore praesentium recognoscimus et confirmamus, et quatenus opus sit, denuo declaramus, et ita quidem, ut nuncius praedictus tamquam verus et legitimus illorum locorum et personarum ordinarius revereatur, et ab omnibus habeatur; itemque omnes et singulas indulgentias ac spirituales gratias per Romanos pontifices praedecessores Nostros Christifidelibus utriusque sexus nomen sodalitio sanctorum apostolorum Petri et Pauli xenodochii pontificii et regalis Italorum Matriti nomen dantibus, sive ecclesiam praedictam visitantibus, aliisque operibus praescriptis satisfacientibus juxta apostolicum indultum concessas, et in quodam libello typis commisso elapso anno millesimo octingentesimo vigesimo quinto cui titulus « Primitive fundacion del pontificio y real hospital des Italianos en Madrid » relatas, auctoritate et tenore praedictis confirmamus, cum declaratione, ut non

solum Itali, sed etiam Hispani, qui in dictum sodalitium sunt admissi, vel erunt in posterum admittendi, aut piis operibus et eleemosynis ad utilitatem spiritualem et temporalem dicti pii loci conferre student, spiritualium omnium gratiarum, indulgentiarum et privilegiorum participes esse possint.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, ac nuncio apostolico, aliisque ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac caeteris aliis etiam speciali mentione dignis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima octava junii millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXI.

Dat. die 15. julii 1826. Anno III.

Praelaturae Gojasensis, et Cujabaensis nuncupatae in sedes episcopales eriguntur.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Sollicita Catholici gregis cura Nos compellit assidue, ut ea praestemus intento studio, quae pro salubriori ejusdem procuratione videantur expedire, inter quae primum tenet locum episcoporum constitutio, ut fidelis populi spiritualibus necessitatibus celeriter valeant opem ferre opportunam, ac in tanta praesertim temporum acerbitate sancta et inconcussa Catholicae fidei dogmata omnibus a recta via declinantibus opponat, populumque verbo, et exemplo ita instruat assidue, ut uberrimi sacramentorum pabuli particeps factos coronam vitae in triumphantis Ecclesiae sinu mereatur accipere.

Memoratur quomodo praelaturae fuerint institutae.

§. 2. Cum alias fel. recordationis Benedictus XIV. praedecessor Noster suis motus proprii literis incipien. «*Candor lucis aeternae*» datis octavo idus decembris anno Domini millesimo septingentesimo quadragesimo sexto ex vastissima Fluminis Januarii dioecesi in Brasilia binas erexit sedes episcopales, unam nempe sancti Pauli, ac alteram Mariaonensem nuncupatas, duas insimul instituit praelaturas Gojasensem nimirum et Cujabaensem denominatas, et separatum territorium habentes, in quo idonei presbyteri saeculares vel regulares a rege in praelatos etiam ad tempus sibi benevisum libere deputandi, omnimodam spiritualem respective exercerent jurisdictionem sub certis quibusdam legibus ad saluberrime consulendum utiliori procurationi populorum per asperas illas et montosas regiones degentium, ac multa profecto animarum lucra exinde comparata dignoscuntur: plures enim erectae ecclesiae et earum nonnullae parochialitatis jura donatae, non pauci sacrorum praesides adsciti, qui populis christiana disciplina informandis collaborarent, aliaque in id opportune fuerunt instituta.

Preces porrectae ut in sedes episcopales erigerentur.

§. 3. Attamen ad uberiora adhuc ibidem comparanda incrementa rei sacrae unde regnorum incolumitas et vera habetur felicitas carissimus in Christo filius Noster Petrus primus Brasiliae imperator per dilectum filium Franciscum Correa Vidigal suum apud Nos et apostolicam Sedem plenipotentiarium administrum impensa sollicitudine contendit, ut binas enunciatas praelaturas ad sedis episcopalis gradum et dignitatem extolleremus aperte despondens quidquid in episcopales mensas, in capitulorum, ac seminariorum patrimonia, et ad cathedralium aedium tuitionem necessario deprehenderetur ex publico aerario se integre ac stabiliter collaturum.

Erectio sedium.

§. 4. Pientissimis igitur laudati imperatoris votis quantum in Domino possumus benigne annuendum censentes, omnibusque rite perpensis ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine praevia utriusque praelaturae Gojasensis, et Cujabaensis suppressione, extinctione, et annullatione, binos oppidos Gojasium, et Cujabaum in civitates episcopales cum curia et cancellaria ecclesiastica, caeterisque juribus, honoribus, et privilegiis quibus gaudent aliae similes episcopales civitates.

Ecclesiarum erectio in cathedrales. §. 5. In eisdem vero civitatibus existentes majores ecclesias in civitate scilicet Gojasensi honori sanctae Aunae dicatam, et in Cujabaensi civitate tituli Boni Jesu vocatam ad gradum cathedralium ecclesiarum Gojasensis et Cujabaensis parochiales ut antea sub iisdem titulis extituras evehimus et extollimus, illasque metropolitico juri pro tempore existentis archiepiscopi sancti Salvatoris in Brasilia uti suffraganeas subjicimus, atque in binis ipsis ecclesiis dignitatem et Sedem pontificalem pro Gojasensi, et Cujabaensi episcopis respective nuncupandis, qui ecclesiis iisdem civitatibus ac dioecesibus ut infra assignandis, illarumque clero, et populo praesint, ac omnia et singula jura, ac munia episcopalia exerceant cum suis infrascriptis capitulis, arca, sigillo, mensis episcopalibus, seminariis puerorum ecclesiasticis, ceterisque pontificalibus insigniis, jurisdictionibus, praerogativis, ac indultis realibus et personalibus ad alias cathedrales ecclesias illarum partium legitima ex causa spectantibus eadem apostolica auctoritate erigimus, et constituimus.

Erectio capitulorum in dictis cathedralibus. §. 6. Porro in una et altera ex praedictis cathedralibus capitulum erit instituendum, qui ex archidiacono prima post pontificalem, et archipresbytero secunda dignitate, et decem saltem constabit canonicis respectivis gaudentibus praebendis inter quas theologalis, et poenitentiaria erunt percensenda, itemque cum opportuno competenti cappellanorum, ac ministrorum numero pro uniuscujusque ecclesiae servitio. Tali autem efformato capitulo facultatem impartimur gaudendi omnibus et singulis honoribus, insigniis, et privilegiis non tamen titulo oneroso vel ex peculiari favore acquisitis, quibus capitula aliarum cathedralium in Brasiliensi imperio legitime fruuntur, itemque condendi quaelibet statuta, ordinationes, et decreta licita tamen, et honesta, ac sacris canonibus, decretisque concilii Tridentini et apostolicis constitutionibus minime adversantia, quibus de recta divini cultus disciplina, et de accurata sacrorum procuratione opportuna praecepta tradantur, quaeque postmodum pro eorum robore et plenario effectu erunt respective episcopo subjicienda, et ab eo speciatim approbanda.

Erectio seminariorum ecclesiasticorum. §. 7. Puerorum itidem ecclesiasticum seminarium ex Tridentinorum patrum ordinatione in qualibet ex duabus episcopalibus ecclesiis erigendum statuimus, ut inibi adolescentes clerici ad ecclesiae disciplinam informentur utilibus per episcopos legibus impositis, quibus pietas in primis, at morum probitas, ac sana doctrina foveatur, et novellae plantationes, quae ibidem aluntur in spem ecclesiarum succrescant feliciter uberiores in dies fructus allaturae. Atque ut pro tempore existentium episcoporum et capitulorum, nec non seminariorum congruae dotationi respective consulatur, decernimus quod una et altera ex episcopalibus mensis Gojasensi, et Cujabaensi ad normam aliarum mensarum episcopalium per Brasiliam instruatur explicatis ac certis annuis redditibus in summa saltem quingentorum septuaginta unius ducatorum auri de camera ex imperiali aerario libere persolvenda, quodque pariter capitulorum, ac seminariorum congruae dotationi atque cathedralium aedium tuitioni, episcoporum decenti habitationi et seminariorum ordinationi a supralaudato Brasiliae imperatore ad normam saltem aliorum episcopatuum pro suo in Catholicam religionem impenso studio liberaliter consulatur. Pro singularum profecto dioecesium efformando territorio ea ipsa loca unicuique attribuimus, quae in praesentiarum ad antedictas praelaturas respective pertinent, atque idcirco suppressa et extincta qualibet alia siquae forsan existat alterius cujuspiam antistitis in iis territoriis jurisdictione, illorum incolas utriusque sexus tam laicos, quam clericos, nec non ecclesias, monasteria, beneficia quaecumque memoratis episcopalibus ecclesiis, earumque praesulibus pro suis civitate, territorio, dioecesi, clero, ac populo assignamus, eorumque omnimodae jurisdictioni, ac superioritati in spiritualibus perpetuo respective supponimus atque subjicimus, reservata tamen Nobis et Romanis pontificibus successoribus Nostris facultate novam harum dioecesium circumscriptionem etiam quoad metropoliticae ecclesiae designationem sancire ubi salubrius pro religionis bono fore conspiciatur quin ullum in id vel ab antistitibus, vel a capitulis opus sit assensum exquirere.

§. 8. Quoniam vero ad formam supradicti motus proprii laudati pontificis Benedicti XIV. praefatus Brasiliae imperator indulto gaude- Jus nominandi episcopos et dignitates imperatori pro tempore reservatur.

bat idoneos presbyteros ad anunciatas Gojasensem, et Cujabaensem praelaturas nominandi. Nos attentis quoque praeclaris in religionem et Ecclesiam meritis ipsius Petri imperatoris libenter concedimus, ut hac etiam prima vice, et in futuris vacationibus idem imperator, ejusque in Brasiliensi imperio successores gaudeant jure patronatus et praesentandi ad antedictas Sedes Romano pontifici infra annum a die vacationis ob locorum longinquitatem personas ecclesiasticas pietate, religionis studio, doctrina secundum Deum prudentia, et gravitate commendatas, iisque praeditas dotibus quas sacri canones requirunt a Nobis et Romanis pontificibus successoribus Nostris juxta statutas formas per apostolicas literas canonice promovendas et instituendas, eidem insuper imperatori tribuimus jus nominandi ecclesiasticos idoneos viros ad omnes et singulas praedictas dignitates, canonicatus, praebendas, ac beneficia, ut praefertur, respective erigenda, congruisque per ipsum imperatorem redditibus donanda, quoties illa quomodolibet, et ex quorumcumque personis etiam apud Sedem apostolicam vacare contigerit, ita ut hujusmodi nominatis, ac praesentatis canonica per respectivos episcopos decernatur institutio eo plane modo quo a saepedicto praedecessore Nostro Benedicto XIV. in supraenunciatis motus proprii literis pro beneficiis capitulorum cathedralium sancti Pauli et Marianensis fuit sancitum.

Prima episcoporum institutio.

§. 9. Ad consulendum interea Christifidelium in illis partibus degentium spirituali regimini, ubi primum binarum cathedralium erectioni locus factus fuerit, ne iisdem desit praeses donec de primo earum antistite provideatur venerabilem fratrem Franciscum Ferreira de Azevedo episcopum Castoriensem in partibus infidelium praelaturae Gojasensi, et dilectum filium fr. Josephum Mariam a Macerata presbyterum ordinis fratris Minorum sancti Francisci Cappuccinorum expresse professum Cujabaensi praelaturae modernos praesidentes in vicarios apostolicos earumdem praelaturarum cum necessariis in eam rem facultatibus, durante tantummodo illarum sedium episcopalium vacatione, respective deputamus et constituimus.

Onus describendi redditus mensarum in libris camerae apostolicae.

§. 10. Volumus autem quod juxta redditus annuos mensis episcopalibus, ut supra, assignandos consueto taxa ecclesiarum Gojasensis et Cujabaensis de more efformata in florenis auri centum sexdecim cum duobus tertiis pro unaquaque in libris camerae Nostrae apostolicae describatur.

Deputatio executoris apostolici.

§. 11. Denique ut cuncta superius a Nobis disposita rite ad suum perducantur effectum venerabilem fratrem Josephum a Sylva episcopum sancti Sebastiani Fluminis Januarii in harum literarum apostolicarum exequutorem cum omnibus et singulis necessariis et opportunis facultatibus eligimus ac deputamus, ut sive per se, sive per aliam illustrem personam in ecclesiastica dignitate constitutam ab eo subdelegandam prout satius in Domino censuerit nedum cuncta valeat peragere ad optatum praemissorum exitum, sed etiam super quacumque oppositione in actu ejusmodi exequutionis quomodolibet forsan oritura definitive pronunciare, delegata sibi apostolica auctoritate libere ac licite valeat. Eidem insuper Josepho episcopo injungimus, ut authentica decretorum et actorum omnium in hujusmodi exequutionem conficiendorum ad apostolicam Sedem transmittat in tabulario hujus congregationis rebus consistorialibus praepositae de more asservanda.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 12. Praesentes autem literas et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet in praemissis interesse habentes, vel habere praetendentes illis non consenserint, seu vocati et auditi non fuerint, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut alio quantumvis substantiali defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari minime posse; sed semper et perpetuo validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 13. Non obstantibus etiam in synodalibus, provincialibus, generalibusque conciliis editis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, praedictarumque ecclesiarum statutis, consuetudinibus et privilegiis; quibus omnibus et singulis illorum tenores pro plene et sufficienter expressis habentes, illis

alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis. §. 14. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae erectionis, institutionis, assignationis, attributionis, concessionis, deputationis, injunctionis, derogationis, decreti, mandati, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; siquis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo sexto, idibus julii, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXII.

Dat. die 15. julii 1826. Anno III.

Applicatio bonorum favore seminarii puerorum ecclesiastici Brigantiensis, cum respectiva onerum superimpositione.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium. §. 1. Ea est humanarum rerum deploranda conditio, ut difficillime per longum temporis spatium in eodem statu plures queant permanere, quin validis opus habeant adjumentis, ac saepe etiam peculiares necesse sit in illas inducere immutationes.

Expositio precum. §. 2. Hoc sane contigere deprehendimus quoad suppressam a felicis recordationis Pio pp. VI. praedecessore Nostro episcopalem ecclesiam Mirandensem, eamdemque redactam ad statum saecularis et insignis collegiatae sub titulo beatae Mariae virginis cum novo capitulo efformando ex uno canonico priore curato ipsius capituli capite, atque ex aliis decem canonicis, quorum duo memoratum priorem in cura animarum deberent coadjuvare, et cum congrua statuenda praebendarum et redditaum assignatione in annua summa pro qualibet praebenda respective praefinienda prout in apostolicis literis sub datum quinto kalendas octobris anno Domini millesimo septingentesimo octuagesimo desuper expeditis plenius continetur. Ob deficientiam etenim mediorum experientia quadraginta et ultra annorum comprobatam aperte constitit nullam affulgere spem congruam habendi dotationem pro hujusmodi collegiatae ecclesiae erectione, ac manutentione. In hoc autem rerum statu moderans episcopus Brigantiensis prae oculis habens tenuitatem redditaum seminarii sui episcopalis substentationi duodecim alumnorum eum rectore et praeceptoribus minime sufficientem expresso in id a clarae memoriae Joannis, dum viveret Brasiliae imperatoris ac Portugalliae et Algarbiorum regis fidelissimi, praestito consensu, Nobis fuit humiliter supplicatum, ut ecclesiae et dioecesis Brigantiensis utilitati opportune providere dignaremur.

§. 3. Nos igitur omnibus mature perpensis, ac precibus hujusmodi nomine praelaudati imperatoris ac regis a dilecto filio comite de Funchal ejus oratore extraordinario ac plenipotentiario Nobis porrectis, quantum in Domino possumus obsecundare volentes, praevia revocatione dispositionis supradictarum literarum apostolicarum in iis omnibus quae supramemoratae collegiatae ecclesiae spectabant erectionem cuncta et singula bona, redditus, ac proventus ex suppressis duobus canonicatibus, ut una dimidia praebendo ipsius antea cathedralis ecclesiae Mirandensis, nec non infrascriptas quinque annuas pensiones unam videlicet regalium biscentum quinquaginta millium super sanctae Leocadiae de Cercio, et alteram biscentum mille regalium super Nostrae Dominae Purificationis beatae Mariae virginis de Pudence, ac unam regalium octuaginta millium super sancti Matthaei de Sobreiro, ac aliam biscentum sexaginta millium regalium super sancti Petri de Quiras, et reliquam regalium pariter biscentum sexaginta millium super sancti Petri de Casarelhos parochialium ecclesiarum abbatiarum etiam nuncupatarum respective fructibus reservatas favore seminarii puerorum ecclesiastici Brigantiensis perpetuo applicamus, assignamus, et appropriamus injuncto tamen eidem seminario onere perpetuis futuris temporibus persolvendi quolibet anno canonico priori curato supradictae ecclesiae beatae Mariae virginis civitatis Mirandensis regalia biscentum millia, itemque centum quadraginta millia regalia canonico ejus coadjutori pro illorum respectiva congrua, atque insuper pro expensis Tenor concessionis.

fabricae et divini cultus in eadem ecclesia peragendi annua sexcentum millia regalia libere atque integre subministrandi.

Deputatio executoris apostolici.

§. 4. Ut autem omnia sic a Nobis disposita rite ad suum perducantur effectum venerabili fratri Josepho Mariae episcopo Brigantiensi, quem harum literarum deputamus exequutorem necessarias omnes et opportunas tribuimus facultates, ut sive per se, sive per aliam personam in ecclesiastica dignitate constitutam ab eo specialiter subdelegandam cuncta peragere, disponere, ac decernere, et super quacumque oppositione adversus praemissa quomodolibet forsan oritura cognoscere ac etiam definitive pronunciare libere ac licite possit et valeat.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 5. Praesentes vero literas et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet interesse habentes vel habere praetendentes vocati, seu auditi minime fuerint, ac praemissis non consenserint nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio etiam substantiali defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas semper validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, ac obtinere, et ab omnibus ad quos spectat, vel quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari debere, ac si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, aliisque Nostris et cancellariae apostolicae regulis, nec non constitutionibus et ordinationibus apostolicis, itemque praedictarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque et indultis, caeterisque etiam expressa, specifica et individua mentione dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum revocationis, applicationis, assignationis, appropriationis, commissionis, mandati, facultatis, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; siquis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo sexto, decimoseptimo kalendas augusti, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXIII.

Dat. die 12. julii 1826. Anno III.

Prorogatio indulgentiarum anni sacri pro regno utriusque Siciliae.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, aliisque locorum ordinariis praesulibus regni utriusque Siciliae.

Leo PP. XII.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem.

Procemium.

§. 1. Maxime salutarem indulgentiarum usum christiano populo esse perspicientes, potestate a Christo Domino Nobis tradita, superiorem annum magni jubilaei fieri statuimus; quo quidem tempore coelestes Ecclesiae thesauros latissime recludentes omnis omnino temporalis poenae remissionem, seu plenariam indulgentiam iis omnibus benigne fuimus elargiti, qui hanc urbem adeuntes tum animae noxas poenitentiae sacramento recte abluendas, tum sacra reficiendos synaxi, tum denique sanctorum apostolorum limina pie ac religiose statis vicibus obeunda curaverint. Quod profecto consilii divino instinctu initi ex sententia successit; summa scilicet cum animi Nostri voluptate multiplices christianorum cujusque nationis concursus ad hanc urbem facti, qui osculantes invicem in osculo pacis, et divina mysteria crebro usurpantes stolam candidam induebant, quam in baptismate receperant, et psallebant Deo canticum novum, quia deduxit eos in via mirabili. Veruntamen ex paternae charitatis sensu, qua singulos quosque in Christo complectimur, quum oculos in eos conjecerimus, qui aliquo ex impedimento ad Christiani orbis matrem et caput se conferre nequaquam potuerunt, ne tanto spirituali bono carerent Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum vestigia sectantes, apostolicas dedimus literas datas Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingente-

simo vigesimo quinto, octavo kalendas januarii quarum « Extensio universalis jubilaei in urbe celebrati anno millesimo octingentesimo vigesimo quinto ad catholicum orbem » erat inscriptio, et quarum vi, praeter alia multa » omnibus et singulis (ut loquimur eisdem in literis) utriusque sexus Christifidelibus in quacumque mundi parte existentibus, et in apostolicae Sedis gratia et obedientia manentibus, etiam iis, qui forsan elapso anno Romam venerant, ibique, seu alibi quavis ratione hoc ipsum jubilaeum a Nobis concessum adepti sunt, vere poenitentibus et confessis, ac s. communione refectis, qui intra sex menses a die earum publicationis in qualibet dioecesi faciendae computandos, ecclesiam ipsam cathedralem, seu majorem, aliasque tres ejusdem civitatis, aut loci, sive in illius suburbiis existentes, ab ordinariis locorum, vel eorum vicariis, aliisve de ipsorum mandato designandas semel saltem in die per quindecim continuos, vel interpolatos dies sive naturales, sive etiam ecclesiasticos, nimirum a primis vesperis unius diei, usque ad integrum ipsius subsequentis diei vespertinum crepusculum devote visitassent, ibique pro Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, haeresum extirpatione, catholicorum principum concordia, et christiani populi salute ac tranquillitate pias ad Deum preces effudissent, ut plenissimam ejusdem anni jubilaei omnium peccatorum suorum indulgentiam, remissionem et veniam semel consequerentur, perinde ac si quatuor urbis basilicas seu ecclesias pro consequendo jubilaeo hujusmodi a Nobis designatas satis ad id diebus personaliter et devote visitassent, et alia quae ad hoc requirebantur adimplevissent, misericorditer in Domino concessimus, et indulsimus.

Expositio precum. §. 2. Eodemque temporis momento vos omnes monuimus, ut omnes daretis operam, qua christiana plebs vobis concredita uberrimos fructus e divinae misericordiae thesauris possat referre. Et re quidem vera haud minori gaudio fuimus perfusi, ut accepimus, tot tantisque in urbibus non solum Italiae sed etiam trans Alpes cujusque sexus, aetatis, et conditionis homines sacri fervoris aemulatione perculsos, templa certatim adiisse, conscientiae sordes per sacram confessionem expiasse angelorum esca nutritos, ac ritu supplicantium composito agmine per vias plateasque transeuntes laedes Deo persolvisse. At vero si de hisce omnibus gratias quammaximas misericordiarum patri ac Deo totius consolationis agere debemus, eo magis quod utriusque Siciliae populi, exemplo vobis praeeuntibus, hac in re tanta pietate extitere, ut plures hujesmodi thesauri denuo participes fieri, plures, qui justis de causis eo nondum usi sunt, perfrui cupientes penes carissimum in Christo filium Nostrum Franciscum I. utriusque Siciliae regem illustrem institerint, ut a Nobis veniam peteret, qua tempus indulgentiis piacularis anni lucrandis praestitutum proferre usque ad diem 23. decembris volventis anni ex benignitate apostolica velimus.

§. 3. Nos igitur enixum pietatis studium quo utriusque Siciliae popolus fertur, et imprimis idem rex cui nihil potius, quam ut ii, qui suo imperio subsunt magis magisque in Dei cultum informentur, ac in virtute proficiant summopere commendantes, ejusque regis votis per dilectum filium marchionem de Fuscaldo suum penes Nos et hanc apostolicam Sedem cum liberis mandatis administrum Nobis porrectis alacri libentique animo obsecundantes, omnipotentis Dei in suos filios misericordia freti, et beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, semestre spatium per easdem Nostras literas ubique locorum praefinitum, et omnes sacri anni indulgentias assequantur, quodque in commemorato regno die decima secunda insequentis mensis efflueret, ad diem vigesimam tertiam decembris hujusce anni extandimus et ampliamus; ita tamen ut quicumque hoc temporis intervallo pia opera a Nobis imperata faciet, iisdem ipsis indulgentiis perfrui valeat. Id concedimus et indulgemus non obstantibus iis omnibus, quae in apostolico Nostro diplomate, de quo habita est mentio, non obstare decretum est, caeterisque contrariis quibuscumque. Interea tamen dum apostolicam Nostram benedictionem vobis et gregi, cui praeestis, peramanter impertimur, vos omnes impense hortamur, ut pientissimi regis votis obsequentes, ac istius regni populi catholicae religionis studium foventes, majorem in modum viam muniatis, qua possit vocationem et electionem suam certam facere. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima octava julii

Tenor concessionis.

anno millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 14. julii 1826. Anno III.

CLXIV.

Nova erectio, seu divisio sedium episcopalium inferioris, et superioris Luisianae.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Inter multiplices gravissimasque apostolatus Nostri curas non exiguam tenet partem ea, quae dioecesium per universum orbem distributarum respicit statum, siquidem supremae potestatis, judiciique Nostri est novos earum limites constituere, vel constitutos immutare, prout habuit temporum ac circumstantiarum ratione, fidelium utilitati conducere dignoscimus.

Memoratur praedecessorem decrevisse intra triennium peragere velle dioecesium divisionem. §. 2. Quum felicis recordationis Pius pp. VII. decessor Noster per suas apostolicas in simili forma brevis die decima quarta julii millesimo octingentesimo vigesimo tertio datas literas, de consilio venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negociis Propagandae Fidei praepositorum, decreverit, Luisianam totam intra triennium in duos episcopatus dividendam esse, Nos, auditis praedictis venerabilibus fratribus, ac rebus omnibus mature perpensis, memoratam divisionem ad exitum perducere curamus, in spem adducti, ex hac divisione permagna religionis confirmandae, et latius quotidie propagandae proventura commoda, quum episcopato etiam in superiori Luisiana constituto expeditius procurari ibi possint, quae Catholicorum in iis regionibus magno numero commorantium spirituale bonum respiciunt, quae conducere poterunt ad copiosiorem clerum ibi efformandum, quaeque ad fidelium copiam amplificandam, et Ecclesiae splendorem augendum sunt in primis opportuna.

Divisio, et distributio dioecesum novarum. §. 3. Nos itaque per praesentes auctoritate apostolica statuimus ac decernimus, in dioecesi Novae Aureliae in posterum solam inferiorem Luisianam cum territorio Missisipio, quod in praesentiarum venerabilis frater episcopus Novae Aureliae tamquam vicarius apostolicus gubernabat, comprehendi, superiorem vero Luisianam separatam a dioecesi Novae Aureliae in propriam dioecesim erigi, cujus sedes sit in civitate sancti Ludovici. Mandantes propterea omnibus et singulis, ad quos spectat, ac in futurum spectabit, ut praedictis dispositionibus Nostris se subjiciant, illasque accurate exequi teneantur, ac debeant.

§. 4. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clausula sublata et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus apostolicis ac in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima octava julii, millesimo octingentesimo vigesimo sexto pontificatus Nostri anno tertio. Derogatio contrariorum.

Dat. die 4. augusti 1826. Anno III.

CLXV.

Confirmatio gemini pietatis operis conditi ab episcopo Recinetensi, et Laureti illud pro utriusque sexus adolescentibus qui ad divina convivia celebranda erudiuntur, alterum, quod audit « *delle divote di Maria santissima di Loreto* ».

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Quum virtutum omnium maximam, doceat apostolus, esse caritatem erga Deum et homines, nihil profecto Nobis, Christi vices gerentibus in terris, potius esse debet quam iis favere qui virtutem hanc pro viribus exercendam curant, et monumenta, quae de illa posteritati mandant, patrocinio tueri. Prooemium.

Expositio precum.

§. 2. Oblato Nobis scripto preces venerabilis fratris Stephani Bellini ecclesiarum Recinetensis et Laureti episcopi praeseferebant, se die vigesima nona octobris proximi superioris anni in utraque dioecesi bina pietatis opera publice instituisse; quorum alterum spectat, ut adolescentes cujusque sexus statis per annum temporibus in solitudine cogantur, qui ibi nonnulles dies in commentatione divinarum rerum transigentes, ac poenitentiae et Eucharistiae sacramentis instructi ad primitias Dominicae dapis libandas omni diligentia se comparent; alterum vero, cui nomen a molieribus Deiparae virgini Lauretanae addictis, et puellae quarum pudicitia ob rei familiaris angustias periclitatur, in parthenone absque ullo earum sumptu educentor. Itaque ut consilia, quae pro suarum dioecesium commodo suscepit, absolverentur, ex facultate testandi de omnibus rebus et pecuniis, quae morienti superfuissent, quam quidem a felicis recordationis Pio VII. praedecessore Nostro adeptus est, pleraque bona mobilia, et immobilia, nomina, aliasque opes iis institutis attribuere posse existimavit. Quin immo quum majorem vim voluntati suae adjungere averet, Placido Conti publico Recineti scribae traditis actis, ubi omnia quae statuerat clare aperteque patebant, die quinta novembris ejusdem anni ab ipso scriba solemnes tabulae focrunt confectae. Demum peculiari indicto conventu utriusque instituti curatoribus quaedam praescripsit, ut res ex sententia jam initae bene feliciterque, Deo adjuvante, procederent. Quae quum ita se habeant, ipse venerabilis frater penes Nos institit, ut potestate Nostra eadem instituta confirmare velimus, simul atque defectos in iis condendis illapsos benigne sanare.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur pastoris pietatem summopere commendantes, qui nihil intentatum reliquit, ut gregem suae curae commissum ad salutaria pascua deducat, et agnas omni opera in concluso ovili custodiri studet, ne rapacibus lupis sint praedae, non possumus quin illius votis alacri libentique animo obsecundemus. Eum ergo quem peculiari beneficentia prosequimur a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis, quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, geminum pietatis opus a commemorato Recineti et Laureti episcopo in utraque civitate conditum, illud nempe pro utriusque sexus adolescentibus qui ad divina convivia celebranda erudiuntur, alterum quod audit « *delle divote di Maria santissima di Loreto* » volentes scientesque, sive motu proprio ex certa scientia approbamus et confirmamus. Praeterea censum, quem nomine donationis, ceu dicunt, inter vivos hujusmodi institutis ipse sacrorum antistes perpetuum in modum ultro addixit et attribuit, quique ut asseritur constat ex nonnullis bonis immobilibus ad eumdem antistitem libere spectantibus, item ex caeteris mobilibus, nominibus, aliisque, quae ad eum pariter libere spectantia post obitum supererunt, ut patet in tabulis de quibus facta est mentio, etiam si haec omnia ex episcopalis patrimonii redditibus parta sint; nam facultatem de iis testandi a felicis recordationis praedecessore Nostro Pio pp. VII. ut asseritur adeptus est, apostolicae Nostrae confirmationis accessione munimus.

§. 4. Praeterea juris, et facti defectus, quos vocant, qui in eorum operum institutione, aeque ac in dote eis attributa fortasse irrepserint, auctoritate Nostra supplemus atque sanamus. — Juris, et facti defectus sanantur.

§. 5. Tandem decernimus has litteras firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et eorum causa quae expressa sunt hoc futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. — Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, praesertim vero felicis recordationis Alexandri VI. Pii IV. aliorumque Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum super juribus apostolicae Nostrae camerae in integram beneficiariorum haereditatem, vel illius partem, quae jura in congregationem negotiis — Derogatio contrariorum.

fidei propagandae praepositam translata sunt, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quarta augusti millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 18. aug. 1826. Anno III.

CLXVI.

Concessio parvi chori in ecclesia rurali s. Josepho dicata in dioecesi Aesina facta favore Pauli Petrini ejusdem civitatis.

Venerabili fratri Episcopo Aesino.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Quum, sicut Nobis nuper exponi curavit dilectus filius Paulus Petrini istius Aesinae civitatis, quaedam sit ei ruralis domus in regione la Braccia vulgo appellata, intra limites ruralis paroeciae sanctae Luciae praedictae civitatis sita, quae publicae suae ecclesiae, cui titulus divus Joseph patriarcha, adhaeret; cumque praedictus Petrini pro sua, suorumque spirituali consolatione parvum chorum dictae ecclesiae correspondentem, unde sacrosanctum missae sacrificium diebus etiam festis ab eo, ejusque familia, et descendentibus in perpetuum audiri possit, aperire desideret.

Tenor concessionis. §. 2. Nos, accepto testimonio tuo, ex quo Nobis innotuit, res ita se habere, prout expositum eumque dignum esse, ut exaudiatur, illum speciali beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, ut eidem Petrini petitam facultatem operiendi parvum chorum in loco apto praedictae ecclesiae, appositis tamen in eo cratibus lignea et ferrea ad praemissum effectum, auctoritate Nostra apostolica gratis impertiaris, ita tamen, ut in muro dictae ecclesiae, ac in loco patenti apponatur lapis in quo declaretur, Petrini domum contiguam immunitate ecclesiastica minime gaudere.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac ecclesiae praedictae etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima octava augusti millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio. Derogatio contrariorum.

Dat. die 22. aug. 1826. Anno III.

CLXVII.

Erectio religiosae domus presbyterorum saecularium congregationis sanctissimi Redemptoris in civitate Spoleti.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Ex quo, unius Dei voluntate, in supremo apostolicae potestatis fastigio, quamquam impares, fuimus collocati, id in primis animo agitandum, id conandum curavimus, ut quae ad illius gloriam, et animarum salutem vel maxime conferunt, pro viribus perficeremus. Et quoniam Spoleti urbem memoria Nostra nulla obruet aetas, in ea enim majores Nostri pene sortiti sunt incunabula, paratis nuper ad juventutem et literis, et moribus instituendam praesidiis, Prooemium.

eamdem ipsam novo liberalitatis Nostrae testimonio haud afficere non potuimus, Dominici agri operarios inibi augendo, qui et ipsi portantes pondus diei, et aestus illi Christianae plebi in sacrorum procuratione praesto sint. Neque profecto magis opportunum Nobis visum est, quam avocare virorum manipulum, qui beati Alphonsi Mariae Ligorii instituto nomen dedere, siquidem impense desideramus, ut qui ecclesiasticae militiae balteum acceperunt, vel erunt accepturi, ii sint, quales decet ministros Domini; ut qui agros colendo sibi victum quaeritant verbo Dei juventur, qui denique in carcerem conjecti ulla spirituali ope nequaquam indigeant.

Praefinitio numeri alumnorum, et presbyterorum in congregationem recipiendorum.

§. 2. Plane itaque rati fore ut ejus sacrae familiae alumni, quos presbyteros seculares congregationis sanctissimi Redemptoris nuncupant, votis Nostris apprime respondeant, statuimus eorum domum in civitate Spoleto patere; quin immo ut novimus religiosam clericorum regularium s. Pauli familiam, cui a s. Barnaba nomen, ejusdem urbis parochialem ecclesiam s. Ansano dicatam, et continentem domum jam pridem sponte deseruisse, ac postremum ejus paroeciae rectorem dilectum filium Pacificum Granieri, qui, donec vita suppetet, pensionis annuae nummorum scutatorum centum, ac viginti usura fruetur, adversa valetudine laborantem, eam ultro dimisisse, templum ipsum eum adjuncta domo illius congregationis alumnis auctoritate Nostra apostolica perpetuo tribuimus, donamus. Quum vero Nobis perspectum sit, familiam Montani in hujus templi pariete, qui suis aedibus adhaeret, odeum habere, Nobis reservamus, quid hac super re fieri debeat, decernere. In domo autem, qua eos instruimus viros, quamque Nostro sumptu instaurari, ac necessaria supellectili, et bibliotheca muniri studuimus, octo saltem presbyteri ex eadem congregatione degant, qui munia sis demandata obeant idonei, ac praeterea nonnulli alumni famulantes, qui parochialis ecclesiae, et domus curam habeant, ita ut eorum collegii numerus nunquam sit duodecim minor.

Dotatio paroeciae.

§. 3. Deinde, quo paroeciae templum sua non careat dote, volumus, ut ei obveniat quidquid creditores Lateranensis patrimonii persolvunt, ac in posterum ab iis erit persolvendum, itemque omnia, quae ex Nostris apostolicis litteris, datis die decimaquarta junii superioris anni, atque annulo piscatoris obsignatis, in novissima paroeciarum Spoleti circumscriptione tam ei templo, quam beneficio, quod cappellaniam dicunt, ibidem erecto, fuerunt attributa. Ad haec eidem paroeciae accedant trecenti sexaginta argentei, quos satis aequis partibus in singulos menses publicum aerarium Nostrum impendat, ut in spiritualibus consultum sit iis hominibus, qui et in arca, et in publicis Spoleti custodiis jacent constricti. Cuncta quoque bona, nomina, ac aedes templo s. Gregorii minoris ejusdem urbis finitimae, ad sacrum eorum coetum, cui nomen congregatio Clericorum Secularium doctrinae Christianae, spectantia, ea namque religiosa domus ob rei familiaris angustias extincta, alumnorum collegium cum illo s. Mariae Montis Coeli in regione Arenulae hic in urbe fuit conjunctum, atque a Nobis eodem censu donatum, quo Spoleti utebatur. Postremo patrimonium religiosae domus eorum congregationis sanctissimi Redemptoris in civitate Eugubina constitutae. Equidem quum venerabilis fratris hodierni Eugubini episcopi voluntate ejusdem congregationis alumni a templo s. Philippi, et continenti domo in eam Deiparae virginis, cui a Prato cognomen, extra moenia Eugubii migraverint, altero sodalitati, cui titulus a suffragio, et a Deiparae nomine, addicto, altera urphanotrophio, quumque ipsi loci angustia pressi, aedes, quas etiam tum incolunt, laxiores reddere nequirent, quippe qui tanta afficiuntur census inopia, ut, licet numero pauci, aere tamen alieno se obligaverint, plena potestate Nostra eam religiosam domum perpetuo supprimimus, abolemus, extinguimus, ejusque patrimonium cum omnibus bonis mobilibus ac immobilibus, juribus, et oneribus (iis dumtaxat exceptis, de quibus loquuturi) eorumdem alumnorum religiosae domui Spoleti in aevum impertimur. Quod quidem haud ingratum injucundumque Eugubini gregis pastori fore existimamus, nam in Eugubii civitate plures numerantur familiae sacro aliquo instituto devinctae, unusquisque autem in clerum cooptatus exemplum praebat bonorum operum in doctrina, in integritate, in gravitate, simul atque habitu honesto, bonisque moribus, atque operibus Deo placere studet.

Concessio administrationis.

§. 4. Hisce igitur instructi redditibus sodales congregationis sanctissimi Redemptoris paroeciam s. Aasani una cum juribus ac privilegiis cuilibet parochiali ecclesiae concessis regeat ac administrent, ac studio, quam fieri potest maximo, contendent, ut Christiana plebs, sis concredita, fundata et stabilis in ea permaneat fide, quam singulari Dei munere accepit, et continenter excubent, ne leo aliquis rugiens, qui circuit quaerens quem devoret, clam in eorum ovile subrepat, et oves dissipet et discerpat. Quicumque vero paroeciae rectoris munus obierit, tametsi ejusdem congregationis temporarius moderator, ex canonum sacrorum praescripto, ab archiepiscopo erit approbandus. Ipse praeter limites paroeciae, de qua sermo, praestitutos suam exerceat jurisdictionem, et animarum regimini praesit tum eorum qui in publicis custodiis detinentur, tum eorum qui in praesidiis, vel arce custodiuntur, aliorumque in ea assidue degentium, idque praesidium aeque ac publicae custodiae, a parochia cathedralis templi divulsae, deinceps paroeciae s. Ansani omnino suberunt. Hinc erit eorum religiosae domus moderatoris curare, ut suae congregationis alumnus sacerdos inauguratus, quique archiepiscopi venia sacras audiat confessiones, eadem in arce vicariam parochi partem quam accurate impendat. Ut saltem singulis quibusque festis diebus duo alumni presbyteri, et ipse vicarius parochus ab eodem antistite probati comiter patienterque sontes, aliosque ibidem commorantes Catholicae religionis praeceptiones edoceant, ac evangelii praedicatione eos a vitiorum foeditate deterrere, atque ad Dei cultum et pietatem omni ope conentur excitare; quumque sit humano generi per quam salutaris poenitentiae et Eucharistiae frequens usus, sacras eorum excipiant confessiones, ac angelorum panem ministrent, tales denique se praebeant, quales esse oportet erga partem gregis eorum fidei traditi. Hujusmodi addimus ministerio sacrum in arcis valetudinario quolibet die festo celebrandum. Nolumus tamen, ut ipsi supellectili pro re divina facienda, ac pro sacramentorum administratione audiculas in arce et in publicis custodiis instruant, dum haec omnia a publico aerario Nostro suppeditantur.

Munera alumnis commissa.

§. 5. Jam vero, ut Spoletani praesertim cives maximum commodi percipiant ex instituto, cujus conditor nihil antiquius habuit quam pauperibus evangelizare, praecipimus, ut magis opportunis per annum temporibus, assentiente archiepiscopo, aliisque ordinariis locorum praesulibus, illius alumni, agros Spoletanae vel aliarum dioecesium circumeuntes, mendicos, rudesque homines elementis fidei, ac Dei mandatis imbuant, at castum Dei timorem, studiumque virtutis in eos infundant.

Idem et supra.

§. 6. Demum progressu temporis, ubi religiosa domus, prout Nostra mens est, fuerit aucta, excipient clericos ad sacros ordines promovendos, nec non alios pios homines, ut inibi commentatione divinarum rerum, et ad aeternam salutem pertinentium, nonnullos dies traosigant. Interea tamen omnem dabunt operam, ut statis diebus, ex archiepiscopi sententia, eos qui Dominum elegerunt tamquam partem haereditatis suae, ad liturgicam disciplinam, et ad sacras Ecclesiae caeremonias penitus instituant. Hinc enim speramus fore ut iidem ipsi hisce rebus instructi, si ad morum integritatem, aliarum etiam doctrinarum supellectilem adjungant, ii omnino sint, quorum vita merito dici possit liber laicorum.

De implemento onerum sacrificiorum.

§. 7. Atque ut ex ordine res procedant, jubemus, ut sacrificiorum onera eorum religiosae domus Eugubii in Spoletana ecclesia s. Aasani, quo ea perpetuis temporibus trasferimus, diligenter expleant. Ad eos etiam pertinebit, ut singulis annis proprio aere centum triginta septem sacra, ex pia testatoris voluntate, in templo sacrarum virginum, quibus nomen a Spiritu Sancto, Eugubii fiant, per presbyterum ab ipsis designandum, vel si quando eis expedire videbitur, fundum ibi constituent huic oneri ferendo idoneum.

Facultates episcopo Eugubino tributae.

§. 8. Episcopo Eugubino committimus, ut quoad ecclesiam Deiparae virginis, quam meminimus, atque aedificium a sodalibus congregationis sanctissimi Redemptoris extructum, hortumque proximum, muro septum, quidquid opportunum duxit libere statuat. Consilia ab eodem sacrorum antistite inita tum de templo s. Philippi, quod commemoratae sodalitati, cum de adjuncta domo, quam orphanotrophio tribuit, confirmamus et approbamus, mandantes ut idem orphanotrophium religiosae domui congregationis, de qua agitur, donec promptuariam ac vinariam cellam, quibus usque adhuc ea congregatio usa est, quo conferre possint, ibique asservare quidlibet

e praediis rusticis Eugubii percipiunt. Quod si orphanotrophium gravem admodum legem hanc experiatur, eidem religiosae domui Spoletanae scutatos nummos quindecim, nomine canonis, quotannis persolvet.

De cultu immaculatae hostiae adhibendo in templo s. Gregorii.

§. 9. Caeterum sodales, quos vocant a Doctrina Christiana, in templo s. Gregorii minoris pro festis diebus divinam hostiam immolandam curent, idque donec a Spoleti archiepiscopo alia quaque ratione illius ecclesiae cultui nequaquam provisum.

De re rei operariis subrogandis si sodales congregationis deficerent.

§. 10. Ac magis magisque in Spoletanae urbis commodum intendentes, mandamus, ut, si forte sodales congregationis sanctissimi Redemptoris religiosam domum Spoleti aliquando deserent, a patrimonio de quo habita est mentio, et cujus dominium directum perpetuo ad parochialem ecclesiam s. Ansani, dominium vero utile ad eos spectare declaramus, prorsus excidant, ac Spoleti archiepiscopus Nostra et hujusce apostolicae Sedis auctoritate alios compellet sacros operarios, eisque eadem ipsa committat, quae a Nobis commemoratae congregationi concredita sunt.

Deputatio executoris apostolici.

§. 11. Tandem ne quid voluntati Nostrae adversetur, venerabili fratri Mario hodierno Spoleti archiepiscopo, qui doctrinae et virtutis laude praestans, omnibus omnia factus, impendit se, et superimpenditur pro animabus sui gregis, eas partes imponimus, ut ex peculiaribus facultatibus, quibus eum idcirco donamus, instruimus, singula quaeque in hisce literis a Nobis praescripta et alacritate et diligentia omnino exequi studeat.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 12. Decernimus insuper easdem literas firmas, validas, efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et eorum causa, quae expressa sunt, hoc futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, Sedis apostolicae nuncios, ac S. R. E. cardinales, etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quovis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 13. Non obstantibus constitutionibus, et sanctionibus apostolicis, testatorum voluntatibus, nec non ejusdem congregationis sanctissimi Redemptoris etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio et conclusio.

§. 14. Quum vero non simus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, sed sufficientia Nostra ex Deo sit, nocturnis diurnisque precibus ab eo exposcimus, ut sua ope eorum adjuvet studium, qui beati Alphonsi Mariae Ligorii sanctissimum institutum suscepti Nostra nutu per Umbriae agros verbum Dei annuntiantes, veram virtutem, ac aeternae beatitudinis desiderium iis populis injicient, adeoque procul aberunt non solum vulpes, quae transiliant murum, ac demoliantur vineam, sed etiam aper de sylva, et singularis ferus, qui clanculum irrepant, et eam exterminent, ac depascantur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima secunda augusti millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

CCLXVIII.

Dat. die 1. sept. 1826. Anno III.

Confirmatio regularum, et constitutionum sodalitii, nuncupati « Congregatio Oblatorum beatae Mariae virginis » erecti a nonnullis piis ecclesiasticis viris in regno Pedemontano.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Etsi Dei filius suam Ecclesiam, quam acquisivit sanguine suo, fluctibus identidem jactari permittat, adeo ut Nos etiam cum beato Petro super aquam ambulante cujus cathedram meritis licet imparibus tenemus, clamare cogamur « Domine salvum me fac », exploratum tamen habemus, ex pollicitatione ab eodem filio Dei Petro ipsi facta, adversus il-

lam numquam portas inferi esse praevalituras. Equidem mundus hodie praesertim, totus in maligno positus est; sed qui de mundo apostolos suos elegit, ut sal terrae, et lux mundi essent, alios deinceps operarios in suam vineam mittere neque cessavit umquam, neque cessabit: atque sicuti alios aliis temporibus, ita etiam temporibus Nostris viros strenuos suscitare misericorditer dignatus est, per quos et populi quodammodo condiantur, et errores illorum, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent, auferantur.

Memoratur erectio facta a piis sacerdotibus.

§. 2. Hos inter viros locum sibi vindicare videntur dilecti filii Pius Bruno Lanteri, et Ioannes Raynaudi presbyteri de Pedemontio, qui, aliis sibi sociis adjunctis, saluberrimum multis ab hinc annis consilium susceperunt, ut ad augendam cleri institutionem, et ad evangelizandos populos toti se dedicarent. Ingens autem fructus, quo hactenus divina misericordia praemia afficere eorum tentamina voluit, non diu potuit latere: et plures jam ex episcopis eos expetiverunt, ut suo cujusque gregi tantam vellent opem afferre. Hisce itaque supernis benedictionibus magis magisque ad opus incoeptum prosequendum, perficiendumque inflammati, propriae impensius perfectioni studere, simulque majori zelo ad animarum salutem procurandam incumbere conati sunt. Denique dilectus idem filius Pius Bruno Lanteri, alio eum comitante presbytero Josepho Loggero, Romam venit, ut et suo, et alterius fundatoris Raynaudi, aliorumque sociorum nomine ab apostolica hac Sede confirmationem peteret regularum et constitutionum, quas novae congregationi praescribendas censuere. Porro hujus novae societatis titulus, quem sibi antedicti sodales, delegerunt, est « Congregatio Oblatorum beatae Mariae virginis » In illis autem constitutionibus, et regulis quatuor perpetua, atque simplicia castitatis nempe, paupertatis, et obedientiae, nec non et in eo instituto perseverantiae vota ab alumnis emittenda decernuntur, quae a summo ejusdem congregationis moderatore pro tempore, quem appellari rectorem majorem volunt, vel a Romano pontifice tantummodo relaxari possint. Ut vero institutum ipsum in obsequio Sedis apostolicae serurius consistat, ac fortissime perseveret, iidem sodales sanctum Petrum in peculiarem sibi protectorem elegerunt, ea quoque lege addita, ut in die ejusdem principis apostolorum honori dicata singuli alumni quotannis professionem fidei emitterent, Romanoque pontifici veram obedientiam sponderent juxta eam formulam, quae a Pio IV. praedecessore Nostro praescripta est. Quod certe tanto Nobis acceptius esse debet, quanto acrius est bellum, quo in praesentiarum malignantes homines, et facientes iniquitatem adversus hanc ipsam Sedem apostolicam supremam fidei magistram gerunt, atque adeo adversus Petrum ipsum « quoniam » ut Chrysologus ajebat « beatus Petrus qui in propria Sede et vivit, et praesidet, praestat quaerentibus fidei veritatem ».

Constitutiones, et regulae congregationis.

§. 3. Jam vero congregatio isthaec constitutionibus, regulisque suis eo spectat, ut alumni omnes in unum corpus arctissime conjuncti clero imprimis pro idonea, vel ad ordines suscipiendos, vel ad gerendam curam animarum institutione auxilia praebeant; ad populi autem mores reformandos semper promptos sese, et paratos exhibeant in spiritualibus praesertim exercitiis publice, et privatim tradendis juxta methodum a sancto Ignatio propositam, et a Paulo III. praedecessore Nostro approbatam, et summopere commendatam; atque ad impedienda, quae ex perditorum librorum hodie totum pene orbem inundantium, colluvie afferri timemus, gravissima damna lectionem promovere librorum sanae, utilisque doctrinae eosque disseminare et spargere curent.

Relatio sacrae congregationis deputatae super praestantia novi instituti.

§. 4. Nos itaque, quamvis minime dubitaremus, quin institutum illud non levi tum praesidio, tum ornamento afflictis Ecclesiae rebus esset futurum: deputare nihilominus particularem voluimus congregationem quorumdam venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium e sacra congregatione negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium praeposita, una cum sacrae ipsius congregationis secretario, qui institutum ipsum, constitutionesque, et regulas examinarent perdiligenter, atque super his decretum facerent Nobis postea referendum. At vero particularis haec congregatio, omnibus primum sedulo accurateque perpensis id sub die decima quinta julii praesentis anni censuit, atque decrevit « Nobis scilicet » supplicandum pro approbatione instituti, ut regularum, praeviis illarum emendationibus, et correctionibus juxta modum etc. »

Quum vero, his jam communicatis correctionibus et emendationibus, decretum ipsum die vigesima secunda augusti Nobis relatum fuerit per venerabilem fratrem Nostrum Bartholomaeum episcopum Portuensem, et sanctae Rufinae Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem Pacca nuncupatum ejusdem sacrae congregationis praefectum. Nos de plenitudine apostolicae Nostrae potestatis illud in omnibus approbandum statuimus.

Tenor apostolicae confirmationis.

§. 5. Quare sollicitudinem praedictorum virorum Pii Brunonis Lanteri, et Joannis Raynaudi, ut par est, commendantes, qui omnium primi huic rei manum admoverunt, et summa cum animi Nostri voluptate eidem strenue insistere non desinunt, eosque, et alios, quibus hae Nostrae literae favent, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quocumque modo, vel quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicibus eorumdem precibus inclinati, nec non habita ratione postulationis venerabilis fratris episcopi Pineroliensis, et officiorum carissimi in Christo filii Nostri Caroli Felicis pientissimi Sardiniae regis illustris, in cujus ditionis institutum hoc ortum suum habet, auctoritate Nostra apostolica illud ipsum alacri, libentique animo confirmamus, idemque nomine congregationis Oblatorum beatae Mariae virginis nuncupari indulgemus. Atque approbamus praeterea illius regulas, et constitutiones, easque a cooptatis, ac in posterum cooptandis in eamdem congregationem viris, quascumque in illa partes gerentibus, devota servari volumus. Juris autem, et facti defectus, quos vocant, si qui in constitutionibus iisdem, regulisque condendis fortasse irrepserint, eadem Nostra auctoritate supplemus, atque sanamus; postremo supradictos viros Pium Brunonem Lanteri, et Joannem Raynaudi, eorumque socios hortamur, et obsecramus, ut quoniam sub invocatione beatae Mariae virginis in unum coalescere corpus coaluerunt, a beatis ipsius Mariae pedibus nunquam recedant. Ita certe pleniorem habere spem licebit, fore ut auxilio illius freti multum fructum afferant « Ipsa » namque, ut sancti Bernardi verba in sermone de duodecim stellis adhibeamus « ipsa est quondam a Deo promissa mulier serpentis antiqui caput virtutis pede contritura, cujus plane calcaneo in multis versutiis insidiatus est, sed sine causa: sola enim contrivit universam haereticam pravitatem ».

Clausulae sublata, et decretum irritans.

§. 6. Haec statuimus, atque sancimus, decernentes hasce literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et eorum causa quae expressa sunt, hoc futurisque temporibus plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatus etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus constitutionibus et sanctionibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die prima septembris millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXIX.

Dat. die 12. sept. 1826. Anno III.

Reintegratio privativae jurisdictionis supremae congregationis sacrae Inquisitionis, super iis, qui asyli privilegium quaerunt in latifundio nuncupato « Conca » in agro Romano.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Memoratur quomodo privilegium s. congregationi competeret.

§. 1. Jam inde ab anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto rec. mem. s. Pius V. apostolicis literis sub plumbo datis III. nonas aprilis latifundium, cui nomen « Conca » in agro Romano e bonis apostolicae camerae distractum, supremae Inquisitionis congregationi cum iisdem juribus, ac privilegiis, quibus illud eo tempore praestabat, benigne attribuendum curavit, eo sane consilio, ut ex illius redditu necessariis impensis quae antea de publico fiebant opportune postbac consuleret. Qua de re ea suprema congregatio privilegiis omnibus, ac fisci juribus fuit aucta, quibus idem latifundium, utpote s. Sedis proprietas, hominesque eidem addicti perfruebantur: per donationem enim latifun-

dii illius supremae Inquisitionis congregationi factam ipsum sub ejusdem s. Sedis proprietate esse non desiit, quemadmodum ipse pontifex in diplomate suo, ac Benedictus XIV. in apostolicis literis, quarum initium « *Ad supremum justitiae solium* » datis sub plumbo anno millesimo septingentesimo trigesimo quinto, apostolica auctoritate decrevere. Hinc suprema Inquisitionis congregatio neutiquam praetermisit in civilibus, et criminalibus judiciis omnimodam, ac propriam exercere jurisdictionem, tum in latifundio, tum in ferrariis officinis, et hominibus ibi addictis, ut patet ex pluribus consultis Nobis oblatis, ac praesertim ex iis a fel. rec. Clemente pp. VIII. praedecessore Nostro editis tam in solemni conventu coram ipso acto in feria V. die quarta maji anno millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, quam in alio die prima junii ejusdem anni celebrato, qua quidem ex jurisdictione illud praesertim manabat, ut ibidem nemini ex aliis fas esset magistratibus in quempiam inquirere, licet gravissimorum criminum reum.

Ratio concessionis. §. 2. Verum quum fel. rec. Pius VII. praedecessor Noster die sexta julii millesimo octingentesimo vigesimo sexto legem motu proprio edidisset, qua praeter alia, ejusmodi quoque jura abrogabantur, etsi dubitandum esset, utrum suprema Inquisitio huic legi esset obnoxia, siquidem nulla de ea peculiaris mentio fuit habita veluti in pluribus apostolicis constitutionibus fuerat sancitum, nihilominus a sui juris administratione erga omne genus hominum eo in latifundio degentium omnino destitit, adeo ut post patratum crimen eo subeuntes toti ibidem, atque incolumes haud amplius possent versari. Nos itaque propensae voluntatis Nostrae testimonium praebere cupientes supremo illi coetui, cui et Nos ipsi praesidemus, quique Catholicae fidei propugnaculum ac praesidium in haeretica pravitate comprimenda ut sua postulat instituti ratio, omnem opem impendit, Nostrum subiit animum ei reddere, quatenus opus sit, privilegia quibus antea in latifundio « Conca » potiebatur, plane etiam rati hujusmodi consilium nonnihil commodi civilibus ditionis Nostrae rebus allaturum, quando quidem rerum experientia Nos edocuit, amotis id genus asylis, eos qui vel levia crimina primum admiserint, quum sese e manibus pubblicae potestatis eripere conantur, nullibi invenientes perfugium, ad graviora deinde, atque atrociora facile descendisse.

Tenor concessionis. §. 3. Quapropter urbis Nostrae gubernatoris sententia habita, quum perpenderimus per innumeros annos supremam Inquisitionis congregationem ipso in latifundio haud interrupte propriam jurisdictionem tranquille exercuisse, et criminosos homines eo confugientes asyli jure usos fuisse, quumque perspectum habuerimus non solum utile, verum etiam opportunum fore, ut latifundium, cui « Conca » nomen in pristina omnia restituatur jura, ac privilegia, sive propriae jurisdictionis in civilibus, et criminalibus judiciis a suprema Romana Inquisitione exercendae, vel ab ejus assessore, vel a gubernatore ab ea deligendo, nominatim etiam confirmata a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris s. Pio V. in literis apostolicis III. nonas aprilis millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Clemente VIII. in decretis latis in solemni s. Inquisitionis conventu coram ipso habito die quarta maji, et prima junii millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, ac tandem a Benedicto XIV. in apostolicis literis sub plumbo datis decimo secundo kalendas augusti millesimo septingentesimo quadragesimo quinto sive etiam immunitatis et asyli, sive demum alia quaeque jura, quibus eadem Inquisitio ante motus proprii die sexta julii millesimo octingentesimo decimo sexto publicationem usa est, volentes, scientesque, seu motu-proprio, ac certa scientia commemoratam Inquisitionem iisdem ipsis juribus ac privilegiis rursus donamus, et instruimus, non obstante Pii VII. praedecessoris Nostri sanctione, de qua habita est mentio, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta septembris millesimo octingentesimo vigesimo sexto pontificatus Nostri anno tertio.

CLXX.

Dat. die 15. sept. 1826. Anno III.

Reintegratio privilegii competentis capitulo Vaticano privativam exercendi jurisdictionem in causis criminalibus super iis qui asyli beneficium quaerunt in latifundio nuncupato « Castrum sancti Petri in formis »

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis. §. 1. Inter plura, et latius patentia agri Romani latifundia, illud in primis, quod nunc « *Campo Morto* » olim « Castrum sancti Petri in formis » nuncupabant, quodque canonicorum collegium Vaticanae basilicae tenet, ac possidet, merito recensetur. Eo autem in loco capitulum Vaticanum pleno pollebat jure tam in civilibus, quam in criminalibus judiciis; quare quum non alteri cuiquam liceret magistratui in bujusmodi juredicundo se immiscere, quicumque admissorum criminum conscientia premerentur, inibi tutum inveniebant perfugium. Quod juris longa et continenti annorum serie diligenter servatum, non levi commodo ei erat collegio, quippe quod invita aeris insalubritate plures nanciscebantur illius latifundii cultores, quin ullum publicae tranquillitati detrimentum importarent, dum capitulo integrum erat reos deprehendere, si forte asyli beneficio sese reddidissent indignos; atque idcirco Romanus pontifex Benedictus XIV. praedecessor Noster alia inter privilegia, quae per suas apostolicas literas editas anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo, sexto kalendas aprilis, quarum initium « *Ad honorandam* » memorato canonicorum collegio benigne confirmavit, illud etiam propriam exercendi jurisdictionem in latifundio, de quo est sermo, apostolica confirmationis accessione munivit. Verum fel. rec. Pius VII. praedecessor Noster motu proprio edito die sexta mensis julii anni millesimi octingentesimi decimi sexti legem tulit, cujus vi, quum ejusmodi jura in pontificia ditione omnino fuissent abrogata, latifundium quoque, de quo agitur, huic legi fuit obnoxium, tametsi canonicorum collegium, ne privilegia, quibus inibi perfruebatur, omnino deponeret, ejus latifundii gubernatorem pro facultate a praedicto pontifice Benedicto XIV. in memoratis apostolicis literis facta Velitris residendi, ea in urbe retinuerit, eidemque stipendia continenter persolverit.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur Vaticanae basilicae, quae ab eodem canonicorum collegio, amplissimis viris, ac pietatis, doctrinaeque laude praestantibus referto, sancte, religioseque colitur, splendori consulere cupientes, quum perspecta sint Nobis peculiaria honoris testimonia a pluribus Romanis pontificibus, non solum ei templo impertita, ubi apostolorum principis mortales exuviae tam splendide asservantur, sed ipsi etiam capitulo, in quo et Nos aliquando fuimus, in eam venimus cogitationem, eidem reddere singula quaeque privilegia, quibus antea eodem in latifundio utebatur. Hinc sententia urbis Nostrae gubernatoris hac de re antea exquisita, Nobisque patefacta, quum momentis rationum omnium sedulo perpensis, clare aperteque noverimus necessitatis, et commodi causas accedere, ut cogitata haec Nostra perficiamus, experientia etiam docente, noxios homines, omni prorsus asyli beneficio privatos, in gravissima saepe crimina facile corruisse, volentes, scientesque; seu motu proprio, ac certa scientia statuimus atque sancimus, ut latifundio, cui « Castrum sancti Petri in formis », seu « *Campo Morto* » nomen est, singula quaeque redeant in judiciis tum civilibus, tum criminalibus ibidem ferendis jura et privilegia a fel. rec. Benedicto XIV. praedecessore Nostro specialiter etiam confirmata, tum praesertim quae de asylo, atque alia quaecumque eo modo, et forma, quibus canonicorum collegium Vaticanae basilicae ante motus proprii fel. rec. Pii pp. VII. praedecessoris Nostri diei sextae julii anni millesimi octingentesimi decimi sexti publicationem ibidem potiebatur, ac utebatur, atque ea per ejusdem canonicorum collegii gubernatorem denuo exerceantur decernimus, collegiumque ipsum in eorumdem jurium, ac privilegiorum omnium liberum exercitium, quatenus opus sit, restituimus. Assentiente praeterea venerabili fratre Nostro episcopo, et perpetuo Ostiae, ac Velitrarum gubernatore, eidem collegio rursus facultatem facimus, qua tam in praesens, quam futuris quibusve temporibus uti possit publicis Velitrarum carceribus, ut ejus arbitrio noxii detineantur, quemadmodum ante potiebatur.

§. 3. Haec concedimus atque mandamus, non obstantibus motu proprio Pii VII. praedecessoris Nostri die sexta julii anni millesimi octingentesimi decimi sexti edito, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta septembris millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio. Derogatio contrariorum.

ANNO QUARTO

Dat. die 3. oct. 1826. Anno IV.

CLXXI.

Concessio novorum magis insignium indumentorum pro canonicis ecclesiae collegiatae s. Pauli apostoli loci nuncupati «Concordia» dioecesis Carpensis.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Apostolicae Sedis indulgentia peculiaria ornamenta aliquando ecclesiasticis illis viris tribuit, qui Deo laudes conspicuis in templis solvunt, ut externa decora adepti magis illi, magisque conentur internis virtutibus enitere, utque ad sacra ministeria accurate implenda iis apostolicae beneficentiae calcar addatur.

Expositio precum.

§. 2. Hinc quum dilecti filii archipresbyter et canonici capituli collegiatae et parochialis ecclesiae Conversionis sancti Pauli apostoli loci Concordia appellati Carpensis dioecesis suppliciter a Nobis petierint, ut loco almutiae, et superpellicei sine manicis, vulgo bustarina, quibus ad praesens utuntur, mozzettam supra rochetum gestare valeant; quumque ex relatione ordinarii Carpensis noverimus, capitulum collegiatae praedictae ex archipresbytero et octo canonicis constare, ac terram praedictam Concordiae incolis, et praecipua genere et vetustate praestantibus esse frequentem; haud gravate inducimur, ut eorum votis obsecundemus.

Tenor concessionis.

Expositio precum. §. 1. Quum, sicut Nobis nuper expositum est a dilectis filiis presbyteris congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Messanensis, nonnullae obortae sint quaestiones inter praedictos presbyteros, et venerabilem fratrem archiepiscopum Messanensem, de juribus et privilegiis eisdem presbyteris auctoritate apostolica, prout asseritur, concessis, utraque pars congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negociis episcoporum et regularium praepositorum adiit, ut hujusmodi quaestiones persolverentur. Quidquid utrinque in medium prolatum ad tuenda propria jura, et per congregationem praedictam servatis de jure servandis, fuerit pronunciatum in hujusmodi judicio ex his, quae in praesentibus literis referri mandavimus, luculenter elucet, videlicet ».

Eminentissimi e Reverendissimi signori.

I padri della congregazione dell' Oratorio di s. Filippo Neri della città di Messina oratori umilissimi delle eminenze vostre reverendissime espongono, che fu esibita a questa s. congregazione de' Vescovi, e Regolari una lettera di monsignor arcivescovo della stessa città di Messina del tenore seguente.

Signori eminentissimi e reverendissimi padri.

Dubia dirimenda proposita. §. 2. « Insorse grave discordia fra i cinque padri che compongono l' intiera comunità della congregazione dell' Oratorio di s. Filippo Neri di questa città di Messina, dividendosi cioè il padre Placido Bertolino preposito, con altri due padri deputati da una parte, ad il decano, col padre deputato dall' altra, a motivo d'avere li primi preteso escludere dall' oratorio li due giovani chierici d. Giuseppe Cannuli, e d. Giuseppe Violato, con determinazione da loro pronunciata il 7 gennajo 1825, e quindi con iscandalo e discapito della di costoro fama ad istanza del preposito al medesimi notificata il giorno seguente per via di usciere della corte laicale nell' atto che detti due chierici erano stati ricevuti nell' oratorio con la qualità di ammessi fin da ottobre 1816 come si è rimarcato dai libri dei decreti di essa congregazione.

Gli altri due deputati i più seniori di tutti, il primo de' quali è stato per ben tre volte preposito unitamente ai menzionati due chierici han proclamato l' appellazione innanzi a me arcivescovo della città di Messina in vista della irregolarità, e manifesta ingiustizia della proferita esclusione, che risulta dalla commendevole condotta costantemente tenuta dai giovani anzidetti per il corso di quasi nove anni che senza interruzione sono dimorati in detto s. luogo, e senza contradizione alcuna, anzi con avere esercitato, ed adempiuto con tutta edificazione gli uffizi, e funzioni che di tempo in tempo sono stati loro imposti.

Dietro quale appello chiamati innanzi me tutti e cinque li suddetti padri deputati all' oggetto di manifestarmi li tre escludenti la causa sopravvegnente, che a tale misura li aveva determinati, niuna pertinacia, delitto, nè levissima colpa conchiudere poterono a carico dei medesimi, dallochè riconobbi essere stata la pretesa esclusione in aperta opposizione degli statuti dell' oratorio approvati dalla s. memoria del sommo pontefice Paolo V. nella bolla *Christi fidelium* 1612.

In vista quindi della conosciuta irregolarità, ed anticanonica esclusione, io qual legittimo superiore e giudice ordinario della congregazione nell' atto di aver fatto sospendere la espulsione dei due chierici Cannuli e Violato ho creduto, come osservo con la presente implorare dall' eminenze vostre reverendissime schiarimento, e norma ».

I. « Se io qual ordinario del luogo, dietro l'istanza fattami dai due padri decennali se-

niori di non essere il governo della congregazione dell' Oratorio conforme al statuti, possa e debba far uso di quella giurisdizione che i sacri canoni accordano all' ordinario, ed a mente delle bolle de' sommi pontefici.

II. « Se io possa sospendere ed anche deporre dalla carica e far uso delle pene canoniche qualera il preposito vorrà mantenersi ostinato trasgressore delle costituzioni dell' Oratorio, e dichiararsi indipendente dalla giurisdizione dell' ordinario contro lo statuto.

III. « Finalmente innanzi me la suddetta appellazione possa definitivamente pronunziare la sentenza nelle forme canoniche legali; ed obbligare i soccombenti alla corrispondente esecuzione. »

Delle LL. SS. Eminenze Reverendissime

Messina Febraro 1825.

Umilissimo servitore
Francesco di Paola Villadicani
Arcivescovo di Messina.

La sacra congregazione dopo aver ponderato con molta accuratezza l' affare e i dubbj proposti diede al prelodato monsignor arcivescovo la risposta che siegue.

Illustrissimo e reverendissimo signore
come fratello

« Degno per se stesso di lode è lo zelo esternato da V. S. con lettera di febraro prossimo passato alla sacra congregazione de' Vescovi e Regolari, perchè la congregazione dell' Oratorio di s. Filippo Neri eretta nella città di Messina fiorisca per l' esatta osservanza del suo istituto, giacchè da quello distaccandosi inutile si renderebbe quel fine che nel fondarla si propose il santo suo istitutore. Ma i presidii per attivare il ben concepito zelo desumere si devono dai modi dal santo istitutore stabiliti, e dalle successive sanzioni dalla s. Sede approvate come ogni regolare ordine ha le sue costituzioni alla direzione delle quali non può entromettersi l'ordinario, nella cui diocesi trovansi eretti i rispettivi conventi; così l' istituto della congregazione dell' Oratorio non va soggetto alla direzione dell' ordinario per li casi del suo istituto, e dalla s. Sede in aumento e spiegazione del medesimo istituto, previsti, e determinati. Opportuno alla spiegazione di questa massima rendesi il breve di Benedetto XIV. di santa memoria emanato il 21 gennajo 1758 che incomincia *Emanavit nuper* il di cui esemplare stampato qui accluso si trasmette a risparmio di lungo dettaglio, che meriterebbe non solo il caso da V. S. esposto, ma benanche la soluzione di tre dubbj tendonti a conoscere, se possa l' ordinario estendere la sua giurisdizione nelle contingenze continenti le regole dell' istituto della congregazione dell' Oratorio. Dall' accluso breve emerge con chiarezza non competere all' ordinario giurisdizione alcuna per ammettere l' appellazione nel di lei tribunale interposta contra l' esclusione della congregazione decisa a pluralità de' voti nel caso dei due giovani d. Giuseppe Cannuli, e d. Giuseppe Vielato. Che se per disavventura i padri componenti la congregazione dell' Oratorio in Messina si discostino dall' osservanza del loro istituto sarà sempre commendevole lo zelo di V. S. nel farne distinta relazione alla s. Sede, da cui riceverà le istruzioni per provvedervi, salva sempre la giurisdizione episcopale per le contingenze di casi, ne' quali alcuno degli individui di detta congregazione si rendesse personalmente riprensibile pel suo non retto procedere fuori della casa della medesima congregazione in tutte e per tutte a forma di altri casi simili dalle costituzioni apostoliche determinati per li regolari di qualunque altro istituto.

Essendo questa la risposta, che a questi miei eminentissimi signori è piaciuto dare al suddivisato suo foglio, procurerà V. S. di uniformarvisi, avendo specialmente in vista le decisioni contenute nell' accluso breve Benedettino, da cui potrà con sicurezza desumere i confini della giurisdizione episcopale.

In questa occasione però non lascia la sacra congregazione di eccitare il suo zelo, e prudenza per conciliare le controversie insorte, le quali al sommo disdicono in una congregazione, la quale specialmente è fondata non solo nell' amore reciproco tra i confratelli, ma si estenda universalmente a tutti i fedeli, che il detto istitutore brama, che costituiscano un sol cuore, ed una sol' anima; perciò farà conoscere questi sentimenti a tutta la comunità, e se vi sarà bisogno la detta congregazione concede a V. S. le facoltà necessarie ed opportune per formare

unitamente alla comunità delle conciliazioni che vengano a distruggere questi semi di discordia, e fare rifiorire nell'istituto la carità, ed il promiscuo rispetto. Tanto le debbo significare, e le prego da Dio prosperità. »

Di V. S. Roma 29 aprile 1825.

Come fratello affezionatissimo
B. card. Naro pro-pref.

I padri dell'Oratorio di Massina vedendo che il loro prelato differiva a dare esecuzione a quanto la sacra congregazione nella sopraindicata lettera s'era compaciuta commettergli presentarono alla stessa sacra congregazione la supplica, che qui sotto trascrivesi.

Eminentissimi signori.

« I padri della congregazione dell'Oratorio di Messina avendo inteso che le eminenze vostre reverendissime abbiano emanato delle risoluzioni relative ad alcune vertenze insorte fra essi, e il loro arcivescovo, e non vedendosene ancora risultato alcuno, supplicano umilmente a volersi degnare d'inculcarne allo stesso prelato una sollecita esecuzione, protestandosi di non avere in ciò altra mira, che di ricuperare la buona grazia del loro superiore per cui nutrono una stima particolare, e di proseguire nel libero asercizio del loro istituto, diretto alla maggior gloria di Dio, e al bene spirituale de' prossimi ».

« Si ammettono in succinto i punti principali dalle indicate vertenze potendosi esse vedere più diffusamente esposti nel voto esibito alle eminanze vostre reverendissime dalla persona che vollero interpellare prima di dare in luce la loro savia risoluzione ».

Vertenze fra sua eccellenza reverendissima monsignor arcivescovo di Messina e i padri della congregazione dell'Oratorio di detta città.

I. « Monsignor arcivescovo ha proibito ai padri dell'Oratorio di chiamare al rendimento de'conti un'individuo della loro congregazione, che fu deputato da essi alla sopraintendenza dei lavori per il compimento della fabbrica della chiesa ».

II. « Monsignor arcivescovo ha impedito l'esecuzione di un decreto dei padri dell'Oratorio, in forza di cui si era data l'esclusiva a due giovani chierici che facevano istanza d'essere aggregati al numero dei figli di s. Filippo ».

III. « Monsignor arcivescovo per punire i padri dell'Oratorio che si sono ricusati di rivocare l'anzidetto decreto, ha privato alcuni di essi della facoltà di udire le confessioni, e di predicare la divina parola ».

IV. « Monsignor arcivescovo ha voluto che dal padre proposito fosse a lui consagnato il libro in cui sono registrati, e di mano in mano si registrano i decreti della congregazione dell'Oratorio ».

« I padri dell'Oratorio reclamando contro le accennate disposizioni, non hanno in mira di rendersi accusatori del loro arcivescovo, di cui rettissima giudicano l'intenzione, e per cui nutrono, e nutriranno sempre il più profondo rispetto, ma unicamente di mantenersi nella libera osservanza del loro s. istituto approvato dai Romani pontefici, e ultimamente con più chiarezza dichiarato ne' punti controversi dall'immortale Benedetto XIV. nel suo breve *Emanavit nuper* del 21 gennajo 1758 di cui fu già esibita una copia ».

La sagra congregazione conoscendo giuste le petizioni dei padri dell'Oratorio trasmise a monsignor arcivescovo la loro supplica col foglio inserto, affinchè si compiacesse manifestare quale ostacolo ritrovava per l'esecuzione degli ordini ricevuti. Manifestò difatti questi ostacoli monsignor arcivescovo con sua risposta del 3 agosto 1825 per cui il 19 del detto mese ed anno adunatisi gli eminentissimi cardinali componenti la sagra congregazione emanarono la seguente risoluzione « Dilata, et partes deducant formiter jura sua in sacra congregatione, et scribatur archiepiscopo ad mentem ».

In forza adunque di questa risoluzione le parti si disposero a produrre ciascuna le sue ragioni, e a tale effetto concordarono i dubbi, che si sarebbero dovuti discutere in altra congregaziona da determinarsi, che sono li qui appresso.

I. « An archiepiscopo Messanensi competat jurisdictio judicandi super exclusione novitiorum, et aggregatorum facta a pp. congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii dictae civitatis, quatenus intervenerit reclamatio pro parte eorumdem novitiorum, et aggregatorum,

vel patrum ejusdem Oratorii in casu etc. et quatenus affirmative ».

II. « An possit idem archiepiscopus procedere ad sententiam definitivam, et cogere succumbentes ad exequutionem etiam sub poenis canonicis suspensionis, et remotionis ab officio in casu etc. »

III. « An liceat archiepiscopo recipere computa administrationis gestae pro reaedificatione ecclesiae venerabilis congregationis Oratorii, seu potius computa pro quacumque administratione reddenda sint eidem congregationi in casu etc. »

IV. « An et quomodo liceat archiepiscopo inspicere, et retinere libros decretorum congregationis Oratorii in casu etc. »

« Or essendosi degnata la sagra congregazione di emanare il 15 dicembre 1826 una decisione in tutto e per tutto favorevole agli oratori, supplicano essi l'eminenze vostre reverendissime a volersi benignare di volerla loro comunicare nelle debite autentiche forme, affinchè nessuno presuma di rivocarla in dubbio, e possano nelle occorrenze produrla contro chiunque volesse ledere i loro diritti, e impugnare i privilegj accordati loro dai sommi pontefici. »

Resolutio edita a sacra congregatione.

§. 3. In causa Messanensi congregationis sancti Philippi Nerii vertente inter archiepiscopum, et patres ejusdem congregationis proposita fuerunt infrascripta dubia.

I. An archiepiscopo Messanensi competat jurisdictio judicandi super exclusione novitiorum et aggregatorum facta a patribus congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii dictae civitatis, quatenus intervenerit reclamatio pro parte eorumdem novitiorum, et aggregatorum, vel patrum ejusdem Oratorii in casu etc. et quatenus affirmative.

II. An possit idem archiepiscopus procedere ad sententiam definitivam, et cogere succumbentes ad executionem etiam sub poenis canonicis suspensionis, et remotionis ab officio in casu etc.

III. An liceat archiepiscopo recipere computa administrationis gestae pro reaedificatione ecclesiae ven. congreg. Oratorii, seu potius computa pro quacumque administratione reddenda sint eidem congregationi, in casu etc.

IV. An, et quomodo liceat archiepiscopo inspicere, et retinere libros decretorum congregationis Oratorii, in casu etc.

Sacra congregatio eminentissimorum et reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negociis, et consultationibus episcoporum, et regularium praeposita, referente eminentissimo Pacca ponente, visis videndis, consideratis considerandis, et patribus tam in voce, quam in scriptis auditis, censuit rescribendum, prout rescripsit « Negative in omnibus, et amplius non concedatur licentia redeundi ».

Romae decimaquinta decembris millesimo octingentesimo vigesimo sexto.

C. Card. Odescalchi praef.

Apostolica confirmatio.

§. 4. Ut autem narrata congregationis decisio majorem acquirat firmitatem, presbyteri oratores illa per apostolicas Nostras literas confirmari summopere desiderant, humiliterque a Nobis expostulant. Nos igitur praedictos presbyteros, et singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, speciali beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, praeinsertam decisionem congregationis praedictae una cum omnibus in ea expressis auctoritate apostolica tenore praesentium validam habemus, et declaramus, Nostraeque apostolicae confirmationis munimine roboramus.

Clausulae subiatae, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus dictae congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Messanensis, aliisque ad quos spectat plenissime suffragari, et ab omnibus respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non dictae congregationis, et archiepiscopalis ecclesiae Messanensis etiam juramento, confirmatione apo-

stolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima januarii millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 6. febr. 1827. Anno IV.

CLXXXIV.

Reintegratio congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii in civitate Brixiensi cum omnibus privilegiis, exemptionibus, gratiis, et privilegiis, quibus domus urbis fruitur.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio praem. §. 1. Sanctus Philippus Nerius divina jam charitate vulneratus, ut illo igne, quo suum tantopere cor aestuabat, aliorum quoque corda inflammaret, Oratorii congregationem instituit. Adeo autem utile non modo pium visum est hoc institutum, ut praeter illam congregationem, quam sanctus Philippus ipse in alma hac urbe fundavit apud sanctam Mariam in Vallicella nuncupatam, multae ad illius exemplar, et similitudinem congregationes aliis etiam in locis orbis catholici fuerint constitutae. Atque inter vetustiores illa profecto, quae fuit in civitate Brixiensi erecta, locum sibi vindicare praefertur. At quum notissima illa ecclesiasticarum rerum perturbatio, quae proximo superiori tempore facta est, Brixiensis quoque Oratorii congregationem attigisset, tres nunc Oratorii ejusdem presbyteri, videlicet, Angelus Arrigo, Franciscus Lucchini, et Vincentius Bontempi, de congregatione ipsa revocanda ad pristinum splendorem non modo, verum etiam de reddenda ea magis tempori, quo vivimus accommodata, atque utili cogitationem susceperunt. Quippe praeter consueta religionis, et charitatis opera, alumnos congregationis Oratorii Brixiensis in posterum occupatos etiam habere, tum in piis clero tradendis exercitiis, tum in evangelizando per sacras, ut ajunt, missiones populo, decreverunt. Quod quidem consilium quum Nobis iidem tres presbyteri declaraverunt, supplici quoque prece, non minus suo, quam totius congregationis nomine, Nos obtestati sunt, ut gratias universas jam a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris, ac nominatim praecaeteris ab Innocentio XII. per suas literas annulo piscatoris obsignatas sub die nona maji millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo Oratorio Brixiensi concessas, confirmare Nos pro praesentibus, futurisque alumnis congregationis ejusdem Oratorii apostolica auctoritate dignaremur. Has autem preces minime potuimus aversis auribus audire, quum et supplicum merita, qui urgente in proximos charitate Christifideles quotidiano verbi Dei pabulo, et frequentia sacramentorum, orationisque assiduitate in suis ecclesiis enutrire haudquaquam contenti, domicilium quoque congregationis patere ecclesiasticis viris ad spiritualia exercitia volunt, imo et foras ad lucrandas animas egredi, idque futuris etiam temporibus fieri ab alumnis congregationis ipsius desiderant, et merita insuper venerabilis fratris episcopi Brixiensis, qui nedum hujusmodi consilio suffragatus est, adjuvit etiam ut optatus exitus illud consequeretur, movere Nos, et quodammodo impellere debuerint.

§. 2. Jam vero persuasum habemus, nova illa pietatis opera, quae deinde exequi alumnis ejusdem congregationis propositum est, neutiquam cum instituto sancti Philippi pugnare. Quapropter, quoniam supramemoratus felicis recordationis Innocentius XII. in praedictis apostolicis literis privilegiorum, et gratiarum, et exemptionum, et indulgentiarum, et indultorum, ne iis quidem exceptis, quae speciali mentione, sive, ut ajunt, individua expressione digna sunt, quae a Romanis pontificibus antea fuerant concessa congregationi, sive ecclesiae, et presbyteris, caeterisque personis congregationis Oratorii de urbe, participem in omnibus, et per omnia reddidit, fecitque congregationem Oratorii Brixiensis, perinde ac si privilegia illa, gratiae, exemptiones, indulgentiae, atque indulta congregationis ipsi, sive ecclesiae, et pres- Ratio concessionis.

byteris, caeterisque personis congregationis Oratorii Brixiensis specialiter concessa fuisseot, sine tamen praejudicio gratiarum, indultorumque omnium, quibus eadem ipsa congregatio Brixiensis peculiariter donata fuerat.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos iisdem insistentes vestigiis, et precibus inclinati laudatorum virorum Angeli Arrigo, Francisci Lucchini, et Vincentii Bontempi, eosque, et alios quibus hae Nostrae literae favent a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, eadem omnia privilegia, gratias, exemptiones, indulgentias, atque indulta de quibus in supradictis Innocentii XII. praedecessoris Nostri literis sermo est, tum ea scilicet, quae ad Oratorium Romanum, tum ea quae ad Oratorium Brixiense respiciunt, apostolica Nostra auctoritate praesentium vigore confirmamus, et quatenus opus sit, iterum congregationi, sive ecclesiae, et presbyteris, caeterisque personis congregationis Oratorii ipsius Brixiensis concedimus, et impertimur, sub ea tamen ipsa conditione, quam idem praedecessor Noster Innocentius XII. apposuit, ut nempe presbyteri, atque alumni universi congregationis ejusdem Oratorii Brixiensis regulas omnino servent instituti sancti Philippi Nerii, hoc est instituta congregationis sancti Philippi, sive Oratorii Romani sanctae Mariae in Vallicella nuncupatae hujus sanctae Sedis auctoritate non solum condita, sed etiam recondita, et confirmata.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes hasce literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et eorum causa, quae expressa sunt, hoc futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, sanctionibus, nec non congregationis Oratorii de urbe, et congregationis Oratorii Brixiensis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die sexta februarii millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

CLXXXV.

Dat. die 13. febr. 1827. Anno IV.

Nova divisio vicariatuum apostolicorum in Scotiae regno.

Venerabilibus fratribus
Episcopis Scotiae vicariis apostolicis.

Leo PP. XII.

Venerabiles fratres,
salutem et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Quanta laetitia affecti sumus cum ex gravissimis acceptis testimoniis certiores facti sumus, religionem Catholicam in Scotia uberes progressus fecisse, atque omnem sperandi rationem esse, futurum ut ampliores in posterum fructus percipiant, facile intelligitis, venerabiles fratres, quibus Nostra de religionis incremento ubique procurando sollicitudo cognita, atque explorata sit. Deo optimo maximo de ea re gratias egimus ex animo, illumque precati sumus, ut qui coepit opus bonum ipse perficiat, et expeditionem religioni propagandae rationem omnem suppeditet.

Memorantur quomodo bini tantum vicariatus antiquitus extarent.

§. 2. Atque ea causa fuit, quare venerabiles fratres Ranaldum Macdonald episcopum Aeryndeleosem, qui in montanis insulisque Scotiae vicarii apostolici hactenus munus gessit, ac Alexandrum Paterson episcopum Cybistraeum venerabilis fratris Alexandri Cameron episcopi Maximinianopolitani hactenus vicarii in planis ejusdem regni coadjutorem,

cui Nos ob episcopi Maximianopolitani senectutem, infirmamque valetudinem contulimus plenam in illum vicariatum jurisdictionem vehementer ab initio laudaverimus cum Nos precati sumus, ut ob auctum valde in Scotia numerum catholicorum, et ad religionem ipsam ibi facilius amplificandam, novum tertium in eo regno vicariatum apostolicum institueremus. Neque enim vetus illa totius Scotiae divisio in duos tantum apostolicos vicariatus, quorum alter superiorem, alter inferiorem Scotiae partem complectaretur, quae quidem divisio multo minori catholicorum numero in ea antea commorantium gubernando satis esse praeteritis temporibus poterat, opportuna nunc esse videbatur eorum regimini, cum tanto copiosior illorum numerus in eo regno evaserit.

De necessitate instituendi tertium. §. 3. Neque dubitandum arbitramur tertii vicariatus apostolici institutione novum praesidium afferendum esse religioni in Scotia propagandae, cum idcirco duobus vicariis apostolicis jamdiu de fidei amplificatione optime meritis novus laborum et pastoralis curae consors adjungi deberet. Advenientem igitur Romam venerabilem fratrem Alexandrum episcopum Cybistranum, ut de tam gravi negotio apud Sedem apostolicam coram ageret peramanter amplexi sumus, remque totam venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus negotiis propagandae fidei praepositis considerandam, ac perpendendam continuo commisimus, qui auctores Nobis deinde fuerunt, novam Scotiae in tres vicariatus divisionem religionis bono illic procurando opportunam ac ferme necessariam videri.

Divisio novorum districtuum. §. 4. De eorumdem igitur venerabilium fratrum Nostrorum consilio apostolica auctoritate novum tertium in Scotia vicariatum apostolicum instituimus, ac immutata quae hactenus erat, Scotiae regiminis ecclesiastici divisione, decernimus Scotiam totam in tres districtus, seu vicariatus apostolicos orientalem, occidentalem, et septemtrionalem dividendam esse, illamque nunc ita dividimus. Districtus orientalis comitatus comprehendet utriusque Lothian, Perthae, Fifae, Clacinani, Stirlini, Augusiae, Dunfrisi, Kircubrigii, et Roxburgi, ejusque vicariatus sedes erit in ipsa Scotiae metropoli Edenburgi. Districtus occidentalis comprehendet comitatus Lanorci, Renfrewi, Dunbretoniae, Argatheliae, Wigtoni, insulas occidentales vulgo dictas Hebrides, et partem comitatus Invernessi per lineam ductam a lacu Lochash per Kintail, et Glenmoriston ad lacum Ness, et Castellum Augusti, deinde per regionem Badenochs ad ripam Speii Fluminis, ubi occurrit vicariatus septemtrionalis; occidentalis autem hujus vicariatus sedes erit Glasqua. Districtus denique septemtrionalis comprehendet partem comitatus Invernessi per limitatem supra descriptum, comitatus Oberdoniae, Banffi, Moraviae, Nairnii, Rossi, Cromartii, Lutherlandiae, Caithnessi, Orcades Insulas, et Shetlandum; ejus vero districtus vicarii sedes erit Aberdonia. His ita statutis venerabilis frater Alexander Cameron episcopus Maximianopolitanus, qui hactenus vicarius apostolicus in planis Scotiae erat, orientalis districtus vicarius apostolicus erit, atque venerabilis frater Alexander Paterson episcopus Cybistranus ejus coadjutor, plene, quam a Nobis acceperat, episcopo Maximianopolitano vivente, in planis Scotiae jurisdictione in orientali districtu potietur; venerabilis frater vero Ranaldus episcopus Aeryndelensis, qui hactenus in montanis et insulis Scotiae vicarius apostolicus erat, eodem munere fungetur, in occidentali ejusdem regni districtu. Pro septemtrionali denique districtu dilectus filius sacerdos Jacobus Franciscus Kyle vicarii apostolici munus geret, quem per aliasin simili forma brevis Nostras litteras episcopum Germanicjensem elegimus, et ad vicariatus officium deputavimus. Haec sunt, venerabiles fratres, quae precibus etiam, votisque vestris annuentes ad Ecclesiae bonum in patria vestra augendum, in Domino constituenda esse judicavimus.

§. 5. Confidimus autem Deo, qui dat incrementum his, quae a Nobis statuta sunt, obsecundante, felicem faustamque religioni novam hanc ecclesiastici regiminis divisionem esse futuram. Tantum est vero quo vos praestatis animarum salutis consequendae studium, tantus, quo excellitis in Ecclesiam Catholicam amor, ut, Deo opem ferente, a vestris laboribus, vigiliis, curaque episcopis digna, uberrimos in vinea Domini fructus collecturos, vos perpetuo esse ducemus. Interea vobis, et catholicis omnibus ecclesiasticae vestrae jurisdictioni subjectis apostolicam Nostram benedictionem impertimur. Datum Romae apud Conclusio.

sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima tertia februarii millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 13. feb. 1827. Anno IV.

CLXXXVI.

Declaratio pertinentiae bonorum relictorum ab archiepiscopo Bracharensi favore orphanotrophii do Menino Deos nuncupati in civitate Bracharensi.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Expositum Nobis est nomine superiorissae et communitatis cujusdam orphanotrophii do Menino Deos nuncupati Bracharensis civitatis, in prima ejusdem orphanotrophii fundatione, curae defuncti archiepiscopi Bracharensis Cajetani Brandao, prout asseritur, adjudicata, tum quando orphanorum regimen priorissae alterius conservatorii sancti Dominici de Tamanca nuncupati eidem nuper erecto attigui, fuit ad tempus commissum praedecessorum Nostrorum felicis recordationis Pii VI., ac Pii VII. summorum pontificum liberalitate concessum fuisse, ut certis modo et forma in apostolicis eorumdem literis expressis, quarum tenorem praesentibus pro expresso haberi volumus, fructus atque redditus ecclesiasticorum beneficiorum sanctae Mariae de Martin, Salvatoris do Cervaens, ac tertiae partis de sancto Payo de Vizella, nec non pensio centum quinquaginta millium regalium reis super fructibus ecclesiae sanctae Marine de Lamaees nuncupatae reservata in alimoniam et utilitatem dicti orphanotrophii verterentur. Postmodum, quum orphanotrophium praedictum ab illo sancti Dominici fuerit omnino sejunctum, deputatis utriusque superiorissis, separatisque redditibus et juribus, quaestio ex parte conservatorii sancti Dominici instituta fuit de redditibus beneficiorum et pensiona memoratis, an sibi, vel alteri essent attribuendi. Quamvis autem irrito conatu conservatorium sancti Dominici apostolicae beneficentiae munera sibi arrogare hactenus curaverit, orphanotrophium tamen praedictum ad sua jura tuenda, omnemque ambiguitatem circa memoratam apostolicam concessionem tollendam, suppliciter a Nobis petiit, ut per apostolicas Nostras literas declaremus, redditus beneficiorum, ac pensionum hujusmodi per praedecessores Nostros applicatos fuisse orphanotrophio cura defuncti archiepiscopi Bracharensis Cajetani Brandao erecto, nullumque jus competere sive priorissae tunc existenti, sive alteri orphanotrophio sancti Dominici de Tamanca, a quo primum omnino sejunctum, et sub novae priorissae administratione in praesens reperitur, cum sanatione, quatenus opus sit, quoad praeteritum.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos praedictam superiorissam, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, speciali beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis ac poenis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus Nobis humiliter porrecti inclinati, referente Nobis secretario congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium concilii Tridentini interpretum, attentaque attestatione archiepiscopi Bracharensis Nobis exhibita, praevia, quatenus opus sit, sanatione quoad praeteritum, prout auctoritate Nostra apostolica tenore praesentium sanamus, Nos inhaerentes literis apostolicis summorum pontificum Pii VI. ac Pii VII. praedecessorum Nostrorum declaramus, redditus beneficiorum, ac pensionum praedictarum applicatos fuisse orphanotrophio cura defuncti archiepiscopi Bracharensis Cajetani Brandao erecto, nullumque in eis jus competere priorissae tunc existenti, sive alteri orphanotrophio sancti Dominici de Tamanca, a quo primum omnino sejunctum, et sub novae priorissae administratione in praesens reperitur; ideoque concessiones favore memorati orphanotrophii apostolica auctoritate factas, firmas, validas, et efficaces perpetuo manere auctoritate et tenore praedictis mandamus.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros affectus sortiri, et obtinere, ac orphanotropio praedicto do Menino Deos nuncupato, aliisque ad illud pertinentibus plenissime suffragari, et ab eis

respectiva inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ecclesiae praedictae etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima tertia februarii millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 16. feb. 1827. Anno IV.

CLXXXVII.

Concessio facultatis adstandi sancto sacrificio, et satisfaciendi ecclesiastico praecepto diebus festis in odeo extructo in ecclesia sanctae Mariae Reginae Coeli in Monte Sancto urbis pro familia Pierantoni Romana.

Dilecto filio Nostro Placido tituli sanctae Crucis ad aed. Sessor. Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Zurla nuncupato in urbe ejusque districtu vicario Nostro in spiritualibus generali.

Leo PP. XII.

Dilecte fili Noster,
salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Nuper dilectus filius Petrus Pierantoni Romanus Nobis exponendum curavit se urbanam domum habere, eique finitimum hortum, qui adjacet templo collegii canonicorum sanctae Mariae Reginae Coeli in Monte Sancto haud procul a porta Flaminia. Quumque data venia a dilecto filio priore generali ordinis beatae Mariae Montis Carmeli, qui ordo id templum curabat, scalam lapideam, et undique tectam parieti templi adstruxerit, cujus gradibus in vetus odeum ascenditur, unde in sacram aedem prospectus patet, suppliciter a Nobis postulavit, ut illo ex odeo liceat sibi, suisque consanguineis, affinibus, et familiaribus sacrosancto sacrificio adstare, utque ita festis diebus ecclesiastico praecepto satisfaciant.

§. 2. Nos vero oratorem, omnesque ac singulos, quibus hae literae favent, peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum indulti assequendi gratia absolventes, et absolutos fore censentes, quum acceperimus dilectum filium Petrum de ejus templi dignitate, ac de fratribus Carmelitis, quorum curae concreditum fuit, bene esse promeritum, praetereaque quum ipse testimonium exhibuerit, ex quo constat ab eodem canonicorum collegio opportunum hac de re consensum fuisse consequutum, tibi, dilecte fili Noster, has partes imponimus, atque mandamus, ut oratori pro tuo arbitrio facultatem facias, cujus praesidio orator, ejusque consanguinei, et affines una cum eo degentes, famulatusque diebus quibuscumque per annum festis ex odeo illo sacerdoti adstantes dum sacrum facit, ecclesiastico praecepto rei divinae assistendi paruisse censeantur. Tibi tamen curae erit, ut tum lignea, tum ferrea crate odeum sepiatur, utque per inscriptionem apto loco positam pateat id, quodcumque est, aedificii, quod templo Petrus adjunxit, immunitate ecclesiastica minime frui, volumusque idcirco, firmam, ac ratam esse auctoritatem congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium ecclesiasticae immunitati propositorum. Tenor concessionis.

Derogatio contrariorum. §. 3. Haec concedimus atque praecipimus non obstantibus constitutionibus et sanctionibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta februarii millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 8. martii 1827. Anno IV.

CLXXXVIII.

Hortatio ad virgines collegii Ursulinarum civitatis Parmensis.

Dilectae in Christo filiae Magdalenae Aloisiae Sacco moderatrici virginum collegii, cui nomen « delle Orsoline » Parmae.

Leo PP. XII.

Dilecta in Christo filia,
salutem et apostolicam benedictionem.

Si Nobis, qui divina providentia ad totius Christiani gregis regimen vocati, nihil tam acerbius, quam ut non paucos homines divinae legis immemores non sibi ipsis solum, sed et aliis aeternam perniciem quaerere videamus nihil profecto jucundius, quam ut nonnullos etiam accipiamus, qui eorum vocationem et electionem certam facere studentes, et ambulant in viis Domini, et omni virtutum apparatu caeteris praelucere conantur. Hos inter eas jure meritoque recensemus feminas, quae non respicientes in vanitates et insanias falsas mystici agni nuptias in solitudine quaerunt, suisque virtutibus ac precibus a Deo, qui dives est in misericordia, hominum flagitiis veniam implorant, et puellis in religione ac bonis artibus imbuendis prudentia et charitate omne studium operamque impenduot. Plura quidem sunt bujusmodi sacrarum virginum collegia, venusta Catholicae Ecclesiae ornamenta, illud autem, cui tu tam vigilanter, ac sapienter praees, peculiari mentione dignum arbitramur, siquidem multa de vobis commendanda accepimus, a venerabili fratre Aloisio archiepiscopo Januensi, qui Lutetiam Parisiorum contendens, ut Nostri, et apostolicae Sedis nuntii penes Christianissimum regem munere perfungatur, istam permeavit urbem, ac in vestra religiosa domo aliquantisper versatus; et cujus adventum pergratum acceptumque vobis omnibus fuisse novimus ex epistola, quam gratias actura Nobis dandam curasti. Ille enim vero Nos certiores fecit te, tuasque alumnas perpetuo castitatis voto devinctas sanctum vitae genus ducere, ac memores foederis, quod cum coelesti sponso iniistis, nil aliud pro viribus contendere, nisi ut, sicut cinnamomum et balsamum aromatizantes, quasi myrrha electa detis undique suavitatem odoris. Tam fausto nuncio laetitia perfusi non possumus Nosmetipsi non omne animi Nostri gaudium vobis aperire, vobisque in Domino gratulari, ac vestrum collegium haud singulari prosequi studio, quemadmodum felicis recordationis Pius VII. praedecessor Noster, qui tot acerbitates magno animo perpessus semel iterumque Romam revertens, atque per istam urbem iter habens, totidem vos adiit, suaque praesentia vos omnes recreavit. Vos itaque virgines Deo sacrae, pars selecta gregis, et bonus odor Christi, enixe hortamur, ut quoniam abdicatis omnibus abdidistis vos tamquam columbae in foraminibus petrae, et in caverna maceriae, ne respiciatis umquam in tentoria Aethiopiae, et in tabernacula Cham, sed currentes tantummodo in odorem unguentorum ejus cui fidem dedistis, ei omnimode placere studeatis, virtutum monilibus ornatae, et circumdatae varietate. Quo vero facilius id consequi possitis, tot sacras virgines vobis in exempla proponimus, quas immarcescibili gloriae corona praefulgentes deprecatrices apud Deum adhibeamus, et praecipue sanctam Angelam Mericiam in erudiendo, spiritu intelligentiae ac pietatis, adolescentularum choro de Catholica, civilique republica optime meritam, cujus anniversaria gratulatio quamprimum agenda, et cujus vivendi ratio apud vos quodammodo interlucet. Qui scilicet sanctitatis cumulus in ea enituit! a prima namque aetate virginitatis lilium, quod perpetuo servare studuit, sedulo sepsit, paternis bonis abdicatis, in instituto tertii ordinis sancti Francisci nomen dedit, cilicio, flagellis usa, precationi instans, angelorum pane crebro refecta, paupertatem virginitatis laudi conjunxit. Vos zelo zelantes Dei gloriam, et proximorum salutem, virginumque profectum, pergite, ut facitis, sanctae Ursulae vestigia sequi, cujus patrocinio angustoque nomine fuistis insignitae. Pergite igitur ejusque heroicas virtutes aemulamini, ut misericordiarum pater ascensiones in cordibus vestris disponat. Hinc fiet, ut, quando venerit Christus, obviam possitis occurrere ei portantes lampadas oleo charitatis ornatas, atque idcirco introire in aeterna tabernacula, praemiumque accipere, quod ipsemet praeparavit vobis in aeternum. Interea tamen fausta omnia ac prospera tibi tuisque alumnis ab Deo adprecati, apostolicam benedictionem singulis quibusque peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die octava maji millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 14. martii 1827. Anno IV.

CLXXXIX.

Approbatio statutorum conditorum a cardinali Galeffi visitatore pro gubernio sanctuarii et piae domus loci vulgo appellati « Mongiovino » intra limites dioecesis Civitatis Plebis.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Quidquid ad divini cultus incrementum, simul et ad spiritualia et temporalia fidelium commoda conducere videtur, apostolici Nostri muneris est, omni, quo possumus, studio et sollicitudine promovere, et valide tueri. Quum itaque venerabilis frater Noster Petrus Franciscus episcopus Albanensis Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Galeffi nuncupatus, qui apostolicis Nostris facultatibus instructus sacram visitationem cujusdam sanctuarii et piae domus loci vulgo « Mongiovino appellati, intra limites dioecesis Civitatis Plebis siti, per idoneum convisitatorem peragere curavit, ex ea apprime collegerit, ad rectum illorum regimen, leges atque instituta esse quamprimum condenda; Nos, audita de praemissis relatione, cognitaque necessitate, bujusmodi opus prudentiae et ingenio ejusdem cardinalis commisimus conficiendum. Omnibus igitur matura per eum perpensis, leges et instituta bujusmodi prius Nobis exhibita unum in librum ipse conferri curavit cui titulus « Statuti, e regolamenti per la buona direzione, e governo del santuario e pia casa di Mongiovino stabiliti da sua eminenza reverendissima il signor cardinal Galeffi vescovo di Albano, camerlengo della Santa Romana Chiesa, arciprete della sacrosanta basilica Vaticana, e di detto santuario, e pia casa protettore e visitatore apostolico: in Roma l'anno 1827 per le stampe di Lino Contedini con licenza dei superiori » Jam vero ut hae leges atque instituta inviolata serventur, praedictus cardinalis visitator apostolicae confirmationis Nostrae munimine ea roborari summopere desiderat, enixisque precibus a Nobis expostulat.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur piis ejusdem cardinalis votis annuere, ac singulares personas, quibus praesentes literae favent, speciali beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, bujusmodi supplicationibus Nobis humiliter porrectis inclinati, leges et statuta praefata auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, omnesque et singulos juris et facti defectus si quae desuper intervenerint sanamus, atque supplemus.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has praesentes literas firmas, validas et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis literis felicis recordationis Innocentii pp. X. praedecessoris Nostri praedictum sanctuarium, illiusque administrationem respicientibus, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dicti sanctuarii, et piae domus, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 5. Volumus autem ut praesentium literarum transumptis etiam impressis et manu

alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima martii millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 20. martii 1827. Anno IV.

CXC.

Erectio sedium episcopalium Michiganensis, et Nordwestiensis.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio, et tenor, concessionis.

§. 1. Inter multiplices gravissimasque apostolatus Nostri curas non exiguam tenet partem ea, quae dioecesium per universum orbem distributarum respicit statum, supremae siquidem potestatis, judiciique Nostri est novos earum limites constituere, vel constitutos immutare, prout, habita temporum ac circumstantiarum ratione, fidelium utilitati conducere dignoscimus. Quum ex acceptis venerabilium fratrum Ambrosii Marechal archiepiscopi Baltimorensis, et Eduardi Jeowinck episcopi Cincinnatensis, aliorumque gravissimis testimoniis constiterit, opportunissimum esse ad religionem in provinciis Michigan, et Nordwest amplificandam confirmandamque, ex iisdem provinciis, quibus hactenus venerabilis frater episcopus Cincinnatensis praedictus veluti administrator apostolicus praefuit, peculiarem, propriamque dioecesim erigere, et constituere cujus sedes sit in civitate Detroit, fines autem earumdem provinciarum limites, Nos, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negociis propagandae fidei praepositorum consilio, rebus omnibus mature perpensis, memoratae dioecesis erectionem ad exitum perducimus. Per praesentes igitur Nostras apostolicas literas ex apostolicae potestatis plenitudine provincias Michigan et Nordwest praedictas peculiarem, propriamque dioecesim erigimus, et constituimus, cujus episcopatus sedes sit in civitate Detroit, fines autem, earumdem provinciarum limites, cum omnibus juribus, privilegiis, et honoribus, nec non oneribus solitis et consuetis, aliisque per canonicas sanctiones hujusmodi dioecesibus concessis et attributis. Mandantes propterea omnibus, et singulis ad quos spectat, ac in futurum spectabit, ut praedictis dispositionibus Nostris se subjiciant, illasque accurate exequi teneantur ac debeant.

§. 2. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. — Clausula sublata et decretum irritans.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac ecclesiae praedictae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima martii millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto. — Derogatio contrariorum.

CXCI.

Dat. die 27. martii 1827. Anno IV.

Derogatio statutorum regalium ordinum militarium sancti Jacobi de Spatha, de Calatrava, de Alcantara, et de Montesa regni Hispaniarum super duratione officii prioris.

Carissimo in Christo filio Nostro Ferdinando Hispaniarum regi catholico militarium ordinum sancti Jacobi de Spatha, de Alcantara, de Calatrava, et de Montesa magno magistro.

Leo PP. XII.

Carissime in Christo fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Quum sicut Nobis majestatis tuae nomine expositum est, statutis regalium mili-

tarium ordinum sancti Jacobi de Spatha, de Calatrava, de Alcantara, et de Montesa nuncupatorum in tuis Hispaniarum regnis existentium, quibus tu uti magnus magister praees, sancitum sit, ut priores quarumcumque regalium domorum eorumdem ordinum per triennium tantum in exercitio muneris valeant perdurare; quumque post notissimas rerum perturbationes in praedictis regnis difficile inveniantur idonei viri, qui necessariis praediti qualitatibus subjectam sibi regularem communitatem administrent, ac proinde in hujusmodi superiorum penuria necesse omnino sit, ut multi ex illis in muneris exercitio confirmentur ultra triennium; quumque majestatis tuae nomine petitum fuerit a Nobis, ut tibi facultatem, ad tuos etiam successores transmittendam, nominandi et eligendi priores conventuum praedictorum ordinum, audito tantum consilio, pro capitulo generali, eorumdem ordinum, etiam ultra triennium, si id necessitas, et utilitas exigant, auctoritate Nostra apostolica tribuamus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos piis tuis votis benigne annuere volentes, majestati tuae, tuisque successoribus in perpetuum, qui in officio magni magistri eorumdem ordinum persistent, facultatem eligendi et nominandi, priores conventuum praedictorum ordinum etiam ultra triennium, audito consilio ordinum, pro capitulo generali, si necessitas et utilitas id postulent, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, atque tribuimus, et ad praemissum effectum statutis eorumdem ordinum apportune derogamus, servata in reliquis eorum forma et dispositione.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinum militarium praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima septima martii millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

CXCII.

Dat. die 2. apr. 1827. Anno IV.

Praefinitio annuae praestationis solvendae a Lusitaniae, et Algarbiae regno fabricae basilicae principis apostolorum ex diplomate nuncupato « Cruciatae ».

Dilectissimae in Christo filiae Nostrae Elisabeth Mariae regnorum Lusitaniae et Algarbiorum regenti.

Leo PP. XII.

Dilectissima in Christo filia Nostra, salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Quum per Nostras apostolicas literas sub annulo piscatoris expeditas ac datas die vigesima quarta septembris superioris anni, singulis quibuscumque Christifidelibus tibi subjectis, sejunctim ab illis, qui sub imperio Brasilico degunt, indulgentias, quas Cruciatae vocant, ad sexennium concessimus, eodem temporis momento patefecimus eleemosynarum summam, quae de iisdem indulgentiis collecta, atque piis quibusdam usibus attributa, fabricae basilicae principis apostolorum hic in urbe quolibet anno in posterum erat persolvenda, alio diplomate praescripturos. Nuper autem dilectus filius comes de Funchal tuus penes Nos legatus extra ordinem, tuae regiae celsitudinis nomine, Nobis exponendum curavit, Lusitaniae regnum a Brasilia sejunctum, ob luctuosas rerum vices, eam pecuniae vim, quae nummorum scutatorum quinque millia Romani ponderis exaequat, quamque in commemoratam fabricam conferre antea consueverat, impendere nequaquam posse, multaque cum prece a Nobis petiit, ut eam ipsam ad sex millia cruciatuum Lusitanae monetae, ex Nostra indulgentia, futuris temporibus redigere velimus.

Tenor concessionis et derogatio contrariorum.

§. 2. Nos igitur, quum perpenderimus, redditus ex « Cruciatae » diplomate profectos, proxime lapsis annis valde fuisse imminutos, atque ex civili bello, quod nonnullas istius regni provincias misere afflictat, magis, magisque deficere, onera vero iisdem redditibus inhaerentia, fuisse aucta, adhibito in consilium dilecto filio antistite curatore operum Vaticanorum, votisque tuae regiae celsitudinis etiam permoti, auctoritate Nostra aposto-

lica concedimus, et indulgemus, ut summa, quam fabricae basilicae principis apostolorum his in urbe, ratione indulgentiarum, de quibus habita est mentio, Lusitaniae et Algarbiae regna quotannis persolvant, ad sex millia cruciatuum Lusitani ponderis omnino redigatur; idque integro sexennio, quamdiu nempe « Cruciatae » diploma a Nobis Lusitaniae et Algarbiae concessum perstiterit. Volumus vero, ut tum in hujusce summae solutione, tum in illius cautione ea omnia adamussim serventur, quae in commemoratis Nostris literis servari praecepimus; itemque mandamus, ut siquid pecuniae ex praefinitis temporibus, quae, antequam eaedem Nostrae literae vim haberent, profluxerunt, impendendum superest, integre expleatur, neque per hasce literas aliquid vel minimum capiat detrimenti. Haec concedimus atque jubemus non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die tertia aprilis millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

CXCIII.

Dat. die 3. apr. 1827. Anno IV.

Concessio novorum indumentorum magis insignium pro dignitatibus, et canonicis ecclesiae metropolitanae Amalphitanae.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Romanorum indulgentia pontificum peculiaria ornamenta aliquando illis tribuit, qui Deo laudes conspicuis in templis solvunt, ut externa decora adepti magis illi, magisque conentur internis virtutibus enitere, utque ad sacra ministeria accurate implenda iis apostolicae beneficentiae calcar addatur.

Expositio precum. §. 2. Hinc quum dilecti filii dignitates et canonici metropolitanae ecclesiae Amalphitanae divo apostolo Andreae sacrae supplicites a Nobis petierint, ut mitrae et annuli decoramento eos omnes ditemus, quum jam duae primae ejusdem capituli dignitates mitram ex apostolica concessione, prout asseritur, in praesentiarum gestent, aliique cappa et rocchetto utantur; quumque venerabilis frater archiepiscopus Amalphitanus suo apud Nos scripto testetur, Amalphitanam civitatem antiquitatis splendore, civium virtute et doctrina, ac praecipua in hanc sanctam Sedem fide et devotione merito celebrari, praedictamque metropolitanam ecclesiam eleganti opere esse constructam, sacris suppellectilibus ac redditibus satis superque instructam, ac insignibus sanctorum reliquiis ditatam; quinque vero dignitates, duodecim canonicos, octo hebdomadarios de numero appellatos, totidemque supranumerarios, aliosque haud exiguo numero presbyteros, et clericos sacras in dicta ecclesia caeremonias decentissime obire, haud gravate inducimur, ut eorum precibus obsecundemus.

Tenor concessionis. §. 3. Quapropter eosdem oratores peculiari beneficentia, et honore prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, dignitatibus et canonicis metropolitanae praedictae Amalphitanae tam praesentibus, quam futuris facultatem gestandi mitram ex tela; et annulum cum unica gemma in solemnioribus tantum anni functionibus, servata in reliquis forma et dispositione apostolicarum constitutionum, et decretorum congregationis Sacrorum Rituum, auctoritate apostolica tenore praesentium tribuimus, et impertimur; eosque desuper a quoquam quavis auctoritate impediri, molestari, perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die tertia aprilis millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

CXCIV.

Dat. die 3. apr. 1827. Anno IV.

Confirmatio decretorum latorum a visitatoribus apostolicis pro regularibus degentibus in regno Sardiniae.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis, ac aliis dilectis filiis locorum ordinariis in regno Sardiniae.

Leo PP. XII.

Venerabiles fratres ac dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem.

Quae fuerint gesta a visitatoribus memorantur.

§. 1. De spirituali subditorum sibi populorum bono in primis sollicitus carissimus in Christo filius Noster Carolus Felix Sardiniae rex illustris, cum ad Nos retulisset de corruptelis, quae in regno isto adeo inter regulares utriusque sexus invaluerant, ut jam scandalo essent populo, qui perfectissimae virtutis exemplo praelucere debuissent, tantoque malo unicum esse remedium ratus restitutionem apud illos claustralis disciplinae, cum egisset nobiscum, ut placeret apostolicam ad hoc ipsum visitationem instituere, nihil in Nobis morae pro officio apostolatus Nostri fuit, quin adeo religiosis salutaribusque desideriis obsecundantes ad viros seligendos cogitationes Nostras referremus, zelo, religionis, doctrina, ac rerum usu, maxime idoneos quorum opera regularium illorum reformatio nomine Nostro perfici posset. Neque Nos fefellisse in hujusmodi viris seligendis judicium Nostrum, tum quod illis a bonis omnibus reddebatur testimonium, tum res declarant, ab ipsis non modo feliciter inceptae, sed jam pene confectae: cum imperscrutabili divinae providentiae consilio inopina morte tres brevi intervallo post alium alius, in medio rerum cursu erepti sunt, ex quatuor illis, quibus id muneris demandaveramus; in quibus ipse nunquam satis laudandus archiepiscopus Urbinatium, quem visitationi praeficiendum jure optimo duxeramus; uno tantum ex adjunctis illi convisitatoribus superstite, eoque ipso male affecta incertaque valetudine. Quo Nos animo tantum tulerimus in infortunium nihil dicere necesse est: in summo tamen dolore Nostro, eo utebamur solatio, quod speraremus, fore, ut saltem fructum ex eorum laboribus uberem essemus percepturi. Ecce autem dum hujusmodi commoda jacturam illam esse rependsura Nobis res ipsa polliceri videretur, praeter omnem expectationem Nostram nuntius affertur acerbissimus, eadem illa mala, quorum progressibus visitatores provisoria decreta sapienter opposuerant, iterum invalescere, eorumque, et sanctae hujus Sedis, cujus legatione fungebantur, auctoritate contempta, novos quoque alumnos admitti in coenobia, quibus id expresse vetitum fuerat.

Tenor concessionis.

§. 2. Res igitur cum ita se habeant, visum Nobis in Domino est, venerabiles fratres, ac dilecti filii, significare vobis, dum interim actis visitationis sedulo perpendendis operam damus, ea suscepturi consilia, quibus ipsae malorum omnium radices evellantur, hanc esse omnino voluntatem Nostram, ut, donec a Nobis ratio inita, ac sancita fuerit constituendae regularium regni istius disciplinae, firma, ac rata apostolica auctoritate Nostra sint provisoria omnia praedictae visitationis decreta. Eadem praecepto sanctae obedientiae servari jubentes quidquid contra factum sit, aut fiat in posterum, irritum declaramus, ac nullius effectus: item vestitiones, ac professiones inhibemus in coenobiis, ac monasteriis, in quibus decreto visitationis vetitae fuerunt, eosque omnes qui posthac contra fecerint, aut violationum hujusmodi participes fuerint officiis interdictos volumus, ac voce activa, et passiva privatos; iis vero qui deliquerunt pro modo culpae, poenam imponi salutarem. Vestrum autem erit, quae praecipimus, coenobiorum, ac monasteriorum praepositis nota facere, eis sub dicta privationis poena denuntiantes, ut quos, contra vetitum visitatorum, novos jam admiserint alumnos non modo e tyrocinio, sed ex ipsis etiam coenobiis illico dimittant. Utque in his, quae vobis, venerabiles fratres, ac dilecti filii, in sua cujusque dioecesi aut jurisdictione exequenda injungimus ac mandamus, nihil impedimento esse possit, vos auctoritate Nostra munitos per praesentes literas in forma brevis, esse volumus, tamquam ad ea ipsa perficienda specialiter delegatos. Quidquid vero posthac, quod Deus avertat, iterum peccatum fuerit, vestrum erit Nobis fideliter renuntiare; ut opportuna malis remedia adhibere possimus. Fide sapientiaque freti confidimus fore, ut negotium hujusmodi, quod Nobis vehementer cordi est, cuique etiam ipse religiosissimus rex tam impense suffragatur, ad optatum exitum adjuvante Domino, adducatur.

Clausula solita, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fo-

re, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, sanctionibus, nec non dictorum ordinum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 5. Volumus tandem, ut praesentium literarum transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitae vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die sexta aprilis millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 7. aprilis 1827. Anno IV.

CXCV.

Concessio sacrarum reliquiarum Reginae Angelorum et s. Theresiae virginis favore ducissae Lucae cum facultate illas donandi, et cultui exponendi.

Dilectissimae in Christo filiae Mariae Theresiae Sabaudiae Ducissae Lucae.

Leo PP. XII.

Dilectissima in Christo filia, salutem et apostolicam benedictionem.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Pietatis studium ac Dei cultus, quem cum lacte a majoribus, et praesertim ab Augusta tua genitrice combibisti, et quorum documenta aemularis, vestigia persequeris, te omnibus vel maxime commendant. Hinc quum tu quamprimum ab hac alma urbe sis discessura opportunum existimamus aliqua te benevolentiae Nostrae significatione complecti, tibique offerre reliquias Angelorum Reginae, ac Theresiae virginis, quarum nomen refers, alteras ex ejus veste, alteras vero ex ejus ossibus depromptas. Mandavimus idcirco episcopo Porphyriensi sacrarii apostolici praefecto, ut eadem sacra lipsana ex authenticis locis extracta, riteque perspecta reponeret in aurea theca ovalis figurae, florum ramulo utrinque septa, caute decussato, et florea corona in vertice ornata in anteriori parte crystallo munita, arcte occulsa, serico funiculo coloris rubri colligata, Nostroque obsignata sigillo; tibique facultatem facimus, qua et penes te servare, aliis donare, et in qualibet ecclesia, sacello, aut aedicula publice Christianorum venerationi exhibere utique valeas. Neque dubitare profecto possumus, quin tibi celsitudo regia, hoc munus, a Nobis oblatum gratum acceptumque sit, praesertim quum satis jam exploratum sit, ac perspectum peculiari te prosequi obsequio tum Christi matrem, quae « formosa sicut pelles Salomonis, corde humilis, verbis gravis, animique prudens ... non in incerto divitiarum sed in prece pauperis spem posuit » tum sanctam Theresiam electam Christi sponsam, quae et genere, et pietate praeclara, divini amoris incendio conflagrans non modo suam, sed publicam etiam salutem sollicita charitate curavit. Memores tui, tuique conjugis, natique, ac Deum continenter orantes, ut quietam, ac tranquillam vitam agatis in omni pietate, et caritate, preces ad Deum ipsum effundere vos hortamur, ut qui arcano divinae providentiae consilio Nos universo catholico gregi praefecit, idem det Nobis spiritum sapientiae, et intellectus, quo loquamur omnibus verba vitae, omnesque deducamus per semitas justitiae usque ad montem Dei. Hanc autem occasionem alacriter ar-

repti tibi, tuoque viro, ac filio apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die septima aprilis millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 11. aprilis 1827. Anno IV.

CXCVI.

Regulae servandae in electione antistitum sedium vacantium regni Germaniae.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Ad Dominici gregis custodiam pastores praeficere, qui et sacrorum procurationi et ministerio verbi semitis illum regant, justitiae ac salutis, maxima semper assiduaque contentione Romani pontifices adnisi sunt probe gnari id sibi ex muneris sui officio a pastorum principe in primis commendari.

Quae de sedibus hujusmodi Pius papa VII. disposuerit memoratur. §. 2. Hoc proinde consilio pro summo, quo in Ecclesiae bonum flagrabat studio felicis recordationis praedecessor Noster Pius Septimus maximae sibi religioni duxit intentas in eos Orthodoxae fidei cultores sollicitudines convertere, qui serenissimorum principum, statuumque Germaniae regis nempe Witembergiae, magni ducis Badensis electoris Hassiae, magni ducis Hassiae, ducis Nassoviensis, liberae civitatis Francofurtensis, magni ducis Megapolitani, ducum Saxoniae, ducis Oldeburgensis, principis Waldecensis, ac liberarum civitatum Hanseaticarum Lubecensis et Bremensis dominationi subsunt, ac proinde diligentissime iis omnibus perpensis, quae magis ex re esse visa sunt praesides sacrorum iisdem adsignandos curavit. Datis idcirco ad diem septimam kalendas septembris anno millesimo, octingentesimo vigesimo apostolicis literis, quarum initium « *Provida solerque* » archiepiscopalis Friburgensis sedes, ejusque suffraganeae quatuor Rottemburgensis nimirum, Moguntina, Limburgensis, ac Fuldensis constitutae sunt cunctis opportune in id operis sancitis, quae ad antistitum censum, ad canonicorum collegia, ad seminaria, ad paroecias, ad cathedrales aedes erant praefinienda; quin imo Deo juvante qui pater est luminum et auctor totius consolationis in eo jam sumus, ut iis sedibus suos quamprimum pastores praeficiamus.

§. 3. Verum nonnulla adhuc concilianda desiderabantur, quibus in futura tempora de antistitum praesertim electione opportune pro locorum ratione esset consultum, ut integra in id causae persistent apostolicae Sedis jura et omnia, quae idcirco erunt ibidem peragenda communis opinionis testimonio commendentur. Nostras in id curas impense appulimus, id unice in gravissimo hoc et difficili negotio revolventes animo, ut ea omnia adimerentur, quibus adhuc praepediuntur maxima animarum lucra per memoratae bullae dispositiones procurata et optatum exitum tandem nanciscantur, quae in religionis commodum fuerant constituta. Quae disponenda supersint declaratur.

Decretum. §. 4. Omni itaque negotii ratione in examen deducta, iisque susceptis consiliis, qua ex rei natura, ejusque adjunctis universis, occurrerunt, auditis nonnullis ex venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, haec quae sequuntur decernimus ac mandamus.

I. §. 5. Quotiescumque sedes archiepiscopalis vel episcopalis vacaverit illius cathedralis ecclesiae capitulum intra mensem a die vacationis computandum summos respectivi territorii principes certiores fieri curabit de nominibus candidatorum ad clerum dioecesanum spectantium quos dignos, et idoneos juxta sacrorum canonum praescripta judicaverit ad archiepiscopalem, vel episcopalem ecclesiam sancte sapienterque regendam. Si forte vero aliquis ex candidatis ipsis summo territorii principi minus gratus extiterit capitulum e catalogo eum delebit, reliquo tamen manente sufficiente candidatorum numero, ex quo novus antistes eligi valeat. Tunc vero capitulum ad canonicam electionem in archiepiscopum, vel episcopum unius ex candidatis qui supererunt juxta consuetas canonicas formas procedet, ac documentum electionis in forma authentica intra mensem ad summum pontificem perferri curabit. De candidatis nunciandis.

II. §. 6. Confectio processus informativi super qualitatibus promovendorum ad archiepiscopalem, vel episcopales ecclesias a Ro- De confectione processus informativi.

mano pontifice ad formam instructionis piae mem. Urbani pp. VIII. jussu editae uni episcoporum provinciae vel ecclesiastico respective dioecesis viro in dignitate constituto committetur, quo accepto si summus pontifex compererit promovendum iis dotibus instructum, quas sacri canones in episcopo requirunt, eum quanto citius fieri poterit juxta statutas formas per apostolicas literas confirmabit.

De nova electione, si prior defecerit.

III. §. 7. Si vero aut electio minime fuerit canonice peracta, aut promovendus praedictis dotibus instructus non reperiatur ex speciali gratia summus pontifex indulgebit, ut capitulum ad novam electionem ut supra canonica methodo valeat procedere.

De capitulis efformandis.

IV. §. 8. Capitula tam metropolitanum, quam cathedralia pro prima vice eo qui sequitur modo efformabuntur. Postquam archiepiscopus, vel episcopus respective sanctae Sedis auctoritate fuerint instituti, eis a summo pontifice committetur, ut ejusdem summi pontificis nomine ad nominationem decani canonicorum, et vicariorum capituli procedant, iisque dent canonicam institutionem, deinceps vero quotiescumque decanatus, aut canonicatus, vel vicariatus vacaverint archiepiscopus, vel episcopus cum respectivo capitulo alternis vicibus intra sex hebdomadas a die vacationis proponent summo territorii principi quatuor candidatos in sacris ordinibus constitutos, iisque praeditos qualitatibus, quas sacri canones in capitularibus requirunt. Quod si forte aliquis ex ipsis candidatis summo territorii principi minus sit gratus, id quamprimum archiepiscopo, vel episcopo, vel respective capitulo idem summus princeps indicari curabit, ut ab elencho candidatorum deleatur. Tunc vero archiepiscopus et episcopus ad collationem decanatus, canonicatus, aut praebendae, seu vicariae, vel respective capitulum intra quatuor hebdomadas procedet ad nominationem unius ex reliquis candidatis, cui archiepiscopus aut episcopus canonicam dabit institutionem.

De alumnis seminariorum.

V. §. 9. In seminario archiepiscopali, vel episcopali is clericorum numerus ali, atque ad formam decretorum sacri concilii Tridentini institui, ac educari debebit, qui dioecesis amplitudini et necessitati respondeat, quique ab episcopo congruo erit definiendus.

De communicatione habenda cum sancta Sede.

VI. §. 10. Liberum erit cum sancta Sede de negociis ecclesiasticis communicare, atque archiepiscopus in sua dioecesi et provincia ecclesiastica, uti et episcopi in propria quisque dioecesi pleno jure episcopalem jurisdictionem exercebunt, quae juxta canones nunc vigentes et praesentem Ecclesiae disciplinam eisdem competit. Haec porro, quae tenore praesentium apostolicae sanctionis robore communimus districte mandamus, ut antistites, et capitula memoratarum sedium in iis, quae ad ipsos spectant accurate, ac diligenter exequantur et servent. Id vero, et ab serenissimis principibus certa jucundaque spe praestolamur, ut animo quo sunt magno, et excelso, atque ad populorum felicitatem operandam intento animadvertentes, quanam Nostra toto hoc in negotio se se protulerit indulgentia, benevolos se in dies magis praebeant erga catholicos subditos, quos certe et fide et obsequio et obediendi studio sibi quam qui maxime devinctissimos tempore quolibet nanciscentur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 11. Decernentes easdem praesentes literas nullo unquam tempore de subreptionis et obreptionis, aut nullitatis vitio notari, aut impugnari posse, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non obstantibus apostolicis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, ac Nostris et cancellariae apostolicae regulis, praesertim de jure quaesito non tollendo, caeterisque etiam speciali mentione dignis contrariis quibuscumque. Quibus omnibus et singulis illorum tenores pro expressis et ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum dumtaxat specialiter et expresse derogamus.

Fides habenda transumptis.

§. 13. Volumus insuper ut praesentium literarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 14. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae concessionis adprobationis, derogationis, statuti, mandati, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud san-

ctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo septimo, tertio idus aprilis, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 7 maji 1827. Anno IV.

CXCVII.

Unio abbatiae Farfensis erectae in suburbio civitatis Reatinae ordinariae jurisdictioni episcopi Reatini.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium. §. 1. Pro pastorali sollicitudine in commissa Nobis cura omnium ecclesiarum illud quoque prae oculis habere studeamus, quod faciliori animorum Christifidelium, atque utiliori spirituali regimini agnoscimus convenire.

Ratio, et tenor concessionis. §. 2. Quare certiores facti, quod in civitate Nostra Reatina extat suburbium cum parochiali ecclesia ordinariae jurisdictioni abbatis commendatarii pro tempore monasterii Farfensis nullius dioecesis huc usque subjectum, quodque alias actum fuerat de ipso Reatinae sedi subjiciendo ad nonnulla convellenda incommoda, quae ex alterius jurisdictionis exercitio in cadem episcopali civitate solent dimanare, cumque ulterius Nobis certo innotuerit utilius rem sacram ibidem procuratum iri, atque animarum necessitatibus salubrius consultum fore, si a Reatino episcopo regimen etiam dicti suburbii teneatur, idcirco vacantibus in praesens tam episcopali sede Reatina, quam Farfensi abbatia ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, quorumcumque interesse habentium consensus defícentiam supplentes, antedictum suburbium cum suis parochiali ecclesia, beneficiis, cappellaniis, clero, et populo a Farfensi dioecesi sejungimus, illudque omnimodae ordinariae jurisdictioni et auctoritati pro tempore existentis episcopi Reatini perpetuo tribuimus, unimus, atque subjicimus, ea tamen lege, ut annis singulis in pervigilio Assumptionis beatae Mariae virginis libras viginti cerae albae tradat abbati commendatario pro tempore Farfensi, quasi perenne pristinae subjectionis testimonium. Jubemus insimul, ut omnia, et singula documenta paroeciam dicti suburbii respicientia ab abbatiali Farfensi cancellaria extrahantur, atque opportuna forma tradantur cancellariae episcopali Reatinae in qua erunt perpetuo asservanda.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 3. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio notari, impugnari aut in controversiam vocari posse, sed semper validas, et efficaces existere et fore, atque ab omnibus inviolabiliter observari debere decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, aliisque etiam speciali et individua mentione dignis contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo septimo, nonis maji, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 13 maji 1827. Anno IV.

CXCVIII.

Extensio jurium, et privilegiorum a summis pontificibus concessorum regi Portugalliae et Algarbiorum uti magno magistro militaris ordinis Jesu Christi favore imperatoris Brasiliensis, ejusque pro tempore successorum.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium. §. 1. Praeclara Portugalliae, Algarbiorumque regum, et militum militiae ordinis Jesu Christi facinora, eorumque singularia in Christianam religionem promerita Romanos pontifices praedecessores Nostros, quorum semper in more positum, et instituto fuit, catholicos principes, quos in conterendis religiosis hostibus, et divino cultu augendo studiosos videbant, honoribus, et privilegiis fovere impulerunt ut tam praefatos reges, quam dicti ordinis milites mira liberalitate prosequerentur.

Memorantur praeclara opera a regibus Portugallensibus gesta cum emolumento christianae religionis. §. 2. Sane tempore Dionysii Portugalliae et Algarbiorum regis anno scilicet millesimo tercentesimo decimo nono cum foeda Saracenorum natio christiano nomini inimica, hac

illac discurrens innumera mala Christifidelibus inferret, agros eorum vastaret, civitates, et oppida incenderet, castra multa teneret, captivos abduceret, ex ipsius Dionysii, ejusque successorum regum, et militum dictae militiae studio religionis ac virtute factum est, ut caesis, fusisque eorum exercitibus abire ipsi e christianorum locis, quae occupaverant, et intra fines suos se recipere coacti fuerint, atque ita pax et securitas Christifidelibus fuerit restituta. Haec, quae principio a dictis regibus, et militibus tanto cum emolumento christianae religionis gesta fuerunt, praeclariora, ac utiliora deinceps consecuta sunt. Nam Joannis in Africam cum exercitu ejusdem militiae ordinis Jesu Christi trajiciens anno millesimo quadringentesimo decimo sexto septam civitatem, et multa alia loca e Saracenorum manibus eripuit, deinde Henricus Portugalliae infans vestigiis inhaerens patris sui Joannis, et ab ineunte aetate zelo incensus salutis animarum, fideique propagandae Saracenos ipsos multis praeliis vicit, debellavitque, eosque intra proprios fines persequutus a suis locis sedibusque dejecit, ac pene exterminavit, sacrilegia eorum fanis ac delubris solo aequatis, templa vero Deo excitavit, fidemque Catholicam in eorum regiones inducendam curavit. Neque hic finem fecit rerum pro religione gestarum, sed ad majora exardescens, quod antea nemo hominum ausus fuerat, ad Oceani maris meridionales, et occidentales plagas navigare ipse primum aggressus est, in qua navigatione multis annis versatus, nullis nec fractus laboribus, nec territus periculis, oras, portus, insulas quamplures perlustravit, populos infideles subegit, qui subinde sacra mysteria cura ejus edocti, et salutari abluti lavacro Catholicam religionem professi sunt. Postremo pari virtute, et felicitate usus ad Guineam contendens, eamdem totam a capite de Bojador ad caput usque da Nave Portugalliae dominationi subegit, magno sane cum religionis christianae incremento, quae apud illam gentem ipsius studio, et zelo disseminata fuit, ita ut multi numero Guinei idolis relictis, aut foeda Mahumeti superstitione ejurata Christo nomen dederint.

Gratiae, et privilegia ipsis regibus a sancta Sede tributa.

§. 3. Quae omnia probe attendentes Romani pontifices eorum temporum, perpendentesque munus esse apostolatus sui in curam Catholicae veritatis dilatandae potissimum incumbere catholicis regibus, qui vel in conterendis fidei hostibus, vel in christianis ab infidelium captivitate vindicandis, aut infidelibus ipsis ad evangelii veritatem adducendis operam, opesque suas impendebant, viam a se muniendam et congrua auxilia, quibus tam utile ac Deo acceptum opus prosequi possent addenda duxerunt; piisque tam dictorum Joannis et Henrici, quam subsequentium Portugalliae regum, qui eos imitati pari virtute, et studio bene de religione merebantur coeptis et conatibus unoi ope gratiisque singularibus adfuerunt. Illos itaque quantum in ipsis fuit, temporalibus primum communiri praesidiis eorumque vires, quas tantis sumptibus, tantisque bellis cum hostibus christianae religionis infensissimis, et potentissimis gerendis impares intelligebant, nunc bonis ordinis Templariorum apostolica auctoritate suppressi addictis, nunc aliis ecclesiasticis redditibus concessis, apostolicis literis in id editis augere studuerunt. Deinde tam dictos reges, quam ordinem praefatae militiae militum Jesu Christi mira spiritualium gratiarum liberalitate prosequuti fuerunt. Qua in re etsi illorum studio amplificandae religionis, laboribusque pro ea exantlatis debitos honores et praemia deferre voluerunt, illud tamen maxime prae oculis habuerunt, ut fidei christianae, quae per ipsos in regionibus infidelium, quos bello devicerant, disseminabatur incremento, et firmitati consulerent. Ad utrumque enim magni referre intellexerunt, ut qui tantum tamque Deo acceptum opus urgebant, multis, atque insignibus ornarentur privilegiis. Hinc Romani pontifices praedecessores Nostri Callixtus tertius, Nicolaus quintus, et Sixtus quartus nullum pene gratiarum spiritualium genus praetermiserunt, quod dictis regibus, et ordini praefato militiae militum Jesu Christi liberaliter non indulserint, quae posteris temporibus ab Alexandro quinto, et Leone decimo non modo confirmata fuerunt, sed ad novas etiam detectas, ac subactas regiones productae, ac facultates, quibus jure ordinario episcopi in suis pollent dioecesibus, prioribus dicti ordinis in subditos ipsis populos sunt attributae.

Idem ut supra.

§. 4. Facta deinde in oppido Thomar vicariatus institutione, ipsoque ejus vicario priore majore dictae militiae renuntiato, tota, quae

antea concessa fuerat potestas per literas apostolicas Leonis decimi incipientes « *Dum fidei constantiam* » ad eumdem vicarium translata fuit, qui eam exinde eodem in oppido Thomar nullius dioecesis charactere episcopali ab apostolica Seda insignitus totam obtinuit atque exercuit.

Ita pariter ut supra.

§. 5. Verum haec spiritualis, et ordinaria potestas non diu in vicario oppidi Thomar mansit. Namque idem Leo decimus Emmanuelis regis supplicationibus annuens eodem anno, quo superiores literas alias apostolicas dedit incipientes « *Pro excellenti* » Quibus vicaria oppidi Thomar perpetuo suppressa civitatem Funchallam in insula Madera in mari Oceano sitam, at a Lusitania versus meridiem milliariis circiter quingentis distantem in episcopatum erexit, facta regi pro tempore Portugalliae facultate praesentandi Romano pontifici personam idoneam in episcopum ejusdem civitatis deputandam; ad dignitates vero, canonicatus, et praebendas magistro pro tempore existenti militiae ordinis Jesu Christi. In eumdem autem episcopum potestatem omnem ordinariam transferri voluit, « super locis quibuscumque et ubicumque vicario de Thomar subjectis, et quae de jure aut privilegio, et indulto apostolico subjici debeant ».

Idem ut supra.

§. 6. Hujus episcopatus arectioni aliis postea accedentibus, ut Angrensis, Capitis Viridis, Malagensis, Coccinensis, quas Romani pontifices supplicationibus eorumdem Portugalliae regum permoti saxerunt, sensim episcopi Funchallensis jurisdictio fuit imminuta; eoque tandem deventum est, ut aucto episcopatuum numero, et in totidem dioeceses illo locorum, et insularum spatio, quod Funchallensi episcopo subjectum erat, distributo, ordinaria hujus episcopi jurisdictio quam illie necessitate temporum suadente obtinuerat; cesserit omnino, atque intra limites suae dioecesis fuerit conclusa.

Tenor precum novissime porrectarum ab imperatore Brasiliensi.

§. 7. Haec omnia prae oculis habentes, revolventesque animo quantam curam, quantumque studium Romani pontifices praedecessores Nostri posuerint, ut reges, et principes optime de religione meritos condignis favoribus et privilegiis prosequerentur. Nos eorum vestigiis, et exemplis inhaerentes parem animi sollicitudinem, ac propensionem gerentes [in] reges, et principes pietate, et studio [fidei] ferventes, ad supplicationes Nobis a carissimo in Christo filio Nostro Petro primo in regione Brasiliensi imperatore factas valde inclinati sumus. Exponi siquidem nuper Nobis fecit per dilectum filium Franciscum Correa Vidigal suum apud Nos, et Sedem apostolicam ministrum plenipotentiarium saeculo decimoquarto inclinante insulas, quae in Atlantico mari sunt, per Portugallorum classem detectas infanti regis Portugalliae Henrico, qui totius militiae ordinis Jesu Christi magisterium obtinebat, donatas fuisse super eisdem insulis amplissima eumdem ordinem, sive ejusdem magistrum jurisdictione usum fuisse vi literarum apostolicarum ab Eugenio quarto anno millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo, quarum initium « *Et si suscepti cura* » a Nicolao quinto millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto « *Romanus pontifex* » a Callisto tertio « *Inter caetera* » anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, editarum. Hanc vero jurisdictionem, quae viris ecclesiasticis ad formam apostolicarum earumdem literarum ab ordine sive ejus magistro demandabatur, una cum pluribus aliis privilegiis a Leone decimo per literas apostolicas incipientes « *Praecelsae devotionis* » anno millesimo quingentesimo decimo quarto ad regionem Brasiliensem postea detectam, et ad alias terras in posterum detegendas productam fuisse. Consequenti deinde tempore, idest anno millesimo quingentesimo quinquagesimo primo evenisse, ut Julius tertius supplicationibus annuens Joannis tertii Portugalliae regis apostolicas literas ediderit, incipientes « *Praeclarum carissimi* » per quas tres ordines militares in Portugalliae regno existentes, idest ordo s. Jacobi a Spatha, sancti Benedicti ab Avis, et Jesu Christi in unum perpetuo coaluerint, qui dicitur ordo Jesu Christi, idemque rex, ejusque successores magni ejusdem ordinis magistri, et administratores in praedictis literis apostolicis renuntiati ab eo tempore ad hanc usque aetatem illius magisteriorum, obtinuerint semper, et libere exercuerint. Pergit idem minister plenipotentiarius, dicens ex nuperis pactis conventis ad procurandam utriusque gentis Portugallorum scilicet et Brasiliensium felicitatem utrumque regnum, quod uni parebat regi, alterum ab altero fuisse divisum, ita ut suus Portugalliae sit rex, suusque sit Brasiliae princeps, qui etiam imperatoris titulo gau-

deat, ac praerogativa; sua pariter utrumque regnum distincta babeat jura, atque privilegia; euque fieri jam sine magno incommodo, aut difficultate non posse, ut rex Portugalliae jura, et privilegia, quae tamquam magnus ordinis Jesu Christi magister obtinuit in regione Brasiliensi, atque exercuit hactenus, obtineat in posterum, ac exerceat, proinde imperatoris sui nomine apostolicas a Nobis literas suppliciter petiit quarum vi majestas sua Petrus primus tamquam militia ordinis Jesu Christi magister omnibus potiri juribus, et privilegiis in Brasiliensibus regionibus possit, ac valeat, quae ad Portugalliae reges ex superius laudatis literis apostolicis ut praedictorum ordinum sancti Jacobi a Spatha, sancti Benedicti ab Avis, et Jesu Christi magnos magistros pertinebant, ipseque imperator in universo Brasiliensi imperio magnum magisterium obtineat, et dictorum ordinum magister sit, ac insuper qui in imperio eum excepturus erit, quique excepturi erunt in posterum, ii quoque ejusdem ordinis Jesu Christi magisterii praerogativas, ut jura semper sint habituri, salvis tamen nonnullis juribus, privilegiisque omnibus, quae Romani pontifices praedecessores Nostri Portugalliae, et Algarbiorum regibus tanquam ordinis dictae militiae magistris concesserunt, intra fines earum regionum exercendis, quae iisdem regibus subditae sunt.

Concessionis tenor.

§. 8. Nos igitur attendentes quanto dictus imperator majorum suorum sequens exempla flagret studio non solum conservandae religionis, sed etiam propagandae, utpote qui idolatras, et gentiles qui adhuc magno numero in ea regione reliqui sunt ad Catholicam fidem omni ope adducendos curet; plurimumque confisi fore ut in eo consilio, eademque erga hanc apostolicam Sedem sit devotione perseveraturus, supplicationes ipsius peculiari quadam benevolentia amplectentes, praesentibus perpetuo valituris literis, Petrum primum, et pro tempore existentem Brasiliensis regionis imperatorem magnum praedictorum ordinum simul unitorum, seu militiae ordinis Jesu Christi magistrum declaramus, ita ut tam ipse Petrus, quam qui in posterum Brasiliense imperium obtinebunt, tamquam magistri et perpetui ejusdem ordinis administratores eadem omnino privilegia, juraque babeant, quae in ea regione reges Portugalliae tamquam dicti ordinis magistri auctoritate praedecessorum Nostrorum obtinebant, eaque exercere libere possint, et valeant super ecclesiis, et beneficiis ad praedictum ordinem pertinentibus, super quibus praefati reges illa exercere legitime poterant.

Reservatio juris nominandi ad episcopatus, et ad caetera beneficia, et praeceptorias

§. 9. Quapropter et jus praesentandi, et nominandi ad episcopatus, et ad caetera beneficia, et praeceptores ad praeceptorias deputandi et commendatores ad commendas, et moderatores ad conventus, et congregationes ordinis dirigendos, ministros etiam ad rectam redditnum procurationem, atque erogationem, haec aliaque, quae magno militiae ordinis Jesu Christi magistro reliqua fuerunt post editas a Leone decimo bullas incipientes « *Dum fidei constantiam* » et « *Pro excellenti* » quaeque post bullam unionis per quam tres ordines in unum coaluerunt a Julio tertio latam incipientem « *Praeclara carissimi* » in reges Portugalliae transierunt, si quae aut aliquando horum jurium, aut privilegiorum ab ipsis regibus in dicta Brasiliensi regione exercita fuere, eadem omnia spectare ad imperatorem Petrum primum, ejusque in imperio successores, ab iisdemque exerceri, tamquam magnis ordinis Jesu Christi magistris et perpetuis administratoribus posse declaramus.

Declaratio specialis.

§. 10. Quia vero fieri potest, ut aliqua beneficia, aut ecclesiae in regno Portugalliae existentes, et ad ordinem Jesu Christi pertinentes ex redditibus dotatae sint, aut fundis in imperio Brasiliensi existentibus, ne quid praejudicii eisdem per praesentes literas Nostras inferatur volumus, et sancimus; ut justis compensationibus ex fundis, aut redditibus in Portugalliae regno existentibus Brasiliae imperator earumdem ecclesiarum, ac beneficiorum indemnitati consulat.

De servandis praescriptionibus a sacra Tridentina synodo statutis super collatione dignitatum, et beneficiorum

§. 11. Et quoniam ad Ecclesiae bonum maxime interest, ut dignitates, et beneficia, illa praecipue, quae cum animarum cura conjunguntur nonnisi personis conferantur pietate, doctrina, et zelo animarum pollentibus, hinc eidem imperatori, in cujus caeteroquin religione ac pietate plane confidimus, ipsiusque in imperio successoribus supradicta jura ita concedimus, ut in praedictorum jurium exercitio, maxime vero cura de episcoporum, aut parochorum nominatione, seu praesentatione agetur sacratissimas Ecclesiae ordinationes, eas praecipue quae a sacro Tridentino conci-

lio sessione vigesima quarta praescripta sunt prae oculis habeant, cum aisdem per praesentes nullo modo derogatum intelligamus, quas immo omnino sartas tectasque servari jubemus.

Clausula sublata et decretum irritans. §. 12. Praesentes autem literas, ac in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet interesse habentes, vel habere praetendentes vocati, et auditi non fuerint et praemissis non consenserint, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio etiam substantiali defectu notari, impugnari, aut in controversiam vocari posse, sed eas perpetuo validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros affectus sortiri, et obtinere, atque ita ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 13. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, aliisque Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, aut specialibus vel generalibus editis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 14. Volumus praeterea ut harum literarum Nostrarum transumptis etiam impressis manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis. §. 15. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum concessionis, declarationis, indulti, facultatis, mandati, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo septimo, idibus maji, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXIX.

Dat. die 15. maji 1827. Anno IV.

Approbatio erectionis factae in urbe Rhegio nuncupata congregationis presbyterorum saecularium sancti Philippi Nerii, cum concessione privilegiorum, et gratiarum, quibus utitur eadem congregatio in urbe.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium. §. 1. Religiosam vitam, et cum Christo absconditam profitentes, qui tamquam in monte cum Moyse seorsum a caeteris, invisibiles hostes piis precationibus ac votis expugnare conantur, ac pro diversa instituti ratione proximorum salutem operibus quoque procurant apostolico jure haec Sedes impenso ac sollicito studio tuetur, eosque beneficiis complectitur atque obstringit.

Expositio precum. §. 2. Quum igitur quemadmodum accepimus in urbe Rhegio presbyterorum saecularium sancti Philippi Nerii congregatio quadraginta ab hinc annis rite fuerit erecta et instituta, quumque ex luculentis testibus perspectum sit Nobis, eam non parum commodi illius civitatis ac dioecesis christiano gregi afferre, hodiernus autem ejus praepositus, caeterique alumni suppliciter a Nobis petierint, ut eamdem congregationem auctoritate Nostra confirmare velimus, eamque privilegiis et indultis ornare, quibus Romana fruitur congregatio, haud gravate inducimur eorum ut precibus annuamus. Neque dubitare profecto possumus, quin ipsi apostolicae indulgentiae incitamento admoto, parentis et conditoris sui vestigiis propius insistentes, ejusque exempla vehementius imitantes iis omnibus linguam occludant, qui calumniis singulos quosque alicui instituto devinctos appetere non dubitant, eosque traducere tamquam homines societati inutiles, atque etiam obnoxios. Antequam vero hoc diploma Nostrum ederemus, non abs re duximus ab hujus Nostrae urbis congregationis praeposito suffragium petere, qui non solum sentiit, ut hisce votis obsecundemus, verum etiam ut in privilegiorum communicatione, ne excipiatur quidem plenaria indulgentia perpetuis temporibus concessa a felicis recordationis Benedicto XIII. praedecessore Nostro ecclesiae sanctae Mariae hic in urbe ad Aedem Novam, ubi mortales sancti Philippi Nerii exuviae tam religiose coluntur, uti nonnulli Romani pontifices in eorum apostolicis literis ad alias congregationes datis excipiendam censuerunt. Id enim jure merito fieri posse videtur, tum quod in confirmandis hujusmodi congregationibus, eisque tribuendis Romanae congregationis privilegiis praecipi-

tur, ut leges et instituta ejusdem Romanae congregationis adamussim serventur, tum quod valde conferret, et magis magisque erga sanctum Philippum Nerium honoris cultus augeatur proferatur.

Tenor concessionis.

§. 3. Itaque omnes et singulos congregationis civitatis Rhegiensis alumnos peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, iisdem verbis usi, quibus commemorato Benedictus XIV. in suis apostolicis litteris ad Malacitanam congregationem datis usus est « erectionem et institutionem praedictas quatenus illae canonice factae fuerint, apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo approbamus et confirmamus, illisque perpetuae et inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et nihilominus in eadem civitate unam praedictorum presbyterorum et clericorum saecularium in illam pro tempore recipi volentium congregationem ad instar congregationis Oratorii hujusmodi in ecclesia sanctae Mariae ad Aedem Novam, seu ss. Mariae et Gregorii in Vallicella de urbe dudum apostolica auctoritate erectae, dummodo tamen presbyteri et clerici hujusmodi ordinationes et instituta domus congregationis Oratorii alias a felicis recordationis Paulo pp. V. praedecessore Nostro confirmata receperint, et illa pro viribus observare intendant auctoritate et tenore similibus etiam perpetuo erigimus et instituimus. Ac nunc et pro tempore existentibus praeposito, presbyteris, et aliis ejusdem congregationis sic de novo erectae, qui ab ordinario approbati fuerint, ut confessiones quorumcumque ad eos accedentium quocumque anni tempore audire, ac illis poenitentia debita pro modo culpae injuncta, ac aliis injungendis, absolutionem impendere salutarem possint et valeant.

Exemptio sacerdotum in congregatione receptorum a jurisdictione parochorum.

§. 4. Sacerdotes vero in eadem congregatione recepti parochorum jurisdictioni minime subjaceant, et sibi ipsis ad invicem quaecumque sacramenta ecclesiastica quovis, etiam paschatis resurrectionis Dominicae, tempore, vice et loco parochi ministrare; superiores autem congregationis per praesentes erectae per se, vel alium, seu alios, ex ipsis jam approbatis, suos subditos a censuris (non tamen in casibus Sedi apostolicae reservatis, neque in literis in coena Domini legi solitis contentis) absolvere, illisque debitam poenitentiam similiter injungere, fideque superiores receptos inobedientes, et ipsius congregationis constitutionem transgressores punire, et poenitentia, pro modo culpae, eorum arbitrio, servata tamen forma ordinationum, et institutionum hujusmodi afficere, ac, si sibi videbitur cum consensu majoris partis dictae congregationis, culpabiles ejicere, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii saecularis, libere et licite similiter possint et valeant, auctoritate et tenore praedictis, concedimus, et indulgemus ».

Indulgentiae congregationi concessae.

§. 5. Ac demum quod congregatio per praesentes erecta sit, et perpetuo remaneat subjecta omnimodae jurisdictioni episcopi Rhegiensis pro tempore existentis, qui tamen ordinationes et instituta praedicta nullo modo mutare et alterare possit, similiter perpetuo statuimus et ordinamus. Ac insuper ut ecclesia congregationis sic erectae in majori veneratione habeatur, et ab ipsis Christifidelibus congruis frequentetur honoribus, aliique presbyteri ad congregationem per praesentes erectam ingrediendam magis incitentur, omnibus et singulis presbyteris, qui eamdem congregationem de caetero ingredientur, die primo eorum ingressus si vere poenitentes et confessi sanctissimum Eucharistiae sacramentum sumpserint, plenariam: ac ipsis nunc et pro tempore existentibus presbyteris, ac aliis convivantibus ejusdem congregationis in eorum mortis articulo nomen Jesu corde, ore si nequiverint, invocantibus, etiam plenariam; nec non tam illis, quam aliis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, ac sacra communione refectis, qui ejusdem congregationis per praesentes erectae ecclesiam die festo sancti Philippi Nerii a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro Christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem etiam perpetuo concedimus, et elargimur; nec non

tam presbyteris et aliis ejusdem congregationis, quoties pro exhortationibus habendis convenerint, quam aliis utriusque sexus Christifidelibus iisdem exhortationibus adstantibus, decem annos; et qui ecclesiam dictae congregationis in quatuor aliis anni festis diebus, per dictos presbyteros semel tamen eligendos, et ab ordinario approbandos a primis vesperis usque ad occasum solis festorum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et, ut praefertur, oraverint, septem annos et totidem quadragenas; dictis vero presbyteris, et aliis dictae congregationis, quoties divinis officiis in sua ecclesia, vel oratorio, more dictae congregationis celebrant, aut congregationibus publicis, vel privatis, et secretis pro quocumque opere pio exercendo interfuerint, vel sanctissimum Eucharistiae sacramentum sumpserint, aut conscientiam suam, antequam cubitum eant, examinaverint, seu flagellis ad carnem castigandam se afflixerint, vel quinquies orationem Dominicam, et toties salutationem Angelicam tam pro animabus presbyterorum, et aliorum dictae congregationis, quam aliorum in Christi charitate defunctorum recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, aut quodcumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet praedictorum operum sexaginta dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus.

Communicatio aliorum privilegiorum, gratiarum exemptionum et indultorum concessorum congregationi de urbe.

§. 6. Beneficia demum cumulare cupientes commemoratae congregationi Oratorii sancti Philippi Nerii in urbe Rhegii, illiusque ecclesiae, ac presbyteris saecularibus, et personis nunc et pro tempore existentibus, ut omnibus et singulis privilegiis, favoribus, gratiis ac indulgentiis, exemptionibus, regulis et indultis congregationi Romanae, de qua habita est mentio, ejusque ecclesiae, presbyteris, et personis per felicis recordationis Paulum V., Gregorium XV., et Urbanum VIII. Romanos pontifices praedecessores Nostros, qui illius regulas et instituta approbarunt, aliosque forsan Petri successores quomodolibet concessis, etiam specifica, et individua mentione, et expressione dignis, et quibus eadem congregatio Romana, ejusque ecclesia, presbyteri et personae ex eorumdem pontificum concessione de praesenti utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri et gaudere possunt, ne excepta quidem indulgentia perpetua a Benedicto XIII. itidem praedecessore Nostro praedictae ecclesiae ss. Mariae et Gregorii in Vallicella sub certis modo et forma tunc expressis concessa, pari modo uti, frui, et gaudere libere et licite possint, et valeant in omnibus et per omnia, perinde ac si privilegia, favores, gratiae, indulgentiae, exemptiones, regulae, indulta hujusmodi ipsi congregationi civitatis Rhegii ejusque ecclesiae, presbyteris, et personis specialiter concessa reperirentur, et dummodo ut antea dictum est, ipsius congregationis presbyteri, et personae nunc et pro tempore existentes regulas et instituta pro congregatione Romana, ut praefertur approbata, observent, apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab iis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de non concedendis gratiis et indulgentiis ad instar, aliisque apostolicis, ac in provincialibus, et synodalibus conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus, statutis, legibus, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut praesentium literarum transumptis etiam impressis et manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud ubique adhibeatur, quae

iisdem ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostentae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta maji millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 15. maji 1827. Anno IV.

CC.

Confirmatio erectionis congregationis presbyterorum saecularium Oratorii sancti Philippi Nerii factae in oppido Acireale dioecesis Cataniensis, cum participatione privilegiorum, et gratiarum concessarum eidem congregationi de urbe.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Sacrarum familiarum alumnos lectissimos Christi milites, filios sanctorum, et patriarcharum sobolem, qui vel diurnis, nocturnisque precibus, vel divini verbi praeconio, vel sacramentorum administratione operam viresque suas in Ecclesiae bonum conferunt, apostolico jure haec Sedes impenso ac sollicito studio tuetur, eosque beneficiis complectitur atque obstringit.

Expositio precum. §. 2. Quum igitur, quemadmodum accepimus in oppido « Acireale » Cataniensis dioecesis congregatio presbyterorum saecularium Oratorii sancti Philippi Nerii jam usque ab anno millesimo septingentesimo quinquagesimo sexto, rite fuerit erecta et instituta, quumque hodiernus ejus praepositus apprime noscat quam opportunum fore, tum spiritnali, tam civili ejusdem congregationis commodo, si apostolica Nostra auctoritate confirmaretur, aut aliae congregationes Romae, Limae, ac Malachae, iisdemque augeretur privilegiis, quibus illae donatae, enixis precibus a Nobis petitum est, ut utraque in re eidem ipsi ex benignitate Nostra favere velimus. Quibus quidem precibus annuere non gravamur in eam spem erecti, fore ut illius alumni parentis et conditoris sui vestigiis propius insistentes, ejusque exempla vehementius imitantes iis omnibus linguam occludant, qui calumniis singulos quosque alicui instituto devinctos appetere non dubitant, eosque traducere tamquam homines societati inutiles atque etiam obnoxios. Antequam vero hoc diploma Nostrum ederemus, non abs re duximus ab hujus Nostrae urbis congregationis praeposito suffragium petere, qui non solum sentiit, ut hisce votis obsecundemus, verum etiam ut in privilegiorum communicatione ne excipiatur quidem plenaria indulgentia perpetuis temporibus concessa a felicis recordationis Benedicto XIII. praedecessore Nostro ecclesiae sanctae Mariae hic in urbe ad Aedem Novam, ubi mortales sancti Philippi Nerii exuviae tam religiose coluntur, uti rec. mem. Clemens XII., ac Benedictus XIV. Romani pontifices in eorum apostolicis literis ad congregationes Limae, et Malachae datis excipiendam censuerunt. Id enim jure merito fieri posse videtur tum quod in confirmandis hujusmodi congregationibus, eisque tribuendis Romanae congregationis privilegiis praecipitur, ut leges et instituta ejusdem Romanae congregationis adamussim serventur, tum quod non parum conferret, ut magis magisque erga sanctum Philippum Nerium honoris cultus augeatur proferatur.

§. 3. Itaque omnes et singulos congregationis oppidi « Acireale » alumnos peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, iisdem verbis usi, quibus commemoratus Benedictus XIV. in suis apostolicis literis ad Malacitanam congregationem datis usus est « erectionem, et institutionem praedictas, quatenus illae canonice factae fuerint, apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo approbamus et confirmamus, illisque perpetuae et inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et nihilominus in eodem oppido unam praedictorum presbyterorum et clericorum saecularium in illam pro tempore recipi volentium congregationem ad instar congregationis Oratorii hujusmodi in ecclesia sanctae Mariae ad Aedem Novam; seu ss. Mariae et Gregorii in Vallicella de urbe dudum apostolica auctoritate erectae, dummodo tamen presbyteri et clerici hujusmodi ordinationes et instituta domus congregationis Ora- Tenor concessionis.

torii alias a felicis recordationis Paulo pp. V. praedecessore Nostro confirmata receperint, et illa pro viribus observare intendant, auctoritate et tenore similibus etiam perpetuo erigimus et instituimus. Ac nunc et pro tempore existentibus praeposito, presbyteris, et aliis ejusdem congregationis sic de novo erectae, qui ab ordinario approbati fuerint, ut confessiones quorumcumque ad eos accedentium quocumque anni tempore audire, ac illis poenitentia debita pro modo culpae injuncta, ac aliis iojungendis injunctis, absolutionem impendere salutarem possint et valeant.

Exemptio sacerdotum in congregatione receptorum a jurisdictione parochorum.

§. 4. Sacerdotes vero in eadem congregatione recepti parochorum jurisdictioni minime subjaceant, et sibi ipsis ad invicem quaecumque sacramenta ecclesiastica quovis, etiam paschatis resurrectionis Dominicae, tempore, vice et loco parochi ministrare; superiores autem congregationis per praesentes erectae per se, vel alium, seu alios, ex ipsis jam approbatis, suos subditos a censuris (non tamen in casibus Sedi apostolicae reservatis, neque in literis in coena Domini legi solitis contentis) absolvere, illisque debitam poenitentiam similiter injungere, iidemque superiores receptos inobedientes, et ipsius congregationis constitutionum transgressores punire, et poenitentia pro modo culpae, eorum arbitrio, servata tamen forma ordinationum et institutionum hujusmodi afficere, et, si sibi videbitur, cum consensu majoris partis dictae congregationis, culpabiles ejicere, invocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachii saecularis libere et licite similiter possint et valeant, auctoritate et tenore praedictis concedimus, et indulgemus.

Subjectio congregationis jurisdictioni episcopi Cataniensis.

§. 5. Ac demum quod congregatio per praesentes erecta sit, et perpetuo remaneat subjecta omnimodae jurisdictioni episcopi Cataniensis pro tempore existentis, qui tamen ordinationes, et instituta praedicta nullo modo mutare et alterare possit, similiter perpetuo statuimus et ordinamus.

Concessio indulgentiarum.

§. 6. Ac insuper, ut ecclesia congregationis sic erectae in majori veneratione habeatur, et ab ipsis Christifidelibus congruis frequentetur honoribus, aliique presbyteri ad congregationem per praesentes erectam ingrediendam magis incitentur, omnibus et singulis presbyteris, qui eamdem congregationem de caetero ingredientur, die primo eorum ingressus, si vere poenitentes et confessi sanctissimum Eucharistiae sacramentum sumpserint, plenariam. Ac ipsis nunc et pro tempore existentibus presbyteris, ac aliis convivientibus ejusdem congregationis in eorum mortis articulo nomen Jesu corde, ore si nequiverint, invocantibus, etiam plenariam; nec non tam illis, quam aliis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, ac sacra communione refectis, qui ejusdem congregationis per praesentes erectae ecclesiam die festo sancti Philippi Neri a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro Christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem etiam perpetuo concedimus et elargimur; nec non tam presbyteris et aliis ejusdem congregationis, quoties pro exhortationibus habendis convenerint, quam aliis utriusque sexus Christifidelibus iisdem exhortationibus adstantibus, decem annos; et qui ecclesiam dictae congregationis in quatuor aliis anni festis diebus, per dictos presbyteros semel tamen eligendos, et ab ordinario approbandos, a primis vesperis usque ad occasum solis festorum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ut praefertur, oraverint septem annos et totidem quadragenas; dictis vero presbyteris, et aliis dictae congregationis quoties divinis officiis in sua ecclesia, vel oratorio more dictae congregationis celebrandis, aut congregationibus publicis, vel privatis, et secretis pro quocumque opere pio exercendo interfuerint, vel sanctissimum Eucharistiae sacramentum sumpserint, aut conscientiam suam, antequam cubitum eant, examinaverint, seu flagellis ad carnem castigandam se afflixerint, vel quinquies orationem Dominicam, et toties salutationem Angelicam tam pro animabus presbyterorum, et aliorum dictae congregationis, quam aliorum in Christi charitate defunctorum recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, aut quodcumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet praedictorum operum sexaginta dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus.

Participatio aliorum privilegiorum, et gratiarum ecclesiarum congregatio ni de urbe.

§. 6. Beneficia demum cumulare cupientes commemoratae congregationi Oratorii sancti Philippi Nerii oppidi « Acireale » illiusque ecclesiae, ac presbyteris saecularibus, et personis nunc et pro tempore existentibus, ut omnibus et singulis privilegiis, favoribus, gratiis ac indulgentiis, exemptionibus, regulis, et indultis congregationi Romanae, de qua habita est mentio, ejusque ecclesiae, presbyteris, et personis per felicis recordationis Paulum V., Gregorium XV., et Urbanum VIII. Romanos pontifices praedecessores Nostros, qui illius regulas et instituta approbarunt, aliosque forsan Petri successores quomodolibet concessis, etiam specifica, et individua mentione, et expressione dignis, et quibus eadem congregatio Romana ejusque ecclesia, presbyteri, et personae ex eorumdem pontificum concessione de praesent utuntur, fruuntur, potiuntur et gaudent, ac uti, frui, potiri et gaudere possunt, ne excepta quidem indulgentia perpetua a Benedicto XIII. itidem praedecessore Nostro praedictae ecclesiae ss. Mariae et Gregorii in Vallicella sub certis modo et forma tunc expressis concessa, pari modo uti, frui, et gaudere libere et licite possint, et valeant in omnibus et per omnia, perinde ac si privilegia, favores, gratiae, indulgentiae, exemptiones, regulae, indulta hujusmodi ipsi congregationi oppidi « Acireale » ejusque ecclesiae, presbyteris, et personis specialiter concessa reperirentur, et dummodo, ut antea dictum est, ipsius congregationis presbyteri et personae nunc et pro tempore existentes regulas et instituta pro congregatione Romana ut praefertur approbata, observent, apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de non concedendis gratiis et indulgentiis ad instar, aliisque apostolicis ac in provincialibus, et synodalibus conciliis editis, constitutionibus, et ordinationibus, statutis, legibus, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut praesentium literarum transumptis etiam impressis et manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud ubique adhibeatur, quae iisdem ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta maji millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCI.

Dat. die 21. maji 1827. Anno IV.

Allocutio habita in consistorio secreto diei vigesimae primae maji millesimo octingentesimo vigesimo septimo super fundatione sedium Friburgensis, Moguntinae, Rottemburgensis, Limburgensis, et Fuldensis.

Venerabiles fratres.

Quod a Pio VII. felicis recordationis praedecessore Nostro pro sacris Ecclesiae rebus in Germania ordinandis sapienter inchoatum, et studiose promotum fuerat, id omne remotis, quae interjacebant difficultatibus ad exitum, Deo juvante perductum esse, vobis, venerabiles fratres, annunciamus. Quas enim sedes, archiepiscopalem nimirum Friburgensem, ejusque suffraganeas, Moguntinam, Rottemburgensem, Limburgensem, ac Fuldensem, apostolicis literis idem praedecessor Noster fundaverat; illas certa, et stabili ratione constitutas nunc esse vos facimus certiores,

iis omnibus diligenter comparatis, quae ad earumdem procurationem rite obeundam, atque ad antistites, capitula, seminaria, cathedrales aedes, ac parochos praestituto censu muniendos, necessaria videbantur.

Qua quidem in re conciliauda propensam principum, quibuscum agendum fuit, in Nos voluntatem experti sumus, quos propterea et gratis animi sensibus prosequimur, et debitis ornare laudibus non praetermittimus.

Huic itaque operi, quod communia bonorum vota pro catholicae rei bono flagitabant, ultimam in hodierno consistorio manum adjicimus, in quo suus ecclesiae Friburgensi, atque Limburgensi antistites adsignamus, idem ad reliquas tres ecclesias quod attinet, quamprimum facturi.

Haud porro silentio praetereundum censemus, venerabiles fratres, nonnulla de dilecto filio Jacobo Brand ad Limburgensem episcopatum designato delata fuisse, quae curam Nobis, et aegerem animi non mediocrem iujecerunt, eo etiam molestiorem, quo gravioribus ex causis ad episcopalem dignitatem eidem decernendam devenueramus. At eo moerore levatos Nos sensimus ob peramplam ipsius declarationem, qua humiliter, ac juramenti religione adjecta testatus est « nunquam se ab ortodoxa fide neque verbis, neque scriptis deflexisse, ac nunquam consensisse propositionibus illis, quae in Germania tunc circumferebantur, et quas praedecessor Noster anno millesimo octingentesimo decimo nono tamquam schismaticas improbavit, imo vero illorum, qui eas defendere audebant, notasse temeritatem, et insaniam ». Hujus declarationis veritatem homines etiam spectatae virtutis confirmarunt Nobis, adeo ut certam in spem erigamur, eumdem sedulo laboraturum, ut si quae minus recta de ipso opinio invaluerat, evellatur omnino, et quae verbis, scriptoque juravit, ipsum fide, obsequio, obedientiaque in apostolicam Sedem apprime praestaturum esse, ac domum ea qua apud suos valet gratia, Ecclesiae utilitas adsidue esse quaesiturum.

Sed non solis Germaniae ecclesiis consulendum Nobis erat. Obversabantur animo, et acriores sollicitudini Nostrae stimulos admovebant illae Occidentalium Indiarum ecclesiae, per quas pastoribus suis a longo jam tempore orbatas teterrima spiritualium malorum cohors impune grassatur. Effundebatur in terra jecur nostrum quoties illorum fidelium clamores ad Nos deferebantur acerbissime querentium non eis qui evangelicum panem eis frangeret, hoc est salutaribus fidei morumque doctrinis ipsos imbueret, Dei Ecclesiaeque praecepta servari curaret, errantes argueret, os obstrueret loquentium iniqua, circumeuntium luporum rabiem coerceret, impetus retunderet. Nos tantae calamitatis aspectu penitus commoti; apostolici, quo fungimur muneris memores, districtum judicium veriti, quo perditarum ovium custodiae Nostrae commissarum sanguis a Nobis requiretur, ferendam a Nobis esse miseris illis, quos in sinu gerimos paternae charitatis opem sine ulteriore mora judicavimus. Antistites igitur pastoralibus virtutibus claros ecclesiis illis praefecimus, quorum opera ab omni labe cito purgentur, reflorescant, uberrimosque aeternae salutis fructus feliciter edant. Providentiam hanc Nostram aequi benique facturos eos omnes existimamus, quibus religionis integritas, morum disciplina, Sedis apostolicae vigilantia cordi est. Interim patri misericordiarum enixe, venerabiles fratres, supplicemus, ut conatibus nostris pro spirituali animarum salute unice susceptis benedicat, atque obsecundet.

CCII.

Dat. die 26. maji 1827. Anno IV.

Munus imperatori Austriae, et Hungariae regi missum, in testimonium grati animi ob non levem pecuniae vim ab eodem imperatore missam, conferendam in reparationem Ostiensis basilicae flammis combustae.

Carissime in Christo filio Nostro Francisco Austriae imperatori et Hungariae regi.

Leo PP. XII.

Carissime in Christo fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Dudum illustrium majorum tuorum pietatem aemulatus, omnibusque ostendens zelum, quo in Dei cultum inflammaris, non mediocrem pecuniae vim in Ostiensis basilicae, flammis pene combustae, reparationem conferendam misisti, Nos jam Christi Jesu crucifixi

immaginem ex ferro in Nostris Vaticanis officinis elaborandam curabamus, quam tibi dono daremus. Eam autem, si jam fuisset perfecta statim ac pia tua delata oblatio utique a Nobis, tamquam egregiae Nostrae in te voluntatis argumentum, accepisses, non modo eas solum, quas debebamus gratias, quasque referre non omisimus. Jam vero cum opus adamussim absolutum, abjecta omni cunctatione illud ad Caesarem regiamque majestatem tuam libenter mittimus, et simul optantes, ut extet penes te devoti animi et largitionis ergo pro instauranda Ostiensi basilica, optimum facto censuimus reliquiis crucis Jesu Nazareni sanguine adspersae, quas in ejus imaginis stylobata collocare mente statueramus, eas etiam addere beatorum Petri et Pauli, qui ejusdem crucis et discipuli et praecones. Haba igitur hanc Jesu Christi icunculam cruci affixam, cujus in stylobate sacra lipsana asservantur tum arboris decorae et fulgidae, ex qua salus mundi pependit, tum eorum apostolorum, utraque thecis aureis distincta, capsula arcte inclusa, Nostroque sigillo munita. Confidimus porro pergrata, perque jucunda tibi fore sacra hujusmodi pignora, quae dum adspicias et colas, memor interea eris, speramus, illius, qui tametsi nullo prorsus merito, Christi tamen vices ac Petri personam hic in terris gerendam recepit. Nos autem enixe Deum orantes atque obsecrantes, ut dies super dies tuos adjiciat, exaudiat te de coelo sancto suo, et fausta quaeque ac prospera tibi, tuaeque Caesareae ac regiae domui semper concedat, apostolicam Nostram benedictionem tibi, tuaeque familiae peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima sexta maji millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 17. maji 1827. Anno IV.

CCIII.

Confirmatio privilegiorum, et consuetudinum ecclesiae metropolitanae Ravennatensis.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

De praestantia ecclesiae Ravennaten- §. 1. Quae provide, sapienterque per felicis recordationis Pium pp. VII. decessorem Nostrum, sua apostolica quarto nonas julias elapsi anni millesimi octingentesimi vigesimi tertii edita constitutione, ad privilegia quibus nonnulla canonicorum collegia cohonestata fuere praestitutis legibus continenda, ut Sacrorum Rituum congregationis decreto diei vigesimae septimae augusti millesimo octingentesimo vigesimo secundo super declaratione usus pontificalium robur ac firmitas accederet, sancita sunt, capituli metropolitanae ecclesiae Ravennatensis decora et privilegia alias a praedecessoribus Nostris concessa magis magisque declarant atque confirmant. Vetustissima siquidem illa Ravennatensis metropolitana ecclesia innumeris pene praeclarisque clara nominibus, quae ex testimonio felicis recordationis Innocentii pp. III. praedecessoris Nostri quasi primogenita est apostolicae Sedis, dum sanctus Apollinaris, postquam cum apostolorum principe Antiochia Romam venerat, ab ipso divo Petro ordinatus episcopus, Ravennam ad Christi domini evangelium praedicandum mittitur; multis cumulata sanctorum exuviis, qui ibidem pro Christo primi episcopi exemplo adducti fortiter dimicarunt; est tantisque meritis vetustae, recentisque memoriae celebrata a summis etiam Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris fuit cohonestata peculiaribus ornamentis, atque insigniis ad divini cultus incrementum, atque ad uberiorem sacri ministerii et ecclesiasticae disciplinae fructum et dignitatem. Bisceutorum quasi annorum spatio hisce condecorati privilegiis canonici recensitae metropolitanae, libere ac licite perenniter quoque illis uti quibant, dum praelaudatus decessor Noster Pius pp. VII. apostolicam edidit constitutionem praedictam, ut Sacrorum Rituum congregationis decretum memoratum super declaratione usus pontificalium confirmaretur, quoniam nullo umquam tempore proprio indulserunt ingenio, sed tantum solemnes sacrorum ritus peregerunt juxta indultorum placitum. Ast inspectis iis, quae ipsa in constitutione sancita sunt, nimirum « Si quae vero capitula amplioribus, ac praeter hujusce decreti instituta privilegiis se aucta fuisse arbitrentur, peculiaria haec jura in sacram congregationem perpendenda deducant, ut quod e canonicarum sanctionum praescripto visum fuerit opportune decernatur » propriis maluerunt carere insigniis, quam inter inobedientes recenseri at-

sis olim recitae a sancto Apollinare, ab ipso divo Petro episcopo ordinato.

que adnumerari, modicoque subsistentes tempore, quo possent modum et ordinem adhibere in afferrendis privilegiorum momentis ex autographis desumptis, Sacrorum Rituum adivere congregationem, quae in ordinario coetu ad Vaticanum coacta fuit pridie nonas maji praeteriti anni.

Privilegia ecclesiae competentia ex authenticis documentis evincuntur non obstante incendio tabularii capitularis.

§. 2. Eorumdam privilegiorum monumenta, quae propter tabularii capitularis vicissitudines praesertim incendii, ab ipsis afferri potuerunt, sequentia sunt exequutorialia decreta bo. me. Farsetti Ravennatis olim archiepiscopi in vim litterarum apostolicarum edita nimirum » 1.° « Visis et auditis literis apostolicis sanctissimi domini Nostri Benedicti pp. XIII. datis Romae die sexta aprilis anni proxime praeteriti millesimi septingentesimi vigesimi-sexti » die nona julii currentis anni millesimi septingentesimi vigesimi septimi, et die decima nona augusti ejusdem anni, nobis pro parte nostri metropolitani capituli exhibitis, et praesentatis, siquidem non abrasis, nec vitiatis, nec in aliqua ipsarum parte suspectis, sed omni prorsus litura et vitio carentibus, audita etiam instantia et requisitione Nobis facta a praedicto Nostro metropolitano capitulo, quatenus ad illarum exequutionem procedere deberemus; Nos eas omni, qua decet, reverentia recipimus, et debitae exequutioni juxta earumdem seriem et tenorem demandari volumus et praecipimus. Decernimus proinde vigore dictarum literarum apostolicarum licere dignitatibus et canonicis nostrae metropolitanae ecclesiae pro tempore existentibus; eorumque successoribus in perpetuum tam in civitate, quam in archidioecesi nostra, tam nobis quam successoribus nostris praesentibus, vel absentibus, ac etiam coram Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali a latere, caeterisque omnibus cardinalibus, archiepiscopis, episcopis, nunciis apostolicis, in missis, vesperis, ac laudibus solemniter decantandis, ac etiam in processionibus, benedictionibus candelarum, cinerum, palmarum, et fontis, ac in reliquis ecclesiasticis functionibus, in quibus sacra adhibentur paramenta, mitra, aliisque indumentis et paramentis tantum ad instar abbatum usum mitrae habentium libere ac licite uti. In suis armis et insigniis mitram apponere facere et addere. Insuper declaramus, indumenta et paramenta ad instar abbatum usum mitrae habentium intelligi dalmaticam et tunicellam, crucem, pectoralem, chirotecas, annulum cum unica gemma, sandalia et caligas cum usu faldistorii ac ministri da candela, vulgo bugia; nec non cum ministerio presbyteri assistentis, praeter diaconum, et subdiaconum. In omnibus vero diebus tam festis de praecepto, quam aliis, si dignitates aut canonici vesperas, aut missas decantaverint, sicut etiam in missis defunctorum celebrandis, indumentis et paramentis supra expressis uti liceat, si placuerit, et clericos, aliosque ministros in decenti et competenti numero habeant, adeo ut omni pompa et venustate sacra actio peragi valeat. Reservata tamen Nobis facultate determinandi dies pro peragendis functionibus pontificalibus juxta notulam et tabellam desuper conficiendam, et arbitrio nostro taxandam. Quum missa in faldistorio tam a dignitatibus, quam a canonicis cantabitur, praeter diaconum et subdiaconum etiam presbyterum assistentem adhibere liceat, et dicta assistentia fiat per mansionarios. At vero quum missa absque faldistorio cantabitur in scamno oblongo, ut hactenus juxta missalis Romani rubricas peractum fuit, tum assistentia fiat per hebdomadarios, ut mos est, et canonicus celebrans mitra tantum ornatus, et ministro da candela in metropolitana, nobis absentibus, ut supra uti etiam poterit, et in aliis ecclesiis nostrae dioecesis. Monemus autem eisdem sic celebrantibus non licere uti faldistorio, nisi compacto ex ligno, quod auro vel argento linitum, vel quovis alio colore superinductum sit, non tamen ex solido auricbalco, seu altero metallo; praeterea coram Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, nobis, et successoribus nostris, ac in nostra metropolitana ecclesia tapete tantum, non vero pradella uti posse, in aliis vero ecclesiis tam civitatis, quam archidioecesis, nobis tamen absentibus, supradictam pradellam apponi posse et debere; vestem vero ac pulvinaria non ex holoserico, sed decentiori ex panno eidem faldistorio apponi libere et licite posse. Insuper Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, nobis, successoribus nostris praesentibus, etiam in pontificalibus bugia uti non licere: in missis vero privatis, in quibus pontificalia non adhibentur, bugia supradicta uti posse, sciant. In altari septima candela apponi non possit, et unico tantum abaco in cornu epistolae, in quo

duo candelabra collocentur, calix, missale, thuribulum, navicula, et reliqua missae celebrationi necessaria, ac pelvi cum urceo quoad lotionem manuum utantur, pontificales benedictiones cum trina crucis productione, nec non cum sanctissimo Sacramento nonnisi pontificalibus celebrantibus licere sibi meminerint; praesentibus vero Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, nobis, successoribus nostris, ab omnibus benedictionibus cessabunt: secus vero cum sanctissimo Sacramento, nam pontificalia facientes etiam Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, at nobis praesentibus tripliciter benedicere posse, sciant. Baldachinum in metropolitana ecclesia nunquam adhibeant, neque extra illam, neque vacante sancta archiepiscopali sede, sed semper in faldistorio in cornu epistolae, ut dictum est, celebrent. Indulgentiam vero impartiri vel publicare non audeant absque expresso sanctae Sedis indulto. Praeter dies tandem, quibus nos, et successores nostri pontificaliter celebrare voluerimus; in omnibus dominicis et festis sive de praecepto, sive non, tam a dignitatibus, quam a canonicis aliisque consuetus inter ipsos ordo servetur, nihil in hoc penitus innovantes, sed ipsum potius confirmantes; et suum vigorem omnimodum habere volentes. Et ita dicimus ac declaramus, et in perpetuum observari mandamus, non solum ut supra, sed omni meliori modo. Denique hoc nostrum decretum mandamus inseri post indultum sanctissimi Domini Nostri papae, et in archivio Nostrae metropolitanae ecclesiae servari. Datum Ravennae in hac sancta nostra ecclesia metropolitana in pervigilio nativitatis Domini Nostri Jesu Christi die decima quarta decembris millesimo septingentesimo vigesimo septimo.

Aliud authenticum documentum, de eo privilegiorum.

§. 3. » 2.° Desiderando noi mantenere la pace ad ovviare ad ogni controversia tra le prime due dignità, e canonici della nostra santa metropolitana chiesa per occasione dell'indulto di portare la mitra, ed altri ornamenti pontificali ad instar abbatum restituito alle nostre suppliche dalla santità di Nostro signore papa Benedetto XIII, ci contentiamo e permettiamo, che in avvenire ogni volta, che le dette due prime dignità cioè arcidiacono, e proposto secondo il loro ordine, e statuto della chiesa dovranno cantare messe e vesperi, e vorranno servirsi degli ornamenti pontificali, possano avere il distintivo di una pradella o suppedaneo di legno sotto il faldistorio, non ostante il decreto da noi fatto in contrario la vigilia del santo Natale prossimo passato, e ciò in luogo del prete assistente, che avevano dette due prima dignità nelle messe cantate, e di quattro mansionarj vestiti di piviale, dai quali erano assistiti per portare le antifone al coro per li vesperi da loro cantati, e che detta pradella possa da loro usarsi tanto presenti, che assenti nei medesimi, dichiarando che essendo impedite, o assenti le dette due dignità il canonico anziano, che secondo l'ordine successivo deve subentrare nelle loro funzioni, goda il medesimo distintivo della pradella: ed inoltre, che con questo non s'intendano levate alle dette dignità quelle prerogative, e distintivi, che di presente godono secondo le consuetudini di questa chiesa, anzi vogliono, che se mai in qualunque tempo, per qualsivoglia causa excogitata, ad inexcogitata si tralasciasse l'uso della mitra e pontificali suddetti, le dette due prime dignità tornar debbano al possesso delle prerogative sì del prete assistente alla messa cantata, che de' quattro mansionarj colli piviali alli vesperi, come anche il canonico anziano, che deve surrogarsi nelle loro funzioni come sopra, e ciò ipso facto e senza ministero di giudice, s'intendano reintegrati al possesso delli suddetti distintivi, confermando nel rimanente in tutto e per tutto l'accennato decreto da noi fatto li 24 dicembre 1727 prossimo passato. E così dichiariamo, ed ordiniamo presenti, consensienti, ed accettanti i signori arcidiacono Monaldini, e preposto Dalcorno. In fede ec. Dato in Ravenna dal palazzo arcivescovile questo dì 2 gennajo 1728.

Remissio examinis privilegiorum congregationi Rituum.

§. 4. Expensis itaque hisce, aliisque privilegiorum rationibus, venerabiles fratres Nostri sacris ritibus tuendis praepositi unanimi in voto fuere, expectandum esse novum archiepiscopum. Tandem quum novum Nos praesulem virtutibus et meritis praestantem Ravennatensi ecclesiae, Deo favente, dederimus extemplo capitulum metropolitanae praedictae Nobis humillime denuo supplicavit, ut de plenitudine potestatis Nostrae, vel dilecto filio Nostro Joanni Francisco Sanctae Romanae ecclesiae presbytero cardinali Falsacappa nuncupato ponenti, vel secretario ejusdem congregationis, accedente etiam informatione et

voto venerabilis fratris archiepiscopi in curia, causam hanc discutiendam committeremus. Nos hujusce precibus benigne inclinati sub die vigesima septembris elapsi anni congregationem particularem statuimus, designavimusque venerabilem fratrem Nostrum Julium Mariam episcopum Ostiensem, et Veliternensem sacri collegii cardinalium decanum, praefatae congregationis praefectum, praedictumque cardinalem relatorem, qui una cum dilectis filiis magistro Pescetelli sanctae fidei promotore, et Frattini ipsius sacrae congregationis Rituum assessore, coadjutore, ac secretario super re decernerent. Octavo itaque die nimirum quarto kalendas octobris coadunata penes cardinalem praefectum particulari hac congregatione, audito voto et informatione venerabilis fratris archiepiscopi in curia scriptis pandita, iterum expensis allatis rationum momentis, collatisque consiliis, unanimi voto rescribendum decrevit.

Decretum sacrae congregationis.

§. 5. Pro confirmatione privilegiorum et consuetudinum ecclesiae metropolitanae Ravennatensis in civitate, universaque dioecesi in omnibus ecclesiasticis functionibus, dummodo aliquis non assistat ex Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, vel archiepiscopus, quoad mitram serico damascenam, affirmative, dummodo dissimilis sit in textura ab illa S. R. E. cardinalium: et quoad processionem sanctissimi corporis Christi serventur strictim Sacrorum Rituum congregationis decreta in Aniciensi diei decimae tertiae junii millesimo sexcentesimo octuagesimo secundo, et in Urbinatensi diei vigesimae nonae januarii millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo in reliquis serventur decreta archiepiscopi Farsetti diei vigesimae quartae decembris millesimo septingentesimo vigesimo septimo, ac diei secundae januarii millesimo septingentesimo vigesimo octavo supra allatis, atque expediantur desuper literae apostolicae in forma brevis si Nobis placuerit « Facta igitur praemissorum per memoratum secretarium Nobis relatione hujus particularis congregationis sensum, rescriptum et decretum approbavimus, et in omnibus confirmavimus. Ut autem praenarrata acta firmius subsistant, et ab dignitatibus et canonicis in metropolitana Ravennatensium ecclesia, ac per civitatem et dioecesim serventur, Nostras has apostolicas literas expediri mandavimus.

Confirmatio apostolica.

§. 6. Nos itaque dignitates et canonicos metropolitanae praedictae peculiari beneficentia prosequi volentes, ut a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, particularis congregationis praedictae sensum, rescriptum, et decretum auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus, et denuo confirmamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes has Nostras apostolicas literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, iisdemque dignitatibus et canonicis, et eorum successoribus in perpetuum plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quinta maji millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCIV.

Dat. die 25. maji 1827. Anno IV.

Munera missa imperatrici Austriae, et reginae Hungariae quibus eidem conceduntur duae aureae thecae cum reliquiis ss. apostolorum Petri et Pauli et ss. Caroli Borromaei, et Augusti, quatuor numismata, quorum singula in foribus quatuor majorum basilicarum urbis abscondebantur, cochlear, quo pontifex usus est in claudenda janua basilicae Vaticanae, et corona precatoria ab eodem pontifice benedicta.

Carissimae in Christo filiae Nostrae Carolinae Augustae Austriae imperatrici et Hungariae reginae.

Leo PP. XII.

Carissima in Christo filia Nostra salutem et apostolicam benedictionem.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Quum ad Caesareum tuum regiumque conjugem Nostri amoris pignus mittendum curemus, non possumus quin tibi etiam paternae Nostrae voluntatis testimonium praebeamus, quippe quae eximiis tuis virtutibus, animique dotibus tam bene cum eo convenis. Et sane exploratum Nobis atque perspectum est, tibi nihil optabilius, quam ut populi tui augusti conjugis imperio subjecti studeant solliciti servare semper unitatem spiritus in vinculo pacis, quae omnem sensum exsuperat, et corda atque intelligentias in Christo Jesu custodit. Ad te igitur mittendas ducimus duas aureas thecas, Nostro sigillo munitas, quarum in altera sanctorum Petri et Pauli apostolorum principum, in altera vero sancti Caroli Borromaei, et sancti Augusti martyris, quorum nomen ipsa refers, reliquiae asservantur. Praeterea tibi offerimus quatuor numismata quorum singula in majorum basilicarum hujus urbis foribus abscondebantur, ineunte superiori piaculari anno reclusis. Ad haec cochlear, quo Nos ipsis usi fuimus, cum in ejusdem sacri anni exitu sanctam Vaticanae basilicae clausimus portam, ac demum coronam precatoriam a Nobis benedictam atque indulgentiarum thesauro ditatam; ubi enim statas preces ab ejus globulis distinctas recitaveris centum dies de poenis tibi quomodolibet injunctis, auctoritate Nostra apostolica in forma Ecclesiae consueta remittimus. Hoc autem munus quamvis exiguum libenter indulgenterque excepturam speramus; siquidem tam devoto animo res sacras complecteris, et Christianam pietatem tam impense colis, ut non possit non pergratum tibi accidere quidquid eidem fovendae aliqua ratione conducat. Cum vero in tuis precibus plurimum confidimus, Deum exoras, velimus, ut, quoniam arcano divinae providentiae consilio Nos ad totius Catholicae Ecclesiae gubernacula asperrimis hisce christianae reipublicae temporibus selegit, Deus ipse mittat Nobis auxilium de sancto, et de Sion Nos tueatur. Quod ut alacrius facias tibi, totique Caesareae ac regiae familiae apostolicam benedictionem ex intimo corde haustam impertimur; tibique certum affirmamus, Nos pro viribus Deum continenter obsecrare, ut impleat omnes petitiones tuas, atque tuum augustum et pientissimum conjugem benigno vultu respiciat, ejusque consilia confirmet, quae totius imperii tranquillitatem, et commodum tantummodo spectant. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima sexta maji millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCV.

Dat. die 1. junii 1827. Anno IV.

Munera missa Sardiniae regi in testimonium grati animi ob pecuniam ab eo suppeditatam in reparationem basilicae Ostiensis incendio consumptae erogandam.

Carissimo in Christo filio Nostro Carolo Felici Sardiniae regi illustri.

Leo PP. XII.

Carissime in Christo fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Quae tibi erga Deum pietas, quae in tuendis propagandisque illius domibus cura atque sollicitudo, cum ex pervulgato omnium sermone accepimus, tum vero Nosmetipsi haud ita pridem fuimus experti. Vix dum enim encyclicas dedimus literas, quibus christianos quosque hortabamur, ut ad Ostiensis basilicae instaurationem, quae incendio pene conflagrata aliquid pecuniae conferrent, tu primus omnium votis ac postulatis Nostris alacriter respondisti. Quod quidem, si Nobis gratum acceptumque, ceteris profecto non levi fuit incitamento atque exemplo. Jam vero, posteaquam gratias, ut par erat, per epistolam tibi referendas curavimus, animi Nostri sensibus haud satis obtemperatum esse videretur, quum tibi, quod hujusmodi religiosi oblati monumento esse possit, nequaquam praeberemus. Itaque non alienum existimavimus majestati tuae dono mittere columnam confectam ex marmoribus e flammis ejusdem basilicae areptis, generis Corinthii, striatam, stylobati superpositam, basi atque epystilio aeris inaurati. Huic epystilio haeret corona, ubi demum assurgit sancti Pauli icuncula basi

atque epystilio similis, cujus porphyretica stylobates in anteriori facie binos habet palmarum ramulos aeris pariter auro circumliti, serti specie. Ut autem apostoli imago sacro etiam usui inserviat, mandavimus, ut ejus lipsana, quae tibi una damus, collocarentur in aurea theca, cristallo munita, arcte occlusa, Nostroque obsignata sigillo. Quum enim in qualibet ecclesia, sacello, aut aedicula publicae christianorum venerationi eam exhibendam esse censueris, satis erit porphyreticae stylobatis amovere partem jam excisam, quae intra ramulos continetur, eique thecam sufficere. Habe igitur tibi, regia majestas, munus istud, non ex peregrinis conflatum rebus, sed ex collectis templi reliquiis, quod sanctitate, vetustate, ac magnificentia inter celebriora Catholicae Ecclesiae tropbea in hac alma urbe recensebatur. Habe simul epistolam perpetuae Nostrae erga te voluntatis argumentum, quam porro, ut majestati tuae sit carior, apostolicae Nostrae benedictionis tibi, tuaeque regiae conjugi nunciam volumus. Datum Romae apud sanctum Petrum die prima junii millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 1. junii 1827. Anno IV.

CCVI.

Exemptio ecclesiarum Belemensis de Parà et s. Ludovici de Maragnano a jure Metropolitico patriarchae Lisbonensis, illarumque subjectio archiepiscopatui sanctissimi Salvatoris in Brasilia.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Romanorum pontificum vigilantia in universalis ecclesiae regimine ad illa etiam curas suas extendit, quae in omnium Christifidelium utilitatem et commodum opportune queant converti.

Expositio precum. §. 2. Exhibitas idcirco Nobis a dilecto filio magistro Francisco Correa Vidigal carissimi in Christo filii Nostri Petri primi Brasiliae imperatoris apud Nos et Sedem apostolicam ministro plenipotentiario ejusdem imperatoris nomine hilari animo excipiendo preces respicientes unam Belemensem de Parà, et alteram sancti Ludovici de Maragnano episcopales ecclesias, quae actu subsunt juri metropolitico venerabilis fratris patriarchae Lisbonensis, inspectaque ingenti locorum distantia et maris Oceani necessaria interjectione, facile cognovimus quod nonnisi diuturno infesto et periculoso itinere patet inter eas accessus, ac proinde quae metropolitici juris sunt difficillima peragi, et exequutioni mandari possunt.

§. 3. Votis propterea laudati imperatoris libenter obsecundare, ac populorum in illis regionibus degentium bono, et negotiorum promptae ac faliciori expeditioni opportune consulere cupientes ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine quorumlibet interesse babentium supplentes consensui memoratas Belemensem de Parà, et sancti Ludovici de Maragnano episcopales ecclesias a quacumque dependentia, et subjectione patriarchatui Lisbonensi plenarie eximimus et liberamus, illasque archiepiscopatui sanctissimi Salvatoris in Brasilia suffraganeas adsignamus, bujusque juri metropolitico omnimode, ac perpetuo supponimus, atque subjicimus; ita ut venerabilis frater modernus archiepiscopus sanctissimi Salvatoris, illiusque in archiepiscopatum successores omnibus ac singulis juribus, privilegiis, et facultatibus in praedictas suffraganeas pollunt, quae ipsis juxta sacrorum canonum praescripta legitime spectant, et competunt. Tenor concessionis.

§. 4. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quilibet in praemissis interesse habentes, vel habere praetendentes illis non consenserint, ac vocati, et auditi non fuerint, nullo umquam tempore de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel alio quantumvis substantiali defectu notari, impugnari, aut in controversiam vocari umquam posse, sed semper ac perpetuo validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat inviolabiliter observari debere. Et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari irritum prorsus et inane decernimus. Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibusque Derogatio contrariorum.

conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, antedictarumque patriarchalis, archiepiscopalis, et episcopalium ecclesiarum statutis, juribus, privilegiis, et consuetudinibus; quibus omnibus, at singulis illorum tenores pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum derogamus, et derogatum esse volumus, caeterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Sanctio poenalis. §. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae exemptionis, liberationis, assignationis, suppositionis, subjectionis, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; siquis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo septimo, nonis junii, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 13. junii 1827. Anno IV.

CCVII.

Concessio decimarum facta parocho pagi Terralbae intra limites Ussellensis dioecesis, cum lege erogandi redditus in nova aedificatione ecclesiae parochialis.

Dilecto filio Vicario capitulari ecclesiae Ussellensis illius episcopali sede vacante legitime deputato.

Leo PP. XII.

Dilecte fili,
salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Procurator, consiliumque pagi Terralbae intra limites Ussellensis dioeceseos Nobis exponendum curarunt, parochiale templum, eodem in pago erectum, vetustate fatiscens, sententia ac venia superioris episcopi, qui diem obiit supremum solo fuisse aequatum, ut novum extrueretur, quod anno millesimo octingentesimo vigesimo primo majori cum amplitudine ac magnificentia susceptum. Ad promovendum vero opus pientissimus ille sacrorum antistes e redditibus suis non mediocrem contulit opem, eoque defuncto, ex collata ejus populi pecunia, eorumque studio, qui nulla mercede operam suam impendebant, mire processit; haud tamen absolutum prorsus ut a parocho sacramenta administranda, aliaque sui muneris peragenda in subsidiaria ecclesia, quae plebis parti, etiam per vices continendae impar est. Quum autem parvi census ea de re constituti, et quidquid pecuniae templi curatorum industria collectum omnino exhaustum sit, enixis precibus a Nobis petierunt, ut ipsis decimas pagi Terralbae patrimonio episcopi Ussellensis addictas ex Nostra indulgentia concederemus, quarum praesidio templum illud perfici aliquando possit.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur oratores peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum indulti assequendi gratia absolventes, et absolutos fore censentes, accepto testimonio tuo, ex quo Nobis innotuit res ita se habere, pro ut exposita e, ejusque pagi conditionem miserti, tibi dilecte fili, qui vicarii capitularis istius ecclesiae suo carentis pastore munus geris, eas partes imponimus atque mandamus, ut auctoritate Nostra apostolica facultatem facias, cujus vi, decima pars redditnum pagi Terralbae, quaecumque Ussellensi episcopo obveniret, post biennium, quo eadem in commodum montis, cui nomen redemptio, cedit, parochiali templo de quo agitur conficiendo impensas suppeditet, idque donec novus episcopus ecclesiam istam regendam susceperit. Tuum vero erit, dilecte fili hujusmodi redditum administrationi praeesse, simulque curare, ut in usum a Nobis praescriptum conferantur, et quaeque ad eam aedificationem absolvendam pertineant cum fide, ac Nostris respondente studiis sedulitate gerantur.

Derogatio contrariorum. §. 3. Haec concedimus atque mandamus, non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, ac Nostra et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque apostolicis ac in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus; nec non commemoratae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis,

et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta junii millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCVIII.

Dat. die 15. junii 1827. Anno IV.

Ampliatio indulti tributi ordinariis regni Bavariae concedendi canonicam institutionem nominatis ad beneficia ecclesiastica.

Venerabili fratri Carolo archiepiscopo Tyriensi apud carissimum in Christo filium Nostrum Ludovicum Bavariae regem Nostro et apostolicae Sedis nuncio.

Leo PP XII.

Venerabilis frater,
salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Quum in exitu anni millesimi octingentesimi vigesimi quarti Maximiliano Josepho Bavariae regi impense gratificari cuperemus, ejusque studia magis magisque incendere, ut pactiones cum hac sancta Sede de ecclesiasticis rebus initae omnine adimplerentur haud gravate per Nostras apostolicas literas ad venerabilem fratrem Franciscum Capuae archiepiscopum, qui tunc temporis apostolici nuncii munere istic perfungebatur, datas die nona decembris ejusdem anni, atque annulo piscatoris obsignatas, votis ejus fuimus obsequuti, dum a Nobis petendum censuit, ut qui ex apostolico indulto anni millesimi octingentesimi decimi septimi per ipsius regis, vel capitulorum nominationem promovendi sunt ad ecclesiastica beneficia, de quibus ibidem est mentio, a Bavarici regni archiepiscopis, vel episcopis possent canonica institutione donari. Verum quia iisdem in literis cautum fuit, ut istius regni sacrorum antistites ea facultate per integrum vitae cursum juventur, carissimus in Christo filius Noster Ludovicus Bavariae rex per dilectum filium Nostrum Casimirum Sanctae Romanae Ecclesiae presbyterum cardinalem Haeffelin nuncupatum suum penes Nos legatum extra ordinem, et cum plena potestate administrum suppliciter a Nobis petiit, ut venerabilibus fratribus Joanni Martino, et Carolo Josepho, quorum alter christiano gregi Spirensi, alter vero Passaviae fuit constitutus, eamdem ipsam facultatem prodesse velimus.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur ipsius regis votis alacriter annuentes, eosque episcopos peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum indulti assequendi gratia absolventes, et absolutos fore censentes, tibi, venerabilis frater, eas partes imponimus, atque mandamus, ut Nostra auctoritate ac nomine venerabilibus fratribus Joanni Martino, et Carolo Josepho Spirae, at Passaviae episcopis haud ita pridem electis apostolicum tribuas indultum, cujus ope, ut caeteri quique istius regni archiepiscopi, vel episcopi, tum regias, tum capitulorum nominationes iis liceat admittere, juxta ea, quae art. x. conventionis die quinta januarii millesimo octingentesimo decimo septimo initae sancita sunt, ac nominatos canonica institutione donare.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum diplomate, et Pii VII. praedecessoris item Nostri commemoratis apostolicis literis datis pridie idus novembris anni millesimi octingentesimi decimi septimi, aliisque datis kalendis aprilis anni millesimi octingentesimi decimi octavi, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta junii anno millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCIX.

Dat. die 15. junii 1827. Anno IV.

Translatio ecclesiae sancti Joannis Nepomuceni, et coenobii, seu hospitii cum omnibus adjectis juribus ad congregationem sanctissimi Redemptoris a beato Alphonso Maria Liguori fundatam in civitate Ulyssiponensi.

Dilecto filio Nostro Jacobo Philippo Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Fransoni nuncupato in Portugalliae et Algarbiorum regnis pro-nuncio apostolico.

Leo PP. XII.

Dilecte fili Noster,
salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper curavit dilectus filius Franciscus de Assisio Springer presbyter professus congregationis sanctissimi Redemptoris a beato Alphonso Maria Liguori fundatae et per felicis recordationis Benedictum pp. XIV. praedecessorem Nostrum apostolicis suis in simili forma brevis die vigesima quinta februarii anni millesimi septingentesimi quadragesimi noni datis literis quarum initium « *Ad pastoralis dignitatis fastigium etc.* » approbatae, ac rector domus Ulyssiponensis ejusdem congregationis, quamdam ecclesiam divo Joanni Nepomuceno dicatam cum adnexa religiosa domo seu hospitio, quae in ista Ulyssiponensi civitate anno millesimo septingentesimo decimo nono munificentia et pietate clarae memoriae Annae Mariae archiducissae Austriae, Portugaliae et Algarbiorum reginae, fidelissimi regis Joannis V. uxoris, auctoritate felicis recordationis Clementis pp. XI. praedecessoris Nostri, fuit, prout asseritur, erecta, patribus ordinis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo nuncupatae Austriacae tantum provinciae, quacumque alia exclusa, fuisse concessam, ad finem, ut fidelibus Germanicis in praedicta civitate degentibus per memoratos patres ejusdem provinciae, ope vernaculae linguae spiritualia auxilia tum concionando, tum excipiendo confessiones, ac etiam moribundis opitulando, praeberentur. Patres itaque provinciae praedictae Austriacae in memoratam domum missi laudabili zelo, bono spirituali Germanorum per spatium fere integri saeculi indefessam operam navarunt. Ast ob notissimas temporum, rerumque vicissitudines numerus religiosorum hujus provinciae adeo decrevit, ut triginta ab hinc annis omnisi unus, alterve in praedictam civitatem albergari potuerit, donec novissimis diebus eo deventum est, ut praedicta provincia religiosis ad id necessariis omnino careret. Hisce stantibus circumstantiis minister provincialis ordinis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo Austriacae provinciae ex animo desiderans, ut fini fundationis praedictae etiam in posterum meliori, quo possit, modo provideatur, cessionem authographam omnium in praefatam fundationem jurium die vigesima tertia septembris elapsi anni millesimi vigesimi quinti exhibuit, et quidem in manus carissimi in Christo filii Nostri Francisci I. apostolici Austriae imperatoris et Hungariae regis, ut majestas praedicta pro suo arbitrio eligeret alium ordinem in suo imperio existentem, qui finem laudatae fundationis adimplere valeat. Majestas siquidem praelaudata opus animarum saluti tam proficuum pro sua pietate promovere cupiens, hac super re incessanter cuntulit cum fidelissimo rege Joanno VI. dum in humanis ageret, et de amborum principum consensu ecclesia sancti Joannis Nepomuceni et conventus seu hospitium cum omnibus adnexis juribus ad congregationem sanctissimi Redemptoris a beato Alphonso Maria Liguori fundatam transferebatur, quae Viennae in Austria numerosam habet communitatem, et speciali protectione et praedilectione majestatis praedictae gaudet. His peractis Franciscus de Assisio praedictus rector rite deputatus mense junii elapsi anni millesimi octingentesimi vigesimi sexti ecclesiae et domus praedictarum in possessionem venit, ubi in sacri ministerii exercitio fidelibus praecipuo linguae Germanicae spirituale auxilium non sine magno fructu, Deo favente, praebere studet. Attamen quamvis, nova haec dispositio regiae fundatricis intentioni sit omnino conformis, quia tamen in aliquo est immutata in hujusmodi translatione, praedictus rector suppliciter a Nobis petiit, ut auctoritate Nostra apostolica memoratam translationem confirmemus, ac omnes et singulos juris et facti defectus benigne sanemus, ac quascumque difficultates hujusmodi translationem atque cessionem remorantes omnino componamus atque tollamus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur praedictae congregationis votis benigne annuere volentes, ac singulares personas, quibus praesentes literae favent, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, referente Nobis sub secretario congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negociis et consul-

tationibus episcoporum et regularium praepositorum; et attenta relatione procuratoris generalis utriusque ordinis, circumspectioni tuae, dilecte fili Noster, per praesentes committimus, ut veris existentibus narratis pro tuo arbitrio et prudentia auctoritate Nostra apostolica indulgeas pro translatione et successiva cessione ecclesiae sancti Joannis Nepomuceni urbis Ulyssiponensis cum sua religiosa domo et adnexis jam ad patres ordinis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo Anstriacae provinciae spertantibus ad congregationem sanctissimi Redemptoris a beato Alphonso Liguori fundatam, et apostolicis memoratis literis in simili forma brevis per praelaudatum praedecessorem Nostrum Benedictum pp. XIV. approbatam, eamdemque translationem atque cessionem perpetuam confirmes et corrobores; tibique insuper facultates omnes necessarias et opportunas sanandi defectus, si qui forte in hoc negocio irrepserint, difficultatesque componendi, atque tollendi prout in Domino magis expedire judicaveris dicta auctoritate tribuimus.

Clausula sublata et decretum irritans. §. 3. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, ac omnibus ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non lege fundationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta junii millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCX.

Dat. die 18. junii 1827. Anno IV.

Nova indictio sacrae visitationis ecclesiarum, et locorum piorum almae urbis ad urgendam executionem decretorum editorum a convisitatoribus apostolicis.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. **§. 1. Quod erat maxime optandum, ut divini cultus splendori adaugendo, et utriusque cleri, piorumque locorum omnium disciplinae promovendae, sacra in alma hac Nostra urbe visitatio haberetur, id miserentis Dei beneficio magna jam ex parte peractum ex animo gratulamur. Praestantes enim pietate et doctrina viri, quibus sacrae ejusdem visitationis opus demandavimus, quo illud sunt aggressi lubentius, et accuratius tractarunt, et prope ad exitum perduxerunt. Hinc plura vel instaorata, vel condita ab iis decreta, quibus ecclesiarum nitori, liturgicarum praescriptionum observantiae, piorum legatorum satisfactioni, ecclesiasticorum bonorum administrationi, aliisque generis ejusmodi satis apte provisum. Quae quidem omnia, si ea, qua par erat cura, et diligentia a cunctis fuissent servata, amplissimus visitationis fructus jam extitisset.**

Ratio decernendae novae visitationis. **§. 2. Non omnia autem ex Nostris votis cecidisse dolemus. Quamvis enim plerique, omni laude dignissimi, decretis rite exequendis vacaverint, Nosque incredibili pene gaudio perfuderint, alii tamen, quod aegerrime dicimus, non defuerunt a quibus decreta vel minus reverenter suscepta sunt, vel non eo, quo debuerant studio fuerunt executioni mandata.**

Decretum de nova instituenda visitatione. **§. 3. Huic malo mederi ex muneris Nostri ratione cum debeamus, apostolica auctoritate jubemus, ut nova quamprimum visitatio habeatur, cui quemadmodum priori dilectus filius Noster Placidus tituli s. Crucis in Hierusalem Sanctae Romanae Ecclesiae presbyter cardinalis Zurla Noster in urbe in spiritualibus vicarius generalis Nostro nomine praeerit, eidemque, caeterisque in sacra visitatione adjutoribus confirmamus facultates omnes, quas in literis Nostris in forma brevis die decima**

octava junii millesimo octingentesimo vigesimo quarto datis concessimus.

Munera visitatoribus imposita. §. 4. Novae hujus visitationis praecipua erit cura dignoscere, quae sint servata decreta, quaeve neglecta, a quibus vero servata, a quibus neglecta, ut diligentium proposito exemplo ad obtemperandum desides excitentur.

Mandatum speciale. §. 5. Hind autem expresse mandamus, ut prae oculis in nova visitatione habeatur, utrum scilicet monitis decretisque factum sit satis in iis, quae ad restaurationes earum rerum in ecclesiis existentium pertinent, quae bonas artes respiciunt, templorum praesertim in frontibus, ut si quid contra, vel secus ac jussum est, sit innovatum, vel factum, citissime juxta decreta edita, vel edenda reformetur ac fiat, adhibito etiam, si opus fuerit, peritorum consilio, qui bonis artibus praesunt.

De poenis contra contumaces irrogandis. §. 6. Denique ut ne quidpiam perperam gestum iterum doleamus, rursus edicimus, ut quae a convisitatoribus sive verbo, sive scripto fuerint sancita, ea tamquam a Nobis ipsis edita debita cum reverentia, parique obsequio excipiantur; volumusque praeterea ut in nova hac visitatione terminus statuatur, quo singula sint complenda decreta, atque, statuto termino lapso, an rite servata singula, diligentissime cognoscatur. Nos enim de omnibus certiores facti, contumaces, si qui forte fuerint, quod Deus avertat, meritis irrogatis poenis, ad integram singulorum decretorum observantiam adigemus.

Conclusio. §. 7. Sed ad extrema haec Nos non deventuros speramus. Pietas enim filiorum patris monitis, optatisque moram geret, at gravissimarum sollicitudinum onus facili obedientia levabit. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima nona junii millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 22. junii 1827. Anno IV.

CCXI.

Assignatio annuae pensionis, seu honorarii solvendi cappellano collegii ordinis de Calatrava per mensam magistralem ejusdem ordinis.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum. §. 1. Expositum Nobis fuit nomine carissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum regis catholici ad eum relatum fuisse per dilectum filium Ginesium de Moya y Morata cappellanum honorarium majestatis praedictae pro regali militarique ordine de Calatrava, ac priorem sancti Benedicti Granatae, ac Albamae, statum prioratus praedicti, ex quo novit, impares esse illius redditus ob mutationem praediorum in pejus et sueta onera persolvendae annuae pensioni trium mille bis centum septuaginta septem regalium de Vellon, et quatuor maravedis monetae Hispanae, sive ducatorum auri de camera nongenta trium et juliorum undecim monetae Romanae, favore collegii memorati ordinis de Calatrava. Quum praelaudatus rex, qui congruo alimento cappellani honorarii, et praedicti collegii, cujus redditus in pensionibus praesertim sunt, prout asseritur, positi, consulere summopere cupit, a Nobis petierit, ut auctoritate Nostra apostolica statuatur per mensam magistralem praedicti ordinis de Calatrava cappellano honorario antiquiori ejusdem ordinis summam ducatorum octingentorum de vellon, sive ducatorum auri de camera bis centum septuaginta quinque, et juliorum duorum cum dimidio monetae Romanae, quae jam eidem cappellano fuerat super fructibus et redditibus praedicti prioratus de Granata et Albama alias assignata, quotannis esse persolvendam in posterum, et eumdem collegium prioratum ad praedictum collegium ordinis de Calatrava perpetuo aggregandum, unde illud sic valeat, pro praedicta pensione trium mille bis centum septuaginta septem regalium, et quatuor maravedis, fructibus et redditibus ejusdem frui, sine tamen praejudicio onerum regalium et ordinariorum impositorum, vel imponendorum.

§. 2. Nos ejusdem regis votis benigne annuere volentes, et singulares personas quibus praesentes Nostrae literae favent, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis se poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, auctoritate Nostra apostolica tenore praesentium concedimus atque permittimus, ut perpetuis futuris temporibus summa ducatorum octingentorum de Vellon, sive ducatorum auri de camera bis centum septuaginta quinque et juliorum duorum cum dimi- Tenor concessionis.

dio munetae Romanae super fructibus et redditibus praedicti prioratus de Granata, et Albama alias assignata, quotannis cappellano honorario antiquiori ordinis de Calatrava per mensam magistralem ejusdem ordinis persolvatur; et prioratus sancti Benedicti de Granata et Alhama perpetuo ad collegium ordinis de Calatrava aggregetur una cum fructibus et redditibus, sine tamen praejudicio onerum regalium et ordinariorum vel impositorum vel imponendorum. Haec mandamus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non dictorum ordinis et prioratus etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresso derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima secunda junii millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 26. junii 1827. Anno IV.

CCXII.

Approbatio societatis piorum virorum Lutetiae Parisiorum constitutae pro curanda editione et disseminatione bonorum librorum.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Dirae librorum colluvioni, qui ex tenebricosissima impiorum hominum officina erupti id unum spectant, ut fucata quadam eloquentia, et sale nigro, fidem moresque corrumpant, et peccare doceant, praesentissimum sane remedium existimandum est salubria scripta opponere atque disseminare. Id profecto consilii est, quod a spectatissimis e Gallia viris nostra aetate susceptum. Nempe eorum plures Lutetiae Parisiorum sub tutela carissimi in Christo filii Nostri Caroli X. Christianissimi regis, qui tam provida sapienterque Gallici regni gubernacula moderatur, insimul coivere, atque Catholicae societatis bonorum librorum nomen adsciscentes tum in elaborandis, tum in interpretandis scriptis morum emendationi, et Catholicae fidei tuitioni ac propagationi accomodatis, iisque vulgandis atque spargendis, nulli neque labori, neque vigiliae, neque opibus ipsis pepercerunt. Res autem Deo auctore ac duce feliciter cessit, siquidem ex gravi locupletique accepimus testimonio, brevi temporis intervallo, sacris ejus regni pastoribus plaudentibus, magnam eorum copiam fuisse proseminatam. Itaque Nos, qui singulari Dei beneficio in summo sacerdotii fastigio fuimus collocati, quique continenter solliciti de totius christiani gregis concrediti Nobis salute, non ingens haud possumus gaudium concipere, ubi vidimus pientissimos nedum clarissimos viros in aliquam ex sacris familiis nequaquam cooptatos, vel solemnioribus votis devinctos, charitatis tamen igne succensos, eloquentiae et eruditionis specie, provide miscendo utile dulci, enixe studere, ut mentes pervadant, in easque virtutum omnium amorem inducant.

Expositio precum. §. 2. Interea vero dum optabamus aliquid grati animi testimonium iis prodere, quum ipsi a Nobis petiissent, ut quotquot ei societati se addixerunt, sacris nonnullis indulgentiis donarentur, Nos auctoritate Nobis a Domino tradita per literas apostolicas datas die undecima superioris mensis, atque annulo piscatoris obsignatas, eorum petitionibus ac votis alacri libentique animo obsecundavimus. Nuper autem novas preces ad Nos offerendas curarunt, ut praeter ea, quae in commemoratis literis jam concessimus, ejusdem societatis conditores peculiaribus beneficiis afficiamus, et simul eam societatem ex Nostra indulgentia approbemus.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur iis, quantum, Deo propitio possumus favere cupientes, quum per alias apostolicas literas hoc ipso die editas, societatis conditoribus consuluerimus, eamdem ipsam bonorum librorum catholicam so-

cietatem Lutetiae Parisiorum constitutam summopere probamus, et commendamus, omnesque in eam relatos hortamur, ne animo cadant ex dicteriis et irrisionibus, quas forte in eos conjiciet illorum natio, qui sunt tamquam fluctus feri maris despumantes suas confusiones, ac per summam temeritatem jura quaequa divina et humana dissolvere moliuntur. Eorum praeterea studia incendimus, ut pergant, quo coeperunt, immarcescibilem gloriae coronam intuentes bene operantibus ad finem usque, et in Deo sperantibus per Christum Jesum misericorditer promissam. Confidimus porro fore ut cujusque aetatis et conditionis homines hisce illecti libris salutis escam praeseferentibus, sensim illorum fastidient lectionem, quos civili aeque et christianae reipublicae vel maxime noxios praedecessores Nostri Clemens XIII. ac Pius VI. per eorum apostolicas literas tantopere improbarunt. Et quoniam ab patre luminum omne donum optimum, precibus instabimus, ut Deus ipse, Deipara Virgine, ceterisque cunctis Galliae patronis suffragantibus, det iis auxilium in tempore opportuna, eorumque conatus in spiritualem animarum salutem susceptos, prosperet, atque fortunet. Dum vero quemlibet societatis illius toto cordis affectu in Christo complectimur, apostolicam benedictionem singulis quibusque peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima sexta junii millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 1. julii 1827. Anno IV.

CCXIII.

Sejunctio, et separatio congregationis ordinis sancti Benedicti in imperio Brasiliensi e congregatione Lusitana, novaque erectio congregationis sub ejusdem nomine in eodem imperio.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium. §. 1. Inter gravissimas curas, quibus propter rerum magnitudinem continuo anxios Nos tenet pastoralis officii munus tot tantisque difficultatibus obnoxium, illa saepe Nostrum animum urgere solet, quae ad tuendam regularem sacrarum familiarum disciplinam conferre posse videtur, ut qui in poenitentiae castris Christi duci se se sacramento obstrinxerunt apostolicae Sedis praesidio facilius in viam mandatorum currere pergant.

Expositio precum. §. 2. Nuper siquidem exponi Nobis fecit dilectus filius frater Antonius do Carmo in ordine monachorum sancti Benedicti expresse professus ac modernus provincialis ejusdem ordinis in imperio Brasiliensi, in quo undecim existunt monasteria, inter quae septem numerantur abbatiae, una scilicet caput congregationis in civitate Sanctissimi Salvatoris, ac altera sancti Benedicti de Olinda in Phernambuco, atque aliae Nostrae Dominae de Monserrato in Fluminis Januarii, atque altera sub eodem titulo in Paraiba, atque alia Assumptionis beatae Mariae virginis in sancti Pauli, ac altera Nostrae Dominae dos Brotas nuncupatae in confinio villae sancti Francisci ejusdem provinciae, itemque reperiuntur quatuor praesidentiae, una nempe in villa dos Sanctos, ac altera in Soroeaba, ac una in Paraiba, et reliqua in Fondiabi in provincia sancti Pauli, quod omnia supradicta monasteria canonice instituta respective possident patrimonia in fundis acquisitis tam onerosarum donationum, quam aliorum generum legitimis titulis; quodque respectivos fructus, redditus, et proventus soliti semper fuerunt erogare non modo in substentationem religiosae familiae, in expensas divini cultus exercitii, in locorum manutentionem, ac restaurationem, verum etiam in subventionem pauperum quotidianas iis elargiendo eleemosynas, larga quoque nationi praebendo subsidia.

Prosecutio expositionis precum. §. 3. Eadem porro expositio subjungebat, quod tam electio abbatum principalium duorum ex praedictis septem monasteriis, quam praesidentium quatuor domibus praesidentialibus, aliorumque officialium etiam pro monasteriis in Brasilia existentibus exequebatur hucusque in generalibus comitiis quolibet triennio celebrari solitis in conventu sancti Martini de Tabaens uti capite totius congregationis in regno Portugalliae ad formam literarum apostolicarum bullae recolendae memoriae Clementis pp. X. praedecessoris Nostri incipientis « *Causas inter dilectos* » sub datum diei septimae septembris anni Domini millesi-

mi sexcentesimi septuagesimi tertii: cumque hoc idem in hujusmodi habitis postremis comitiis ob extraordinarias circumstantias peragi minime potuerit, cum maximo regularis observantiae, ac monasteriorum administrationis detrimento, ideo Nobis fuit humillime supplicatum, ut hisce monasteriorum praefatae congregationis ordinis sancti Benedicti in Brasiliensi imperio necessitatibus opportune consulere dignaremur, in quem finem carissimus in Christo filius Noster Petrus primus Brasiliae imperator per dilectum filium magistrum Franciscum Correa Vidigal suum apud Nos et Sedem apostolicam plenipotentiarium ministrum peculiaria officia interposuit.

Tenor concessionis.

§. 4. Nos igitur attentis quoque locorum distantia, et Oceani maris interjectione praedicti ordinis et congregationis bono consulere, laudatique imperatoris votis obsecundare volentes ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praevia omnimoda sejunctione, ac separatione a Lusitana monachorum ordinis sancti Benedicti congregatione, novam ipsius ordinis sancti Benedicti congregationem Brasiliensem nuncupandam ex omnibus et singulis monasteriis in Brasiliae imperio efformandam per praesentes erigimus, et constituimus sub iisdem prorsus legibus, juribus, privilegiis, ac praerogativis in supra memoratis Clementis pp. X. litteris contentis et expressis cum libera facultate celebrandi generalia comitia tam pro regimine universae congregationis, quam pro interna spirituali disciplina, atque oeconomica monasteriorum administratione.

De comitiis generalibus tenendis a nova congregatione.

§. 5. Hujusmodi porro generalia comitia in quibus eligendus erit superior generalis, qui toti praesit monachorum ordinis sancti Benedicti congregationi Brasiliensi prima vice habebuntur in monasterio sancti Sebastiani civitatis sanctissimi Salvatoris, atque in iis praeter alia ex voto majoris partis vocalium decernendum etiam erit, an in isto dumtaxat monasterio generale capitulum semper sit celebrandum, vel plura ad hoc sint statuenda coenobia, in quibus triennalia capitula alternis vicibus haberi debeant: qua quidem methodo semel designata nequeat in posterum immutari absque gravi rationabili causa, et cum sententia duarum ex tribus partibus capituli generalis.

De residentia superioris.

§. 6. Superior vero generalis praefatae congregationis Brasiliensis ordinis sancti Benedicti in eo monasterio residere, ejusque regimini praeesse debebit, in quo triennale capitulum fuerit celebratum. Jubemus idcirco ut qui ad praesens munere fungitur abbatis provincialis dictae congregationis in provincia Brasiliensi administrare interea debeat dictam congregationem cum omnibus juribus, honoribus, ac privilegiis superiori generali congregationis Lusitanae competentibus, ac teneatur convocare quamprimum fieri poterit generale capitulum in antedicto sancti Sebastiani monasterio ad consulendum celeri, et canonicae electioni novi superioris generalis, singulares peculiarium monasteriorum superiores, et administratores, ac quovis demum nomine nuncupentur in suis respective muneribus, et officiis hoc medio tempore Nos confirmantes usque ad praedictam generalis capituli celebrationem.

De juribus, et privilegiis superioris generalis.

§. 7. Tali autem superiori generali Benedictinae congregationis intra fines imperii Brasiliensis a Nobis constitutae omnia et singula jura, privilegia, honores, et praerogativas a supralaudato Clemente X. praedecessore Nostro generali superiori congregationis Lusitanae sancti Benedicti tributa plenariae concedimus et impertimur.

De vita, et moribus alumnorum.

§. 8. Et quoniam Nobis maxime cordi est, ut ex hac nova monachorum ordinis sancti Benedicti congregatione multa praesertim spiritualia commoda, et utilitates in universam Brasiliensem nationem queant promanare, in certam erigimur spem, quod ipsius ordinis alumni majorum suarum illustria sectantes exempla humanarum divinarumque litterarum studiis diligentissima incumbendo, adolescentes sacris in primis instruant disciplinis, atque idcirco avide exoptamus, ac Nobis et huic sanctae Sedi gratissimum erit ac summopere commendabile, quod monasteriorum scholae pateant exteris quoque adolescentibus, ita ut ipsi pro addiscendis philosophicis et theologicis disciplinis ad coenobia in Brasiliensi imperio existentia facile possint accedere, quemadmodum summo cum reipublicae commodo in pluribus Europae regionibus a Benedictinae familiae alumnis praestari semper in more positum fuit.

De privilegiis, praerogativis, et

§. 9. Hac profecto methodo cum nova erit monachorum ordinis sancti Benedicti congre-

exemptionibus congregationi tributis.

gatie in imperio Brasiliensi eenstitnta, eidem cuncta in perpetuum elargimnr privilegia, exemptiones, bonores ac praerogativas, quae simili cengregationi in Lusitaniae regno existenti antea legitime concessa dignoscuntur.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 10. Praesentes antem literas, et in ais contenta quaecumque etiam ex eo, qued quilibet in praemissis, vel in eorum alique jus ac interesse babentes, vel quomodolibet habere praetendentes illis non consenserint, seu quod aliqui ex ipsis ad praemissa minime vocati, et nullimode anditi fuerint nello unquam tempore de subreptienis vel ebreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel alio quolibet etiam substantiali defectu notari, impugnari, aut alias infringi, limitari, vel in controversiam vocari minime posse, sed semper, et perpetuo validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integres effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat et quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari debera, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et prursus inane esse, ac fore volumus atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, aliisque Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, nec non praedictorum erdinis et congregationis etiam juramento, confirmatiene apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et indultis, ac generalibus vel specialibus editis constitutienibus et ordinationibus; quibus omnibus et singulis ad praamissorum effectum latissime et plenissime et specialiter atque expressa scientia, et potestatis plenitudine paribus derogamus caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 12. Volumus insuper ut harum literarum transumptis etiam impressis manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, ac sigille personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae sejunctionis, separationis, erectionis, constitutionis, designationis, confirmatienis, concessionis, elargitionis, indulti, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; siquis autem hec attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Patri et Pauli apostolorum ejus se neverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo septimo, kalendis julii, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXIV.

Dat. die 7. julii 1827. Anno IV.

Dotatio collegii clericorum regularium Societatis Jesu civitatis Beneventanae.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

§. 1. Injuncti Nobis caelitus pastoralis officii ratio postulat ut illis quae pro felici collegiorum, in quibus adolescentes ad pietatem et scientias, atque ad ecclesiastica munia opportune instruuntur, directione ac progressu prudenter sunt constituta, quo firmius subsistant et serventur exactius, necessarium convenientis ac stabilis dotationis adjungamus praesidium.

Ratio concessionis.

§. 2. Cum igitur beneficio Dei factum sit, nt in civitate Nestra Beneventana redintegrare potuerimus antiquum collegium clericorum regularium Societatis Jesu, qui subditos Nostros praesertim juvenes in religione ac bonis artibus instruere assidue, utiliterque procurent, cumque probe agnoverimus annuum censum eidem collegie in sui dotationem pridem assignatum, haudquaquam sufficere pre congrua substentatiene tot alumnorum praefatae Societatis Jesu, quot ad continuo explenda in populi commoditatem non levia munera sunt necessarii.

Media ad consequendum finem adhibita.

§. 3. Animo idcirco revolventes, quanam ratione memorati collegii expediens augmentum cum maximo reipublicae bone curare possemus, non aliam in horum temporum angustiis datum est Nobis oppurtunam invenire viam, quam fundos ac redditus, jam antea ecclesiae varia methodo addictos, in operariorum ecclesiasticorum substentatienem convertere...

Tenor concessionis.

§. 4. Motu itaque proprie, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, cujus-

que consensus defectui supplentes ex nunc pro tunc, quando videlicet commenda monasterii abbatiae nuncupati sanctae Sophiae ordinis sancti Benedicti Beneventanae dioecesis, taxata in libris Camerae ad flores tercentum et quinquaginta, ex persona dilecti filii Nostri Fabritii Sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis Ruffo nuncupati quomodolibet cessaverit, titulum collativum, naturam, et essentiam ipsius monasterii perpetuo supprimimus, extinguimus, et annullamus, illiusque omnia et singula cujusvis generis bona, proprietates, fructus, redditus, et proventus, debitis tamen insimul supportatis oneribus, antedicto collegio clericorum regularium Societatis Jesu in civitate Nostra Beneventana perpetuo unimus, applicamus, et incorporamus ad hoc, ut familia vigintiquatuor circiter alumnorum ejusdem societatis decenter ali valeat in memorato collegio, atque ita instructioni juventutis in publicis scholis, et generatim Christi fidelium spirituali directioni atque utilitati, juxta institutionem et regulas laudatae societatis consuli firmissime possit.

Erectio domus pro spiritualibus exercitiis.

§. 5. Et quoniam in praedicta Beneventana civitate propria supradicti monasterii abbatiae nuncupati sub invocatione ipsius sanctae Sophiae, cum ei adnexa et pertinenti domo extat Ecclesia, facillimum et valde expediens futurum judicamus, quod ibi a supramemorata societate domus pro spiritualibus identidem peragendis exercitiis constabiliatur.

Deputatio executoris apostolici.

§. 6. Quocirca venerabili fratri Nostro Joanni Baptistae Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Bussi nuncupato archiepiscopo Beneventano, quem in harum literarum Nostrarum exequutorem eligimus ac deputamus, necessarias omnes, et opportunas ad praemissorum effectum plenariae consequendum tribuimus facultates, etiam super quacumque oppositione in actu exequutionis hujusmodi quomodolibet forsan oritura, servatis servandis; definitive quoque, et quavis appellatione remota, libere ac licite judicandi et pronunciandi.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet interesse habentes, vel habere praetendentes, vocati et auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio licet substantiali defectu notari, impugnari, vel incontroversiam vocari posse, sed semper ac perpetuo validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et ab omnibus, ad quos spectat inviolabiliter observari debere volumus atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, de suppressionibus committendis ad partes, ac Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, atque in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, praedictique monasterii privilegiis et indultis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum suppressionis, extinctionis, annullationis, unionis, applicationis, incorporationis, constitutionis, deputationis, attributionis, facultatis, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, eique ausu temerario contraire; siquis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo septimo, nonis julii, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXV.

Dat. die 20. julii 1827. Anno IV.

Coenobium sanctae Sabinae de Urbe in Aventino, erigitur in domum Tirocinii pro familia sancti Dominici ex provincia Romana, et Galliae Cisalpinae, cum illius subjectione temporario Moderatori ordinis.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Lertissimam sancti Dominici familiam, quae tot nobilitata viris, omnium virtutum laude praestantissimis, et praecipue sancto Thoma Aquinate, ex ejus doctrinae multitudine, varietate, et facilitate Doctoris Angelici nomen adepto, sancto Vincentio Ferrerio, indefesso Evangelii praecone, ac sancto Raymundo de Penniafurt, qui Gregorii IX. pont.

max. jussu decretalium volumen confecit, omni cura, omnique sollicitudine Nos prosequi sane decet, ut ejus alumni, illustria majorum exempla imitati, et Christianae, et civili reipublicae maximo esse possint et usui, et ornamento.

Ratio concessionis.

§. 2. Itaque quum intelligeremus ex optima tironum institutione totius sacrae cujusque familiae statum decoremque plane pendere, qua quidem vel neglecta vel remissa, hic etiam paullatim labatur, et corruat necesse est, tribus ad hinc annis Nostrum patefecimus consilium, ut in Romana provincia, quemadmodum in Gallia Subalpina, Sardiniae rege patreno, et auspice perfectum est, coenobium aliquod haberetur, ubi regularis disciplina religiose admodum servaretur. Quare non sine animi Nostri voluptate jam accepimus in urbis Reatinae aedibus templo finitimis, in quo solemniter pronunciatum est, Dominicanae familiae conditorem in sanctorum ordinem fuisse relatum, plures ejusmodi vitae genus ducere, decretis Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum, ac nominatim Clementis VIII. consentaneum, certamque spem praeseferre egregius in vinea Domini cultures futuros. Sed Nobis in hac alma urbe, tamquam in praecipuo ac nobiliori Ecclesiae Catholicae domicilio, ad coeteras domos sacrarum familiarum tirocinio constitutas, eam quidem pro sancti Dominici alumnis adjungere volentibus, ex iis, quae Nobis fideliter relata ab viris doctrina et pietate praestantibus, quos constituendos duximus, ut sacra urbis loca et inviserant, et si quid in iis minus rectum offenderent, emendandum curarent, nihil accumodatius visum est aedibus sanctae Sabinae in Monte Aventino, quae a frequentiori urbis strepitu semotae, tum ex aeris salubritate, tum ex loci amaenitate, aliisque nominibus ab ipsis ejusdem sacrae familiae iocunabulis magnopere commendantur. Quamvis vero Nos minime lateat, eas ipsas, in quibus sex fere saeculorum spatio optima religiosissimaque viguit disciplina, per literas apostolicas felicis recordationis Pii VII. praedecessoris Nostri sub annulo piscatoris expeditas, ac datas die decima quarta septembris anni millesimi octingentesimi decimi noni a congregatione cui nomen de Gavotti ad Galliae Cisalpinae provinciam fuisse translatas, eo tamen deveniendum est Nobis, ut in posterum Romanae et ejusdem Galliae provinciarum tironibus excipiendis addicantur. Neque profecto alumnis ex Galliae Cisalpinae provincia id consilii non gratum acceptumque poterit evenire; siquidem institutorum servantissimi valde ament eorum aedes in seminarium converti, e quo novellae plantationes in eorum sacrae familiae splendorem, et spem Ecclesiae succrescent, uberes fructus in tempore dati rae. Hac nimirum ratione cessurum confidimus, ut adolescentes alumni in disciplinam, in quam se tradiderunt, cito coagruentes, eo facilius in eorum institutis se se contineant, quodque nomine et habitu praeferunt, virtutis, pietatis et poenitentiae laudibus comprobent.

Tenor concessionis.

§. 3. Totius ergo Dominicanae familiae alumnos peculiari beneficentia prosequi volentes, quia tirocinii domus pro iisdem ipsis hic in urbe adhuc desideratur, quia sanctae Sabinae aedes ad propositum finem assequendum vel maxime accomodatae, quia denique alumni ex Galliae Cisalpinae provincia haud ita multi, qui post notissimam rerum conversionem ab anno millesimo octingentesimo decimo nono ad hanc usque diem aedes illas obtinuerunt, quamquam ab illis abstrahi fortassis dolenter ferant, tamen intuitu commodi longe splendidioris, quod ab ipsarum aedium usu immutato ad eamdem sacram familiam profluet, animi sollicitudinem leniunt, ac voluntati Nostrae, ut plus addecet homines, acquiescent, volentes jubentesque, seu motu proprio, ac certa scientia, plenaque apostolica potestate, coenobium sanctae Sabinae in Aventino Galliae Cisalpinae provinciae attributum, postbac tirocinii domum pro sancti Dominici familia ex Romana, et Galliae Cisalpinae provincia esse statuimus, neque alterutrius praefecto, sed temporario moderatori generali dumtaxat obnoxium volumus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 4. Mandamus ergo dilecto filio Josepho Mariae Velzi ejusdem sacrae familiae vicario generali, ut studio quam fieri potest maximo, quidquid hac de re peragendum ducat, omnino exequatur. Illius praeterea solertia, prudentis, ac rerum peritia confisi non dubitamus, quin ea domus opportunis muniatur praesidiis, et praesertim aptis instruatur magistris, qui adolescentes eorum coraa traditos et documentis, et lenitate, et patientia, et eorum ipsorum exemplo ita informent, ut

ad omnem pietatem, atque ad initum religiosae vitae institutum quem optime erudiant. Et quo melius res procedant, apostolica auctoritate Nostra praecipimus, ut coetera utriusque provinciae, Romae videlicet, et Galliae Cisalpinae tirocinia omnino cessent, atque in posterum nemo ejusdem sacrae familiae vestem possit induere, ejusque solemnia vota nuncupare, nisi prius religiosae vitae tirocinium per annum expleverit vel in Urbano sanctae Sabinae, vel in Reatino sancti Dominici Coenobio. Jam vero si haec omnia votis Nostris apprime respondeant, quemadmodum in Domino totius consolationis fonte sperare juvat, Dominicanae familiae alumni ii quidem semper erunt fortes viri, qui ambiunt lectulum salomonis, quique jure ut cum maxime dici poterunt lectissimi Christi milites, filii sanctorum, patriarcharum soboles.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Haec volumus atque mandamus decernentes hasce praesentes literas firmas validas, et efficaces existere, et fore, et commemoratis alumnis plenissime suffragari, et ab omnibus respective inviolabiliter observari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et sanctionibus apostolicis, atque ejusdem praedecessoris Nostri literis, de quibus habita est mentio, nec non Galliae Cisalpinae provinciae, et congregationis de Gavotti nuncupatae etiam juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus coeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima julii millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXVI.

Dat. die 14. julii 1827. Anno IV.

Deputatio perpetui commissarii, qui curam geret almae domus Lauretanae, illiusque bona administret, et alia peragat ad illius conservationem necessaria.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Memorantur literae ad rem datae ab Innocentio XII.

§. 1. Sacra aedes Lauretana propter illam reverentiam quam toto terrarum orbe promeruit, eo quod in ea verbum caro factum est, bonis satis amplis ditata invenitur. Provida autem cura Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum in id semper incubuit, ut meliori, quo fieri posset modo, ipsius sacrae aedis, caeterarumque domorum, ac bonorum omnium seu rerum quarumcumque ad eam pertinentium custodiae et administrationi consuleretur. Inter eos vero felicis recordationis Innocentius XII. per suas literas apostolicas sub plumbo datas quarto idus augusti anno 1698 quae incipiunt « *Sacrosanta Redemptionis* » peculiarem instituit congregationem nonnullorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium ac Romanae curiae praelatorum, quam Lauretanam nominavit, in iis autem literis praeter alia illud etiam constituit, ut quoad ea, quae ad praedictam custodiam, administrationemque pertinent illius ex Romanae curiae praelatis, qui in gubernatorem Lauretanae civitatis a se suisque successoribus eligeretur opera, et ministerio uti eadem quoque congregatio deberet.

Evincitur quomodo Innocentiana constitutio cum actuali rerum civilium ordine nequeat conciliari.

§. 2. At juxta praesentem rerum civilium ecclesiasticae Nostrae ditionis ordinem civitas Lauretana minime ex illis locis est, quibus gubernator ex numero praelatorum praefici soleat. Quocirca ad administrationem illam, illamque custodiam speciatim virum alium, eumque unum, ut mos erat, ex praelatis ejusdem Romanae curiae in posterum destinari conveniens est, id sanctitate, et decore sacrae ipsius Lauretanae aedis exigente.

Consulitur proinde decuri almae domus deputatione specialis commissarii.

§. 3. Hoc ipsum igitur audita primum supradicta congregatione Lauretana Nos per praesentes Nostras apostolicas literas motuproprio, atque ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine constituimus: nimirum decernimus, ut in posterum unus ex Romanae curiae praelatis a Nobis, vel a successoribus Nostris Romanis pontificibus deputandus, ad hujus sanctae Sedis beneplacitum, et ad for-

mam praefatae constitutionis felicis recordationis praedecessoris Nostri Innocentii pp. XII. custodiam habeat sacrae aedis Lauretanae, coeterarumque domorum, ac bonorum omnium, seu rerum quarumcumque ad eam spectantium atque earumdem administrationem, nec non et ministrorum locis rebusque ad ipsam sacram aedem pertinentibus inservientium curam, et regimen gerat in iis dumtaxat, qui eorum ministeriorum respiciunt. Hujusmodi vero praelatum honoris gratia titulo commissarii almae domus Lauretanae decoramus, eodem nempe titulo, quo ipsius almae domus olim protectores gaudebant.

Deputatio primi commissarii.

§. 4. In hodiernum vero commissarium eligimus dilectum filium Stephanum Scerra in episcopum ecclesiae Orepiensis in partibus infidelium designatum virum Nobis gerendarum rerum peritia, et integritate vitae probatum. Quamobrem per hasce literas tum eidem dilecto filio designato episcopo Orepiensi tum coeteris commissariis pro tempore omnem eam potestatem tribuimus, et impertimur, qua antea praelati gubernatores Lauretanae civitatis potiebantur: attamen circa ea solum, quae ad praedictam custodiam, administrationem, curam, et regimen pertinent. Namque salvam esse volumus jurisdictionem civilem tum gubernatoris civitatis Lauretanae, tum gubernatoris provinciae, sive delegati, oe ordo qui nunc obtinet, perturbetur.

Confirmatio privilegiorum sacrae aedi concessorum.

§. 5. Ut autem oeconomicam ejusdem sacrae Lauretanae aedis curationem facilem reddamus, expeditamque, confirmamus in ejus favorem privilegium, quod vocant manus regiae, adversus debitores atque statuimus, ut commissarius pro tempore judex sit judiciorum ejusdem manus regiae juxta formam chirographi Nostri sub die decima prima julii anni millesimi octingentesimi vigesimi quarti, ac Nostri rescripti sub die vigesima quarta januarii anni millesimi octingentesimi vigesimi quinti hac super re dati. Jam vero laudatus Noster praedecessor Innocentius XII. inhaerens constitutioni Pauli PP. V. datae pridie idus julii anni millesimi sexagesimi vigesimi territorium sacrae aedis Lauretanae, columnis etiam, et scalis inclusis uno cum omnibus ejusdem sacrae aedis ministris, et officialibus, aliisque personis ei quomodolibet inservientibus, vel ad eam ex qualibet mundi parte devotionis gratia confluentibus, ab episcopi Lauretani jurisdictione poenitus exemit, et sub beati Petri, atque Sedis apostolicae speciali, et immediata protectione suscepit. Statuit autem et jussit, ut memorata congregatio Lauretana ministerio et opera episcopi Lauretani pro tempore tamquam Sedis apostolicae delegati in spiritualibus uteretur.

Reservatio jurisdictionis contentiosae in spiritualibus soli delegato Sedis apostolicae.

§. 6. Quum vero earumdem Innocentii XII. literarum vi etiam praelatus gubernator civitatis Lauretanae aliquam obtineret ecclesiasticam jurisdictionem, Nos praesentium vigore decernimus, et mandamus, ut quod ad ecclesiasticam jurisdictionem fori contentiosi pertinet eam in posterum solus episcopus Lauretanus tamquam Sedis apostolicae delegatus exerceat. Porro ad formam earumdem literarum Innocentii XII. tum episcopus Lauretanus in his, in quibus gerit personam delegati Sedis apostolicae, tum commissarius congregationis Lauretanae ab eodem ipso pontifice erectae subjecti manebunt. Si qua vero deinceps dubia, vel controversiae circa praesentium Nostrarum vel laudati saepius Innocentii literarum observantiam vel interpretationem exoriantur, dissolvi omnino ab eadem congregatione debeat. Praecipimus autem ut in illis dissolvendis controversiis, dubiisque, congregatio eadem ad normam resolutionum a felicis recordationis Benedicto XIV. Nostro pariter praedecessore editarum juxta suas apostolicas literas sub plumbo datas septimo idus januarii anni millesimi septingentesimi quadrigesimi secundi, quarum initium « *Humilitatis Nostrae* » se dirigat: legibus tamen, quae hodie vigent, servatis.

Clausulae sublata, et decretum irritans.

§. 7. Haec igitur statuimus, atque mandamus, decernentes has literas firmas validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari, nulloque praetextu umquam etiam ex eo quod ii, quorum interest, aut consenserint de subreptionis, aut obreptionis vitio seu intentionis Nostrae defectu impugnari posse, sique in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri, debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 8. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, et aliis Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, felicis recordationis Benedicti XIV. super divisione materiarum, ac memoratis literis Innocentii XII., nec non aliis apostolicis etiam pro sacra aede Lauretana, atque in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, itemque ipsius sacrae aedis Lauretanae vel praedictae Congregationis Lauretanae et Ecclesiarum, aut piorum locorum quorumcumque etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis constitutionibus privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quacumque exquisita forma exceptis, quarum etiam expressa facienda mentio esset, coeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quarta julii, millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 24. julii 1827. Anno IV.

CCXVII.

Suppressio beneficii ecclesiastici sub invocatione Annunciationis beatae Mariae virginis erecti in ecclesia parrochiali sancti Blasii oppidi Montis Vidoni Combatte Firmanae dioecesis, cum concessione bonorum in ampliationem dotationis ipsius paroeciae.

Leo PP. XII.

Dilecte fili,
salutem et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. De congrua rectorum parochialium ecclesiarum sustentatione, prout universi gregis Dominici Nobis ex alto concredita cura requirit summopere solliciti ne illos sub pondere diei, et aestus collabi contingat ecclesiasticorum Beneficiorum suppressionis ministerio quoque adhibito eorum necessitati consulimus prout in domino prospicimus salubriter expedire.

Expositio precum. §. 2. Sane pro parte dilecti filii Paschalis Tamburri presbyteri, ac rectoris parochialis ecclesiae sancti Blasii oppidii Montis Vidoni Combatte Firmanae dioecesis Nobis nuper exhibita expositio continebat, quod redditus dictae parrochialis ecclesiae etiam una cum incertis quadraginta ducatorum auri de Camera non excedentes, ita tenues sunt ut ad congruam, decentemque illius rectoris pro tempore existentis substentationem minime sufficientes dignoscantur. Si igitur sicut eadem expositio subjungebat perpetuum simplex et personalem residentiam non requirens beneficium ecclesiasticum ad altare, vel sub invocatione Annunciationis B. M. V. in parochiali, seu alia ecclesia dicti oppidi, quod dilectus filius Andreas Morelli clericus, seu presbyter ed praesens canonice obtinet, praevia illius tituli collativi ex nunc prout ex tunc et e contra in infrascriptum scilicet eventum perpetua suppressione, et extinctione, ut infra facienda cum omnibus et singulis illius bonis, rebus, proprietatibus, ac fructibus, redditibus, et proventibus universis eidem primodictae parochiali ecclesiae etiam perpetuo uniretur, annecteretur et incorporaretur, aliaque infrascripta per Nos, et Sedem apostolicam etiam ut infra fierent, et ordinarentur ex hoc profecto ipsius primodictae parochialis ecclesiae redditnum tenuitati aliqua saltem in parte consuleretur, ideo Nobis humiliter supplicari fecit exponens praefatus, quatenus ai in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur eidem exponenti specialem gratiam facere volentes ipsumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure vel ab homine quavis occasione latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes nec non aliarum unionum eidem parochiali ecclesiae hactenus forsan factarum, si quae sint tenores etiam seniores ee datas pro expressis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati discretionis tuae per praesentes committimus et mandamus, quatenus vocatis qui fuerint ad id vocandi, beneficium praefatum cujus et illi forsan annexorum fructus, redditus, et proventus etiam non deductis illius oneribus quatuordecim ducatorum auri de camera hujusmodi, et Juliorum quinque monetae Romanae secundum comunem aestimationem valorem an- Tenor concessionis.

nuum non excedunt ex nunc prout ex tunc et e contra cum primum scilicet illud percessum etiam ex causa permutationis aut quamvis aliam dimissionem vel ammissionem dicti Andreae, aut alio quovis modo etiam apud Sedem praefatam ct in aliquo ex mensibus Nobis et romano pontifici pro tempore existenti Sediqee praedictae per quascumque literas, et constitutiones apostolicas aut canceliariae apostolicae regulas editas vel edendas, aut alias quomodolibet reservatis seu ordinariis collatoribus etiam per constitutiones et regulas easdem seu literas alternativarum, aut quaevis alia privilegia, et induita hactenus concessa, et in posterum concedenda competen vacare contigerit, illiusque titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam beneficii collativi, ita qnod illud ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativum esse desinat, ac de cetero uti tale in titulum collàtivnm quavis auctoritate conferri aut impetrari vel alias de illo quovis modo disponi amplius nequeat, et si illud deinceps olio nuquam tempore conferri aut impetrari vel alias de illo quovis modo disponi contigerit, collationes, provisiones, impetrationes aliaeve dispositiones de illo pro tempore quomodolibet factae nullae et invalidae nulliusque roboris vel momenti existant, nemiuique suffrageotur nec cuiquam jus vel coloratum titulum possidendi tribuant auctoritate Nostra perpetuo supprimas, et extinguas illisque sic suppressis et extinctis omnia et singula ejusdem beneficii sic suppressi, et extincti bona, res, proprietates, ac fructus. redditus et proventus praefatos parochiali ecclesiae primodictae ita qnod liceat prefato exponenti ut praefertur moderno, et pro tempore existenti primodictae parochialis ecclesiae rectori postquam causus illius vacationis evenerit, per se vel alium seu alios proprio et primodictae parnchialis ecclesiae nomiue ejusdem beneficii, ut praefertur suppressi et extincti illiusque bonorum, rerum, proprietatum, ac fructuum redditunm, et proventoum prefatorum veram realem, corporalem, et actoalem possessionem propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam hujusmodi perpetuo retinere dictaque bona, res, proprietates locare; dislocare, arrendere fructus quoque redditus et proventus praefatos percipere, exigere, levare, ac supportatis tamen prius per datum exponentem ut praefertur modernum ac pro tempore existentem primodictae parochialis ecclesiae rectorem omnibus et singulis dicto beneficio ut praefertur suppresso, et extincto quomodolibet inhaerentibus oneribus in suos et primodictae parochialis ecclesiae usus et utilitatem convertere dinecesani loci vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita auctoritate Nostra praefata sine alicujus praejudicio etiam perpetuo uuias et incorpores.

§. 4. Nos enim si suppressionem, extinctionem, unionem, incorporationem aliaque praemissa per se ipsarum praesentium vigore fieri contigerit easdem presentes nullo unquam tempore et quocumque capite vel qualibet causa quamtumvis juridica, pia, privilegiata ac speciali uota digna de subreptionis vel obreptioois aut necessitatis vitio vel intentionis Nostrae seu quopiam alio defectu uotari, impugnari, invalidari, in jus vel controversiam vocari aut adversus illos quodcumque juris vel facti aut gratiae vel justitiae remedium impetrari aut quidquam aliud in contrarium disponi ullatenus unquam posse, nec illas sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque literas et constitutiones apostolicas aut cancellariae praefatae regulas etiam in favorem ordinariorum quomodolibet editas vel edendas comprehendi vel confundi, sed semper ab illis excipi et quoties illae emanabunt, toties in pristinum et validissimum statum restitutas, repositas et pleoarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per dictum expooentem ut praefertor modernum et pro tempore existentem primodictae parochialis ecclesiae rectorem quaedocumque eligenda concessas esse et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios vel delegatos quavis auctoritate fuugentes etiam causarum palatii apostolici et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, vice legatos dictaeque Sedis nuncios judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus. Clausulae salutares, et irritantes.

§. 5. Non obstantibus Nostra et cancellariae praefatae regulà de unionibus ad partes Derogatio contrariorum.

committendis et de exprimendo in eis vero annuo beneficiorum ecclesiasticorum valore, nec non Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis aliisque etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis vel edendis specialibus vel generalibus constitutionibus, etiam ordinationibus apostolicis, privilegiis quoque indultis et literis apostolicis concessis quibusvis personis quavis auctoritate concessis, quibus omnibus et singulis etiamsi de illis eorumque latis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua non autem per clausulas generales idem importantes mentio sine quaevis alia expressio habenda aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret eorum tenores ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent eisdem praesentibus pro plene et sufficienter expressis habentes illis alias in suo roboro permansuris latissime, et plenissime ac specialiter et expresse nec non opportune, et valida pro hac vice dumtaxat harum quoque serie derogamus caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod dictus Andreas beneficium praefatum etiam ex causa permutationis resignare aut in manibus ordinarii loci libere dimittere seu juri sibi in illo vel ad illud quomodolibet competenti cedere non possit, et si illud resignaverit aut dimiserit seu juri cesserit, resignatio aut dimissiu seu cessio hujusmodi nonnisi in praefatae unionis favorem factae sint et esse censeantur eo ipso. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quarta julii anno millesimo octingentesimo vigesimo septimo pontificatus Nostri anno quarto.

CCXVIII.

Dat. die 27. julii 1827. Anno IV.

Erectio collegiatae ecclesiae oppidi planae grecorum sub titulo sancti Demetrii Thessalonicensis martyris dioecesis Montis regalis in regno utriusque Siciliae.

Venerabili fratri Dominico Benedicto Montis regalis archiepiscopo.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Moderantibus Nobis totius catholicae ecclesiae gubernacula nihil potius esse debet, quam ut Dei cultus efflorescat ubique magis, salutique animarum coesulatur.

Memorantur, quae fuerint disposita a Pio VII pro hujus ecclesiae collegiatae erectione.

§. 2. In hanc curam incumbens felicis recordationis Pius VII. praedecessor Noster libenter preces excepit ei porrectis a dilectis filiis magistratibus et civibus oppidi, quod planam graecorum nuncupant, quippe quae saeculo decimoquinto exeunte ex deductis in Siciliam graecis coaluit, et ritum graecorum catholicorum servans tibi paret. Id siquidem illi apud ipsum pontificem precibus institerunt, ut quum in eorum colonia ecclesia matrix et parochialis a Sancto Demetrio M. Thessalonicense nomen habens, assurgat, cujus archipresbyter ac sacerdotes adjutores terni ingenti illi plebi sibi concreditae curandae atque regendae impares erant, sacerdotum agrum illum excolentium numerum, erecto ibidem canonicorum collegio augeret. Hujusmodi votis benigne annuit praedecessor Noster, eo vel magis quod Ferdinandus I. utriusque Siciliae rex illustris eadem vota commendatione prosequutus est, nec verbis tantum petitioni isti suffragatus, sed quo erat in rem catholicam studio ecclesiae illius redditus annuu censu unciarum quatuorcentum amplificavit, auxit, ut canonicorum collegium auctoritate apostolica erigendum aleretur. Hinc rebus omnibus a congregatione consistoriali, cui negotium commissum, accurato examine libratis, et quibusdam propositis conditionibus, ipse pontifex suas edidit literas sub annulo piscatoris expeditas, ac datas die decima secunda decembris anno millesimo octingentesimo vigesimo.

Sententia de re edita a sacra congregatione consistoriali.

§. 3. Verum quum nonnullis ex causis praepedita deinceps fuerit illius collegialis ecclesiae constitutio, et plura in novum examen deduci oportuerit, rem totam denuo ad congregationem consistorialem detulimus. Explorata itaque sententia tua, ac instante in dies impensius carissimo in Christo filio Nostro Francisco I. utriusque Siciliae rege, per decretum, quod referente dilecto filio magistro Paulo Polidorio ejusdem congregationis

secretario die vigesima secunda proximi superioris mensis emisimus, perficiendi operis formam rationesque ad consilia praedecessoris Nostri praescripsimus.

Tenor concessionis.

§. 4. Illi igitur decreto inhaerentes, et singulos quosque, quibus hae literae favent peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, plena auctoritate Nostra volumus, atque mandamus, ut in oppido planae graecorum parochialis et matrix ecclesia honori sancti Demetrii Thessalonicensis martyris dicata, extincto prius collativo titulo archipresbyteratus, ac trium aliorumque, si quae sunt, beneficiorum parochialium, in collegiatam graeco-catholici ritus, servato parochialitatis, ceu dicunt, jure, sub plana ordinaria jurisdictione tua, seu istius ecclesiae in tempore archiepiscopi erigatur cum suo capitulo, choro, arca, et sigillo communibus, omni prorsus adempta iisdem spe habendi umquam futuris temporibus episcopum proprii ritus cum territorio separato.

Deputatio uniusdignitatis cum coadiutoribus.

§. 5. Jubemus itidem, in hoc novo capitulo unam dumtaxat dignitatem constitui cum titulo archipresbyteri, qui graece protopapa dicitur, cui animarum curam in commemorata ecclesia sancti Demetrii, pront antea, commissam praecipimus, datis eidem coadiutoribus tribus aliis presbyteris, usque adhuc parochis cappellanis nuncupatis, nunc vero in canonicorum numerum cooptandis. Haec porro dignitas in praesentiarum attribuetur hodierno archipresbytero Georgio Matranga, quin ulla nova collatio, et apostolicae literae requirantur.

Praefinitio numeri canonicorum, et beneficiariorum.

§. 6. Praeter archipresbyteralem vero dignitatem tredecim canonicatus erigantur cum totidem praebendis, prout mox dicetur, quorum canonicatuum priores tres perpetuo tribus presbyteris addicentur, quos archipresbytero coadiutores in parochialibus muneribus adsignatos esse, cautum superius est. Ceteri vero reliquos decem canonicatus adapti, sacris functionibus ad praestitutam normam peragendis iisqua exequendis quae recensentur in euchologio ex auctoritate Benedicti XIV. emendato, et typis sacrae congregationis de Propaganda Fide edito, iis exceptis, quae non sunt juxta constitutionem Benedicti XIV. *«,et si pastoralis »*, quae accurate religioseque omnino servanda erit, sedulam operam praestabunt, quod et de archipresbytero, ac tribus canonicis coadiutoribus, nec non de cappellanis, seu beneficiariis sancitum adicitur, prout in capituli statutis, de quibus infra agetur distincte decretum adnotabitur. In id porro, accitis etiam, ubi opus fuerit, viris graecas literas, ac disciplinas apprime edoctis venerabilis frater, diligentissime inquires, ac sedulo assidueque pervigilabis. Sex quoque aderunt in hoc aodem capitulo sacerdotes inservientes, seu benaficiarii nuncupati, qui eisdem ac ceteri decem canonici ubligationibus adstringentur, prout ipsorum gradus ratio postulat.

Dotatio mensae capitularis.

§. 7. Cum aotem a communitate dicti oppidi planae graecorum annua cuique ex tribus parochis cappellanis elim dictis unciarum quindecim portio fuerit attributa, unde summa quadraginta quinque unciarum coalescit, et insuper census unciarum triginta pro archipresbytero, nec non alii proventus pro eleemosynis missarum, et in divini cultus tuitionem ab eadem communitate sint assignati, ac praeterea ecclesia ipsa sancti Demetrii aliis fructibus emolumentisque in praesens potiatur, ac potiri in posterum possit, cumque ex regia munificentia pensio annua unciarum quadringentarum fuerit in novae collegiatae commodum decreta, quae deducendae erunt ex portione reddituum istius metropolit. ecclesiae patrimonii juxta apostolicum privilegium in pios usus erogandorum; idcirco hanc annuam summam unciarum quadringentarum integram, et absque ullo onere nove huic capitulo addicimus, et adsignamus una cum reliquis memoratis fructibus, ut ipsa inter dignitatem, aliosque canonicos, et inservientes eo quo a bullae exequutore, universis collegii circumstantiis inspectis, rite praafinietur modo, habita etiam ratione impensarum pro ecclesiae cultu, dividantur ea cum primis lege; ut integer perstet nullique oneri obnoxius census unciarum triginta pro archipresbytero, et unciarum quindecim pro quolibet ex tribus primis canonicis ad curam animarum in archipresbyteri auxilium adscitis, praeter parochialia emolumenta *fructus stolae* nuncupata, quae integre ad eosdem pro veteri mora

spectabunt. Jus item ex sacrorum legum praescripto erit archipresbytero, ac tribus iis canonicis, prout sancitum erit, percipiendas.

Reservatio juris nominandi canonicos, et dignitates favore regis utriusque Siciliae.

§. 8. Ob hanc porro dotem liberaliter ab serenissimo rege constitutam, majestati suae, ejusque successoribus benigne impertimur jus nominandi ex constituta a jure rannnum normo presbyteros idoneos, tum ad archipresbyteratus dignitatem, tum ad omnes canonicorum, et inservientium praebendas non solum hac prima vice (neo excepto archipresbyterato, et tribus primis canoniratibus, qui ut supra decretum est hodiernis arrhipresbytero, et tribus parochis cappellanis adjicientur) verum etiam in futuris quarumlibet earum praebendarum vacationibus. Decernimus autem, ut, nisi aliter ex peculiari quapiam causa majestati suae aliquando visum fuerit, ii semper ad haec beneficia praeferantur, qui ex praescripto pro ordinandis in memorata Benedicti XIV. constitutione studiis theologiae sacrae, rituumque orientalis ecclesiae in Panormitano, seu alio adprobato graecorum seminario vacaverint, ac de iis diligenter peractis testimonio archiepiscopi panormitani, vel ordinerii loci praesulis, ubi illud extet, sint commendati; itemque ut qui ad archipresbyteratum, et ad tres primos canonicatus, quibus adjectum est onus adjuvandi archipresbyteri, erunt nominati, probentur examine a te, tuisque successoribus, et si idonei ad munus, ad quod designati sunt, deprehendantur, canonicam a vobis institutionem suscipiant, quam et nominati nd alios canonicatus, et beneficia secundum canonum statuta obtinebuet.

De admissi ne confessariorum.

§. 9. Mandamus autem distincte, ut neminem, et prima hac vice et perpetuis futuris temporibus archipresbyteratus, canonicatuum, aliarumque praebendarem possessionam inire, imo nec ad confessiones excipiendas admitti fas sit, nisi antea coram te, vel tuo vicario generali professionem fidei ex formula a Gregorio XIII. praedecessore Nostro pro orientalibus sancita ediderit, et sacramenti religione interposita profiteatur, toto se mentis animique assensu recipere apostolicas de orientalium disciplina ordinationes, ac praesertim ejusdem Benedicti XIV. constitutionem quae incipit « et si pastoralis » qua providentissime de Italo-Graecis leges praescribuntur, seque iis noviter obtemperaturum fore, nihilque umquam admissurum, quod a debita erga latinum ritum reverentia absonum sit, vel ad personas ab ipsius cultu retrahendas possit conferre.

Distinctio paroeciarum pro christifidelibus latini, et graeci ritus.

§. 10. Cum vero eo in oppido complures degant e ritu latino, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine ad omnes prorsus controversiarum causas praecidendas, habitaque ratione praestantiae latini ritus, eo quod uti in memorata constitutione « et si pastoralis » ednotatur « *sit ritus Sanctae Romanae Ecclesiae omnium ecclesiarum matris et magistrae* » ab qualibet dependentia, et subjectione erga memoratam sancti Demetrii ecclesiam quovis titulo habenda eosdem eximimus, et exemptos in perpetuum decernimus, ipsorumque ecclesiam sancti Viti parochialem pro universis christifidelibus latini ritus ibidem immorantibus constituimus cum omnibus juribus, et privilegiis, et praerogativis parochialibus: mandamus idcirco, ut pro iis, qui graeco ritu utuntur, ecclesia sancti Demetrii sit praecipua parochialis cum matricitatis, ut vocant, praerogativa in ceteras dumtaxat illius ritus ecclesias; illi autem, qui latino ritu divina operantur, uti praecipuam, et pro se parochialem ecclesiam sancti Viti agnoscant, et colant, quin ulla perstet inter se alterutrius ex hisce ecclesiis praeeminentia matricitatis, titulo proinde praepositi parochum latinorum nuncupandum jubemus, volumusque titulum archipresbyteri utriusque ritus, quo asserunt usum quandoque fuisse graecorum archipresbyterus, nullimode in posterum ullo in actu adhiberi. Statuta pro capitulo collegiatae ecclesiae sancti Demetrii martyris, quae a sacra congregatione de propaganda fide erunt adprobata adamussim religioseque serventur, ut ex ipsorum praescripto disciplina chori, capitularium officia, onera, insignia, et quotidianae distributiones, ac stipendia, et bonorum procuratio, aliaque capituli negotia apte, rite, sancteque gerantur.

Deputatio executoris apostolici.

§. 11. Ut autem, quae hisce literis statuimus, plenum nanciscantur effectum, te venerabilis frater montis regalis archiepiscopum omnibus idcirco necessariis, et opportunis facultatibus munitum volumus, quibus singula quaeque a Nobis praescripta adamussim explenda cures, tibique potestatem facimus etiam alterum in id subdelegandi, nec non definitive, et omni appellatione remota pro-

nunciandi super quacumque oppositione in actu exequutionis bujusmodi forsan oritura.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 12. Decernimus demum hasce literas firmas, validas et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 13. Derogatis primum consensibus interesse habentium, ac non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum aliisque apostolicis, ac in universalibus provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plane et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima septima julii anno millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXIX.

Dat. die 5. aug. 1827. Anno IV.

Dismembratio pagi nuncupati Cannutii a dioecesi Ravennatensi, illis adnexio episcopatui Cerviensi.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Ex injuncto Nobis coelitus apostolicae servitutis officio, illa quae pro ecclesiarum, et dioecesanorum utilitate, atque commoditate juxta rerum ac temporum circumstantias opportuna dignoscentur statuere non abnuamus.

§. 2. Exhibita siquidem Nobis a venerabili fratre Ignatio Joanne Cadolini moderno episcopo Cerviensi nomine etiam dilectorum filiorum canonicorum illius cathedralis capituli, ac communitatis, et hominum illius civitatis petitio continebat quod cum intra limites paroeciae denominatae mensae sub dioecesi Ravennatensi quidam exiguus extet pagus Cannutium nuncupatus in quem ad Cerviensis coeli gravitatem aestivis praesertim temporibus vitandam Cervienses antistites secedere consueverunt, praefatus Ignatius Joannes episcopus inspecta insalubritate aeris civitatis praedictae sibi in animo proposuerit in dicto pago aede non mediocri sumptu acquirere pro seminario episcopali inibi instituendo, ideoque pagum praedictum a Ravennatensi dioecesi dismembrandum et dioecesi Cerviensi uniendum et adjungendum proposuit, idque anixis precibus postulavit. Expositio precum.

§. 3. Nos bujusmodi postulationibus benigne annuentes, auditoque venerabili etiam fratre clarissimo Falconerio hodierno archiepiscopo Ravennatensi, et cognito quod incolarum eo in Pago degentium (quibus nonnisi per flumen Savium patet aditus ad parochum, ac nihil pene detrimenti parocho ipsi irrogatur, quin imo et a dissitorum popularium incommoda procuratione et ab stipendio cappellani ecclesiae ibidem positae liberatur) commodo et utilitati apprime consuleretur, prout jam circa vicinarum dioecesium opportuniores fines statuendos considerari mandaveramus, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine Pagum praedictum Cannutium nuncupatum cum suo territorio usque ad memoratum flumen Savium a praedicta paroecia mensae nuncupatae, atque a dioecesi Ravennatensi perpetuo sejungimus, dismembramus, dividimus, ac separamus, et ita sejunctum, dismembratum, divisum, ac separatum cum omnibus in eo degentibus utriusque sexus habitatoribus, et incolis tam laicis, quam clericis cujuscumque gradus, ordinis, et conditionis existant, nec non ecclesiam, seu oratorium publicum inibi existentem dioecesi Cerviensi etiam perpetuo attribuimus, unimus, et in- Tenor concessionis.

corporamus, atque omnimode spirituali jurisdictioni, regimini, potestati, et auctoritati moderni, ac pro tempore existentis episcopi Cerviensis perpetuo subjicimus, atque supponimus.

Translatio documentorum ad cancellariam episcopalem Cerviensem.

§. 4. Ad consulendum vero christifidelium in dicto Pago degentium bono, et commoditati praescribimus, ut omnia, et singula documenta Pagum praedictum sic dismembratum, et separatum respicientia, ab archiepiscopali cancellaria Ravennatensi extrahantur, atque opportuna forma episcopali cancellariae Cerviensi tradantur inibi perpetuo asservanda.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet interesse habentes, vel habere praetendentes vocati et auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae defectu notari, impugnari, aut in controversiam vocari posse, sed perpetuo validas, efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, aliisque Nostris, et cancellariae apostolicae regulis etiam in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, praedictaeque archiepiscopalis ecclesiae Ravennatensis etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis et literis apostolicis; caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum sejunctionis, dismembrationis, divisionis, separationis, attributionis, unionis, incorporationis, subjectionis, suppositionis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; siquis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae millesimo octingentesimo vigesimo septimo, nonas augusti, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXX.

Dat. die 16. aug. 1827. Anno IV.

Confirmatio conventionum initarum inter sanctam Sedem, et serenissimum Belgarum regem de rebus ecclesiasticis regni Belgici, et distributione dioecesum.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Quod jamdiu maximis erat in votis, nimirum ut ecclesiasticae res in regno Belgico opportune componerentur, id juvante Deo, qui Pater est misericordiarum, et Deus totius consolationis demum feliciter effectum gratulamur. Nihil enim jucundius accidere Nobis poterat utpote qui in summo apostolatus apice meritis licet imparibus constituti pro illa qua dies, noctesque urgemur omnium ecclesiarum sollicitudine dolebamus vehementer de gravissimis malis quae ex ingentibus praeteritorum temporum calamitatibus redundarant in ejusdem inclitae nationis, catholicos, quos ceteroquin, et fidei constantia, et in hanc apostolicam Sedem devotio summopere commendant, porro saluberrimum opus istud quod felicis recordationis praedecessor Noster Pius VII. aggressus est, et Nos deinde vestigiis ejus inhaerentes tandem absolvimus ceptum perfectumque est accedente ope, ac munificentia serenissimi principis Guilielmi Belgarum regis, cujus proinde propensam erga catholicos magno numero sibi subditos voluntatem grata semper memoria prosequemur. Ergo ad omnipotentis Dei gloriam, atque ad honorem deiparae Virginis Mariae, quam ut patronam Belgae praecipuo honorant cultu, sed et ad ipsorum Belgarum spirituale bonum, Nos istamque Sedem apostolicam inter, et laudatum serenissimum regem Guilielmum rite conventio habita est, quam praesentium literarum vigore apostolica auctoritate duximus confirmandam.

Tenor conventionum.

§. 2. Hujusce autem conventionis tenor est qui sequitur videlicet.

Conventio inter sanctissimum Dominum Leonem XII. summum pontificem et serenissimum Guilielmum Primum Belgarum regem.

Sanctitas sua summus pontifex Leo XII. et majestas sua Guilielmus I. Belgarum rex prin-

ceps Arausiacus Nassoviansis, magnus dux Luxemburgii etc. etc. cupiantes ecclesiae catholicae apostolicae Romanae negotia componere in universo Belgico regno in suos plenipotentiarios nominarunt videlicet.

Deputatio plenipotentiariorum.

§. 3. Sanctitas sua summus pontifex emi-nentissimum dominum Maurum Sanctae Romanae Ecclesiae praesbyterum cardinalem Cappellari sacrae congregationis de propaganda fide praefectum.

Et majestas Sua rex Belgii excellentissimum dominum Antonium Philippum Fiacrum Ghislenum comitem de Celles equitem regii ordinis Leonis Belgii in altero ordine comitiorum generalium regni suum apud sanctam Sedem oratorem extraordinarium et plenipotentiarium.

Qui plenipotentiarii auxiliariis primo praesule Francisco Cappaccioi secretariae brevium substituto, et secundo Joanne Petro Ignatio Germain referendario primae classis ad consilium status et legationis consiliario.

Post sibi mutuo tradita legitima et authentica suae quisque pleoipotentiae instrumenta de sequentibus articulis convenerunt.

De conventione anni 1801. servanda, et extendenda.

Art. I. §. 4. Conventio anno millesimo octingentesimo primo inita inter summum pontificem Pium septimum et gubernium Gallicarum, quae in meridionalibus regni Belgii provinciis viget ad septemtrionales provincias applicabitor.

De Capitulis, et Seminariis dioecesanis.

II. §. 5. Quaelibet dioecesis suum capitulum, suumque seminarium babebit.

De vacatione sedium episcopalium, et archiepiscopalium.

III. §. 6. Quoad casum in articulo XVII. conventionis anno millesimo octingentesimo primo initae antevisum id statuitur.

Quotiescomque Sedes archiepiscopalis, vel episcopalis vacaverit, illarum ecclesiarum capitula intra mensem a die vacationis computandum, serenissimum regem certiorem fieri curabunt de nominibus candidatorum ad clerum regni Belgii spectantium, quos dignas, et idoneas ad archiepiscopalem, vel episcopalem ecclesiam regendam judicaverint, quosque ea pietate, doctrina, ac prudentia praeditos esse cognoverint, quae juxta ecclesiae leges in episcopis requiruntur.

Si forte vero aliqui ex canditatis ipsis serenissimo regi minus grati extiterint capitula e catbalogo eos delebunt, reliqoo tamen manente sufficienti candidatorum numero, ex quo novus archiepiscopus eligi valeat. Tunc vero capitula ad canonicam electionem in archiepiscopum vel episcopum unius ex candidatis, qui supererunt juxta consuetas canonicas formas procedent, ac documentum electionis in forma authentica intra mensem ad summum pontificem perferri curabunt. Confectio processus informativi soper statu ecclesiae, et qualitatibus promovendi ad archiepiscopalem, vel episcopalem ecclesiam a Romano pontifice ad formam instructionis felicis recordationis Urbani papae VIII. jossu oditae committetur, quo accepto si summos pontifex compererit promovendum iis dotibus instructum, quae a canonibus in episcopo requiruntur eum quantocius fieri poterit juxta statutas formas per apostolicas literas confirmabit.

Si vero electio minime fuerit canonice peracta, aut promovendus dictis dotibus instructus non reperiatur ex speciali gratia summus pontifex indulgebit, ut capitulum ad novam electionem, ut supra canonica methodo valeat procedere.

Ratificationes praesentis conventionis mutuo tradentur Ruma sexaginta dierum spatio, aut citius si fieri poterit. Datom Romae die decima octava jonii millesimo octingentesimo vigesimo septimo.

D. Maurus card. Cappellari C. De Celles
Franciscus Capaccini–Germain.

§. 7. Hanc igitur conventionem, quam cum serenissimo Belgarum rege inivimus, qoaeque suprascriptis articulis continentur motu Nostro proprio, atque ex certa scientia et matura deliberatione nostra, deque apostolicae potestatis pleoitudine, audita selecta venerabilium fratrum Nostrorum S. Romanae Ecclesiae cardinalium congregatione, praesentium tenore denuo approbamus, ac ratam habemus, illique apostolici muniminis, et firmitatis robur, et efficaciam adjungimus. Quo circa illud in primis declaramus, atque decernimus ut conventio inter sanctam Sedem et gubernium Gallicanum inita die decimaquinta julii anni millesimi octingentesimi primi et a praedecessore Nostro Pio papa VII. confirmata per suas apostolicas literas decima octava kalendas septembris ejusdem anni datas, ad qoas habenda sit ratio, quaeque in meridionalibus regni Belgici provinciis viget, septemtrionalibus quoque provinciis applicetur, ut in uno, Confirmatio apostolica.

eodemque regno universae ecclesiasticae res una, eademque ratione regantur, et pertractentur.

Distributio dioecesium regni Belgici.

§. 8. Deinde vero quoniam ad plenam novissimae conventionis executionem necessarium est quemadmodum necesse fuit tempore conventionis anni millesimi octingentesimi primi dioecesum numerum constituere, easque suis finibus circumscribere, Nos collatis cum serenissimo rege Guilielmo consiliis ad catholicae religionis incrementum, atque ad animarum salutem, praeter quinque jam actu existentes, tres alias pro nunc episcopales sedes restituere, vel de novo erigere, sicque universum Belgicum regnum in octo dioeceses dividere, totidemque inibi cathedrales ecclesias constabilire decrevimus, quarum una metropolitana, reliquae interim ejusdem sint suffraganeae. Harum autem dioecesium limites hic tantum generaliter per provincias indicamus. Itaque ecclesia Mechliniensis erit metropolitana ecclesia, cujus dioecesanum territorium ex integris provinciis Brabantiae meridionalis, et Antuerpiensi constabit. Septem vero ecclesiae suffraganeae erunt ecclesia Leodiensis, Namurcensis, Tornacensis, Gandavensis, quatuor illae videlicet, quae jam extabant, et insuper aliae tres quas ad praesens statuimus erigendas, nempe Brugensis, Amstelodamensis, et Boscoducensis. Habebit autem Leodiensis ecclesia integras provincias Leodiensem, et Limburgensem, ecclesia Tornacensis Hannoniam, ecclesia Gandavensis universam Flandriam Orientalem, ecclesia Amstelodamensis provincias Hollandiae septemtrionalis, Hollandiae Orientalis, Ultrajecti, Overhyselii, Frisiae, Groninguae et Drenthae, ecclesia Brugensis universam Flandriam occidentalem, ac demum ecclesia Boscoducensis provincias Brabantiae septemtrionalis, Gueldriae, et Seclandiae. Jam vero in qualibet ecclesia cathedrali suum quoque aderit capitulum. Dotem autem congruam atque perpetuam unumquodque capitulum, habebit, et congrua similiter ac perpetua dos unicuique ex sedibus episcopalibus assignabitur: quarum quidem sedium status per serenissimi regis munificentiam, ut firmiter confidimus melior in dies faciliorque evadit. Ceterum ea omnia, quae ad accuratiorem Dioecesium circumscriptionem, atque ad perfectam ordinationem, vel episcopalium sedium, vel capitulorum Belgici regni spectant per alias apostolicas literas, quas brevi erimus daturi distincte praescribantur.

Jus nominandi antistites capitulis ecclesiarum cathedralium reservatur.

§. 9. Ut vero posteaquam capitula ecclesiarum omnium, quas commemoravimus fuerint constituta, facultatem eisdem capitulis tribuimus, ut perdurantibus rerum adjunctis in articulo XVII. conventionis anni millesimo octingentesimo primo, initae antevisis, quoties archiepiscopalis sedes, vel episcopalis vacaverit, capitulares illius vacantis ecclesiae unumquodque scilicet capitulum pro ecclesia sua capitulariter congregati, et servatis canonicis regulis novus antistites, ex ecclesiasticis Belgici regni viris, dignis tamen, et justa ecclesiasticas sanctiones idoneis ad formam articuli tertii novissimae conventionis eligere possint.

Reservatio specialis.

§. 10. Verum pro hac prima vice Nobis reservamus ecclesias regni Belgici de pastoribus providere quemadmodum pro Mechliniensi ecclesia a felicis recordationis Pio VII. praedecessore Nostro factum est; ac pari modo si ob dioecesium vastitatem contingat, ut episcopi dioecesani alieno indigeant ministerio in iis etiam quae characterem requirunt episcopalem, Nobis, et successoribus Nostris reservamus ejusmodi dioecesium episcopis, prout necessarium judicaverimus, ausiliares episcopos concedere, qui uis tamquam suffraganei adjumento sint in pontificalibus muniis explendis, quibus episcopis serenissimus rex, eveniente casu, dotationem eorum statui convenientem assignabit.

De juramento fidelitatis ab electis praestando.

§. 11. Annuimus autem, ut archiepiscopus, vel episcopus quisque supradictarum regni Belgici ecclesiarum postquam ab hac apostolica Sede canonicam exceperit Institutionem, et antequam suum gerendum munus suscipiat coram serenissimo rege juramentum fidelitatis emittat, prout fuerat constitutum in articulo VI. conventionis anni millesimi octingentesimi primi sequentibus verbis expressum.

« Ego juro, et promitto ad sancta Dei evangelia obedientiam, et fidelitatem majestati suo regi Belgarum meo legitimo principi. Item promitto me nullam communicationem habiturum, nulli consilio interfuturum, nullamque suspectam unionem neque intra, neque extra conservaturum, quae tranquillitati publicae noceat, et si tam in Dioecesi mea, quam ali-

bi noverim aliquid in status damnatum tractari Domino meo Regi manifestabo ».

De juramento ab aliis ecclesiasticis praestando.

§. 12. Similiter annuimus, ut hoc idem juramentum praestent ecclesiastici quoque viri secundi ordinis coram auctoritatibus civilibus a rege designatis, quemadmodum statutum fuerat in articulo VII. ejusdem conventionis.

De formula adhibenda in precibus pro rege recitandis.

§. 13. Pari modo, ut omnis solvatur ambiguitas circa modum, quo formula precum in articulo VIII. conventionis anni millesimi octingentesimi primi statuta ad praesentem rerum statum applicari valeat, declaramus eamdem sic esse immutandam « Domine salvum fac regem Nostrum Guilielmum.

De vicariis episcoporum.

§. 14. Episcopi autem liberam habebunt suorum vicariorum in spiritualibus generalium nominationem et electionem.

De cura seminariorum habenda ab ordinariis locorum.

§. 15. Porro tum archiepiscopi, tum episcopi cujusque praecipua cura versabitur circa seminaria. In illis enim adolescentes, qui in sortem domini vocantur opportuno tempore ad pietatem, morumque integritatem, et ad ecclesiasticam omnem disciplinam « Sicut novellae plantationes in juventute sua » informandi sunt. Enim vero boni, ac strenui in vinea Domini operarii nascentur sed fiunt; ut autem fiant ad episcoporum solertiam, industriamque pertinet. In executionem itaque articuli secundi novissimae conventionis a Nobis cum serenissimo rege Guilielmo inita seminaria in quslibet dioecesi eo qui sequitur modo constituentur, regentur, et administrabuntur. Ac primo quidem iis adolescentium numerus in iisdem ali, institui, atque educari debebit qui necessitatibus cujusque dioecesis, et populi commoditati plane respondeat; quique ab episcopo congrue erit definiendus. Quum vero maxime intersit, ut qui sacris se ministeriis addicunt, non solum in ecclesiasticis, verum etiam in philosophicis disciplinis, aliisque ad ecclesiasticas conducentibus rite instituantur, ut forma gregis fiant, et semper parati sint rationem reddere omni posecnti, idcirco episcopi in seminariis eas omnes cathedras constitoent, quas ad completam clericorum suorum institutionem necessarias judicabunt. Doctrinae denique, ac disciplinae institutio, educatio, et administratio seminariorum subjiciuntur auctoritati episcoporum respectivorum juxta formas canonicas. Hinc libere erit episcopis tum clericorum in seminariis admissio, et ab eisdem expulsio, tum etiam rectorum et professorum electio, coromque, quoties id oecessarium, aut utile judicabunt, remotio.

De dotatione seminariorum a rege suppeditanda

§. 16. Quae antem oecessaria sunt pro his seminariis vel instituendis, vel conservandis, ea liberaliter a serenissimo rege suppeditabuntur, qui magnanimi principis animum ostendens congrue se providere, vel iis omnibus, quae ad ecclesiasticam instructionem necessaria sunt, atque eo modo qui Nobis sit gratus per extraordinarium suum apud Nos oratorem professus est.

De divisione, et institutione parociarum.

§. 17. Deinque dinecesibus ut jam supra praescriptum est et mox per alias apostolicas literas clarius a Nobis praescriberetur, constitutis, episcopi juxta ea quae in articulis IX. et X. conventionis anni millesimi octingentesimi primi continentur ad novam ubi opus fuerit, paroeciarum circumscriptionem procedent, atque ad paroecias dignos plane, ac idoneos ecclesiasticos viros eligent. Serenissimus autem rex juxta ea, quae in articulo XIV. ejusdem conventionis fuerunt statuta omnium parochorum quos etiam ob novam paroeciarum circumscriptionem creare contigerit, sustentationi, quae cujusque statum deceat, quoque par sit illi qua parochi dioecesium in meridionalibus regni Belgici provinciis fruuntur, pro regali soa munificentia providebit.

De protectione praestanda piis institutionibus.

§. 18. In spem autem erigimur fore, ut inter istarum regionum catholicos inveniantur, qui libertate qui eis in articulo XV. saepe dictae conventionis aono millesimo octingentesimo primo ecclesiis consulendi asseritur, liberaliter uti velint: propensa vero regis voluntas Nos dubitare non sinit, quod protectionem fundationum vel elargitionum quas in favorem istarum ecclesiarum fieri contigerit, uti, et acquisitionum, quae ab iisdem ecclesiis fieri potuerunt majestas sua non sit susceptura.

Gratiarum actio.

§. 19. Restat nunc, ut plurimas Domino Deo Nostro gratias agamus propter id quod hactenus pro Ecclesiasticis rebus in universo regno Belgico ordinandis actum est, eumque enixis obtestemur precibus, ut id ipse confirmet solidetque « omne enim datum optimum, et omne donum perfectum de sursum est, neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus ».

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 20. Decernentes has praesentes literas nullo umquam tempore de subreptionis, et

obretionis, aut nullitatis vitio, vel iotentionis Nostrae, sut slio quocumque defectu notari, vel impugnari posse, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac inviolabiliter observari debere.

Derogatio contrariorum. §. 21. Non obstantibus apostolicis ac in synodalibus, provincialibus, et oniversalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quarumcumque ecelesiarum, et piorum locorum statutis, et privilegiis, aliisque contrariis quibuscumque. His enim omnibus tametsi pro sufficienti illorum derogatione specialis facienda mentio esset, vel alia exquisita forma servanda, quatenus praemissis obstare aliquo modo possint expresse derogamus. Irritum quoque, et inane decernimus si secus super his a quoquam qusvis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Fides habenda transumptis. §. 22. Volumus autem, ut harum literarom exemplis, etiam impressis, manuque publici Notarii subscriptis, et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum suo sigillo munitis eadem habeatur fides, quae Nostrae voluntatis significationi ipso hoc diplomate ostenso haberetur.

Sanctio poenalis. §. 23. Nulli ergo hominum liceat hanc voluntatis Nostrae paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo septimo. Sexto decimo kalendas septembris, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXI.

Dat. die 7. sept. 1827. Anno IV.

Concessio privilegii adstandi sacrosancto sacrificio missae, cum satisfactione praecepti ecclesiastici in odeo extructo in templo collegii canonicorum sanctae Mariae Reginacoeli in Monte sancto urbis pro Sebastiano Corsi, ejusque successoribus.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum. §. 1. Exponendum Nobis curavit dilectus filius Sebastianus Corsi, se pluribus ab hinc annis urbanae domus, quae adhaeret templo collegii canonicorum sanctae Mariae Reginae coeli in Monte sancto, haud procul a porta flaminia, primam emisse contignationem cum odeo, quod presbyterium ejusdem ecelesiae a cornu epistulae spectat; sibi autem in votis esse, ut illo ex odeo non ipse solum, sed etiam ejus posteri sacrosancto sacrificio possint adstare, ac diebus festis ecclesiastico praecepto satisfacere. Supplici ergo cum prece a Nobis petiit, ejus rei caussa apostolica venia muniri.

Tenor concessionis. §. 2. Nos vero accepto prius testimonio visitatoris apostolici ejusdem templi, ex quo Nobis innotuit, praeter alia, odeum illud nihil officere sacris mysteriis ibidem peragendis accedente consensu canonicorum collegii, oratoris postulationibus annuere non gravamur. Quapropter singulos quosque, quibus hae literae favent, peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, auctoritate Nostra apostolica facultatem facimus, cujus praesidio, praestita semel aliqua ecclesiae eleemosyna, ipse Sebastianus, ac qui ex ejus recto stipite in perpetuum descendant, commemorato odeo possint uti, ita ut ipsi, eorumque consanguinei et affines una cum iis degentes, ac familiares diebus quibuscumque per annum festis inde sacerdoti adstantes, dum sacrum facit, ecclesiastico praecepto rei divinae assistendi paruisse censeantur.

Conditiones concessioni adjectae. §. 3. Volumus tamen, ut tum lignea tum ferrea crate odeum sepiatur, utque per inscriptionem, apto loco positam, constet, confinem domum ecclesiastica immunitate minime frui, volumusque hac de re firmam ac ratam esse auctoritatem venerabilium fratrum Nostrorum sanctae Romanae ecclesiae cardinalium ecclesiasticae immunitati praapositorum. Mandamus praeterea, ut quae in ejusdem canonicorum collegii conventu die decima octava junii vertentis anni idcirco praescripta sunt adamussim serventur; videlicet, ut si Sebastianus, ejusque posteri eam contignationem vendendam vel locandam duxerint, hujusmodi indultum irritum illico fiat, atque eorum sumptu novus expeditusque canonicorum col-

legio, ad odeum illud pateat aditus; muro obstruatur porta, quae ex domo illuc ducit atque omnia in odei ornatum confecta omnino ecclesiae cedent.

Derogatio contrariorum. §. 4. Haec concedimus atque praecipimus, non obstantibus constitutionibus et sanctionibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die septima septembris millesimo octingentesimo vigesimo septimo pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 17. sept. 1827. Anno IV.

CCXXII.

Allocutio habita in consistorio secreto die decima septima septembris millesimo octingentesimo vigesimo septimo.

Venerabiles fratres.

Quas pro instaurandis ordinandisque belgicarum ecclesiarum rebus cum illustri et potentissimo Belgarum rege Guillelmo I. curas suscepimus, eas juvante Deo, felicem habuisse exitum vobis, venerabiles fratres, nunciamus. Conventioni enim, quam fel. record. praedecessor noster Pius VII., ut illatas iisdem ecclesiis clades quoquo modo repararet cum viro inivit; qui tum in Gallia rerum potiebatur, aliam Belgicu, nunc regno convenientem unanimi consensu suffecimus, quam tribus articulis distinctam, et typis editam vestris oculis subjici jussimus. Primus articulus ita se habet: nova conventio non australes dumtaxat, sicut illa Pii VII., sed boreales etiam belgici regni provincias complectetur. Altero articulo statuitur unamquamque belgicam dioecesim capitulo decorandam, et seminario instruendam esse. Tertius demum articulus fert, ut quoties archiepiscopalis, aut episcopalis ecclesia vacaverit, ejusdem Ecclesiae capitulum rite congregatum ad novi Antistitis electionem procedat, quae tamen electio a summo pontifice confirmanda erit; qui sicubi ipsam minus canonice factam, aut electum iis dotibus destitutum reperiat, quas sacri canones requirunt, capitulo indulgebit, ut ad novam canonica methodo electionem deveniat.

Conventioni huic nostrae apostolicas literas addidimus, typis similiter impressas atque ad vos jussu Nostro, deferendas, quibus eamdem conventionem confirmamus, et explicamus. Ex iis intelligetis Nos conlato cum serenissimo rege consilio, episcopalibus, quae nunc in Belgio sunt, sedibus tres alias adjunxisse: tum adulescentes qui in sortem Domini vocati sunt, ad frequentandas collegii philosophici scholas nulla postbac lege adactos, ea solum ratione instituendos, quam episcopi praescripserint.

Haec et alia hujusmodi fusius in apostolicis literis supra memoratis exposita invenietis. Quibus, et conventione per eas explicata, belgicas ecclesias a miserrimo, in quem calamitas temporum illas conjecerat statu, quoad fieri potuit sublevatas a Nobis esse plane confidimus. Hoc tamen tam salutare, tam expetitum a Nobis bonum nunquam consecuti essemus, nisi Serenissimus rex Guillelmus pro sua sapientia, suis in Nos studiis, suaque in catholicos sibi subditos benignitate votis Nostris annuens, adjutricem Nobis operam humanissime praebuisset. In primis igitur patri misericordiarum, in cujus manu corda regum sunt, tum eidem serenissimo regi maximas et sollemnes hoc in loco gratias agimus, firmam in spem erecti aum ingenuitatis, et instituti Nostri probe conscium, animo in rem catholicam quotidie magis propensiore futurum.

CCXXIII.

Dat. die 18. sept. 1827. Anno IV.

Suppressio simplicis beneficii sub invocatione sancti Jacobi erecti in ecclesia cathedrali Firmana ad effectum ampliandi dotationem ecclesiae parochialis sancti Petri ejusdem civitatis.

Leo PP. XII.

Dilecte fili,
salutem et apostolicam benedictionem.

§. 1. De congrua animarum rectorum sustentatione attentius cogitantes rerum eorum parochiales ecclesias redituum modicitate laborare in sinum nostrae auditionis offertur, ut tribuenda eisdem Rectoribus merces eorum laboribus utcumque respondeat beneficiorum ecclesiasticorum suppressionis etiam Prooemium.

medium capescere haud haesitamus ex qua redditibus adsuetis omnique per eos temporalium sollicitudine seposita spiritualium in animarum cura exercenda studium hilariter ad augeri alteriterque dignoscatur.

Expositio precum.

§. 2. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti filii Antonii Petretti presbyteri ac rectoris parochialis ecclesiae sancti Petri Firmana expositio continebat quod dicta parochialis ecclesia quae octingentorum circiter parochianorum numerum complectitur tam modicis est dotata redditibus ut ipsi ad congruam pro tempore existentis illius rectoris sustentationem minime valeant sufficere. Si itaque sicut eadem expositio subjungebat perpetuum simplex et personalem residentiam non requirens beneficium ecclesiasticum ad altare vel sub invocatione sancti Jacobi in Parieto nuncupatum in metropolitana ecclesia Firmana quod dilectus filius Aloysius Emiliani presbyter in praesens obtinet ex nunc pro tunc videlicet in infrascriptum eventum perpetuo ut infra supprimeretur praemissaque suppressione hujusmodi praefati beneficii bona res ac fructus, redditus, et proventus infrascripti praefatae parochialis ecclesiae perpetuo ut infra applicaretur aliaque infrascripta per Nos ad Sedem apostolicam etiam ut infra fieret et ordinarentur ex hoc profecto dictorum redditum tenuitati aliqua in parte consuleretur, ideo Nobis humiliter supplicari fecit Antonius praefatus quatenus ejusdem parochialis ecclesiae utilitati prospicere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur eidem Antonio specialem gratiam facere volentes ipsumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes nec non aliarum applicationum eidem parochiali ecclesiae hactenus forsan factarum si quae sint tenores etiam veriores ac datas eisdem praesentibus pro expressis habentibus hujusmodi supplicationibus inclinati discretioni suae de qua plenam in Domino fiduciam habemos per praesentes committimus et mandamus, quatenus vocatis qui fuerint ad id vocandi beneficium praefatum cujus et illis forsan annexorum fructus, redditus, et proventus viginti ducatorum auri de camera secundum communem aestimationem valorem annuum ut dictus Antonius asserit non excedunt qui perpetuo onere persolvendo annuam summam decem scutatorum monetae Romanae favore dictae parochialis ecclesiae gravati ex nunc prout ex tunc et e contra cum primum videlicet illud percessum et ex causa permutationis, vel decessum seu privationem aut quamvis etiam dimissionem vel amissionem seu religionis ingressum et professionis in ea amissionem dicti Aloysii aut alias quovis modo etiam apud Sedem apostolicam praefatam ex quocumque decreto vacationis, seu cessionis juris in provisionibus de aliis beneficiis ecclesiasticis eidem Aloysio apostolica auctoritate faciendis apponendo seu tunc apposito etiam in aliquo ex mensibus Nobis et Romano pontifici pro tempore existenti sedique praefatae per quascumque literas et constitutiones apostolicas aut cancellariae apostolicae regulas editas vel edendas aut alias quomodolibet reservatis seu ordinariis collatoribus etiam per constitutiones; et regulas easdem sententias alternativarum aut alia privilegia et indulta hactenus concessa, et in posterum concedenda competentibus vacare contigerit illiusque titulum collativum nomen, denominationem, naturam, et essentiam beneficii collativi ita quod illud ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativum esse desinat ac de caetero ut tale in titulum collativum quavis auctoritate conferri vel impetrari, aut alias de illo quovis modo disponi amplius nequeat. Et si illud ullo umquam tempore quavis auctoritate conferri aut impetrari vel alias de illo quovis modo disponi contigerit collationes impetrationes aliasque dispositiones sic de illo pro tempore quomodolibet factae nullae et invalidae nulliusque roboris vel momenti existant neminique suffragentur nec cuiquam, jus vel coloratum titulum possidendi tribuant auctoritate nostra perpetuo supprimas et extinguas illisque sic suppressis et extinctis omnia, et singula praefati beneficii bona, jura, res, proprietates et emolumenta quaecumque ac fructus, redditus, et proventus praefatos ex nunc pariter prout ex tunc, et e contra postquam tamen illud ex praefata Aloysii persona ut praefertur vacaverit eidem parochiali ecclesiae ita quod liceat pro tempore existenti illius rector praedicto

per se vel alium seu alios proprio ac dictae parochialis ecclesiae nomine statim ac ipsius benificii vacationis casus evenerit ejusdem beneficii ut praefertur suppressi et extincti illiusque bonorum, rerum, proprietatum, jurium, obventionum, et emolumentorum praefatorum veram, realem, et actualem possessionem propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam hujusmodi perpetuo retinere dictaque bona, res, et proprietates locare, dislocare, arrendere, fructus, redditus, et proventos quoque percipere, exigere, levare, ac supportatis tamen prius per dictae parochialis ecclesiae rectorem hujusmodi omnibus, et singulis praefato beneficio quomodolibet inhaerentibus oneribus in suos ac dictae parochialis ecclesiae usus et utilitatem convertere fiant hujusmodi vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita praedicto solutionis unere prorsus extincto, et annullato ac cum caeteris ejusdem parochialis ecclesiae fructibus, redditibus, et proventibus consolidato remanente apostolica auctoritate Nostra praefata sine alicujus praejudicio etiam perpetuo applicas, et appropries.

Clausulae solutares, et irritantes.

§. 4. Nos enim si suppressionem et extinctionem ac applicationem, appropriationem aliaque promissa per te earumdem praesentium vigore fieri contigerit et postquam facta fuerit easdem praesentes nullorumque tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis eis juridica, et legittima privilegiata ac specialiter nota digna de subreptioois vel obreptionis aut nullitatis vitio vel intentionis Nostrae seu quopiam alio defectu notum impugnari, invalidari, in jus vel controversiam vocari aut adversus illas quandocumque juris vel facti aut gratiae vel justitiae remedium impetrandi aut quidquid aliud in contrariuoi disponi allegatus posse nec eas sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque literas et constitutiones apostolicas aut cancellariae apostolicae praefatao regulas pro tempore factas et faciendas ac concessas, et concedendas comprehendere, sed semper ab illis excipi et quoties illae emanabunt toties in pristinum, et validissimum statum restitutus, repositus et plenariae reintegratus, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per dictum Antonium et successores suos parochialem ecclesiam praefatam pro tempore quomodocumque obtinentes quandocumque eligendo concessus esse et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios vel delegatos quavis auctoritate fungentes et causarum palatii apostolici auditores ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos vice legatos dictaeque sedis nuncios judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus nostra et cancellariae regula de applicationibus ad partes existentibus ac de exprimendis in eis vero annuo beneficiorum ecclesiasticorum valore ac Lateranensis concilii novissime celebrati applicationes perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri probibendo aliisque et in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis vel edendis specialibus vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis dictaeque metropolitanae ecclesiae etiam juramento constitutione apostolica vel quavis auctoritate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis et literis apostolicis quibus superioribus et personis in genere vel in specie aut alias in contrarium praemissorum forsan quomodolibet concessis quibus omnibus et singulis etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quaevis alia expressio habenda aut aliqua etiam exquisita forma ad hoc servanda foret eorum tenores ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso et forma in illis tradita observatur inserte forent eisdem praesentibus pro plene et sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris latissime et plenissime ac specialiter ad praemissorum omnium validissimum effectum nec non oppositione et valide hac vice dumtaxat harum quoque serie derogantes caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod dictus Aloysius beneficium praefatum per eum ut praefertur obtentum tam simpliciter quam ad favorem alicujus et ex causa permutationis resignare aut in manibus ordinarii loci libere dimittere seu juri sibi in illu vel ad istud quomodocumque competenda laedere non possit

et si eum beneficium praefatum résignare aut dimittere seu ut praefertur juri cedere contingat, resignatio, dimissio aut juris cessio hujusmodi in supradictae applicationis favorem tamen factae sint et esse censeatur eo ipso. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima septembris millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXIV.

Dat. die 20. sept. 1827. Anno IV.

Confirmatio rescripti editi a sacra congregatione episcoporum, et regularium super approbatione resolutionis capituli generalis monachorum ordinis Cisterciensis congregationis reformatae sancti Bernardi regnorum Castellae, et legionis in Hispania.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Memoratur quomodo jam sacrae congregationis decretum fuerit approbatum.

§. 1. Quaedam reformationes, quas capitulum generale monachorum ordinis Cisterciensis congregationis reformatae sancti Bernardi regnorum Castellae et legionis in Hispania, circa modum eligendi in posterum abbates, elapso anno millesimo octingentesimo vigesimo quarto proponere curavit, et Nos, referente secretario congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negociis episcoporum et regularium praepositorum in audientia Nostra diei primae junii currentis anni, eas certis modo et forma approbavimus, denuo nunc Nobis, nomine dilecti filii Clementis Barbajero ejusdem congregationis reformatae ex-generalis, exhibentur, ut illae una cum rescripto approbationis in apostolicis hisce literis referendae, majori roborentur firmitate et praesidio. Sequitur tenor reformationum et rescripti.

Beatissime Pater.

Fr. Clemens Barbajero congregationis Cisterciensis regnorum Castellae et legionis in Hispania monachus ex-generalis ejusdem congregationis pedibus Sanctitati Vestrae humillime provolutus exponit.

Tenor supplici libelli super quo rescriptum prodiit.

§. 2. Quod juxta supradictae congregationis statuta a sancta Sede apostolica approbata, et confirmata, cum aliqua ex quadraginta abbatiis quibus memorata congregatione constat, ab uno capitulo generali ad alium vacaro contingit, sive morte, sive promotione, renunciatione, vel depositione; electio successoris ad ejusdem monasterii monachos qui jure suffragandi gaudent, pertinet, si excipiantur quatuor dumtaxat praelaturae nempe Palatiulensis, Salmantina, Matritensis, et Complutensis, quarum provisio difinitorio generali, quod singolis annis congregatur, in simili casu reservata sit.

Cum igitur ex praefatis electionibus, quae a monachis abbatiae vacantis peraguntur, diuturna, ac nimis dolenda experientia compertum sit, non modica exoriri inconvenientia, scilicet quod ex animorum divisione in suffragiis ferendis (prout ex humana fragilitate saepe contingit) fraternitatis, et concordiae nexus obrumpatur, deinde quod non semper aptiores, et digniores ad praelaturam assumantur, sed illi quos non sanior, sed tantum major pars promovere voluerit, ac tandem quod abbatem sic electum non semper illo, quo par esset, monachi prosequantur honore, quippe quod ab illis electus, quodam velut vinculo adstringitur, nec subditorum defectibus congrue occurrat, ot fovendae observantiae zelo debitam adhibeat correctionem, propterea capitulo generali anno millesimo octingentesimo vigesimo quarto celebratu ad memorata inconvenientia vitanda opportunum visum fuit electiones extraordinarias in posterum non amplius a monachis abbatiae vacantis fieri debere, sed a generali reformatore cum duobus generalibus definitoribus, iis nempe, qui intra viginti quinque Leucarum Hispanarum spatium, quae a loco ubi generalis reformator certam debitamque vacantiae notitiam acceperit computari debent, reperiantur, perfici debere.

Quod si intra dictum spatium nullum, aut unum tantum definitorem generalem reperiri contigerit, generalis reformator unius vel duorum defectum suppleat, duos alios, vel unum monachum ex illis, qui jus suffragandi in capitulo generali habent, assumens ad electionem faciendam: ita ut electio non nisi a tribus perficiatur, et ille censeatur canonice electus, qui duo saltem vota obtinnerit; servata nihilominus quantum judicio generalis reformatoris fieri possit, in praedictis duobus

electoribus nominandis quatripartita distributione, qua juxta felicis recordationis papae Clementis XII. bullam quae incipit: *Apostolatus officium*; et alteram Benedicti XIV. incipienti *Nihil per omne*: Congregatio nostra regitur et gubernatur.

Orator igitur auctoritate sibi ad id tum ab ipsomet generali reformatore, tum etiam a capitulo generali data prout ex adnexis literis apparet, sanctitatem vestram supplicat, ut expositam ejusdem capituli determinationem ratam habere, et apostolica auctoritate confirmare dignetur; praecipiens, si opus fuerit, ut extraordinariae abbatum electiones (demptis quatuor supra memoratis) modo superius exposito, et non aliter in posterum perficiatur. Et Deus etc.

Tenor rescripti.

§. 3. Ex audientia sanctissimi habita ab infrascripto domino secretario sacrae congregationis Episcoporum, et Regularium sub die prima junii millesimo octingentesimo vigesimo septimo Sanctitas Sua decretum plenarii capituli anno millesimo octingentesimo vigesimo quarto celebrati benigne confirmavit, proindeque commisit patri generali reformatori ordinis, ut forma praepositae electionis abbatum, exceptis quatuor principalioribus abbatiis ut in precibus servetur, firmis in reliquis remanentibus constitutionibus sanctae memoriae summorum pontificum Clementis XII. et Benedicti XIV. quibuscumque in contrariorum non obstantibus « Romae ».

C. card. Odescalchi praefectus.
F. archiep. Larissis secretarius.

Confirmatio apostolica.

§. 4. Nos itaque praedictae congregationis et oratoris votis benigne annuere volentes, ac omnes, quibus praesentes literae favent a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, rescriptum diei primae junii currentis anni in praesentibus praeinsertum, et reformationes memoratas spectans, auctoritate apostolica tenore praesentium denuo confirmamus et approbamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernimusque proinde has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis et congregationis reformatae etiam juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, diei secunda octobris millesimo octingentesimo vigesimo septimo pontificatus Nostri anno quarto.

suusque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac collegio canonicorum praedicto; aliisque ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non lege fundationis etiam juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda octobris millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 2. octob. 1827. Anno 1.

CCXXVI.

Facultas emphiteuticandi domum Romae sitam in platea agonali de proprietate pii operis erecti in regione Transtyberina vulgo Ponte Rotto pro exercitationibus mulierum.

Dilecto filio Nostro Placido Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Zurla nuncupato almae urbis vicario Nostro in spiritualibus generali.

Leo PP. XII.

Dilecte fili Noster,
salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Quum, sicut Nobis expositum est, dilecti filii praefecti pii operis exercitationum piarum pro mulieribus in regione Transtyberina vulgo Ponte Rotto urbis erecti, quamdam domum ejusdem operis propriam, in via Agonali urbis sitam, civicis numeris 11, 12, 13, 15, 16, et in ea parte, quae ad viam Turris Sanguineae flectit, aliis numeris 13, 14 notatam, cujus valor, juxta periti architecti judicium, summam scutorum septem mille nonaginta octo, et obulorum sexaginta sex cum dimidio, prout asseritur, adaequat, fructus vero summam scutorum quadringentorum octoginta quatuor quotannis non excedunt, in emphyteusim perpetuam concedere deliberaverint, multi per edictum vocati varias dederunt rationis pollicitationes, quarum majores illae censentur, quas ad nummos argenteos, vulgo scudi Romani quingentos adauctas dilecti filii presbyter Petrus Pellegrini, et doctor Bonaventura Tiraterra praebuerunt, facta per dictum Pellegrini obligatione hypothecandi fundum liberum in territorio sive Privernensi, sive Sonninensi pro praesidio emphyteusis, eademque emissa obligatione per dictum Tiraterra subjiciendi tum Romae, tum in territorio Vineanelli, fundos hypothecae. Quum autem praedicti Tiraterra cautio aptior et utilior habeatur, et hujusmodi contractus multo sit emolumento pio operi praedicto, eo magis, quod domus praefata multis indiget restaurationibus, nomine proinde eorumdem praefertorum petitum fuit a Nobis, ut facultatem ineundi hujusmodi contractum benigne concedamus.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur praedictos praefatos, ac omnes, quibus praesentes literae favent, speciali beneficentia prosequi volentes et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negociis et consultationibus episcoporum et regularium praepositorum consilio, circumspectioni tuae per praesentes committimus, ut veris existentibus narratis, et postquam compereris, concessionem hujusmodi in evidentem loci pii utilitatem fore cessuram, iisdem praefectis petitam facultatem ineundi praefatum emphyteusis contractum ad utramque generationem in infinitum, cum annuo expresso canone, pactis, conditionibus, aliisque proficuis, hypothecato alio fundo, vel praestita idonea fidejussione tam pro canonibus trium annorum, quam oneribus substinendis usque ad eorum complementum, auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio et prudentia gratis impertiaris;

ita tamen, ut census annuus solvatur praecipuus, ac liber, supportatis omnibus oneribus realibus, et personalibus per emphytheutam tam impositis, quam imponendis, ac descriptis lateribus, et inserta planta in instrumento concessionis; melioramenta vero cedant solo.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. super divisione materiarum ac Pauli II., et aliorum Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostoliris, raeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autam, ut deficienta quomodolibet emphyteusi praadicta, domus hujusmodi cum suis membris, juribus, et pertinentiis universis, nec non melioramentis desuper pro tempore quomodolibet factis ad pium locum praedictum pleno jure, atque omnino libere ravertatur, illique cedat, absque eo quod renovatio concessionis hujusmodi a quoquam sub quovis praetextu, seu ex quacumque causa peti vel praetendi possit. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda octobris millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 11. aprilis 1827. Anno V.

CCXXVII.

Exemptio conservatoriorum puellarum urbis a jurisdictione rardinalis vicarii.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium. §. 1. Pastoralis curae Nobis impositae munus banc inter alias sollicitudinem exposcit, ut puellarum in conservatoriis hujus Nostrae almae urbis degentium utilitati omni studio prospiciamus. Quare Nostro motu-proprio sub die decima quarta novembris anni millesimi octingentasimi vigesimi sexti exhibito apud acta Farinetti secretarii camerae omnia urbis ipsius conservatoria ad eliminandos abusus, qui temporum injuria paulatim irrepserant, et ad pristinam in iis rationem at disciplinam revocandam jurisdictioni consilii ejusdem, seu collegii perpetui, quod italico sermone appellavimus — Deputazione permanente — ex cardinali praesidente, et quatuor assessoribus ac secretario constantis subjecimus. Quamvis autem omnium urbis conservatoriorum constitutionem — per modum unius — in posterum spectandam esse decrevimus; tamen conservatorium Neophytarum cum locis adjunctis (proinde et monasterium Neophytarum sub titulo Annontiationis beatae Mariae virginis) separatim administrandum, et sub jurisdictione solius cardinalis praesidentis fore sanrivimus. Jam vero duo etiam monasteria, alterum sancti Urbani, alterum sanctae Catharinae de Rosa — de Funari — vulgo dictum conjunximus cum conservatoriis, ut adeo illurum quoque duorum monasteriorum regimen, atque administratio ad consilium totum, seu ad collegium perpetuum pertinere drbeat. Atqui quum universam praedictorum locorum curam, vel soli cardinali praesidenti, vel cuncto consilio, seu collegio perpetuo contulimus, de jurisdictione etiam illa, quae spiritualis est, loqui Nostra fuit mens et voluntas.

Expositio precum. §. 2. Quam ob rem ad amovendam pro futuris temporibus quaestiones omnes idem consilium ipsum, seu collegium perpetuum supplici prece Nos obtestatus est, ut, quos jurisdictionem illam spiritualem habere fines volumus, declarare auctoritate Nostra apostolica dignaremur. Nos igitur animadvertentes supplicem illam precem eo spectare, ut quod in memorato superius Nostro motu-proprio constitutum est, plene, feliciterque, et sine ulla querela exequutioni jugiter demandetur, haec praescribere circa spiritualem jurisdictionem censemus.

Tenor concessionis. §. 3. In primis ergo edicimus, exempta esse postbac a jurisdictione cardinalis vicarii in spiritualibus generalis pro tempore, tum conservatoria, tum monasteria, de quibus jam facta mentio est. Quapropter cardinalis praesidens spirituale quoque regimen exercebit in monasterio Annuntiationis beatae Mariae virginis, et in conservatorio Neophytarum, locisque adjunctis: ad totum autem consilium seu collegium perpetuum spectabit regimen etiam spirituale reliquorum conservatoriorum, nec non et duorum monasteriorum, quorum alterum sancti Urbani, alterum sanctae Catharinae de Rosa nuncupatur. Quoniam vero, et in praefato Nostro motu-proprio statuimus, ut unus ex assessoribus a cardinali praesiden-

ta deligendus praeesse debeat rebus, quae spirituales sunt, atque ad disciplinam pertinent: ideo in conservatoriis illis, duobusque in monasteriis, quae toti consilio, seu collegio perpetuo subjecta sunt, idem ille unus ex assessoribus ejus consilii, seu collegii perpetui nomine omnes spirituales jurisdictionis actus exequetur.

Declaratio specialis.

§. 4. Verum enim vero quum conservatoria, et monasteria antedicta in posterum exempta fore constituimus, neutiquam hoc sane de omnimoda cardinalis vicarii exclusione intelligi volumus: etenim quoad concionatores, qui iisdem conservatoriis, monasteriisque dandi erunt, quamquam juxta locorum diversitatem, vel a cardinali praesidente, vel pro consilio, seu collegio perpetuo ab assessore, qui praeest rebus spiritualibus eligi, ac nominari debeant, hi tamen concionatores ipsi etiam cardinalis vicarii licentiam habere teneantur, sine qua illis in locis nullo modo praedicare possint. Ac insuper quod ad tria commemorata monasteria pertinet, super his tametsi examptis cardinalem vicarium omni eo etiam potiri jure volumus, quo generaliter super caeteris almae hujus urbis monasteriis exemptis juxta concilii Tridentini sanctiones, et constitutiones apostolicas, tum circa approbationem confessariorum, tum circa alias res jam uti solet. Quod vero pertinet ad conservatoria, eorumdem exemptionem praeterea sic esse intelligendam decernimus, ut et salva sint jura parochialia, et salva item sit jurisdictio cardinalis vicarii in causis civilibus, et criminalibus praeter confessariorum approbationem, et jura caetera, quae in loca, aut personas exemptas juxta pariter Tridentini concilii sanctiones, et apostolicas constitutiones eidem cardinali vicario competunt. At vero circa administrationem bonorum, quae a supradictis monasteriis, et conservatoriis possidentur numquam cardinali vicario reddenda illius ratio erit. Porro ex his, quae hactenus dicta sunt, satis patet, quos intra fines, et quibus in rebus sese explicare, ex auctoritate Nostra apostolica possit, ac debeat illa jurisdictio spiritualis, quam in saepe memorato Nostro motu-proprio vel cardinali praesidenti, vel toto consilio, seu collegio perpetuo (ac per illud assessori, quem spiritualibus rebus praeesse contigerit) attribuere proposuimus.

Clausulae annullantes et irritantes.

§. 5. Haec itaque praescribimus, decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, nulloque praetextu unquam etiam ex eo quod ii, quorum interest ad praemissa vocati non sint, aut consenserint, de subreptionis aut obreptionis vitio, seu intentionis Nostrae defectu notari aut impugnari posse; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos, etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, et aliis Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, fel. rec. Benedicti XIV. super divisione materiarum, ac Alexandri VII. pro monasterio sanctissimae Annuntiationis, et conservatorio Neophytarum, loeisque adjunctis, nec non aliis apostolicis pro monasteriis, vel conservatoriis tum in genere, tum in specie, atque in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis, itemque praedictorum monasteriorum, et conservatoriorum editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus; privilegiis quoque indultis et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, quacumque exquisita forma conceptis, quarum etiam expressa facienda mentio esset, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quarta aprilis millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXVII.

Dat. die 9. oct. 1827. Anno IV.

Confirmatio actorum expletorum, et decretorum latorum in capitulo generali ordinis Eremitarum, celebrato in civitate Mexicana provinciae Sanctissimi Nominis Jesu.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Exposit. precum. §. 1. Provincialia comitia, quae in Mexicana civitate a patribus provinciae Sanctissimi Nominis Jesu fratrum ordinis Eremitarum sancti Augustini mense maji currentis anni coacta sunt, Nobis exhibentur coogregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negociis et consultationibus episcoporum et regularium praepositorum decreto approbationis munita, tenoris videlicet.

Eminentissimi et reverendissimi principes

Cum in civitate Mexicana provinciae Sanctissimi Nominis Jesu canonice celebratum fuerit mense majo currentis anni provinciale capitulum ordinis Eremitarum sancti Augustini, patres vocales ad electionem devenerunt novi patris provincialis, et exinde ad alias electiones, ac omnia gesta fuerunt juxta ordinis constitutiones, praeter unam electionem omissam judicum causarum, ut plane constat ex actis, qui reverenter eminentiis vestris reverendissimis humiliantur.

Ad perpetuam nunc validitatem eorumdem actorum enixe deprecantur EE. VV. RR. pro confirmatione praefati capituli, et eorum, quae in ipso gesta fuerunt, sananda a quacumque forma, quae ob temporum circumstantias adamussim non potuit exequi et adimpleri. Et Deus etc.

Sequuntur acta capituli

In Nomine Domini

Tenor actorum capituli. §. 2. Mense majo anni millesimi octingentesimi vigesimi septimi celebratum est provinciale capitulum religiosorum sancti Augustini provinciae Dulcissimi Nominis Jesu Mexicanae in magno conventu dictae civitatis quod convocavit n. m. r. p. magister provincialis praefatae provinciae fr. Raphael Michelena die quinta praedicti mensis ad hoc statuti, et cui interfuerunt reverendi patres electores die septima Jovis post secundam paschae Dominicam.

In sequenti die veneris post vesperas et ter datum tintinnabulo signum, singuli se coegerunt in aulam capitularem, ubi imposito praecepto a m. r. p. magistro provinciali, quod quisquis haberet apostolicas literas dirigendas capitulo, eas illico proderet, et quum nulla fuerit exhibita, praelaudatus reverendus p. magister provincialis indixit primo, et seniori definitori capituli p. p. qui fuit multus reverendus pater magister definitor fr. Joachimus Navarro, et habitus fuit legitimus praeses nominatus a nostris sacris constitutionibus, eique idcirco omnes praestitere obedientiam. Plura tunc discutienda praeposita fuerunt, priusquam fieret judicum causarum electio; at cum de iisdem resolvendis minime convenire posset, et examinatio distraheretur ad tempus a lege statutum hoc praeteriit, et electio omissa est.

Sequenti sabbato, celebrata sancti Spiritus missa, et quibuscumque peractis, quae nostra sacra instituta reposcunt, jamque congregatis rr. pp. electoribus m. r. p. magister provincialis humiliter renunciavit munus suum in manibus multi reverendi patris magistri praesidis, et accepta fuit ipsius abdicatio. Tunc ad eligendos scrutinatores procedi non potuit, quia delata sunt ea, quae priori die examinanda erant, et talis discussio cum nimis produceretur ob multas resolutiones controversias, et prospicerentur gravia, quae dilata electione, nasci poterant, incommode, singuli reverendi patres electores unanimi consensu sciverunt, electionem compromisso facessi, statuentes idcirco compromissarios judices reverendum patrem magistrum absolutum fr. Raphaelem Michelena, et multum reverendum patrem magistrum ex provincialem fr. Emanuelem Puebla, quum haec sit electio canonica, quemadmodum declaratum est in capitulo generali habito Viennae anno millesimo tercentesimo septuagesimo secundo, et in capitulo habito Romae anno millesimo sexcentesimo octuagesimo quinto, ut extat in sacris nostris constitutionibus part. 3. cap. 2. num. 11. absoluta fuit scrutinio unanimiter efferto, quin unum exeipiatur votorum, et subscriptum est a cunctis reverendis patribus electoribus, et archivio impositum in hoc provinciae secreto. Hujusce compromissi gratia electus fuit prior provincialis hujus provinciae Sanctissimi Nominis Jesu r. m. r. p. magister fr. Josephus Eugenius Lopez (quum antea universi reverendi patres electores declarassent,

numquam ipsis revocatum iri, quidquam tali compromisso staturus) qui publicatus fuit a primo compromissarie, et deinde fuit quoqun publicatum venerabile definitorium, ut in forma sequnnti.

Primus definitor — r. m. r. p. magister exprovincialis p. Emanuel Puebla.

Secundus definitor — m. r. p. magister fr. Marianus Muñoz.

Tertius definitor — m. r. p. magister fr. Raphael Balbontin.

Quartus definitor — m. r. pp. pensione donatus fr. Joseph Maria Campos.

Quintus definitor — m. r. p. p. pensione donatus fr. Joannes Baptista Vidal.

Sextus definitor — m. r. p. p. emeritus fr. Ignatius Gamonales.

Primus additus — r. p. p. emeritus fr. Felix Alfonsin.

Secundus additus r. p. lector emeritus fr. Felix Nunez.

Tertius additus — r. p. p. fr. Michael Bonavides.

Quartus additus — r. p. p. fr. Augustinus Martinez.

Secretarius provinciae — r. p. p. emaritus fr. Bonaventura Estevez.

Ut promulgati fuere reverendi patres definitores reverendus pater magister provincialis translatum fuit supplicantium more ad templum, ubi fuerunt oscula data ipsius manui obedientiae signo, at a multo reverendo patre magistro praeside datis nidem provinciae sigillis, confirmatos fuit utpote provincialis.

Eadem die post completorium peracta est similiter publicatio omnium reverendorum patrum priorum, qui electi fuerunt, et die septima congregato venerabili definitorio pleno ad hunc effectum ratum habuit, et confirmavit electionem factam praedictorum reverendorum patrum priorum sequentibus diebus, observatis qoibusque per leges nostras constitutis, ut congregatis formaliter novem reverendis patribus, qui conflant venerabile definitorium auctoritate, quam eis nostrae sacrae constitutiones attribuunt decreverunt, atque jusserunt nvulgari praesens.

Electus fuit prior nostri conventus Mexicani multus reverendus pater magister — fr. Carolus Garzia.

Sub prior, et novitiorum magister ven. p. emeritus — fr. Vincentius Rubio Salinos.

Studiorum regens reverendus pater magister — fr. Sebastianus del Castillo.

Praedicatores vener. patres pater Michael Vela, et fr. Petrus Rangel.

Additus major vener. pater fr. Ignatius Anno.

Vicarius chori vener. pater fr. Joseph Soriano.

Procurator major vener. pater fr. Josephus Luna.

Secundus procurator vener. pater fr. Antonius Quijada.

Valetudinarii praefectus vener. pater fr. Joannes Chavela.

Janitor frater fr. Josephus Pavon.

Electus fuit prior nostri coenobii Pueblae m. r. p. magister fr. Josephus Guillelmus Cordova.

Sub prior et magister tertiariorum v. p. p. fr. Augustinus Villagram.

Lector artium vener. pater fr. Michael Pordos.

Praedicatores vener. pp. fr. Augustinus Villagram — fr. Joseph Rosas et praedicator coadjutor vener. pater fr. Antonius Viveros.

Procurator vener. pater fr. Marianus Viadas.

A secretis vener. pater fr. Marianus Orasco.

Omne aliud remanet arbitrio r. p. magistri prioris.

Electus fuit rector nostri collegii s. Pauli — m. r. p. magister fr. Franciscus Moiselo.

Regens studiorum rever. pater magister d. fr. Franciscus Gonzalez.

Lector theologiae, et vice-rector v. p. fr. Antonius Mendizabal.

Lector artium vener. pater fr. Joseph Flores.

Omne aliud ramanet voluntati rever. patris magistri rectoris.

Electus fuit prior in nostro coenobio Oaxace — r. p. lector emeritus fr. Felix Nunez.

Sub prior vener. pater p. Josephus Castillo.

Quidquid aliud ad voluntatem rever. patris lectoris emeriti prioris.

Electus est prior in nostro coenobio Alliaei — rever. pater fr. Franciscus Algarin.

Sub prior praedicator vener. pater fr. Josephus Gomez.

Caetera ad arbitrium rever. patris d. prioris.

Electus fuit prior in nostro coenobio Veracrucis — rever. p. p. Augustinus Martinez.

Sub prior vener. pater coadjutor — fr. Gabriel Martinez.

Procurator vener. pater fr. Marianus Aylion.

Caetera ad arbitrium rever p. p. prioris.

» di Assisi	11230
» di Gualdo di Nocera	7717
» di Nocera	4949
» di Spello	5942

DISTRETTO DI TODI

Governo di Todi	21487
Popolazione della delegazione di Perugia.	188598

DELEGAZIONE DI SPOLETO E RIETI

DISTRETTO DI SPOLETO

Governo di Spoleto	23606
» di Bevagna	6542
» di Montefalco	6361
» di Trevi	6155

DISTRETTO DI NORCIA

Governo di Norcia	10596
» di Cascia	6002
» di Visso	4154

DISTRETTO DI TERNI

Governo di Terni	28321
» di Amelia	9229
» di Narni	7731

DISTRETTO DI RIETI

Governo di Rieti	21952
» di Rocca Sinibalda	11004
» di Canemorto	7897
Popolazione della delegazione di Spoleto e Rieti	148550

DELEGAZIONE DI VITERBO E CIVITAVECCHIA

DISTRETTO DI VITERBO

Governo di Viterbo	22801
» di Civita Castellana	5540
» di Montefiascone	8069
» di Orte	6985
» di Ronciglione	10697
» di Sutri	6640
» di Valentano	9429
» di Vetralla	5679
» de' Luoghi Baronali	5318

DISTRETTO DI ORVIETO

Governo di Orvieto	15395
» di Acquapendente	9328
» di Bagnorea	8866
» di Ficulle	7284

DISTRETTO DI CIVITAVECCHIA

Governo di Civitavecchia	10831
» di Corneto	3951
» di Toscanella	6085
» de' Luoghi Baronali	2124
Popolazione della delegazione di Viterbo e Civitavecchia	145022

DELEGAZIONE DI FROSINONE

DISTRETTO DI FROSINONE

Governo di Frosinone	12819
» di Alatri	12178
» di Ceccano	11876
» di Ceprano	7544

Governo di Ferentino	13050
» di Guarcino	8963
» di Monte s. Giovanni	8625
» di Vallecorsa	6885
» di Veroli	11453

DISTRETTO DI ANAGNI

Governo di Anagni	9739
» di Segni	10279
» di Valmontone	7440

DISTRETTO DI TERRACINA

Governo di Terracina	6617
» di Piperno	12406
» di Sezze	11666

DISTRETTO DI PONTECORVO

Governo di Pontecorvo	7773

GOVERNO DI VELLETRI

Velletri	9744
Popolazione della delegazione di Frosinone	169057

DELEGAZIONE DI BENEVENTO

Governo di Benevento	22704
Popolazione della delegazione di Benevento	22704

EPILOGO GENERALE

Presidenza della Comarca di Roma	prima classe	N.	292529
Legazione di Bologna		»	306675
» di Ferrara		»	205084
» di Ravenna		»	148989
» di Forlì		»	188097
Delegazione di Urbino e Pesaro	prima classe	»	216871
» di Ancona	seconda classe	»	155397
» di Macerata e Camerino	Idem	»	243820
» di Fermo ed Ascoli	Idem	»	160936
» di Perugia	Idem	»	185098
» di Spoleto e Rieti	Idem	»	148550
» di Viterbo e Civitavecchia	Idem	»	145022
» di Frosinone con Pontecorvo	Idem	»	169057
» di Benevento	terza classe	»	22704
Popolazione dello stato Ecclesiastico			2,592329

Dat. die 4. octob. 1827. Anno V.

CCXXXI.

Concessio juris privativi fabricandi ductus plumbeos in universa Pontificia ditione favore Aloisii Jollage, et Guilielmi Hopfgarten.

Pier Francesco per la misericordia di Dio vescovo di Albano card. Galleffi della S. R. C. camerlengo.

Pubblicatio chirographi peracta ab eminentissimo cardinali camerario.

§. 1. Essendosi clementemente degnata la Santità di Nostro Signore Papa Leone XII. felicemente regnante di accordare alli sigg. Luigi Jollage e Guglielmo Hopfgarten la privativa fabbricazione dei condotti di piombo di qualunque dimensione, traffilati entro e fuori, per anni dieci in tutta la estensione de' suoi ecclesiastici dominj, ci rendono solleciti di manifestare al pubblico questa sovrana concessione, emanando qui appresso il chirografo a noi diretto il 25 agosto decorso, esibito per gli atti dell'infrascritto segretario e cancelliere della R. C. A. il dì 28 settembre prossimo passato, e dichiarando per ordine della stessa Santità Sua che l'effetto della suindicata concessione dovrà avere principio dalla data del presente editto.

Reverendiss. card. Pier Francesco Galleffi della S. R. Chiesa Camerlengo.

Tenor chirographi.

§. 2. Essendo cessata la privativa fabbricazione dei condotti di piombo a getto senza saldatura, traffilati entro e fuori, conceduta per qualunque diametro e dimensione a Giuseppe Antonio Multedo dal Nostro antecessore di gloriosa memoria Pio papa VII. con chirografo dei 29 aprile 1817, ed avendo Noi clementemente accolte le preci a questo riguardo umiliateci da Luigi Jollage e Guglielmo Hopfgarten di Berlino domiciliati in questa Nostra alma città di Roma, i quali hanno dato i più costanti, e favorevoli esperimenti di buona riuscita di una tale fabbricazione, che può essere molto utile all'interesse generale del Nostro stato Ecclesiastico siamo venuti nella benigna determinazione di concedere, come col presente Nostro chirografo, in cui abbiamo per espresso, e di parola in parola inserito il tenore di qualunque più necessaria, e consueta cosa, ad esprimersi, di motu proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà concediamo a Luigi Jollage, e Guglielmo Hopfgarten l'implorato privilegio esclusivo di fabbricare li condotti di piombo traffilati entro e fuori di qualunque diametro e dimensione in tutta l'estensione del medesimo Nostro stato con li seguenti obblighi, patti, e condizioni cioè

Conditiones concessioni adjectae.

I. §. 3. Che dalla presente concessione ai soli Luigi Jollage e Guglielmo Hopfgarten competa il diritto privativo di fabbricare li condotti di piombo traffilati entro e fuori di qualunque diametro e dimensione, in tutta l'estensione del Nostro stato, rimanendo a qualunque altro impedito di erigere, e costruire a quest' effetto nuove macchine, ed ordigni.

II. Che essendo la presente concessione limitata, e ristretta al solo diritto di privativa fabbricazione, e non mai esteso a quello della privativa di vendita, sia lecito a chiunque d'introdurre, e vendere tanto all'ingrosso, che al minuto in qualunque luogo, e parte del Nostro stato i suddetti condotti, come sopra traffilati provenienti dall'estero, pagato che abbiano le dovute gabelle.

III. Che debba esser lecito, e permesso a chiunque di fabbricare, come al presente, i condotti di piombo derivanti da lastre con saldatura nella sua lunghezza ossia nella stessa guisa, che è stato praticato finora da tutti i fabbricatori di tale manifattura, e questi vendere all'ingrosso ed a minuto, non che trasportare in qualunque luogo del medesimo Nostro stato.

IV. Che sebbene risulti, che non esista alcuna fabbrica dei Nostri dominii Pontificj atta a formare i condotti di piombo traffilati entro e fuori, pur tuttavia qualora altri potesse provare di aver prevenuto gli intraprendenti Luigi Jollage e Guglielmo Hopfgarten in questo genere d'industria, e di essere in attuale lavorazione e vendita di detta manifattura, possa continuare nel suo esercizio nonostante la privativa. A godere peraltro di questo beneficio dovrà entro il termine di mesi due legalmente giustificare avanti di voi e con prove superiori ad ogni eccezione i supposti titoli di anteriorità, e passato che sia detto termine non si darà ulteriormente luogo a ricorsi, e pretensioni su questo particolare.

De tempore duratione concess-

V. §. 4. Che questa contemporanea concessione, e privativa s'intenda limitata a soli

sionis, et de caducitatibus ab privatariis incurrendis.

anni dieci, che dovranno computarsi a decorrere dalla data del presente chirografo.

VI. Che siano obbligati gl' intraprendenti Luigi Jollage, e Guglielmo Hopfgarten di erigere una o più fabbriche con le opportune macchine, ed altri necessarj ordegni, al quale effetto dovranno giustificare avanti di voi nel decorso di un anno dalla presente concessione dell' effettivo esercizio del precisato metodo, esibendo i campioni di varie dimensioni e grandezze di questi condotti, oltre quelli a Noi presentati sotto pena della caducità della privativa, nella qual pena incorreranno ancora se l' esercizio della lavorazione fosse interrotto, e trascurato per lo spazio di un anno intiero.

VII. Che non possano gl' intraprendenti traslocare il loro domicilio fuori del Nostro stato, nè cedere la manifattura ad altre persone senza un vostro speciale permesso, durante il tempo della privativa.

De tributo R. C. A. solvendo quolibet anno concessione durante.

VIII. §. 5. Che finalmente in ricognizione della presente grazia debbano in ogni anno i detti privatarj Luigi Jollage e Guglielmo Hopfgarten presentare in camera de' tributi nella vigilia, o festa de' ss. Apostoli Pietro e Paolo il canone di venti libbre di cera bianca lavorata sotto le pene contenute nella bolla della sa. me. di Gregorio XIII. A forma pertanto delle disposizioni contenute nei precedenti articoli, e colle condizioni e patti in essi esistenti e descritti, in nome Nostro concederete ai ridetti Luigi Jollage, e Guglielmo Hopfgarten per il lasso di anni dieci, da incominciare dalla data del presente Nostro chirografo la privativa lavorazione de' condotti di piombo trafilati entro e fuori di qualunque dimensione e diametro in tutta l' estensione del Nostro stato, concederete inibizioni, pubblicherete editti anche penali, e farete tutt' altro, che reputerete espediente per la migliore esecuzione della presente Nostra grazia, poichè tale è mente e volontà Nostra espressa.

Clausulae salutares et irritantes.

§. 6. Volendo, e decretando che al presente Nostro chirografo benchè non esibito, nè registrato in camera e nei suoi libri, non possa mai opporglisi di surrezione, orrezione, nè di alcun' altro vizio, o difetto della Nostra volontà ed intenzione, e che così, e non altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualunque giudice, e tribunale, benchè collegiale, congregazione composta di reverendissimi cardinali, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione d' interpetrare, e definire diversamente; dichiarando Noi fin d' adesso preventivamente nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che scientemente, o ignorantemente fosse per giudicarsi, o si tentasse di giudicare contro la forma, e disposizione del presente Nostro chirografo, quale vogliamo che vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, ancorchè non vi sia stato citato, chiamato, nè sentito monsignor commissario della Nostra camera, o altri che vi avessero, o pretendessero avervi interesse, e che per comprenderli fosse bisogno di farne menzione.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non ostante la bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancelleria *de jure quaesito non tollendo*, e qualunque altra costituzione, o ordinazione apostolica Nostra o dei Nostri predecessori, bandi, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole avendone il loro tenore quì per espresso, e di parola in parola registrato, e supplendo Noi colla pienezza della Nostra suprema potestà ad ogni vizio e difetto che potesse essere intervenuto per questa volta sola, ed all'effetto premesso ampiamente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano questo dì 15 agosto 1827.

Leo PP. XII.

Executio chirographi.

§. 8. Quindi è che noi in esecuzione delle sovraespresse sovrane disposizioni comandiamo quanto siegue:

I. Niuno potrà nel decorso del decennio dell' esclusivo privilegio accordato nel sopra trascritto chirografo ai signori Luigi Jollage e Guglielmo Hopfgarten, fabbricare in tutta l'estensione dello stato i condotti di piombo di qualunque dimensione trafilati entro e fuori.

II. Sarà ogni contravventore punito con una multa non minore di scudi 10, e non maggiore di scudi 100, oltre la perdita degli stigli, attrezzi ed altro, con cui si fosse operata la vietata fabbricazione del genere stesso lavorato.

III. La suddetta multa sarà applicata metà a vantaggio de' privatarj, e per l' altra a fa-

vore dell'accusatore e degli esecutori in ugual porzione. Dato in camera apostolica li 4 ottobre 1827.

P. F. cardinal Galleffi camerlengo di S. R. Chiesa.
G. Groppelli uditore.
Filippo Apollonj segretario e cancelliere della R. C. A.

Dat. die 23. nov. 1827. Anno V.

CCXXXII.

Concessio tituli cubicularii honorarii, cum facultate gestandi habitum violaceum in ecclesiasticis functionibus pro cappellanis curatis illustris domus magni Etruriae ducis.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Ex multis eximiisque virtutibus, quae dilectissimum in Christo filium Nostrum Leopoldum II. magnum Etruriae ducem, quam optime ornant, elucescere sane cum animi Nostri voluptate intuemur pietas studium, ac Dei cultum, quo illustrium majorum, augusti praesertim parentis, documenta aemulatus, vestigia persequutus eos omnes, qui suo subsunt imperio, pro viribus informandos curat.

Ratio concessionis. §. 2. Cogitantibus autem Nobis quam Nostrae in ipsum ducem benevolentiae significationem ob tot tantoque illius merita, atque in hanc apostolicam Sedem observantiam exhibere possemus, id quidem occurrit, ut ejus votis alacriter libanterque annuomus, dum a Nobis poscit, parochum et cappellanos suae Caesareae ac regiae domus cubicolariorum Romani pontificis titulo atque insignibus honestari. Ipse enim Nobis exponendum curavit hujusmodi generis ornamentis sacrorum procurationem in Caesareo ac regio sacello splendidiorem futurum.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur magno Etruriae duci, ejusque augustae domui gratificari cupientes, ac omnes et singulos, quibus hae literae favent, peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis ac poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, in spem erecti fore ut sacri ejus sacelli administri externa decora adepti magis conentur internis virtutibus enitere, eos qui modo sunt, quique in posterum erunt, parochum et cappellanos illustris Etruriae domus (non tamen illorum adjutores, nec vicarios) Nostros ac Romanorum pontificum successorum Nostrorum cubicularios honorarios supranumerarios auctoritate apostolica legimus, eorumque coetui splendido inferimus. Quare ut habitum violaceum cum suis fissuris (asole) et globulis concoloribus, ceu moris est, in quibuscumque ecclesiasticis functionibus, et actibus tum publicis tum privatis (citra vero pallium (cappa) rubrum cucullo in extremis oris pelle mustelae albae (armellino) ornato, nisi forte eos in sacello Nostro pontificio aliquando adesse, vel Romano pontifici alicubi in sacris faciendis ministrare contigerit) gestare libere ac licite possint; utque utantur fruantur privilegiis, honoribus, indulgentiis, quibus alii cubicularii honorarii hujusmodi utuntur, fruuntur, vel uti, frui possunt, ac poterunt, concedimus et indulgemus; ipsumque parochum et cappellanos hac super re a quoquam quovis quaesito colore, aut praetexto directe, vel indirecte molestari, perturbari, vel inquietari posse decernimus.

Clausulae irritantes. §. 4. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus apostolicis ac in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decimatertia novembris millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 20. nov. 1827. Anno V.

CCXXXIII.

Concessio tituli basilicae minoris pro ecclesia metropolitana Capuana sub titulo sanctae Mariae Virginis in coelum Assumptae.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Quotiescumque Romani pontifices urgentur precibus, ut peculiaria privilegia ac decora quibusdam ecclesiis attribuant, animum ac cogitationem statim intendunt in earumdem ecclesiarum splendorem ac dignitatem, quibus apprime perspectis, facile se exorari patiuntur ut porrectis precibus obsequantur.

Declaratur praestantia metropolitanae ecclesiae Capuanae. §. 2. Equidem summam fuisse vel a primis temporibus Capuanae ecclesiae dignitatem, illustria monumenta testantur. Constat quippe ipsam ex apostolorum principis praesentia honestatam elementa Christianae fidei suscepisse a sancto Prisco, qui alter erat ex Christi discipulis traditaeque doctrinae veritatem praeclaro martyrio testatus est, quem alii deinceps imitati parem eidem civitati gloriam peperere. Hanc porro sic susceptam fidem alii quoque coelitum honoribus insigniti omni aevo illustrasse inspiciuntur, qui vel inde ortum habuerunt, vel antistitum munere in ea perfuncti sunt, vel demum vitam omni virtutum laude probatam ibidem traduxerunt. Huc accedit sacrarum reliquiarum thesaurus quo metropolitana illa aedes ditatur, quam et collegii canonicorum splendor, at ministrorum copia, et sacrorum apparatus, et loci amplitudo commendant. Ut vero huic templo aliis jam privilegiis ex Romanorum pontificum libertate donato titulus etiam et honor minoris basilicae adtribuatur, humillimas ad Nos preces adferendas curavit venerabilis frater Franciscus Serra ex ducibus Cassanentium archiepiscopus Capuanus.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur hujusmodi preces benigne excipientes, referente Nobis sacrae congregationis Consistorialis secretario, memoratam metropolitanam ecclesiam Capuanam, honori Virginis Mariae in coelum Assumptae dicatam, in basilicam minorem, ad instar basilicarum minorum urbis, auctoritate apostolica tenore praesentium erigimus, eidemque titulum, honores et privilegia basilicarum minorum urbis concedimus, atque ut earum insigna adhibere, et praesertim conopaeum cum tintinnabulo praeferra possit, pariter indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Decernentes has praesentes literas firmas, validas et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis, ad quos spectat, at pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus quatenus opus sit felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima novembris millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quinto. Derogatio contrariorum.

CCXXXIV.

Dat. die 20. nov. 1827. Anno V.

Facultas emphyteuticandi domum de proprietate praebendae canonicalis obtentae a sacerdote Antonio Maini in perinsigni ecclesia collegiata sancti Petronii civitatis Bononiensis sub annuo canone scutatorum quadraginta duorum.

Venerabili fratri Archiepiscopo Bononiensi.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
salutem et apostolicam benedictionem.

§. 1. Expositum Nobis fuit ab dilectissimo filio Antonio Maini canonico decano perinsignis collegiatae ecclesiae sancti Petronii istius Bononiensis civitatis, plurimum suae canonicali praebendae profuturum, si quaedam domus in via sancti Mammolo nuncupata Bononiae Expositio precum.

sita, ac civico numero notata, et ad eamdem pertinens praebendam, cujus valor summam scutatorum quingentorum octoginta sex, et obulorum saxaginta sex adaequat, pensio vero annua summam scutatorum quatuor supra viginti ad praesens non exredit, haud deductis oneribus ordinariis et extraordinariis, in emphyteusim perpetuam concederetur dilecto filio Spiridioni Bernagozzi, qui pro annuo canone summam scutatorum quadroginta duorum quotannis persolvere, aliaque utilia efficere spopondit, dummodo apostolica ad id accedat facultas, quam suppliciter praedictus canonicus a Nobis expostulat.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur praedictum canonicum, ac omnes, quibus praesentes literae favent speciali beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, referente Nobis secretario congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negociis episcoporum et regularium praepositorum, fraternitati tuae per praesentes committimus, ut veris existentibus narratis, et postquam compereris, concessionem hujusmodi in evidentem beneficii utilitatem fore cessuram, petitam facultatem ineundi praefatum emphyteusis contractum ad utramque generationem masculinam et femininam in infinitum tantum cum annuo canone et cum conditionibus proficuis, hypothecato olio fundo, et praestita idonea fidejussione tam pro canonibus trium annorum, quam pro oneribus substinendis usque ad eorum complementum, auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio et prudentia impertiaris; ita tamen ut census annuus solvatur praecipuus ac liber, supportatis omnibus oneribus realibus, et personalibus per emphyteutam tam impositis, quam imponendis, descriptis in instrumento confinibus, et inserta planta in instrumento concessionis, melioramenta vero cedant solo.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. super divisione materiarum, ac Pauli II. et aliorum Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut, deficiente quomodolibet emphyteusi praedicta, domus hujusmodi cum suis membris, juribus, et pertinentiis universis, nec non melioramentis desuper pro tempore factis ad beneficium praedictum pleno jure, atque omnino libere revertatur, illique cedat, absque eo quod renovatio concessionis hujusmodi a quoquam sub quovis praetextu, seu ex quacumque causa peti vel praetendi possit. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima novembris millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quinto.

CCXXXV.

Dat. die 22. nov. 1827. Anno V.

Deputatio Mariani Jacouglierich ordinis minorum sancti Francisci de observantia in visitatorem apostolicum vicoriatus nuncupati Sophiae in Bulgaria.

Dilecto filio Mariano Jacouglierich presbytero professo fratrum ordinis minorum s. Francisci de observantia nuncupatorum provinciae Bosniensis.

Leo PP. XII.

Dilecte fili,
salutem et apostolicam benedictionem.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Plurimum ad tollendos abusus, si forte irrepserint, conferre possunt visitationes dioecesium, seu locorum apostolica auctoritate prudentibus, piisque viris commissae; et cum in regionibus praesertim ubi fideles haereticis seu infidelibus mixti commorantur laudabilis eorum vitae ratio ad christianae religionis decorem, propagationemque promovendam maxime sit opportuna. Nos de vicariatus apostolici Sophiae in Bulgaria spirituali utilitate solliciti, ac de tua scientia, pietate, prudentia, et religione plurimam in Domino fiduciam habentes, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurreris, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censen-

les, de venerabiliem fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium negociis Propagandae Fidei praepositorum cunsilio, te in visitatorem apostolicum vicariatus apostolici praedicti Sophiae in Bulgaria cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis visitatoribus sic constitutis concedi solitis, auctoritate apostolica tenore praesentium eligimos, et deputamus.

Derogatio contrariorum. §. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordioationibus apostolicis, caeterisque contrariis qeibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima tertia novembris millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 28. nov. 1827. Anno V.

CCXXXVI.

Impositio perpetuae pensionis mille centum vigintiquinque ducatorum auri de camera super redditibus mensae episcopalis Barchinonensis favore ven. seminarii ejusdem civitatis.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Romani pontificis cura ex alto sibi demandata Nos adigit ad peculiare impendendum studium, et seminariorum ecclesiasticorum stabili, et congruae dotationi, praesertim cum ad id vota etiam catholicorum principum accedant, opportune consulatur.

Expositio precum. §. 2. Quoniam igitur carissimus in Christo filius Noster Ferdinandus Hispaniarum rex catholicus per dilectum filium equitem Josephum Narcisum Aparici suum apud nos et hanc sanctam Sedem negotiorum gestorem exponi fecit, quod usque ab anno millesimo octingentesimo octavo clarae memoriae rex catholicus Carolus praedecessor suus vigore privilegiorum nominando designavit favore seminarii puerorum ecclesiastici Barchinonensis ratam ducatorum mille centum vigintiquinque auri de camera pensionis annuae in majori summa a felicis recordationis Pio papa septimo praedecessore Nostro super fructibus mensae episcopalis Barchinonensis reservatae in actu provisionis illius episcopalis ecclesiae factae die sexta decima martii ejusdem anni millesimi octingentesimi octavi de persona venerabilis fratris Nostri Pauli de Sichar moderni quoque Barchinonensis episcopi, simulque a Nobis petiit, ut pensionem ejusmodi per literas apostolicas praefato ecclesiastico seminario adsignantes indulgeamus, quod idem seminarium de illa usque a suprascripta die sextadecima martii frui libere, ac licite valeat.

Tenor concessionis. §. 3. Nos idcirco piis laudati regis votis quantum in Domino possumus benigne obsecundare cupientes, praevia, qualenus opus sit, absolutione quorumcumque luteresse habentium a quibusvis censuris, et poenis ecclesiasticis eb praemissa quomodolibet forsan incursis, itemque praevia omnium exinde sequutorum sanatione, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potastatis plenitudine super omnibus et singulis episcopalis ecclesiae Barchinonensis fructibus, redditibus, et proventibus pensionem annuam perpetuis futuris temporibus duraturam a supramemorata die sexta decima martii anni millesimi octingentesimi octavi decursam, et computandam, et ab omni et quocumque onere prursus liberam, immunem, et exemptam in duas aequales solutiones, unam videlicet in sancti Joannis Baptistae, ac alteram in Domini Nostri Jesu Christi nativitatum festivitatibus dividendam pro rata mille centum vigintiquinque ducatorum auri de camera favore antedicti seminarii puerorum ecclesiastici Barchinonensis eidem regi grati, atque accepti in ipsius seminarii subventionem, ac subsidium perpetuo reservamus, constituimus, et assignamus, dummodo tamen summa pensionum tam impositarum quam imponendarum insimul sumpta tertiam liberam partem fructuum praedictae episcopalis mensae Barchinonensis non excedat.

Forma indictae praesulibus in solutione morosis. §. 4. Mandantes quod pro tempore existens Barchinonensis antistes ad integram solutionem supradictae pensionis per praesentes reservatae eidem seminario sive ejus legitimo procuratori faciendam juxta reservationis, constitutionis, et assignationis praefatarum tenorem fore efficaciter obligatos; ac volentes, et eadem auctoritate statuentes, quod ille ex praesulibus, sive administratoribus praefatae mensae Barchinonensi, qui in dictis terminis, vel saltem infra triginta dies illorum singulos mediate sequentes ad dictam pensionem supramemorato seminario debitam non persol-

vent cum effectu, lapsis eisdem diebus in statutas canonicas poenas incurrat, a quibus donec seminario praedicto, vel ejus legitimo procuratori integre satisfactum, vel alias amicabiliter concordatum fuerit, praeterquam in mortis articulo constitutus relaxationem nequeat obtinere, quodque praesentes literae semper ac perpetuo validae, et efficaces esse, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac memorato seminario plenissime suffragari debeant, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane declaramus.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Lateranensis concilii novissime celebrati pensiones annuas super mensarum episcopalium fructibus, redditibus, ac proventibus nisi ex cessionis, aut alia probabili causa reservari prohibentis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non praefatae Barchinonensis ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet forsan concessis, confirmatis, approbatis et innovatis etiam pro tempore existenti episcopalis ecclesiae Barchinonensis antistiti, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim ab apostolica sit Sede indultum, quod ad praestationem, vel solutionem alicujus pensionis minime teneatur, et ad id compelli seu interdici, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, et expressam de indulto ejusmodi mentionem, quibus omnibus et singulis, caeterisque contrariis quibuscumque derogamus, et derogatum esse decernimus.

Sanctio poenalis.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Nostrarum absolutionis, sanctionis, reservationis, constitutionis, assignationis, declarationis, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare praesumserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo septimo, quinto kalendas decembris, pontificatus Nostri anno quinto.

CCXXXVII.

Dat. die 5. dec. 1827. Anno V.

Prorogatio ad sexennium indulti jam tributi in literis datis ad diem decimam sextam kalendas maji millesimo octingentesimo decimo septimo, vi cujus impositum fuit vectigal super bonis cleri saecularis, et regularis quolibet anno persolvendam in tercenties centena millia realium.

Carissimo in Christo filio Nostro Ferdinando Hispaniarum regi catholico.

Leo PP. XII.

Carissime fili Noster, Salutem et apostolicam benedictionem.

Memoratur concessio facta a praedecessore Pio papa VII.

§. 1. Ut notissimis Hispaniarum regni necessitatibus occureret felicis recordationis praedecessor Noster Pius VII. tuae majestatis indulgens precibus opem subsidiumque ex Ecclesiae patrimonio quaerendum haud semel permisit. Patet id in primis ex quatuor literis apostolicis plumbo obsignatis quarum primae XVII., secundae XVI., tertiae XV., quartae XIV. kalendas maji uno eodemque anno millesimo octingentesimo decimo septimo datae sunt. Per illas autem literas, quas secundo loco indicavimus datas videlicet XVI. kalendas maji, quarum initium est « *Apostolicae benignitatis indulgentiam* » id laudatus Noster praedecessor tibi concessit, ut ex ecclesiasticis cleri tum saecularis, tum regularis bonis perciperes singulis annis tercenties centena millia eorum nummorum, qui « regales de Vellon » istic solent appellari; suamque concessionem ad sex annos valere jussit.

Immutationes quibus originaria concessio subjecit.

§. 2. At vero postea per alteras literas apostolicas datas sub annulo piscatoris die prima augusti anno millesimo octingentesimo vigesimo tertio supplicantibus nobilibus viris tunc regendo Hispaniarum regno, absente te, praepositis, idem praedecessor Noster indulsit, ut regio aerario liceret per sex annos vectigal, priori illo sane levius, nempe centies centena eorumdem « regalium » millia quotannis percipere conjunctim ab utroque antedicto Hispano clero, et ab iis omnibus, qui decimarum, quae dicuntur laicales, atque earum quae tertiae decimae nuncupantur sunt participes. Hac autem summa includebatur

subsidium vetus, quod ex indulto rec. mem. Pii IV. Nostri quoque praedecessoris Hispaniarum clerus suppeditare solet aerario ad instruendas triremes.

Preces porrectae pro reintegratione veteris concessionis, cum prorogatione ad aliud sexennium.

§. 3. Porro nunc per dilectum filium equitem Josephum Narcisum Aparici tuorum negotiorum gestorem apud Nos, qui ad praesens meritis licet imparibus Romanam sancti Petri cathedram tenemus, duo exponenda, simulque duo suppliciter a Nobis petenda curasti. Primum, quasdam istis in locis exortas esse contentiones eo quod tributo literis apostolicis Pii VII. quas postremo loco commemoravimus, concesso, subjici visae sunt illae etiam decimae, quas percipiunt laici quidam praesertim in Catalaunia, itemque primitiae illae, quae in Aragoniae regno a magistratibus administrantur, nempe illae etiam decimae, atque primitiae pro quibus vectigalia bonis laicorum communia istic exigi jam solent: proindeque optare tuam majestatem, ut immunes in posterum a novo illo tributo hasce decimas, et primitias declaremus; at vero simul declaremus gravari illo tributo bona utriusque cleri, illa scilicet bona, quae antea gravabantur majori alio vectigali, quod fuerat permissum in literis apostolicis Pii VII., datis XVI. kalendas maji anno millesimo octingentesimo decimo septimo, quarum, ut diximus, initium est « *Apostolicae benignitatis indulgentiam* » Secundum, infelici statu adhuc manere regium aerarium et ideo eamdem tuam majestatem a Nobis postulare, ut quoniam non multum abest a fine sexennium concessum per apostolicas literas ejusdem Nostri praedecessoris Pii VII. datas sub annulo piscatoris die prima augusti anno millesimo octingentesimo vigesimo tertio facultatem tibi faciamus praefatum vectigal, nempe centies centena millia « regalia de Vellon » iterum exigendi per aliud sexennium.

Tenor concessionis.

§. 4. Nos igitur te, carissime fili Noster, peculiari beneficentia prosequi volentes, talibus supplicationibus nomine tuo adhibitis inclinati illud imprimis auctoritate Nostra apostolica declaramus, videlicet, bonis quibus praedictum vectigal impositum est, postbac nempe a die quo praesentes Nostrae literae datae sunt minime esse accensendas, vel illas decimas quae a laicis praesertim in Catalaunia percipiuntur, vel illas primitias, quae in regno Aragoniae administrantur a magistratibus; illas videlicet decimas, primitiasque pro quibus solvi istic solent vectigalia, quae laicorum bonis imponuntur, sed in posterum idem ipsum vectigal hoc est centies centena millia « regalium de Vellon » exigendum esse ex iis fructibus, et proventibus cleri tum saecularis, quum regularis pro quibus gravius illud vectigal, nempe tercenties centena millia ejusdem monetae exigi permissum fuerat in apostolicis literis Pii VII. sub plumbo datis decimo sexto kalendas maji anno millesimo octingentesimo decimo septimo incipientibus, ut semel iterumque dictum est « *Apostolicae benignitatis indulgentiam* ». Caeterum ad praeteritum labentis sexennii tempus quod spectat declaratione hac Nostra nemini ullum praebere jus, nec ullum afferre damnum volumus. Ut autem ad id, quod secundo loco petitum est veniamus ad magis magisque angustias aerarii regii sublevandas, eadem apostolica auctoritate Nostra tibi concedimus, et indulgemus, ut ex praedictis omnibus et singulis fructibus, redditibus, et proventibus cleri tam regularis quam saecularis (decimis illis, primitiisque, de quibus jam facta mentio est, exceptis) eamdem summam nempe centies centena millia « regalium de Vellon » quae jam exigitur, exigere quoque per aliud sexennium a labentis sexennii fine incipiendum quotannis libere, ac licite possis, et valeas. Qua quidem summa vetus illud subsidium ex indulto Pii IV. erogari solitum a clero Hispano comprehendi volumus, sicuti fuerat pro labente sexennio constitutum.

Conditiones concessioni adjectae.

§. 5. Jam vero praesentes aerari regii necessitates, quae Nos ad praefatam novam concessionem induxerunt, illud praeterea Nobis persuaserunt, utrumque clerum lubenti animo per aliud quoque sexennium petitam opem esse laturum. Porro dilectorum trium filiorum, nempe generalis cruciatae commissarii, et generalis collectoris spoliorum, nec non alterius probatae integritatis viri ecclesiastica dignitate insigniti a majestate tua electi, vel eligendi unus erit illa centies centena millia « regalium de Vellon » exigendi, eaque in aerarium deponendi, quibus idcirco omnem illam potestatem, qua Noster praedecessor Pius VII. eosdem voluit donatos per suas literas apostolicas datas sub plumbo decimo sexto kalendas maji millesimo octingentesimo decimo sexto, et per literas datas sub

annulo piscatoris die prima augusti anno millesimo octingentesimo vigesimo tertio confirmamus, iterumque concedimus. Jam vero hi tres ecclesiastici viri, quam regii aerarii administri pro sua quisque parte curabunt, ut in aerarii ejusdem subsidium, minime in alias quascumque caussa vectigal illud impendatur, qua super re conscientiam utrorumque oneratam volumus. Nec vero per hanc Nostram concessionem vel detrahi aliquid de divino cultu, vel minui numerus sacrorum ministrorum debet: enim vero omnia omnino erunt explenda onera ecclesiarum.

Clausulae salutares et irritantes. §. 6. Haec concedimus, atque mandamus, decernentes has litteras firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et ad annos supra memoratos eorum causa, quae expressa sunt, iis, ad quos spectat, ac spectabit plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 7. Non obstantibus apostolicis etiam in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, aliisque licet expressa, speciali et individua mentione dignis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quarta decembris millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 7. decem. 1827. Anno V.

CCXXXVIII.

Concessio tituli marchionatus s. Martini favore Antonii Revedin Ferrariensis.

Dilecto filio Antonio Revedin Ferrariensis seu alterius civitatis, vel dioecesis.

Leo PP. XII.

Dilecte fili,
salutem et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Egregios viros, morum integritate, doctrina, et religione praestantes, et de hac sancta Sede optime meritos, decet apostolicae beneficentiae muneribus large donari.

Ratio concessionis illiusque tenor §. 2. Nos itaque te nobili genere natum, qui, prout accepimus, multum studii, et curae in augendo censu territorii Ferrariensis; et in promovenda agricultura posuisti, ac pluribus aliis praefulges meritis, et virtutibus, singulari beneficentia, et honore prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum indulti assequendi gratia absolventes, et absolutum fore censentes, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, ut tu, et omnes majores natu tuae familiae legitimi, et naturales post te, qui in sinceritate catholicae fidei, et apostolicae Sedis obedientia perstiterint, titulo marchionis s. Martini etiam in publicis scriptis appelleris, et appellentur, ac privilegiis, et honoribus huic titulo adnexis utaris, et utantur in posterum, servata tamen forma, et dispositione motus proprii fel. rec. Pii pp. VII. decessoris Nostri die sexta julii millesimo octingentesimo decimo sexto editi.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die septima decembris millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 11. decem. 1827. Anno V.

CCXXXIX.

Facultas audiendi sacrum, etiam ad effectum implendi praeceptum ecclesiasticum in aedicula sacra divo Antonio Patavino per fenestram existentem in domo Antonii ac Didaci Guzzardi Spitalieri civitatis Cataniensis.

Venerabili fratri Episcopo Cataniensi.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Exponendum Nobis curarunt dilecti filii Antonius, ac presbyter Didacus Guzzardi Spitalieri germani fratres istius dioecesis, se non ita pridem domum possidere in oppido « *Ader-*

nó » ejusdem dioecesis, quae adjacet aediculae sacrae s. Antonio Patavino, in ejusque dumus pariete esse fenestram, e qua in aediculam prospectus patet, et unde iuquilinis licebat augustissimo sacrificio interesse, quum sacra in aedicula peragebatur, atque ita festis diebus ecclesiastico praecepto de assistendo divinis satisfacere. Quum autem non ad eorum tantum, sed et posterorum spirituale gaudium eodem privilegio perfrui cupiant, supplici cum prece a Nobis petiere ejus rei ergo apostolica venia muniri.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur oratores peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum indulti assequendi gratia absolventes, et absolutos fore censentes, acceptoque tuo testimonio, ex quo Nobis innotuit, res ita se habere, prout expositae, tibi, venerabilis frater, eas partes imponimus atque mandamus, ut auctoritate Nostra apostolica facultatem facias, qua oratores, ac qui ex eorum recto stipite in perpetuum descendunt, nec non consanguinei, et affines, qui una cum eis vitam degunt, ac familiares diebus quibuscumque per annum festis ex illa fenestra sacerdoti adstantes, dum in aedicula sacrum facit, ecclesiastico praecepto rei divinae assistendi paruisse censeantur. Tibi vero curae erit, ut tum lignea, tum ferrea crate ea fenestra sepiatur, atque per inscriptionem publico et obvio loco positam constet, continuum domum ecclesiastica immunitate minime frui, volumusque hac de re firmam ac ratam esse aucturitatem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium ecclesiasticae immunitati praepositorum.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Haec concedimus atque mandamus, non obstantibus constitutionibus et sanctionibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die undecima decembris millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quinto.

CCXL.

Dat. die 11. decem. 1827. Anno V.

Confirmatio, et ampliatio privilegiorum jam concessorum inclytae domui Saxoniae.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Memorantur privilegia jam a Saxoniae regibus obtenta.

§. 1. Inclyta Saxoniae domus pietate in Deum, eximioque in rem catholicam studio promeruit sane, ut summi consilii pontifex felicis recordationis Benedictus XIV. praedecessor Noster per sacrae Poenitentiariae literas datas quinto nonas julii anni millesimi septingentesimi quadragesimi quarti rescripto deinceps diei decimae septimae junii millesimo septingentesimo quinquagesimo tertio declaratas nonnullis spiritualibus privilegiis eam donaret. Nec vero minor fuit benevolentia rec. mem. Pii VII. Nostri etiam praedecessoris erga Fridericum postremum Saxoniae electorem, postmodum regem renunciatum. Etenim quum ei significatum fuerit, regem eorumdem privilegiorum confirmationem expetere, ipse pontifex, per eamdem pariter sacram Poenitentiariam quinto kalendas februarii anno millesimo octingentesimo primo superioribus literis inhaerens ejus votis libenter indulgendum existimavit. Nuper autem carissimus in Christo filius Noster Antonius Saxoniae ejusdem rex illustris, qui videlicet germano fratri Friderico Augusto defuncto in idem regnum successit per epistolam Nos adiit, atque a Nobis enixe flagitavit, ut eadem ipsa privilegia nunc sibi concedere, et confirmare velimus. Quibus sane precibus Nos, scilicet pro ejusdem majestatis suae meritis, etiam ultra id, quod petitum est, annuendum censemus.

Tenor novae concessionis.

§. 2. Quapropter apostolicis hisce Nostris literis privilegia eadem non confirmare solam, sed etiam in aliquibus articulis ampliare, et tum hodiernum ipsum Saxoniae regem Antonium, tum futuros ejusdem Saxoniae reges suos e sua catholica familia successores perpetuum in modum iisdem privilegiis augere, ac ditare statuimus. Concedimus ergo.

Facultas eligendi confessarium.

I. §. 3. Ut serenissimus Saxoniae rex, et regina ejus conjux facultatem habeant eligendi sibi proprium confessarium, qui ubique locorum sacramentalem eorum confessionem excipiens absolvere illos possit ab omnibus suis peccatis, episcopo licet, vel Sedi apostolicae quocumque titulo etiam in bulla « Coenae » reservatis. Eadem facultate polleant regis filii, seu liberi omnes utriusque sexus, parentes etiam, et fratres, ac sorores, aliique

consanguinei, et affines, universa denique familia regiae domus; qua tamen facultate uti tantum possint interea dum singuli quique ad regiam domum pertinent, et in locis reperiuntur regi Saxoniae subjectis: quod ipsum servatum volumus in omnibus privilegiis, quae toti familiae, seu aliis quibusque praeter regem, et reginam in hisce Nostris apostolicis literis conceduntur. Omnes postremo, qui proxime aulae inserviunt, poterunt quoque confessarium sibi eligere eadem potestate praeditum, sed tantummodo semel in anno.

De juribus confessario competentibus.

II. §. 4. Ut confessarii seren. regis, reginae, aliorumque de regia familia jus habeant commutandi eis vota quaelibet simplicia (praeter quinque excepta) et juramenta, eosque etiam ab iisdem votis, et juramentis omnino solvere, modo aequa causa intercedat, ac relaxatio in aliorum damnum non redundet.

Idem ut supra.

III. §. 5. Ut iidem confessarii possint commutare obligationem de ciborum delectu, et jejuniis in preces, eleemosynas, aut alia pia opera, imo etiam, ubi res postulet, dispensationem concedere. Hanc autem commutationem, vel relaxationem iidem confessarii ad omnes, qui in aula, vel in aulae famulatu sunt, atque ad convivas poterunt extendere. Porro etsi ii, qui ad regiam familiam pertinent, eamdem commutationem, vel relaxationem non possint a proprio confessario recipere, nisi in locis regi subjectis, tamen postea quam illam acceperint, ea etiam alibi uti possint, pro illo scilicet tempore ad quod concessa fuerit. Ubique autem sedulo curandum erit, ne id aliis offensionem, seu scandalum praebeat.

De muneribus parochialibus a confessario exercendis.

IV. §. 6. Ut confessarii serenissimi regis, vel regiae familiae possint parochialia munia administrare tum erga eorum quemlibet, tum erga aulicos; ea tamen lege, ut serenissimi regis confessarius id possit in regiam aulam universam, ceteri vero in suam, ad quam quisque pertinet peculiarem aulam: ipsa autem administratio, exercenda erit intra aulae ambitum, seu in sacellis aulicis quibuscumque. Quod vero nuptias celebrandas spectat, praemittenda primum erit probatio, ut ajunt, status liberi contrahentium coram illis, apud quos fieri illa solet. Iisdem vero confessariis liceat matrimonio solemniter benedicere temporibus etiam ab Ecclesia prohibitis, si gravis causa id suadeat.

De jure subrogandi confessarium.

V. §. 7. Ut serenissimus rex, regina, caeterique e regia familia possint, absente eorum confessario, vel ob aliam etiam causam rationi consentaneam, sibi eligere alterum confessarium, qui interea temporis omnibus facultatibus, de quibus habita est mentio uti valeat. Pari ratione eorum proprius confessarius, si alio proficiscatur, vel adversa valetudine, aliave aequa causa impediatur potestatem suam alteri poterit subdelegare.

De jure constituendi aulicum sacellum.

VI. §. 8. Ut tempore interdicti serenissimus rex, regina, aliique regiae domus jure polleant aliquod constituendi aulicum sacellum, in quo cum cantu sacrificium fiat, et elata voce, foribusque apertis divina officia peragantur. Atque possint etiam, si qui eorum tempore illo moriantur, solemnibus consuetis caeremoniis in antedicto sacello, sive in quacumque ecclesia sepeliri: id ipsum autem liceat pro aulicis, sed minori cum pompa, quam aliis. Hujusmodi tamen privilegio perfrui nequaquam volumus, qui prima fuerunt illius interdicti causa.

De jure ingrediendi religiosas domos.

VII. §. 9. Ut serenissimo regi, et cunctae regiae familiae licitum sit aliquo cum comitatu ingredi religiosas domos tam virorum, quam mulierum cujuscumque sacri instituti, ita scilicet, ut hac venia neque frequenter nimis, neque cum detrimento religiosae disciplinae utantur.

De jure constituendi privatum sacellum.

VIII. §. 10. Ut iidem habeant facultatem constituendi cubiculum, vel alium decentem locum, pro eorum privato sacello ubicumque eos morari contigerit, vel qua iter habeant.

De sacrificio missae in sacello celebrando.

IX. §. 11. Ut hoc in sacello singulis diebus etiam dominicis, ac festis per annum solemnioribus super altari, ut ajunt, portatili sacrificium missae semel, vel pluries fieri liceat coram rege, aut aliis familiae regiae, et inservientibus quibuscumque.

De missa celebranda in sacello absente etiam regia familia.

X. §. 12. Ut serenissimo rege etiam, aut aliis regiae familiae absentibus in hoc eodem sacello missae possint celebrari quocumque anni die pro aulicis utriusque sexus, qui incommoda valetudine, vel alia justa de causa templum adire nequeant.

De missa ante auroram celebranda.

XI. §. 13. Ut missae coram serenissimo rege et regina celebrari quoque possint ante auroram et post meridiem; coram vero caeteris regiae familiam una tantum hora, quae auroram praecedat, vel meridiem sequatur.

De privilegio altaris in sacello condito.

XII. §. 14. Ut missa quaelibet, quae coram serenissimo rege, vel regina celebrabitur, si nimirum offeratur pro defunctis, animae, pro qua fuerit oblata perinde suffragetur, ac si in altari privilegiato celebrata fuisset.

De indulgentiis in eodem sacello assequendis.

XIII. §. 15. Ut quoties serenissimus rex, aut regina sacra jam confessione expiati eucharistiam exceperint, plenariam indulgentiam consequantur; quoties vero sacrificio missae interfuerint, indulgentiam annorum decem; singulis autem vicibus, quibus suam conscientiam cum animi dolore excusserint, seu examinaverint, vel officium Deiparae virginis, aut defunctorum, vel psalmos poenitentiales, aut graduales, vel sacrum Dei matris Rosarium seu quinque ejus decades recitaverint, indulgentiam centum dierum. Quae quidem indulgentiae animabus etiam fidelium defunctorum, quae in purgatorio detinentur per modum suffragii applicari poterunt.

De sanctissimo Eucharistiae sacramento asservando in sacello.

XIV. §. 16. Ut in privato sacello domus ubi residet rex., in quo missae quotidie celebrantur, et ad quod vespere aulici simul deprecatum convenire solent, sanctissimum Eucharistiae sacramentum possit asservari, si modo publicum sacellum nequaquam praedictae domui adhaereat.

Communicatio indulgentiarum pro omnibus Christifidelibus.

XV. §. 17. Ut non modo serenissimus rex, regina, aliique de familia regia, et aulici, sed omnes quoque Christifideles utriusque sexus, qui rite confessi, ac dominica dape refecti publicum aulae sacellum adierint, ibique pro haeresum, et schismatum extirpatione, fidei catholicae propagatione, ac principum christianorum concordia, pias ad Deum preces effuderint, plenariam indulgentiam lucrentur, in omnibus festis Christi Domini, et duobus sanctae Crucis, nec non festis omnibus Deiparae virginis, atque in die anniversario dedicationis sanctae Mariae de Portiuncula, item in festivitatibus sancti Michaelis Archangeli, et Angelorum custodum, ac Nativitatis sancti Joannis Baptistae, et in festivitatibus insuper ss. Josephi, et singulorum apostolorum, et Annae, Laurentii martyris, Bennonis, Ignatii Loyolae, Francisci Xaverii, et in celebritate omnium sanctorum, ac die commemorationis omnium fidelium defunctorum, demum in festis illorum sanctorum, quorum regi, ac reginae nomen inditum est. Hae autem indulgentiae poterunt quoque animabus in purgatorio detentis applicari.

De indulgentiis stationum almae urbis consequendis.

XVI. §. 18. Et serenissimus rex, regina, omnesque aulici qui tempore quadragesimae rite contriti quinquies orationem dominicam, ac salutationem Angelicam dixerint in publico aulae sacello, aut si hoc ab aedibus procul sit, in sacello privato ea mente, seu intentione orantes, qua supra praeceptum est, indulgentias stationum almae urbis consequantur.

De jure constituendi aulicum sacellum ubi nulla sunt templa catholicorum.

XVII. §. 19. Ut iis in locis, ubi nulla sunt catholicorum templa serenissimus rex, atque regina facultatem babeant decentem locum aliquem constituendi pro publico aulico sacello, quo christianus populus convenire possit ad sacrum audiendum, et ad recipienda sacramenta, nec non ad lucrandas eas indulgentias de quibus sub numero XV. facta mentio est.

De jure nominandi apostolicos missionarios.

XVIII. §. 20. Quoniam vero in varias Saxoniae urbes, oppida, pagos, vicos dispersi sint catholici sive mercatores, sive opifices, sive milites, aliique cujusque conditionis homines ipsum serenissimum regem potestate donamus constituendi presbyterum sacris missionibus addictum, atque a sacra congregatione de Propaganda Fide jam approbatum, qui eorum confessiones possit excipere, eisque corpus Christi sumendum porrigere, ita ut ipsi quocumque anni tempore illuc presbyter ille venerit, paschali etiam praecepto possint satisfacere.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 21. Haec igitur sunt privilegia, quae carissimo in Christo filio Nostro Antonio Saxoniae regi illustri, et praedictis ejus successoribus concedimus, et impertimur; firmo nixi spe futurum, ut ipsi apostolica hac Nostra benignitate ad pietatem colendam cum universa eorum regia familia, ac caeteris, qui aulae inserviunt magis magisque inflammentur: iisdem autem privilegiis otantur ad majorem tutelam, atque ad augumentum majus catholicae religionis: decernentes hasce literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et iis quos respiciunt nunc, et futuris temporibus plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 22. Non obstantibus de non concedendis indulgentiis ad instar, et aliis Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, et praedecessoris Nostri felicis recordationis Benedicti XIV. super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, nec non quorumlibet locorum legibus, consuetudinibus, ac privilegiis, juramento etiam, vel confirmatione apostolica roboratis, quamquam pro illorum derogatione specialis mentio facienda, aut alia exquisita formula servanda esset, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima prima decembris anno millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 11. dec. 1827. Anno V.

CCXLI.

Restitutio jurisdictionis congregationis Lauretanae super guberni civitatis Laureti in Picaeno.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ratio concessionis. §. 1. Laureti civitas in Picaeno magni quidem semper habita, omnique honore digna, quippe quod sarra in aede ibidem excitata, ea domus asservatur, in qua verbum caro factum est. Itaque Romani pontifices praedecessores Nostri cum de civium rebus curam sollicitudinemque habuere, tum vero hujus sacrae aedis, caeterarumque domorum, ac bonorum, seu rerum quarumcumque, quibus affatim instructa, custodiae et administrationi consuluerunt. Inter eos vero fel. recordat. Innocentius XII. per suas apostolicas literas plumbeo sigillo munitas, ac datas IV. Idus augusti anni MDCXCVIII. quae incipiunt « *Sacrosancta redemptionis* » peculiarem instituit congregationem nonnullorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, ac Romanae curiae praesulum quam Lauretanam nominavit. Iis autem in literis praeter alia illud etiam constituit, ut unus ex Romanae curiae praesulibus in praefectum seu gubernatorem Laureti adlegeretur, ejusque opera et ministerio eadem congregatio uteretur in iis, quae ad eam custodiam et administrationem pertinerent. Nonnullis porro ab hinc annis Lauretana civitas ea inter loca nequaquam recensebatur, quibus praefectus seu gubernator ex praesulum numero solebat consistere. Nos interim aegre ferentes eam ipsam nihil honorificentiae habere, qua ab aliis civitatibus discerneretur, non abs re duximus per Nostras apostolicas literas datas die XXIV. julii vertentis anni, atque annulo piscatoris obsignatas, inibi Romanae curiae praesulem restituere, minore quam antea jurisdictione, qui scilicet commissarii Almae domus Lauretanae titulo honestatus in eam sacram aedem incumberet, illius administris praesideret, atque in bonorum administratione ea etiam uti posset compendiaria via, quae magis regia dicitur.

Tenor concessionis. §. 2. At vero quum novam ditionis Nostrae distributionem instituendam curaverimus, quam hoc ipso die constitutione, seu motu proprio edici jussimus, quumque maturе perpenderimus, sanctitatem et decorem sacrae ipsius aedis profecto postulare, ut Laureti mos vetus reviviesceret, nimirum ut illi muneri praefectus una civitati praeesset, easdem Nostras literas omnino abrogantes, atque Innocentii XII. vestigiis inhaerentes volentes lubentesque, vel, ut dici solet, motu proprio, ac certa scientia, plenaque auctoritate Nostra mandamus, sartam tectamque haberi congregationis Lauretanae jurisdictionem, tum in iis quae sacram aedem, ejusque administrationem spectant, tum erga eos omnes, qui eidem inserviunt, addictique sunt, ita tamen ut constitutioni rec. mem. Pii VII. pariter praedecessoris Nostri, cujus initium « *Post diuturnas* » nequid adversetur. Constituimus praeterea atque decernimus, ut unus ex Romanae curiae praesulibus a Nobis, vel successoribus Nostris adlegendus in urbe Laureto sedem habeat, atque honoris causa commissarius Almae domus Lauretanae dicatur, eodem nempe titulo quo illius patroni aliquando fruebantur. Hic idcirco sacrae aedi Lauretanae, arcebus quibuscumque ad eam pertinentibus vacet, illius bona sedulo administret, atque opportuna polleat auctoritate in exercenda jurisdictione, quae hisce literis eidem Lauretanae congregationi denuo tribuitur.

Munera a commissario praestanda. §. 3. In gerenda autem urbis praefectura iis instructum volumus facultatibus, quae ad

praesules provinciis delegatos deferuntur. Ei praesto erit in rebus civilibus et criminalibus locumtenens, qui iisdem utatur juribus, quae in hodierna constitutione Nostra praefectis, seu gubernatoribus pontificiae ditionis utrisque in rebus conceduntur. Cancellarius, aliique duo substituti nomine insigniti penes commissarium civiles et criminales actus conficient. Volumus praeterea, ut commissarius superioris judicis, seu appellationis personam gerat in civilibus judiciis, a locumtenente actis; judicem vero primae contentionis agat in quaestionibus civilibus, quae summam nummorum scutatorum trecentum excedant, atque in iis omnibus, in quibus locumtenens sententiam nequit proferre, ea plane ratione, quae in eadem constitutione pro praetoribus statuitur.

Consulitur revisioni causarum judicandarum a commissario.

§. 4. Civiles causae a praesule commissario in prima contentione, vel superiori provocatione dijudicatae, quum commissarii ab locumtenentis sententia dissentiat, ad suprema tribunalia urbis deferentur, pro earum natura, et vigentibus legibus. Et quamquam haec omnia a Nobis statuta, tamen ecclesiasticae curiae Laureti, ejusque vicario generali, praeter propriam jurisdictionem, liceat ea in civitate, ejusque territorio sententiam pronunciare in civilibus causis, cujusque demum pecuniae summae et hominum conditionis, si modo adversae partes in id conveniant, ex constitutione felicis recordationis Benedicti XIV. similiter praedecessoris Nostri die vigesima prima decembris anni millesimi septingentesimi quadrigesimi quarti edita, cujus vim in commemorata constitutione Nostra omnino confirmamus. Ad haec sancimus, ut eadem in civitate tribunal adsit criminibus inquirendis, quod in superiori provocatione cognoscat sententias locumtenentis, qui potest poenam operariam, ad summum annuam infligere; itemque prima contentione sententiam dicat iis in causis majori poena dignis. Hoc autem tribunal tribus constabit viris, nempe commissario valuti praeside, locumtenente, ac probo honestoque civitatis consiliario e viris doctis, jurisque peritis ab eodem commissario adlegendo.

De judicibus supplentibus.

§. 5. Cavebit locumtenens suffragium ferre iis in causis, in quibus prima contentione judicaverit, quod ubi eveniat, tum etiam ubi vel ipse, vel consiliarius legitima causa absit, praesul commissarius urbis Recineti praefectum, seu gubernatorem advocabit, qui illius vices impleat. Quaestiones ab eo tribunali in prima contentione judiciam sublatae, quum ex constitutione Nostra hodierno die edita provocationem possint habere, nec non illae ab eodem tribunali in superiori provocatione dijudicatae, si forte earum sententiae discrepent, ad Nostram a sacris consultationibus consilium deferentur. Istius tandem civitatis oeconomica administratio, uti et aliarum Nostrae ditionis, sacrae congregationi Boni Regiminis erit obnoxia.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Haec volumus, atque sancimus decernentes has literas firmas, validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, nullaque causa umquam, etiam si ii, quorum interest, haud consenserint, de subreptionis, aut obreptionis vitio, seu consilii Nostri defectu impugnari posse; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, Sedis apostolicae nuncios, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, et aliis Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, felicis recordationis Benedicti XIV. super divisione materiarum, ac memoratis literis Innocentii XII. atque universalibus provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et sanctionibus; itemque ipsius sacrae aedis Lauretanae, vel ejus congregationis, et ecclesiarum, aut piorum locorum quorumcumque etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, qualibet exquisita forma exceptis, quarum etiam expressa facienda esset mentio, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris die vigesima prima decembris millesimo octingentesimo vigesimo septimo, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 29. decem. 1827. Anno V.

CCXLII.

Reintegratio juris percipiendi sportulas, et propinas in causis dirimendis in sacra Rota.

Notificazione.

Ratio concessionis.

§. 1. Colla Nostra cedola di Motu-proprio del 22 novembre 1826 essendo stata abolita la percezione della tassa camerale di registrazione proporzionale alle somme, al cui pagamento le parti litiganti erano condannate o assolute dai tribunali, con la disposizione del contemporaneo Nostro motu-proprio, la detta abolizione delle tasse proporzionali sui decreti e sentenze essendo confermata, e la tassa fissa essendo nella prima istanza ulteriormente diminuita, cessa ogni ragione, perchè i litiganti laici non abbiano da pagare le propine, e sportule, che pagavano al tribunale della Rota in antecedenza alla sucnunciata imposizione dalle tasse proporzionali, le quali continuarono costantemente a pagarsi nelle cause ecclesiastiche per la ragione che in prima ed ulteriore istanza non pagavano che le tasse fisse come in oggi la pagano egualmente i litiganti laici.

Tenor concessionis.

§. 2. Per queste ragioni ordiniamo, che monsignore Nostro uditore partecipi a monsignore decano della Rota, che a partire dal primo gennajo 1828 potrà il tribunale esigere nuovamente dai litiganti laici le sportule, e propine come si esigevano in precedenza alla istituzione della tassa proporzionale, e partecipi contemporaneamente a monsignor tesoriere generale, che regolato il conto delle propine, e sportule che la Nostra camera pagava invece dei litiganti al tribunale della Rota a tutto li 31 dicembre 1827 non dovrà più pagarsi dal Nostro erario per questo titolo alcuna somma per l'avvenire.

Dispositio transitoria, et provisionalis.

§. 3. Vogliamo ancora che quei litiganti i quali spedissero dal 1. gennajo 1828 in poi qualche causa, la quale nella prima istanza avesse pagate le tasse proporzionali dal primo settembre 1816, a tutto li 31 dicembre 1826 riceva dal Nostro erario un adequato compenso, non maggiore nè delle tasse proporzionali pagate, nè della propina che dovrà pagare al tribunale della Rota, il quale compenso, verificato che sia dalla amministrazione del registro il pagamento della tassa proporzionale, e documentato il pagamento delle propine rotali, gli verrà indilatamente accordato dal Nostro tesoriere generale.

Li 29 dicembre 1827.

Leo PP. XII.

Dat. die 29. decem. 1827. Anno V.

CCXLIII.

Reformatio taxae respicientis registrationem, et tymbrum, relate ad legem anni 1826.

Leo PP. XII.

Motu-proprio.

Prooemium.

§. 1. La riforma sui regolamenti del bollo, e registro pubblicata col Nostro motu-proprio dei 22 novembre anno caduto 1826 lungi dal soddisfare il Nostro cuore, che bramava e di ridurli a termini di più proporzionata equità, e di sollevare i Nostri amatissimi sudditi con quella minorazione, che i gravi bisogni dell'erario poteano permettere, lo lasciò anzi pieno di desiderio di tornare sul medesimo oggetto, subitochè più propizie circostanze lo avessero permesso; ora quantunque siamo costretti con Nostro dolore ad aver sempre in vista le gravissime obbligazioni, che pesano sull'erario medesimo, alle quali è forza corrispondere, tuttavia volendo Noi fare quel più che è possibile a fine di ottenere a poco a poco l'intento propostoci, ordiniamo una ulteriore riforma nei termini seguenti.

Ampliatio articuli 8. §. 11.

I. §. 2. Per ampliazione dell'articolo 8. §. 11. nelle cause economiche ivi enunciate, e nel seguente paragrafo, sono dichiarati esenti dal registro non solo gli atti giudiziarj, ma eziandio quelli di cancelleria, meno la delibera.

Similis §. 12.

II. §. 3. Per ampliazione del detto articolo §. 12. sono pareggiati ai giudizj di fallimento, ivi dichiarati esenti, eziandio i giudizj di cessione de' beni dei debitori ammessi a questo benefizio.

Declaratio articuli 9. §. 6.

III. §. 4. Per dichiarazione dell'articolo 9. §. 6. dove è ordinata la registrazione degli atti di offerta reali, e delle accettazioni delle medesime sia che queste accettazioni vengano emesse nello stesso atto di offerta, sia che vengano emesse in foglio separato, è stabi-

lito che se vengono emesse nello stesso atto di offerta, l'accettazione di essa non pagherà che il minimo diritto fisso.

Ampliatio articuli 50. IV. §. 5. Per ampliazione dell'articolo 50 è determinato che gli atti civili, e giudiziari, i quali si stipoleranno di ora in avanti, e che secondo il regolamento del 6 luglio 1816 sarebbero stati soggetti ad un diritto fisso, perchè erano le conseguenze di un atto e di una sentenza precedente, la quale aveva pagato i diritti proporzionali, non saranno soggetti che al minimo diritto fisso o civile o giudiziale stabilito nel motu-proprio del 22 novembre 1826 per gli atti sieno civili, sieno giudiziali. Incombe alla parte, che domanda questo privilegio dimostrarne gli estremi coll'esibita dell'atto in precedenza registrato, e l'ufficiale del registro li enuncierà per esteso così nel libro, come a piedi dell'atto.

Se l'atto registrato, che si esibisce non è della classe de'giudiziarj, o de'notarili, la parte esibente dovrà rilasciarne al preposto una copia letteralmente conforme in carta semplice, acciò l'amministrazione possa farne verificare la registrazione, e a piè di essa copia si obbligherà di tornare ad esibirne ad ogni richiesta l'originale.

Declaratio art. 51. §. 1. V. §. 6. Per dichiarazione dell'articolo 51. §. 1. dove è stabilito che si registrino le delibere e le aggiudicazioni, o dell'articolo 56 che dispone l'applicazione di tante tasse, quanti sono i differenti contratti; è stabilito che nelle registrazioni delle delibere, e aggiudicazioni non si debba attendere il numero delle delibere, o degli aggiudicatari, ma la somma risultante dal complesso de' lotti di una stessa aggiudicazione e delibera, e sopra questo totale si debba percipere la tassa competente.

Similis ut supra. VI. §. 7. Per ampliazione dello stesso articolo, che statuisce la registrazione, delle costituzioni di dote è stabilito che la tassa fissa ivi enunciata sarà applicabile a tutte le doti, che non superino scudi mille; e che per quelle superiori agli scudi mille sarà applicabile la sola metà della tassa stabilita nel seguente articolo 8. agli atti, e contratti civili.

Limitatio art. 51. §. 10. VII. §. 8. Per limitazione dell'articolo 51. §. 10. dove si stabilisce il pagamento della tassa delle descrizioni, e inventarj in ragione del numero delle sessioni è stabilito che se non compierà l'inventario e descrizione di una sessione, qualunque sia per essere il loro numero, non potrà percepirsi più che due volte la tassa ivi enunciata.

Limitatio art. 52. 53. 54. VIII. 9. Per limitazione ed emendazione respettiva degli articoli 52. 53. 54. è stabilito che tutti gli atti e contratti enunciati, o chiamati nei detti articoli pagheranno la tassa come siegue cioè

Sino alla somma	di		. . Sc.	100	Sc.	—	40
dai	»	100	al . . »	200	»	1	—
dai	»	200	ai . . »	300	»	1	50
dai	»	300	ai . . »	400	»	2	—
dai	»	400	al . . »	500	»	2	50
dai	»	500	ai . . »	700	»	3	—
dai	»	700	ai . . »	1000	»	3	50
dai	»	1000	ai . . »	1500	»	4	—
dai	»	1500	ai . . »	2000	»	4	50
dai	»	2000	ai . . »	2500	»	5	—
dai	»	2500	ai . . »	3000	»	5	50
dai	»	3000	ai . . »	3500	»	6	—
dai	»	3500	ai . . »	4000	»	7	—
Sopra i Sc. 4000 ad ogni altra somma						8	—

Declaratio art. 56. et 61. IX. §. 10. Per dichiarazione degli articoli 56. e 61. non s'intendono comprendersi nella disposizione che riguarda due, o più contratti differenti per l'effetto della percezione di tasse separate e distinte sia negli atti civili, sia nei giudiziarj. La enunciazione di una precedente convenzione senza precisarne la data o riportarne le singole disposizioni (salvi i casi espressamente nominati nel regolamento).

La riunione di due, o più crediti secchi, e fruttiferi in una sola sentenza o quietanza, quando appartengono ad uno stesso creditore contro uno stesso debitore in uno stesso atto. E maggiormente la riunione dei frutti alle sorti principali, o dei danni o penali alle azioni principali, o all'inadempimento dei patti.

Restrictio art. 59. et 60. X. §. 11. A restrizione degli articoli 59 e 60 dalla pubblicazione del presente, le tasse ivi stabilite per le ordinanze, decreti, e sentenze saranno ridotte alla metà nella prima istanza, e saranno conservate nella misura ivi stabilita nella seconda, e ulteriori istanze, tanto nei tribunali laicali, che negli ecclesiastici.

Le ordinanze, decreti, e sentenze sieno in minuta, sieno in spedizione, che non enuncieranno nel corpo del decreto, della sentenza, della ordinanza il giudizio essere in

prima istanza, saranno soggette al maggiur diritto di registro.

Non è permesso supplire al difetto di questa enunciazione coe dichiarazione per apostilla nel titolo, o in calce dell'atto, ancorchè segnata dal giudice. Essa sarà considerata ceme non fatta. Gli attuarj, notari, cancellieri laicali ed ecclesiastici, che saranno convinti di aver usata frode in questa dichiarazione, e enunciazieee saranno processati, come rei di falso, e soggetti alla multa di scudi cinquanta. Il cancelliere in capo dell'ufficio è personalmente responsabile della pena pecuniaria pe' suoi sostituti, commessi, e dipendenti.

A dichiarazione dell'articolo 62 è stabilito, che le percezioni dei diritti del titolo non registrato, e richiamato, o stabilito col decreto, o con la sentenza sieno permesse solamente sopra quelle specie di atti, e contratti, che stabiliscono il titolo o titoli giudicati, e canonizzati, senza potersi in verun conto estendere a qualsiasi altro fatto, o atto, che non servisse a stabilire il titolo nel rispettivo giudizio.

Limitatio art. 79. XI. §. 12. Per limitazione dell'articulu 79 dove si stabiliscono i modi di valutare le transazioni, è stabilito che nel caso in cui la transazione cada sopra cesa, alla quale due o più persone pretendono di avere lo stesso diritto, il valore della transazione non si desumerà più dall'intere valore della transazione stessa, ma dalla metà del medesimo.

Additio ad art. 84. XII. §. 13. In aggiunta all'articole 84 è dichiarato, che la esibizione di un atto di quietanza alla registrazione non dà diritto alla percezione della tassa sul titolo, nè a domanda di dichiarazione alla parte registrante. Molto più la registrazione di un cuesenso a radiare l'ipoteca non dà diritte a domandare dichiarazione sulla seguita o non seguita quietanza del credito e estinzione del titolo, ma l'uno, e l'altro atto debbone essere registrati semplicemeute secondo i lore competenti diritti.

Limitatio art. 105. XIII. §. 14. Per limitazione dell'articolo 105 la tassa tra fratelli ivi stabilita al due per cente nelle successioni, donazioni, ed altri atti di liberalità si riduce d'ora ie avaeti al mezzo per cento.

Similis art. 129. e 74. XIV. §. 15. Negli articoli 129 e 74 è prescritte che per valutare il capitale del censi si stia alle somme, per cui il censo in origine è stato creato, eccettuati solamente i consolidati, ed i censi comunitativi. A limitazione equitativa di essi articoli è stabilito che riguardo ai censi il *maximum* del capitale si formerà dalla loro rendita annua moltiplicata venti volte, quando essa rendita non superi il cinque per cento. Per quelli poi di un fruttato maggiore del cinque si starà alla somma capitale, per cui il censo è imposto.

XV. §. 16. Per ampliazione dell'articolo 160 è stabilito che il donatario, il quale non vada al possesso della cosa donata, per il caso in dette articolo contemplato, potrà protrarre il pagamento della tassa all'epoca del possesso, quante volte la donazione cada sopra oggetti suscettibili d'Ipoteca, ed il donatario si obblighi di pagare alla detta epoca un terzo di più di quello, che pagherebbe all'atto della stipolazione, e che in quest'obbligo sia presa a sue spese, e a diligenza dell'ufficio del Registro iscrizione eei registri ipotecarj. Ampliatio art. 160.

XVI. §. 17. Dalla pubblicazione del presente in appresso la tassa di bollo di quattro bajocchi per ogni foglio ad uso di cursore e ridotta a bajocchi due e mezze per riduzione di quanto viene stabilito all'articolo 225. Restrictio art. 225.

XVII. §. 18. Per ampliazione dell'articolo 217 sono dichiarati esenti dal bollo i biglietti, ed obbligbi de' monti d'impegno, e de' monti frumentarj, i quali costituiscono il debito dell'impegnante. Ampliatio art. 217. et 219.

Per ampliazione dello stesso articelo, e per emendazione dell'articolo 219 tutte le ricevute dei dazi camerali, e doganali seno, e si dichiarano esenti dal bollo.

Per dichiarazione dell'articolo anzidetto §§. 9 11 e 12 gli atti nelle cause delle qualità privilegiate, che ivi si eeueciane, e nee superiori per la somma agli scudi cinque sone esenti dal bolle e registro inclusivamente alla delibera, anche quando le disposiziuni economiche dei gonfalonieri si mettano ad esecuziene dai cursori ordinarj avanti ai giudici.

Per godere della continuazione del privilegio in questo caso i cancellieri devranno a loro responsabilità enunciar sempre la quantità della somma, e la disposiziene economica del gonfaloniere, che si eseguisce.

XVIII. §. 19. Per ampliazione dell'articolo 252 i decreti dei giudici posseno essere scritti Ampliatio art. 252.

a tergo delle citazioni, o in uno stesso registro di udienza io carta bollata a scelta dei giudici stessi, senzachè sieno obbligati d'impiegare per ogni decreto un separato foglio da bollo.

Restrictio art. 277. 278. et 279. XIX. §. 20. Per restrizione degli articoli 277. 278. e 279. la multa che pagheranno i contribuenti, che contravenissero alla legge del bollo io luogo di essere di scudi due per ogni foglio, sarà il quintuplo del valore del foglio, che avrebbere dovuto impiegare.

Quella degli ufficiali pubblici in luogo di essere di scudi cinque per ogni foglio, sarà il decuplo del valore di questo.

Similis art. 292. §. 3. XX. §. 21. Per restrizione dell'articolo 292 §. 3. il rimedio del ricorso economico ivi stabilito per interrompere la prescrizione così a favore dei contribuenti, come a favore dell'erario, non è conservato, che a favore dei contribuenti, ma è abolito io favor dell'erario, il quale non potrà interrompere la prescrizione, che col mezzo della procedura giudiziale, o della interpellazione per atto di cursore.

Ampliatio art. 339. XXI. §. 22. In addizione alle disposizioni transitorie enunciate all'articolo 339. e seguenti, è stabilito che nella registrazione degli atti fatti nella dichiarazione di successioni, i cui termini fossero già decorsi sotto il regime del regolamento 6 luglio 1816 e delle precedenti legislazioni, e nella vidimazione per bollo di carte cadute in contravenzione nell'epoca, o epoche suddette, la valutazione de' capitali, la esazione delle tasse, quella delle multe non potrà farsi nè percepirsi che colle riduzioni, restrizioni, e limitazioni stabilite colla riforma del 22 novembre 1826 e con la presente, le quali saranno applicate senza distinzione di tempo a tutti gli atti, ed a tutte le carte in questione.

Dispositio generalis. XXII. §. 23. Si stabilisce poi come massima generale per regolare nei casi particolari l'applicazione, e la interpretazione de' regolamenti di registro, e di bollo, che il diritto fiscale nella esigenza di esse tasse non potrà in verun caso stabilirsi per congruenza, per illazioni, e per deduzioni, specialmente quanto all'applicazione di più tasse sopra un atto solo (salva la esazione sul titolo stabilito giudizialmente, e non risultante da atto registrato in precedenza). Questo diritto dovrà applicarsi al modo contesto dell'atto, che si registra, taotochè un atto, il quale possa presupporsi, non dia diritto alla esazione di un'altra tassa.

Nei casi dubbj per la qualità delle tasse sarà sempre applicata la maggiore. Nei casi dubbj per le multe, e pene sarà sempre adottata la interpretazione più favorevole al contraventore.

Declaratio specialis. XXIII. §. 24. Le disposizioni del Nostro moto-proprio del 22 novembre, e del susseguente regolamento 22 dicembre 1826 le quali non sono ristrette, ampliate, emendate dal presente, continueranno ad essere in piena osservanza. Quindi rimane incaricato il Nostro tesorier generale di rifonderle nel regolamento anzidetto acciò faccinne un sol corpo di legge.

Clausulae conservatores, et irritantes. §. 25. Volendo, e decretando che il presente Nostro motu-proprio e quanto in esso, e negli aggiunti regolamenti viene ordinato, e prescritto, debba sempre ed in tutte le parti del Nostro stato inviolabilmente osservarsi; che non possa a tutte e singole cose contenute nel medesimo mai darsi, nè opporsi eccezione di orrezione, o sorrezione, nè di alcun altro vizio o difetto della Nostra volontà; che mai sotto tali o altri pretesti, colori, e titoli, di qualsivoglia validità ed efficacia essi sieno, ancorchè di *jus quaesito* o di pregiudizio del terzo, non possa mai, quanto si è da noi con questa Nostra legge ordinato e prescritto, essere impugnato, moderato, rivocato, ridotto *ad viam juris*, neppure *per aperitionem oris*, che così e non altrimenti debba in perpetuo giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualunque siasi tribunale, congregazione, ancorchè di reverendissimi cardinali, Rota, Camera, e qualunque altra autorità, beochè degna d' individua, speciale, e specialissima menzione, togliendo a tutti indistintamente ogni facoltà e giurisdizione di definire ed interpetrare in contrario, e dichiarando fin d'adesso, nullo, irrito, ed invalido tuttociò, che da ciascuno di qualunque autorità munito scientemente, o ignorantemente fosse giudicato, e prescritto, o si tentasse di giudicare, e prescrivere contro la forma e disposizione del presente Nostro motu-proprio, il quale vogliamo che vaglia, e sortisca il suo pieno effetto ed esecuzione con la semplice Nostra sottoscrizione, benchè non siano state chiamate, e sentite qualsisiano persone privile-

giate, e privilegiatissime, ecclesiastiche, e luoghi pii, che avessero o pretendessero avervi interesse e che per comprenderle vi fosse bisogno di individualmente ed espressamente nominarle.

Derogatio contrariorum. §. 26. Nonostante la bolla di Pio IV *de registrandis*, la regola della Nostra cancelleria *de jure quaesito non tollendo* e non ostante ancora tutte e qualsisiano costituzioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, ordinazioni, brevi, decreti, chirografi, bandi, leggi, statuti, riforme, stili, e consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse o potesse fare in contrario, alle quali cose tutte, e singole, avendone qui il tenore per espresso, e riferito di parola in parola in quanto possano opporsi alla piena, e totale esecuzione di quanto si contiene nel presente motu-proprio, ed in ogni più valida maniera deroghiamo, ancorchè tali costituzioni apostoliche, ed altre ordinazioni fossero rivestite di clausole derogatorie, e derogatorie delle derogatorie. Dato dal Nostro palazzo apostolico al Vaticano questo dì 29 dicembre 1827 anno quinto del Nostro pontificato.

Leo PP. XII.

Dat. die 3. jan. 1828. Anno V.

CCXLIV.

Confirmatio et ampliatio privilegii concessi a Clemente VIII. ecclesiae sancto Gregorio in urbe dicatae super indulgentiis ibidem assequendis in secunda Dominica quadragesimae Stationis.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium. §. 1. Veterum Christianorum pietatis stativa in basilicis martyrum supplicia memoriam revocant, eorum nempe temporum, quibus ipsi atrociter vexati illuc solebant convenire tum ad laudes Deo persolvendas, tum ad res de religione tractandas, tum denique ad eos corrigendos, qui a recto salutis itinere deflectebant. Postea vero quam Christiana fides ab impia oppugnatione conquievit, ne ejus asseclae a divinis laudibus vacarent, neve a stationibus desisterent, Gregorius magnus quibusdam indulgentiis eos donavit, qui praefinita loca, seu stationes adirent. Sacras inter aedes operi adeo fructuoso designatas, illa profecto sancti Gregorii magni ad clivum Scauri hic in urbe adnumeratur, quae tamen quum earum pluribus vetustate cedat, prima tantum feria sexta post diem Cinerum, ex felicis recordationis Clementis VIII. apostolicis literis datis die IV. februarii anni millesimi sexcentesimi tertii, atque annulo piscatoris obsignatis hujusmodi privilegio donata, uti templum ss. Joannis et Pauli in Coelio, quod non longe abest, eo jam perfruebatur.

Expositio precum. §. 2. Quum autem moderator alumnique sacrae Camaldulensium familiae ad s. Gregorii videant, nonnullis in templis saepe in anno, atque etiam tempore quadragenarii jejunii supplicia esse stativa, demissis precibus a Nobis petiere, ut commemoratum privilegium eorum ecclesiae a Clemente VIII. impertitum confirmare vellemus, itemque concedere, ut inibi secunda Dominica quadragesimae iterum statio habeatur, eaedemque indulgentiae, quibus proximum templum Mariae Sanctae in Coelio eadem die instruitur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur, eorum votis, quae animarum salutem unice spectant, alacri libentique animo annuentes, auctoritate Nostra apostolica Clementis VIII. praedecessoris Nostri apostolicas literas quarum vi ad Gregorii magni in clivo Scauri supplicia stativa, sacraeque indulgentiae prima feria sexta post diem Cinerum constituuntur, approbamus et confirmamus, eisque omne robur ac firmitatem adjungimus. Praeterea omnipotentis Dei in suos filios misericordia freti, indulgentiarum thesaurum, non in solario repositum, neque in agro absconditum, sed beato Petro coeli clavigero, ejusque successoribus commissum magis magisque patere volentes, ut homines eo facilius utentes Dei amicitiae participes fiant, concedimus, et indulgemus; ut in aede sancti Gregorii magni, de qua est sermo, etiam secunda dominica Cineralium, seu quadragesimae habeantur stativa supplicia una cum omnibus indulgentiis, quemadmodum ad Mariae in Coelio eodem die a praedecessoribus Nostris concessum est, ita ut Christiani quique ea die alterutram adeuntes, ibique imperata facientes, temporalis poenae remissiones, seu indulgentias consequantur, quae in decreto sacrae congregationis indulgentiis, sacrisque reliquiis praepositae, die nona julii anni mil-

lesimi septingentesimi septuagesimi septimi edito, praescripta sunt.

Derogatio contrariorum. §. 4. Haec volumus atque impertimur perpetuis temporibus valitura, non obstantibus contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die octava januarii anno millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 16. jan. 1828. Anno V.

CCXLV.

Reductio cappellaniarum institutarum a Petro de Toleto olim pro rege Neapolis cum absolutione a neglecto onerum adimplemento favore ducum de Ferrandina, et marchionum de Villafranca.

Venerabili fratri
Archiepiscopo Neapolitano.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
Salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Exponendum Nobis curavit dilecta in Christo filia ducissa Maria Thoma Palafox y Portocarrero vidua Francisci Alvarez de Toleto ducis de Ferrandina, et marchionis de Villafranca, tutricem se suorum filiorum esse, ad quos spectant bona Petri de Toleto olim pro regis Neapolis, qui quum in Hispanorum commodum ipse etiam procuraverit fundationem hospitalis, atque ecclesiae sancti Jacobi ad Neapolim, inter pia legata in suo testamento die octava januarii millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo condito relicta jussit solvendos a suis haeredibus in perpetuum ducatos tercentos quotannis sex cappellanis, unicuique scilicet cappellano ducatos quinquaginta cum onere singulis cappellanis imposito celebrandi quatuor saltem missas in singulas hebdomadas, itemque inserviendi tum hospitali, tum ecclesiae praedictis: dedit autem guardianis, seu magistris ejusdem hospitalis facultatem, ut unum de sex illis cappellanis destinarent ad munus instituendi filios Hispanorum, immunem eo in casu unum illum cappellanum declarans a celebratione missarum caeterisque officiis, atque constituit ut cappellanorum nominatio pertineret semper ad primum marem familiae suae, qui in Neapolitano regno adesset, adhibitis solummodo in consilium magistris ejusdem hospitalis; quos tamen simul cum primo illo mare etiam jure suffragii donavit, quando ageretur de nominatione illius cappellani, cui memoratae institutionis onus foret assignandum: imo a magistris ipsis caeteros cappellanos quoque nominandos esse voluit, quoties nemo de sua familia in Neapolitano regno reperiretur; atque demum declaravit, sex illas cappellanias neutiquam constituere titulum ecclesiasticum, et magistros hospitalis jus habere amovendi cappellanos illos, qui haud probam vitam ducerent. Jam vero quod commemoratam missarum celebrationem attinet, duo Nobis exposita sunt: primum nullas fuisse missas celebratas toto militaris gubernii tempore, eo quod gubernium illud sequestro posuerat omnia bona ad supradictam familiam pertinentia, quae existebant in regno Neapolitano; secundum ab anno millesimo octingentesimo decimo quinto nempe post eorumdem bonorum restitutionem cura, et jussu praefatae ducissae celebratas fuisse quolibet in mense missas XXXII. caeteras vero non item.

§. 2. Porro causa, quam eadem ducissa adducit, cur ita subinde missarum numerum imminuerit, est, redditus bonorum familiae suae in Neapolitano regno extantium ad quartam ferme partem in praesentiarum reductos esse, si redditum praesentis temporis, et anni millesimi septingentesimi octuagesimi quinti comparatio inlatur. Ut autem in posterum fixa, ac certa teneatur ratio circa numerum earumdem missarum atque simul erroribus, qui hac super re admissi antea fuerint, remedium adhibeatur, eadem ducissa ad Nos, qui meritis licet imparibus in Romana beati Petri cathedra sedemus, confugit. Itaque supplici libello ad Nos misso et absolutionem a praeteritis petiit, et congruam postulavit pro futuro tempore missarum reductionem. Scilicet quoad futurum tempus eadem ducissa sola missarum reductione contenta est, in hoc solo capite: derogari antedicto testamento cupiens. Proinde duas quotidianas cappellanias substituendas cappellaniis illis sex a supra laudato testatore institutis vellet, unicuique cappellano septuaginta duobus ducatis assi- Ratio concessionis.

gnatis, ita ut sua familia posthac summam tantum ducatorum centum quadraginta quatuor solvare teneatur. Quam reductionem, ut faciliorem reddérat eadem ducissa, id etiam animadverti voluit, hospitalis domum post ultimas calamitates non fuisse in pristinum usum restitutam; aliunde vero certum esse, praeter alios fines in illius etiam hospitalis commodum cappellanias illas institutas fuisse. Denique petiit, ut Nostro permissu uni e cappellanis postea constituendis missam quotidianam, quam celebrare debebit, celebrare in posterum in oratorio domus ejusdem familiae de Ferrandina liceret.

Tenor concessionis. §. 3 Nos itaque eamdem ducissam, aliosque singulos, quibus hae favent literae peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, tibi, venerabilis frater, eas partes imponimus, atque mandamus, ut si veritati congruant ea, quae Nobis exposita sunt, auctoritata Nostra apostolica primum ducissae eidem, suaeque familiae condonationem, at absolutionem super omissa, ut jam dictum est, celebratione missarum impertias, imposito tantum onere celebrare semel faciendi decem missas pro missis caeteris, quae ab anno millesimo octingentesimo decimo quinto celebratae non fuerint, reliquarum omissionem eadem auctoritate Nostra de thesauro Ecclesiae supplendo, deinde memorato testamento in ea tamen parte solummodo, quae cappellanorum, et missarum numerum respicit, deroges, atque sex illas cappellanias in eodem testamento institutas ad duas redigas cappellanias quotidianas: pro istis autem duabus cappellanis summam ducatorum centum quadraginta quatuor a praedicta familia de Ferrandina quotannis solvendam decernas pro unaquaque scilicet ducatos septuaginta duos. Et insuper eadem apostolica Nostra auctoritate supradictae familiae de Ferrandina veniam dabis, ut una de duabus illis cappellaniis uti possit in oratorio suae habitationis ita, ut sacerdos, cui una illa cappellania obtigerit in hoc oratorio missam celebrans, secundum mentem, sive intentionem praefati testatoris onus, quod de missarum celebratione ei impositum est, rite adimplevisse censeatur; caeterum illam veniam dabis hac lege, ut cessante quomodocumque missae celebratione in eo oratorio, cappellanus ille celebrare missas debeat in memorata superius ecclesia sancti Jacobi. Illis autem temporibus, quibus missae eodem in oratorio celebrabuntur, praedicta familia de Ferrandina te, tuosque successores sub finem cujusque anni certiores facere de expleto jam missarum onere teneatur. Jam vero missae alterius cappellaniae omnino in eadem Sancti Jacobi ecclesia erunt celebrandae.

Conditiones concessioni adjectae. §. 4. Quamvis autem missis quotidianis, ut diximus, utramque cappellaniam onerare statutum sit, tamen si ad procurandum majorem missarum numerum in diebus festis opportunum tibi videatur, ut in praefata sancti Jacobi ecclesia tres in quolibet festo die missae de altera illa cappellania celebrentur. Nos idipsum saociendi tibi plenam facimus potestatem. Igitur hoc in casu apostolica auctoritate Nostra alteram illam cappellaniam in tres festivas, ut ajunt, cappellanias dividere tibi jus sit, assignata eleemosyna nummorum triginta (illorum nempe nummorum qui istic vernaculo sermone « Grana » appellantur) pro unaquaque missa in festis diebus celebranda, ex illa autem pecunia, quae superarit ex LXXII ducatorum summa alias missas cum eleemosyna erogari solita pro missis, ut ajunt, manualibus celebrari constitues in eadem ecclesia sancti Jacobi. Pro hac enim altera cappellania, licet ipsa postea in tres cappellanias ea, de qua dictum est, ratione dividatur, familia de Ferrandina solum LXXII ducatos solvere, non vero amplius in posterum teneatur.

Clausulae salutares et irritantes. §. 5. Haec statuimus, atque mandamus, decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, et iis quos respiciunt, nunc, et futuris temporibus plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 6. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus

constitutionibus et ordinationibus, nec non praedictis tabulis testamentariis, et hospitalis, atque ecclesiae sancti Jacobi, etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta januarii millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 20. januar. 1828. Anno V.

CCXLVI.

Concessio juris privativi super fabricatione glutinis Garavelliae vulgo nuncupatae « *Colla Cerviona* » facta favore Æmygdii Montalti inventoris, et Josephi Galazzi socii illius ad decennium.

Belisario Cristaldi prelato domestico della Santitá di Nostro Signore e sua R. C. A. tesoriere generale.

Publicatio chirographi facta ab r. p. d. thesaurario.

§. 1. La Santità di Nostro Signore sempre intenta a proteggere l'industria, e ad animare l'incremento, e la perfezione delle manifatture, si è degnata di accordare ad Emidio Montalti come inventore, e Giuseppe Galazzi come socio la privativa fabbricazione della colla Garavella chiamata comunemente Cerviona per il lasso di anni dieci, coi patti, favori, e condizioni, che si leggono nel chirografo segnato dalla stessa Santità Sua li 26 gennajo prossimo passato esibito per gli atti dell'infrascritto segretario, e cancelliere della R. C. A., e diretto a noi per l'esecuzione del tenore seguente

Monsignor Belisario Cristaldi Nostro, e della Nostra camera tesoriere generale.

Tenor chirographi, et expositio precum.

§. 2. Animati Noi da vivo, e costante desiderio di proteggere, ed incoraggire ogni genere d'industria, che ad utilità dello stato possa introdursi, aumentarsi, e perfezionarsi ne' Nostri dominj, a propensi perciò ad usare ogni possibile condiscendenza verso que' benemeriti sudditi, che si mostrino disposti a secondare le Nostre brame con introdurre, migliorare, e propagare la lavorazione di qualche manifattura, non siamo stati alieni dall'accogliere la supplica di Giuseppe Galazzi colla quale esponendoci di avere istituita con Emidio Montalti in Bologna la fabbricazione della colla Garavella, chiamata comunemente Cerviona di qualità eguale a quella straniera di primo grado, e di essere intenzionato di estendere la suddetta lavorazione a quel quantitativo del genere, che possa supplire al consumo di tutto lo stato, ci ha richiesto a sostegno di tale intrapresa il privilegio privativo della fabbricazione del mentovato genere col divieto della introduzione di quello estero, cui si propone di sostituire il prodotto della sua lavorazione. Presa da Noi in considerazione la domanda, ci è sembrato, che l'effetto di tale intrapresa potesse essere coerente agl'interessi del commercio, all'incremento dell'industria, ed al soccorso di molti operaj, che in correspettività dell'aumento del lavoro dovranno impiegarvisi.

Cautelae adhibitae pro statuenda utilitate concessionis.

§. 54. Volendo, e decretando, che il presente Nostro moto-proprio, e quanto in esso viene ordinato, e prescritto, debba sempre, ed in tutte le sue parti inviolabilmente osservarsi; che non possa a tutte e singole cose contenute nel medesimo mai darsi, nè opporsi eccezione di orrezione, e surrezione, nè di alcun'altro vizio, o difetto della Nostra volontà; che mai sotto tali, o altri pretesti, colori, e titoli, di qualsivoglia validità, ed efficacia essi siano, ancorchè di *jus quaesito*, o di interesse del terzo, non possa mai quanto si è da Noi con questa Nostra legge ordinato, e prescritto, essere impugnato, moderato, rivocato, ridotto *ad viam juris*, neppur *per aperitionem oris* che così, e non altrimenti debba in perpetuo giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualunque siasi tribunale, tanto laico, che ecclesiastico, e da qualunque altra autorità, benchè degna d'individua, speciale e specialissima menzione, togliendo a tutti indistintamente ogni facoltà, e giurisdizione di definire, e di interpretare in contrario: e dichiarando fin da adesso nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che da ciascuno di qualunque autorità munito scientemente, o ignorantemente fosse giudicato, e prescritto, o si tentasse di giudicare, e prescrivere contro la forma, e disposizione del presente Nostro moto-proprio, il quale vogliamo che vaglia, ed abbia il suo pieno effetto, ed esecuzione con la semplice Nostra sottoscrizione, quantunque non siano state chiamate, e sentite qualsisieno persone privilegiate e privilegiatissime, che avessero, o pretendessero avervi interesse, e che per comprenderle vi fosse bisogno di individualmente, ed espressamente nominarle.

Derogatio contrariorum.

§. 55. Non ostante la bolla di Pio IV. *de registrandis*, la regola della Nostra cancelleria *de jure quaesito non tollendo*, e non ostante ancora tutte, o qualsisiano costituzioni apostoliche Nostre, e dei Nostri predecessori, ordinazioni, brevi, decreti, chirografi, statuti, riforme, stili, e consuetudini, e qualunque altro cosa, che facesse, o potesse fare in contrario alle quali cose tutte, e singole, avendone qui il tenore per espresso, e riferito di parola in parola, in quanto possano opporsi alla piena, o totale esecuzione di quanto si contiene nel presente moto-proprio, ampiamente, ed in ogni più valida maniera de-

roghiamo, ancorchè tali costituzioni apostoliche, ed altre ordinazioni fossero rivestite di clausole derogatorie, essendo precisa Nostra intenzione, e volontà che sempre, ed in tutte le loro parti debbino inviolabilmente, ed in ogni tempo osservarsi le disposizioni da Noi presentemente stabilite, e prescritte abolendo, e dichiarando nulle e irrite, o di niuna efficacia tutte le altre che non si conformino alle medesime. Dato nel Nostro palazzo apostolico al Vaticano questo dì 15 marzo 1828.

Leo PP. XII.

Dat. die 15. martii 1828. Anno V.

CCLII.

Concessio decimarum colligendarum in pago Terralbae dioecesis Ussellensis pro aedificatione novi templi parochialis ejusdem pagi.

Venerabili fratri
Antonio episcopo Ussellensi.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
Salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Ad preces procuratoris consiliique pagi Terralbae dioecesis Ussellensis illud per Nostras literas apostolicas sub annulo piscatoris datas die decima quinta junii praeteriti anni millesimi octingentesimi vigesimi septimi a Nobis fuit concessum, ut per vicarium capitularem istius ecclesiae, tunc pastore carentis, decimae ejusdem pagi Terralbae jam patrimenio Ussellensis episcopi addictae, post biennium, quo eaedem in commodum montis vulgo « *del Riscatto* » nuncupati cederent, ad aedificationem novi templi parochialis in pago ipso juvandam impenderentur, idque donec novus episcopus ecclesiam istam regendam suscepisset. At vero carissimus filius Noster Carolus Felix Sardiniae rex illustris illud modo Nobis exponendum curavit, quod licet ipse, quoque adstipulatus fuerat in hac re procuratori, atque consilio pagi Terralbae mense augusto anno millesimo octingentesimo vigesimo quarto, postea tamen cum multum temporis jam abiisset, et nullum interea obtentum ab ipsis eadem de re apostolicum indultum extstimabat, Nos minime eorum votia annuere voluisse, ac proinde arbitrabatur tibi in ipsa episcopalis muneris susceptione promptum fore subsidium ex omni ea parte redditum ejusdem episcopatus sede vacante collectorum, quae in Sardinia successori episcopo reservari solet, non detractis scilicet illis decimis, de quibus jam facta mentio est. Quamobrem serenissimus idem rex illud etiam Nobis curavit exponi, optare se, ut easdem quoque decimas tibi concederemus, ita tamen ut onus tu ipse haberes subministrandi per aliquod tempus annuam summam non minus scutatorum tercentum in usum, ad quem decimas ipsas antea destinavimus erogandam.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos ergo hujusmodi postulationi obsecundare cupientes, per hasce literas tibi, venerabilis frater supradirtas pagi Terralbae decimas, iis exceptis, quae fortassis in praefato templo extruendo jam consumptae fuerunt, apostolica Nostra auctoritate concedimus, et attribuimus. Ut autem, quod jam ad preces procuratoris, consiliique Terralbae ex decimis ejusdem pagi in Nostris supra memoratis literis impertivimus, auxilium non cesset, eadem auctoritate Nostra tibi onus imponimus summam quotannis non minus scutatorum tercentum suppeditandi ad constructionem novi templi parochialis eodem in pago, usque dum vel integram summam ex praedictis decimis a te acceptam annuae istae solutiones aequaverint, vel amplius non fuerit necesse solutiones ess erogare in praedictum usum, si videlicet sacrum illud templum antea perfici contingat, atque ita quidem, ut nec reliquiae supersint aeris alieni pro maturanda illa aedificatione contracti. Porro ad omnem vel querelam, vel anxietatem super hac re a pago Terralbae arcendam jubemus, ut postquam hasce Nostras literas accipies, statim procuratori, atque consilio ejusdem pagi significes in te non utcumque, sed cum onere praedictarum solutionum fuisse illas decimas translatas; idque facies mittendo ad ipsos descriptum earumdem Nostrarum literarum exemplum tua subscriptione, sigilloque munitum.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Haec statuimus, atque mandamus, non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, ac Nostris supra memoratis literis apostolicis datis die decima quinta

junii praeteriti anni millesimi octingentesimi vigesimi septimi, nec non et Nostra, atque cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque omnibus et singulis, quae in iisdem literis Nostris non obstare decrevimus. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima octava martii millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 18. martii 1828. Anno V.

CCLIII.

Reductio annualium praestationum solvendarum a mensis Ussellensi et Ampuriensi in regno Sardiniae sacro monti nuncupato « *del Riscatto* » ejusdem dioecesis.

Venerabili fratri archiepiscopo Calaritano.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Ad solvendum ingens aes alienum, quo regium Sardiniae aerarium ob notissimas calamitates premebatur, mons quem vernaculo sermone nuncupari placuit « *Monte del Riscatto* » constitutus fuit, in cujus favorem praedecessor Noster felicis recordationis Pius VII. votis primum Victorii Emmanuelis regis Sardiniae, qui tunc erat in vivis, et nondum regno abdicaverat se, ac deinde votis carissimi in Christo filii Nostri Caroli Felicis hodierni Sardiniae regis illustris obsecundans, indulsit, ut auxilium quoque ex ecclesiasticis redditibus adjungeretur. Bis igitur hoc indulsit Noster praedecessor, tum scilicet per apostolicas suas literas datas die vigesima octava aprilis anno millesimo octingentesimo septimo, tum per literas datas die vigesima nona julii millesimo octingentesimo vigesimo tertio, utrasque piscatoris aunulo obsignatas. Porro in primis literis per annos vigintiquinque, at iterum per alios pariter vigintiquinque annos in secundis literis laudatus Noster praedecessor concessit auxilium illud ex redditibus ecclesiasticis conferendum, prout latius in ambabus literis habetur, quas hic insertas, et ad verbum expressas haberi praecipimus. Jam vero in primis apostolicis literis datis die vigesima octava aprilis anno millesimo octingentesimo septimo inter alia fuerat constitutum, ut in favorem praefati montis quotannis exigerentur pensiones scutatorum bis mille, et quingentorum, seu librarum Sardiniensium sex mille quingentum sexaginta super redditibus episcopalis mensae Ussellensis, et pensiones scutatorum septingentorum seu librarum Sardiniensium mille septingentarum quinquaginta super redditibus mensae episcopalis Ampuriensis; postea vero quia, serenissimo rege Carolo Felice exponente, idem summus pontifex Pius VII. novit peculiarem istarum pensionum modum aequa magis ratione posse constitui, si a mensa Ussellensi non amplius sumerentur quotannis librae Sardinienses mille biscentum quinquaginta, sed librae tantummodo termille; sicque a mensa Ampuriensi librae non amplius mille septingentae quinquaginta sumerentur, sed tantummodo mille; in secundis suis literis datis die vigesima nona julii anno millesimo octingentesimo vigesimo tertio, utrique mensae sic arctatas summas imperandas esse decrevit. Et insuper quia duarum mensarum Ussellensis et Ampuriensis oneribus hac ratione imminutis, librae quatuor mille ad pristinam summam conficiendam deerant, summus idem pontifex Pius VII., eodem supplicante serenissimo rege, per illas easdem secundas apostolicas literas annuum onus librarum bismille quingentarum super archiepiscopalis mensae Arborensis redditibus imponendum statuit; deficientes autem ad integram summam libras mille quingentas, e vacantibus ecclesiasticis aliis beneficiis ex aequitatis legibus percipi posse benigne indulsit. Jam vero, ut dictum est supra, subsidium, quod ex redditibus ecclesiasticis quaerendum petebatur, praedecessor Noster in literis suis datis die vigesima octava aprilis anni millesimi octingentesimi septimi exigi posse per annos vigintiquinque concessit: ad quos deinde et alios pariter vigintiquinque annos adjunxit in literis datis die vigesima nona junii millesimo octingentesimo vigesimo tertio. Quamvis autem minime dubium esse potest, alterum vigintiquinque annorum curriculum incipiendum fore post illorum priorum vigintiquinque annorum finem; hoc ipsum tamen Nos declarandum ad omnem prorsus difficultatem amovendam rati, initium curriculi alterius vigintiquinque an-

norum statuimus in anno millesimo octingentesimo trigesimo secundo, ita ut incipiant ipsi statim, atque primi viginti quinque anni fuerint exacti. Sed quod pertinet ad variationem illam, et translationem pensionum de qua nuper facta mentio est, non adeo clare apparuit, utrum ante an post finem priorum vigintiquinque annorum effectui posse dari licuerit. Quamobrem idem carissimus in Christo filius Noster Carolus Felix Sardiniae rex illustris modo Nobis exponendum curavit peroptare se, ut initium ejusdem illius variationis, et translationis constituere in hujus anni millesimi octingentesimi vigesimi octavi initio ipso dignaremur: eo vel magis quod nominare quantocius ecclesiasticos viros ad sedes illas episcopales cogitaret.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur regis pientissimi votis morem gerere volentes, omnesque, ac singulos, quibus hae literae favent a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis ac poenis, quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, quia nihil spectamus avidius, quam ut vacantibus sedibus episcopalibus sui per quam celerrime pastores praeficiantur, auctoritate Nostra apostolica declaramus atque statuimus, ut ab ipso initio hujus anni millesimi octingentesimi vigesimi octavi a mensa Ussellensi non amplius librae Sardinienses sex mille biscentum quinquaginta, sed librae solum termille, et a mensa Ampuriensi non amplius librae mille septingentae quinquaginta sed librae tantum mille quotannis exigantur. Itemque ut ab eodem ipso tempore librae bis mile quingentum quotannis etiam valeant percipi super redditibus mensae Arborensis.

Deputatio executoris apostolici.

§. 3. Quae quidem a Nobis declarata, ac statuta, ut nancisci exequutionem queant, te, venerabilis frater archiepiscope, apostolicis Nostris facultatibus instruimus: potestatem tibi praeterea dantes onus illud reliquarum librarum mille quingentarum statim imponendi aliis vacantibus ecclesiasticis beneficiis; in quo tamen onere imponendo, mandamus, ut eam adhibeas rationem, quam praedecessor Noster in literis datis die vigesima nona julii anno millesimo octingentesimo vigesimo tertio praescripsit. Ac denique, te dare operam volumus (quod tum iisdem literis, tum aliis datis die vigesima octava aprilis anno millesimo octingentesimo septimo continebatur) per ecclesiasticos viros a te deligendos, qui simul cum regiis ministris eas pensiones, caeterasque pecunias administrabunt, de quibus habetur mentio, vel in hisce Nostris, vel in praefatis ambabus literis Nostri praedecessoris, ut eum in usum tantummodo ad quem concessae sunt, erogentur.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Haec declaramus, constituimus, atque mandamus, non obstantibus omnibus, ac singulis, quae in saepius memoratis duabus apostolicis literis, praedecessor Noster non obstare decrevit.

Fides habenda transumptis.

§. 5. Volumus autem ut Nostrarum harum literarum exemplis etiam impressis, manuque publici notarii subscriptis, et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum sigillo munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, ipso hoc diplomate ostenso haberetur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima octava martii millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostro anno quinto.

CCLV.

Dat. die 24. apr. 1828. Anno V.

Concessio missae votivae sancti Josephi sponsi beatae Mariae virginis patroni civitatis Emeritensis.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Quum, sicut venerabilis frater Raphael Lazo de-la-Vega episcopus Emeritensis Nobis exponi curavit, Christifideles illius dioecesis divum Joseph beatae Mariae virginis sponsum, praedictae Emeritensis civitatis patronum, singulari et ferventi prosequantur devotione, cupiantque proinde quorumcumque anni mensium die decima nona ejusdem sancti missam votivam cum officio in universa praedicta dioecesi in posterum celebrari posse; praedictus episcopus iteratis precibus a Nobis expostulavit, ut suae, suorumque dioecesanorum devotioni, Nostrae apostolicae indulgentiae calcar addamus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur hujusmodi votis, quantum cum Domino possumus, obsecundare volen-

tes, ac omnes, quibus praesentes literae favent, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas ferte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, atque permittimus, ut perpetuis futuris temporibus in universa Emeritensi dioecesi, die decima nona cujuscumque mensis, tempore tamen adventus, et quadragesimae, ac omnibus et singulis fariis, vigiliis, et octavis privilegiatis exceptis, ac dummodo in die praedicta festum ritus majoris non occurrat, missa votiva cum officio divi Josephi sponsi beatae Mariae virginis sub ritu semiduplici a clero tum saeculari, tum regulari, et a cujuscumque ordinis monialibus servata in reliquis generali rubrica celebrari libere, et licite possit et valeat.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima octava aprilis millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 21. apr. 1828. Anno V.

CCLV.

Confirmatio resolutionis captae a sacra congregatione Aquarum super providentiis adhibendis pro removendo periculo disruptionis fluminum Maruggia, et Tessino in provincia Umbriae.

Reverendissimo cardinale Agostino Rivarola prefetto della Nostra congregazione delle Acque, Chiane, e paludi Pontine.

Expositio precum. §. 1. Essendoci stato rappresentato, che la valle Spoletina da ventisette anni a questa parte soggiace alle incursioni dalle acque dei torrenti Maroggia e Tessino, a causa delle rotte aperte nel 1801, e di altre rotte avvenute posteriormente fino a giorni nostri, nei territorj Azzano e Protte; che l'alveo del Maroggia per la sua ristrettezza, ed elevatezza di fondo non è più capace a far l'ufficio di contenere tali acque per qualunque riattamento vi si faccia; che dopo l'accesso di molti periti, ed ingegneri colà spediti dalla Nostra congregazione dalle Acque, la quale presso i continui reclami dei possidenti di quei luoghi, si è indefessamente interessata, onde porre un riparo a sì grave infortunio, e ridonare a quelle campagne la loro fertilità, il progetto, che ripromette il più deciso effetto, e riuscita, sia quello redatto dalli due ingegneri idraulici Scaccia, e Folchi; che questo progetto sottoposto all'esperimento della pubblicazione, eccettuata qualche avvertenza d'aversene riguardo nell'atto di esecuzione, è stato accettato dalle respettive prefetture, presso la convocazione de' singoli interessati; che la detta congregazione ha approvato con suo rescritto delli 3 dicembre 1827, non solo il progetto medesimo, ma eziandio quanto è stato operato, e proposto dall'ingegnere Folchi, spedito a Spoleto nel prossimo passato mese di agosto 1827; e finalmente che la popolazione di Spoleto, e sue adiacenze implorano incessantemente l'esecuzione di tal lavoro. Noi pertanto conoscendo la necessità precisa della suddetta opera, e l'utile che ne sarà per risultare da essa alli Nostri amatissimi sudditi, e desiderando inoltre, che sia tolta di mezzo ogni remora al sollecito disbrigo della stessa opera, che ha per oggetto la pubblica causa della restituzione della salubrità dell'aria, e la fertilizzazione di tanti terreni, che, per gli accennati motivi, restano adesso inoperosi, ed infruttiferi.

Tenor concessionis. §. 2. Col presente chirografo, in cui abbiamo per espresso, e di parola in parola inserto il tenore del progetto compilato dalli due nominati ingegneri Scaccia e Folchi; a Noi già presentato; l'estensione, la qualità, il tempo del lavoro in esso progetto contenuto, ed ogni altra cosa quanto si voglia necessaria ad esprimersi, di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema, ed assoluta potestà, approvando, e pienamente confermando la preinserta risoluzione della Nostra congregazione delle Acque; ordiniamo e comandiamo, che si eseguisca non solo il progetto redatto dalli due ingegneri Scaccia e Folchi, a cui ci riportiamo; ma che si abbia eziandio riguardo a quanto ha rilevato l'ingegnere Folchi nel passato agosto, apportandovi quelle modificazioni, che in atto di esecuzione si credessero adottabili dagl'ingegneri suddetti, ed aggiungendo, se lo crederanno necessario, una parziale

escavazione del Timia, fino al recipiente Topino; per le cbe in scandaglio di spesa da essi fatto in scudi cento e ottomila, si ritiene poter ascendere a scodi centoventimila; alla quale spesa dopo varj progetti economici, presentatici dalla suddetta congregazione, avuto riflesso all' articolo 357 del moto-proprio del Nostro predecessore Pio VII., in data 23 ottobre 1817 in cui si dice, « che potrà in qualche caso di lavori (consorziali) assai interessanti aver luogo nn soccorso della provincia previa l' approvazione sovrana, e non potendosi dnbitare, cbe la nnova inalveazione del Maroggia sia nn lavoro interessantissimo.

Consulitur expensae necessariae ad opus perficiendam.

§. 3. Abbiamo determinato di far fronte nel modo seguente, cioè: pagharanno scudi quarantadnemila li possidenti dei terreni della Valle bonificati, in ragione di scudi tremila annui, per la durata di anni quattordici, corrispondenti a scudo uno per ciascun rnbbio; pagheranno scudi diecimila e cinquecento li possidenti dei terreni sovrapposti, ossia della Montagna, ridotti a coltivazione; in ragione di scudi settecentocinquanta l' anno, per la durata di anni qnattordici, e corrispondenti n bajocchi venticinque per ugni rubbio; pagherà la provincia dell' Umbria, cioè la delegazione di Spoleto scudi ventinovemila e settecento, in ragione di scudi tremila e trecento annui per un ventesimo della dativa reale ordinaria, e per la durata di anni nove; e la delegazione di Perugia scudi trentasettemila e ottocento, in ragione di scudi quattromila e duecento annui per un trentesimo della dativa reale ordinaria, e per la durata pure di anni nove. E siccome questo annuo incasso, ammontante complessivamente a scodi undicimila e duecentocinquanta non sarebbe sufficiente a corrispondere i pagamenti agl' intraprendenti, che devono eseguire il lavoro in nn più breve spazio di tempo, ed occorrerebbe forse un imprestito di scudi trentamila; così perchè i Nostri amatissimi sudditi non debbano soggiacere ad un ulteriore dispendio pel pagamento dei frutti corrispondenti a questa somma, ordiniamo Noi a monsignor tesoriere generale, e pro tempore esistente, che dei denari della Nnstra Camera faccia a cbi verrà destinato da voi, e dalla detta congregazione pagare con i snoi ordini la somma di scudi trentamila, cioè annualmente scudi tremila settecentu cinquanta per otto anni consecntivi, con che la stessa Nustra Camera venga ratatamente reintegrata della suddetta somma di scudi trentamila cogli ultimi sei annuali pagamenti da farsi dalli possidenti della Valle, e della Montagna, e coll' ultimo annuo pagamento da farsi dalle due delegazioni di Spoleto, e Perugia.

Opus explendum committitur architectis Scaccia, et Folchi sub dependentia s. congregationis Aquarum.

§. 4. Vogliamo poi, cbe i lavori nel genere, quantità e tempo pruposto nel piano anzidetto siano diretti dagli stessi progettanti ingegneri Scaccia e Folchi, riservando a Noi la nomina di uno, o più ingegneri esecntori dell' opera, dipendenti però sempre dagl' ingegneri direttori, e dalla Nostra congregazione delle Acque, la quale terrà scrittura a parte dell' amministrazione, e deputerà persone di sua fiducia, per li riparti, riscossioni, incassi, erogazioni, e regolare andamento dell' azienda, dalle quali dovrà semestralmente sottomettersi il rendicontu alla detta congregazione delle Acque, e tuttu eseguirsi a norma dei vigenti regnlamenti. E per l' effettuszione delle cose premesse, ordiniamo a voi, che in nome Nostro facciate qnalsisiano atti, decreti, diate gli ordini necessarj a cbi spetta, e prendiate qualunque espediente, che crederete opportuno, e farete tutt' altro, che giudicherete necessario, dandovi Noi, oltre le facoltà, cbe vi competono, come prefetto di detta Nostra congregazione, tntte le altre in qualunque modo necessarie, ed npportune, e specialmente di procedere anche contro le persone ecclesiastiche, secolari, regolari, ed altri in qualunque modo privilegiati, ed esenti, e che per comprenderli fosse necessario farne specifica, ed individua menzione, ed approvando Noi d' adesso preventivamente tutto, e quanto sarete per fare, ed nperare per la pronta esecuzione di quanto abbiamo, come sopra disposto, ed ordinato, essendo così mente, e volontà Nostra precisa.

Clausulae salutares et irritantes.

§. 5. Volendo, e decretando, che il presente Nostro chirografo, benchè non ammesso, nè registrato in Camera, vaglia e debba aver sempre il suo pieno effetto esecuzione e vigore colla Nostra semplice sottoscrizione, e che non gli si possa da chiccbessia opporre di surrezione, orrezione, ne di alcnn altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, e che così, e non altrimenti, debba nelle cose premesse, e ciaschednna di esse giudicarsi,

decidersi, ed interpretarsi da voi, dalla detta congregazione, dalla Nostra piena Camera, Rota, e da qualunqua altro giudice a tribunale, sebbene collegiato, e composto di reverendissimi cardinali, togliendo loro, ed a ciascuno di essi la facoltà, ed autorità di giudicare, ed interpretare diversamente, e dichiarando d'adesso preventivamente nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che si facesse in contrario, benchè non siano state chiamate, e sentite qualsisiano persone privilegiate, e privilegiatissime, ecclesiastiche, e luoghi pii, che avessero, o pretendessero avervi interesse, e che per comprenderle vi fosse bisogno di individualmente, ed espressamente nominare.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non ostante la costituzione di Pio IV. *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quaesito non tollendo*, e non ostante ancora tutte, e qualsisiano altre costituzioni Nostre, e de' Nostri predecessori, ordinazioni, brevi, decreti, chirografi, bandi, editti, leggi, statuti, riforme, stili, e consuetudini, e di ogni altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendone qui il tenore per espresso, e di parola in parola inserto, per questa volta sola, ed all' effetto predetto pienamente, espressamente, ed in ogni più valida maniera deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico al Vaticano questo di 19 aprile 1828 anno quinto del Nostro pontificato.

Leo PP. XII.

Dat. die 22. apr. 1828. Anno V.

CCLVI.

Exemptio a solutione vectigalium bonorum ecclesiasticorum spectantium, et in urbe possessorum ab Orientalibus.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Graviasimae calamitates, quae infelicissimis hisce temporibus Ecclesiam, et civilem societatem affixerunt; deinde vero magna, quam haec apostolica Sedes passa est proventuum imminutio; deinque necessitas, quae major evasit, subsidia mittendi ad indigentes Catholici orbis ecclesias pro veteri instituto, quod a Romanis pontificibus perpetuo custoditum est; vim quodamodo intulerunt, ut in locis temporali Nostro, ac sanctae hujus Sedis dominio subjectis exemptio illa a publicis vectigalibus, atque tributis quum juxta sacros canones bona ecclesiastica habent, apostolica auctoritate suspenderetur. Sed quum in hac alma urbe, quae propter beati Petri cathedram catholici ipsius orbis caput est, multi etiam Orientales ab antiquissimis temporibus commorari consueverint, aequum Nobis visum est, ut praefatae exemptionis usum pro istorum saltem bonis restitueremus.

Tenor concessionis.

§. 2. Quamobrem singulari gratia, ac favore eos prosequi volentes motu-proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione Nostra decernimus, et constituimus inter ecclesiastica bona, ex quibus ob memoratas causas in temporali ditione Nostra percipi ad praesens tributa, et vectigalia solent, minime esse in posterum accensenda sacra hospitia, domosque, ac caetera quaecumque bona ecclesiastica, quae in hac alma urbe Orientales possident. Quod quidem ipsum servatum etiam volumus pro bonis monachorum ordinis sancti Basilii ritus Graeci-Rutheni, qui in eadem hac urbe obtinent ecclesiam, et hospitium ss. Sergii et Bacchi vulgo sanctae Mariae de Pabulo ad montes. Hinc per hasce ipsas apostolicas literas thesaurario Nostro generali mandamus, ut ipse ea deinde curet, quae sui officii sunt, ut voluntas haec Nostra plenissime nanciscatur effectum.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Haec statuimus atque mandamus, decernentes has literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, eisdemque Orientalibus, et monachis hospitii ss. Sergii et Bacchi, eorum causa quae expressa sunt, hoc futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, sanctionibus et edictalibus legibus hujus apostolicae Sedis super ea re editis, caeterisque in contrarium facientibus quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo pi-

scatoris die vigesima secunda aprilis millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 1. mai 1828. Anno V.

CCLVII.

Confirmatio tractatus propositi a congregatione de Propaganda Fide super ordinatione negociorum provinciae Dominicanae nuncupatae s. Josephi in dioecesi Cincinnatensi in America Septemtrionali.

Venerabili fratri
Eduardo Episcopo Cincinnatensi.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Quum, sicut Nobis relatum est, quibusdam rebus, quae regularem provinciam sancti Josephi in America Septemtrionali ordinis Praedicatorum, et istam dioecesim Cincinnatensem respiciunt, provide, stabiliterque prospiciendum sit, Nos in re tanti momenti sententiam congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis Propagandae Fidei praepositorum, et dilecti filii Josephi Mariae Velzi vicarii generalis ejusdem ordinis praedicti prius exquirere curavimus. Perpensis proinde utriusque rationibus per dilectum filium Nostrum Maurum Sanctae Romanae Ecclesiae presbyterum cardinalem Cappellari nuncupatum congregationis Propagandae Fidei generalem praefectum, et per secretarium ejusdem congregationis, nec non per dilectum filium Josephum Velzi ordinis Praedicatorum vicarium generalem, ea Nobis proposita sunt approbanda, quae ad spirituale bonum, constantemque provinciae, et dioecesis praedictarum felicitatem conducere videntur, tenoris ut sequitur.

Progetto per regolare alcuni affari della provincia Domenicana di s. Giuseppe, e della diocesi di Cincinnati nell' America settentrionale, che si sottopone alla suprema approvazione di Sua Santità.

Tenor articulorum propositorum a s. congregatione.

§. 2. L' eminentissimo sig. cardinale Cappellari prefetto generale della sagra congregazione di Propaganda.

L' arcivescovo d' Iconio segretario della medesima congregazione, ed

il reverendissimo padre Velzi vicario generale dell' ordine de' Predicatori radunati nel giorno 18 del corrente aprile nelle camere del prelodato eminentissimo dopo la conveniente discussione convennero nei seguenti articoli.

I. §. 3. Si conserverà l' antica integrità ed unità della provincia di s. Giuseppe abrogando lo smembramento che ne fu stabilito alcuni anni indietro, e per conseguenza anche la divisione della medesima in due provincie denominate una di s. Giuseppe, e l' altra di s. Ludovico Bertrando. — De integritate provinciae servanda.

II. §. 4. Conoscendosi che nelle presenti circostanze sarebbe sommamente utile, che monsignor Edoardo Fenvick dell' ordine dei Predicatori, e vescovo di Cincinnati riunisse in se stesso colla dignità di vescovo anche l' incarico di commissario generale del suo ordine nella conservata provincia di s. Giuseppe, il reverendissimo padre Velzi conferirà al medesimo prelato, perchè la possieda sua vita naturale durante, la qualifica indicata con le facoltà, che le sono inerenti. Si supplicherà la Santità di Nostro Signore a volersi degnare di derogare espressamente alle constituzioni dell' ordine in tutto ciò, in cui potessero essere contrarie a questa misura. — De dignitate commissarii ab ordinario retinenda.

III. §. 5. Sopra i fondi che attualmente possiede l' ordine Domenicano nella detta provincia di s. Giuseppe s' imporrà coll' autorizzazione apostolica una pensione annua di scudi trecento americani (dollar) da pagarsi al vescovo di Cincinnati, nel caso che il medesimo non appartenesse all' ordine Domenicano. — De annua pensione imponenda super bonis ordinis Dominicani.

IV. §. 6. Tutto ciò, che in appresso sarà dato, e lasciato da pii benefattori, e da altri sia in fondi stabili, sia in mobili ai padri Domenicani considerati come tali spetterà esclusivamente ai medesimi, come altresì spetterà esclusivamente al vescovo tutto ciò che o da pii benefattori, o da altri sarà dato, o lasciato o ad esso, o alla cattedrale. — De divisione bonorum a piis testatoribus relictorum.

V. §. 7. La cattedrale di Cincinnati con i suoi locali e case annesse restano in piena proprietà della sede vescovile. — De jure proprietatis ecclesiae cathedralis ab episcopo retinendo.

VI. §. 8. Gli ornamenti poi e sacre suppellettili attualmente esistenti, escluse quelle che — De sacra suppellectili ec.

ecclesiae cathedrali tribuenda. fossero precisamente dei Domenicani spetteranno alla chiesa cattedrale.

D. Mauro card. Cappellari prefetto.
Pietro Caprano arcivescovo d'Iconio segretario di Propaganda.
Fr. Giuseppe Maria Velzi vicario generale dell'ordine de' Predicatori.

A dì 20 aprile 1828.

Signatura gratiae. §. 9. Si approva, e se ne spedisca il breve apostolico.

Leo PP. XII.

Tenor apostolicae confirmationis. §. 10. Ut autem praeinserta, et inter congregationem praedictam et vicarium generalem memorati ordinis constabilita, et per Nos approbata feliciter perficiantur, ac firmiter in posterum extent, accurateque observentur, apostolicis his Nostris literis ea roborare, tibique patefacere decrevimus. Nos itaque, te, ac singulares personas quibus praesentes literae favent, speciali beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, motu-proprio atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine omnia et singula, quae in praedictarum rerum serie per memoratos praefectum et secretarium congregationis de Propaganda Fide, et vicarium generalem ordinis Praedicatorum sat egregie gestarum superius hic enarrata continentur, auctoritate apostolica tenore praesentium denuo confirmamus, rataque et valida habemus, ac declaramus, illisque apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes et singulos sive juris, sive facti defectus, si quos desuper quomodolibet intervenisse contigerit, plenarie sanamus, atque supplemus, ac constitutionibus ordinis Praedicatorum et provinciae praedictae, quae huic dispositioni Nostrae adversari possunt, expresse derogamus. Tibique, venerabilis frater, per praesentes injungimus, ut omnia per Nos approbata fideliter serves atque adimpleas, ac ab omnibus, ad quos spectat, servari et adimpleri facias et cures.

Clausula sublata et decretum irritans. §. 11. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac iis ad quos pertinet, ac in futurum spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 12. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non dictae dioecesis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda maji millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus nostri anno quinto. Derogatio contrariorum.

CCLVIII.

Dat. die 7 maji 1828 Anno V.

Suppressio, ex extinctis sedis, et capituli Basileensis, et creatio novae sedis Solodorensis, cum translatione ecclesiae cathedralis dicatae ss. Urso, et Victori.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Inter praecipua Nostri apostolatus munia illud profecto recensetur, quod spectat episcopalium sedium tutelam, ut quibuscumque possimus modis ea omnia curemus perficere, quae in catholicae religionis augmentum, in ecclesiarum decorem, et in Christifidelium commodum, atque utilitatem conferre videantur. Et quoniam summopere dolentes conspeximus quod in transactis deflendis vicissitudinibus res omnes ecclesiasticae in quibusdam praesertim regionibus maxime fuerant perturbatae, idcirco pastoralis officii Nostri partes esse duximus tot malis pro viribus successive mederi novas instaurando cathedrales, statuendo capitula dioecesum limites circumscribendo, illisque opportunos addicendo census ad hoc ut quaelibet dioecesis Prooemium.

a proprio antistite juxta sacrorum canonum praescriptum valeat adiministrari.

Ratio concessionis. §. 2. Hoc sane consilio agnoscentes quod Basileensis episcopatus, qui tum dioecesos amplitudine, tum antistitum splendore floruerat, pruut illustria ac praeclara testantur monumenta, in superiorum temporum teterrima conversione cathedrali ecclesia expoliata, capitulo dissoluto, censu episcopali deperdito, dioecesi novis finibus coartata in miseram profecto conditionem fuerat redactus de opportunis ad haec incommoda pro locorum ac temporum adhibendis remediis serio cogitavimus, et diu collatis cum iis, quorum intererat, consiliis, expediens tandem fore judicavimus si episcopali sedi Basileensi translata in civitatem Solodorensem cuncta capitulii constitutionem, et cathedralem ecclesiam spectantia apte ut infra a Nobis constabiliuntur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur hujusmodi episcopalis ecclesiae ac dioecesis spirituali regimini quantum in Domino possumus consulere cupientes ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praevia Basileensi ecclesiae et capituli prioris status omnimoda suppressione, extinctione, et annullatione, itemque praevia extinctione collegialitatis in ecclesia sub invocatione sanctorum Ursi et Victoris in civitate Solodori hanc ipsam urbem in civitatem episcopalem erigimus; praedictamque sanctorum Ursi et Victoris antea collegiatam et parochialem ecclesiam ad cathedralis gradum extollimus, in eamque episcopalem sedem Basileensem transferimus, ibique firmo remanente parochialitatis jure cathedrale Basileense capitulum erigimus, et constituimus, novam hanc sedem, capitulum, ac dioecesim venerabili fratri Francisco Xaverio de Nevea moderno antistiti, ejusque in episcopatu Basileensi successoribus cum omnibus respectivis juribus, praerogativis, et privilegiis legitime ipsis competentibus perpetuo tribuimus et assignamus.

Creatio dignitatum, et canonicorum capituli cathedralis ecclesiae. §. 4. Novum autem in dicta cathedrali capitulum constare volumus decem et septem canonicis comprehensis in hoc numero praepositura majori post pontificalem prima, ac decanatu secunda dignitate, et in eodem decem, et septem canonicorum numero ultra praepositum cooptari caeteros novem canonicos prioris nunc suppressae collegiatae, alio sque tres ecclesiasticos viros ex singulis pagis Lucernensi et Bernensi, et unum ex pago Tugiensi. Si qui vero interea supersint canonici antiqui capituli Basileensis, hi erunt in novum capitulum adscribendi, et si inter eos quispiam dignitatem obtinuerit huic decanatum novi capituli adsignari mandamus. Hujusmodi profecto capitulum dividetur in praebendas duodecim residentiales, et quinque forenses nuncupandas. Residentiales chori servitio obstricti erunt canonici decem Solodorenses, atque unus ex tribus canonicis singulorum pagorum Lucernensis et Bernensis: quinque vero forenses residentiae non obligati duo erunt ex quolibet pago Lucernensi et Bernensi, atque unus ex pago Tugiensi. Porro decem ex hisce decem et septem canonicis una cum duabus dignitatibus episcopi senatum constituent, et utraque voce in capitulo, ac jure antistitis eligendi potientur juxta modum deinceps praefiniendum. Inter praefatum numerum decem canonicorum episcopi senatum constituentium locum semper habebunt tres ex pago Solodorensi, nempe praepositus, et alii duo canonici ab ipsius pagi gubernio designandi, item alii tres ex singulis pagis Lucernensi, et Bernensi, unus ex pago Tugiensi.

§. 5. Et quoniam juxta canonicas sanctiones capitulis cathedralibus praebendae theologalis, et poenitentiaria adesse debent, idcirco venerabili fratri episcopo pro tempore Basileensi omni studio commendamus, ut quam primum fieri poterit duo ex praebendis theologo et poenitentiario canonicis adjiciantur, ipsius episcopi conscientiam super his onerantes. Ordo de erigendis praebendis theologali, et poenitentiaria.

§. 6. Mandamus pariter novo cathedrali capitulo aggregandos esse decem cappellanos prioris collegiatae loco beneficiarorum, qui in sacris functionibus peragendis ecclesiae, et capitulo cathedrali decenter inserviant. Praeceptum de aggregandis cappellanis.

§. 7. Novo autem sic efformato cathedrali capitulo decem canonicis senatum episcopi constituentibus tribuimus jus eligendi infra tres menses ex dioecesano clero, servatis canonicis regulis, futurum, ac pro tempore episcopum Basileensem; jubentes insimul, ut peractae electionis instrumentum authentica forma exaratum summo pontifici de more mittatur, a quo si electio canonice peracta agnoscetur, et ex inquisitionis processu juxta for- Jus nominandi episcopum reservatum capitulo.

mam pro episcopatibus in Helvetia usitatam confecto de ipsius electi qualitatibus ad sacrorum canonum normam rite constiterit, electio hujusmodi a sancta Sede confirmabitur, et ab ea deinde per apostolicas literas canonica electo dabitur institutio.

Jus renovandi nominationem si prior effectu vacua maneret.

§. 8. Quod si, aut electio minime fuerit canonice peracta, aut promovendus praedictis qualitatibus instructus non reperiatur, ex speciali gratia indulgemus, ut cathedrale capitulum ad novam electionem canonica similiter methodo valeat procedere.

De jure nominandi canonicos, et dignitates.

§. 9. Dignitatum, et canonicatuum collationem pro hac prima vice Nobis libere reservamus; in futuris vero vacationibus unica tantum decanatus provisio erit apostolicae Sedi perpetuo reservata. Pristinum autem gubernio Solodorensi manere volumus jus nominandi praepositum, et canonicos instituendus juxta morem hactenus observatum; ac Lucernensi gubernio privilegium donari nominandi ad tres praebendas capitulares ejus pago tributas. Pro trium vero canonicorum ex Bernensi pago excipiendorum designatione singulis vicibus efformanda capitulares canonici notulam sex clericorum exhibebunt. Magistratui Bernensi, cui jus erit tres ad summum excludendi, et ex reliqui episcopus pro tempore novum seliget canonicum. Demum unica dumtaxat dignitas unico canonico conferri poterit, neque fas erit uno tempore praeposituram et decanatum possideri ab ecclesiasticis viris ejusdem pagi. In horum autem canonicorum designatione cavendum erit, ut candidati orti sint ex pago cui fuerunt tributae praebendae, vel ibidem sacris operentur, atque sint presbyteri seculares, ac beneficium curatum per quatuor saltem annos prudenter accurateque tenuerint, vel antistitem in dioecesis vel seminarii procuratione adjuverint, vel denique theologiae, aut juri canonico, sacrisque disciplinis tradendis utiliter incubuerint.

Praefinitio novae dioecesis.

§. 10. Omnia praeterea confirmantes, quae transactis temporibus circa dioecesis Basileensis dismembrationem fuerunt ordinata, et praevia derogatione consensus quorumlibet interesse habentium, ac sejunctis quatenus opus sit ab aliqua quaecumque dioecesi cunctis illis partibus, quae moderno episcopo Basileensi in administrationem hactenus nomine sanctae Sedis traditae fuerant, aliisque etiam parochialibus ecclesiis dismembratis ac separatis per praesentes statuimus, ut ex nunc in posterum novum sat amplum dioecesis Basileensis territorium constare debeat ex integris pagis Lucernensi, et Solodorensi ex ea pagi Bernensis parte, quae per Vindobonensem conventum eidem Bernensi pago cessa fuerat, et ex pago Tugiensi cum eorum incolis catholicis, praeter eas pagorum Basileensis, et Argoviensis terras, ac paroecias, quae ad eamdem Basileensem dioecesim hucusque pertinuerunt, et adhuc pertinent; licitum praeterea erit pago Turgoviensi, nec non iis partibus pagorum Basileensis, et Argoviensis, quae olim dioecesi Constantiensi addictae erant ad Basileensem dioecesim juxta modum in posterum determinandum accedere. In hoc casu antedictae episcopali sedi Basileensi huic apostolicae Sedi immediate subjectae jus confirmamus habendi suffraganeum episcopum titularem ad ea per totam dioecesim obeunda munia, quae ordinem episcopalem requirunt, cujus quidem suffraganei nominatio summo pontifici de more facienda ad episcopum Basileensem pro tempore semper libere spectabit.

Dotatio mensae episcopalis.

§. 11. Ut autem hodierni ac pro tempore existentis episcopi Basileensis, ejusque suffraganei, quatenus ipsius nominationi locus fiat, et cathedralis capituli decenti, ac congruae substentationi opportune, ac stabiliter consulatur, mandamus, ut mensae episcopali tradatur liber annuus redditus octomillium librarum monetae Helveticae, qui tamen redditus per participationem, connexionem, et unionem aliorum trium pagorum, quorum mentio supra facta est, augendus erit usque ad summam decem millium librarum ejusdem monetae juxta proportionem catholicorum uniuscujusque pagi ad Basileensem dioecesim pertinentium suffraganeo episcopo titulari librarum similium bismille; praeposito, novem canonicis, ac decem cappellanis eosdem redditus, quibus antea uti capitulum collegiatae Solodorensis nunc suppressae potiebantur, decano librarum octingentarum ultra fructus canonicalis praebendae. Librarum vero bismillium unicuique ex canonicis residentibus pagorum Lucernensis et Bernensis, ac tercentum librarum cuilibet ex canonicis non residentibus forensibus nuncupatis. Ejusmodi autem redditus, quorum fundatio per conventionem posterius ineundam rite determinabi-

tur, erunt interea persolvendi a respectivis pagorum guberniis, quae ad haec adimplenda se se in valida forma obligarunt. Tam Basileensi episcopo, quam ejus suffraganeo, cunctisque canonicis residentibus erunt per gubernia constabiliendae necessariae aedes unicuique dignitati convenientes, eisdemque guberniis onus incumbit tueri aedes canonicales, ac Solodorense gubernium sumptus praebebit ad tuitionem tam ecclesiae cathedralis, quam aedium episcopalium necessarios.

Consulitur manutentioni fabricae ecclesiae cathedralis.

§. 12. Manutentioni vero fabricae cathedralis ecclesiae, ac expensis in sacram suppellectilem, et in rei divinae cultum necessariis consultum erit annuo redditu bismille librarum jampridem fabricae olim collegiatae Solodorensis assignatarum; utque rebus hujusmodi uberius prospiciatur adsignandi in id causae erunt fructus mensae spatio sedis episcopalis vacationis decurrendi.

Jus capitulo concessum condendi statuta.

§. 13. Facultatem insuper noviter sic arecto cathedrali Basileensi capitulo impartimur condendi ordinationes et statuta sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis minime adversantia, et ab episcopo expresse approbanda, itemque gaudent omnibus honoribus, insigniis, et privilegiis, quibus alia cathedralia capitula in Helvetia existentia gaudent, dummodo non sint oneroso titulo acquisita.

De revocando pristino statu ecclesiae ss. Ursi et Victoris, si sedis episcopalis translatio intercedat.

§. 14. Quod si aliqua ex causa forsan contingat in posterum episcopalem sedem et cathedrale Basileense capitulum alio canonice transferri, tunc Solodorensis collegiatae ecclesiae sanctorum Ursi et Victoris capitulum in illum ipsum revocandum erit statum, quod antea cathedralitatis acquisita jura potiebatur.

Consulitur manutentioni ecclesiae Basileensis.

§. 15. Necessarium profectu judicamus decernere, ac mandare, ut manutentioni antiquae ad praesens suppressae cathedralis ecclesiae Basileensis, et divini cultus in ea peragendi expressis opportuno et stabili modo provideatur.

De seminario clericorum erigendo in civitate Solodorensi.

§. 16. Volumus praeterea, quod a venerabili fratre episcopo Basileensi in civitate Solodorensi seminarium puerorum ecclesiasticum erigatur, in quo adolescentes clerici opportune alantur, ac rite instituantur, quodque gubernia pagorum necessaria pro ejusdem seminarii sedibus, et pro annuo libero censu praestare debeant: et si necesse erit alia in aliis pagis erigere seminaria, episcopus ea eriget, re conciliata cum respectivis guberniis, quae pro aedibus, et pro annuo libero censu necessaria, ut supra suppeditabunt. Episcopus autem eisdem seminariis regendis, administrandis, ac in sana doctrina instituendis juxta concilii Tridentini praescriptum semper advigilabit, adhibitis in auxilium quatuor canonicis ex diversis pagis assumendis, quorum binos ipse episcopus, et alios duos canonici senatum episcopi constituentes eligent.

Praeceptum de inscribendis fructibus mensae in libris camerae apostolicae.

§. 17. Mandamus pariter, ut praedictae episcopalis ecclesiae Basileensis juxta redditus ejus mensae nunc ut supra adsignatos de more taxetur ad florenos auri de camera biscentum et quadraginta, et hujusmodi taxa in libris camerae apostolicae describatur.

De juramento fidelitatis gubernio pagorum ab episcopo praestando.

§. 18. Indulgemus denique, ut episcopus coram deputatis pagorum, quibus dioecesis Basileensis efformatur territorium emittere licite possit fidelitatis juramentum hisce verbis: « Ego juro, et promitto ad sancta Dei evangelia fidelitatem et obedientiam gubernio pagorum quibus dioecesis constat. Item promitto me nullam communicationem habiturum, nulli consilio interfuturum, nullamque suspectam unionem neque intra, neque extra Helvetiam conservaturum, quae publicae tranquillitati possit obesse, et si tam in dioecesi mea, quam alibi noverim aliquam conventiculam ad status perniciem iniri gubernio manifestabo ».

Deputatio executoris apostolici.

§. 19. Ad hoc ut autem omnia et singula sic ut supra a Nobis disposita rite ac celeriter ad suum perducantur effectum dilectum filium apostolicum pro tempore nuncium Lucernensem, et in ejus defectum apostolicae Sedis apud Helvetios negotiorum gestorem harum literarum Nostrarum executorem eligimus, ac deputamus, necessarias et opportunas ei tribuendo facultates, ut sive per se, sive per aliam personam in ecclesiastica dignitate constitutam ab eo specialiter subdelegandam cuncta superius ordinata peragere, statuere, disponere, decernere, ac super quacumque oppositione adversus praemissa in actu exequutionis quomodolibet forsan oritura agnoscere, ac definitive pronunciare libere, ac licite possit, et valeat.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 20. Praesentes vero literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quilibet interesse habentes, vel habere praetendentes auditi non fuerint, ac praemissis non consen-

serint nullo umquam tempore de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse sed eas semper ac perpetuo validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum prorsus, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 21. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, aliisque Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, nec non constitutionibus et ordinationibus apostolicis, itemque supradictarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, ac indultis, caeterisque etiam specifica, et individua mentione dignis contrariis quibuscumque.

Praeceptum de referendo super sequuta executione literarum apostolicarum. §. 22. Volumus equidem, ut praesentium literarum exequutor omnium et singulorum actorum in ipsarum literarum exequutione conficiendorum exempla in authentica formâ exarata ad sacram congregationem rebus consistorialibus praepositam in ejusdem congregationis archivio asservanda quamprimum fieri poterit transmittere teneatur.

Fides habenda transumptis. §. 23. Praeterea volumus ut harum literarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis. §. 24. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae suppressionis, extinctionis, annullationis, translationis, erectionis, attributionis, assignationis, mandati, commissionis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo octavo, nonis maji, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLIX.

Dat. die 9. maji 1828. Anno V.

Erectio seminarii in dioecesi Turritana ex bonis sodalitii nuncupati « del Gonfalone » ejus civitatis.

Venerabili fratri
Carolo Thomae archiepiscopo Turritano.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
Salutem et apostolicam benedictionem.

Procemium. §. 1. Constat inter omnes, idque Tridentini concilii decretis, et vigili episcoporum cura ac laboribus comprobatur, populi Christiani mores tunc ad pietatem ac religionem componi cum ipse sacrorum administrorum exemplis dictisque informetur, ac foveatur; eos vero nunquam adfuturos, nisi seminaria pateant ubi juventus sacris initiata ministeriis literarum studiis excolatur, et pietatis artibus muniatur.

Expositio precum. §. 2. Ejusmodi bono perfrui cupiens civitatem ac dioecesim tuam Turritanam, venerabilis frater, nuper exponendum Nobis curasti, eamdem ipsam dioecesim, in qua septuaginta septem millia incolarum recensentur, seminarium, sive clericorum collegium habere, tanta loci angustia arctatum, ut cubicula sexdecim in eo vix numerentur, alumnis accommodata. Cumque ex dioecesis amplitudine ii numero plures ad illud confluere soleant, saepe fit, ut terni, aut quaterni etiam in uno eodemque cubiculo quiescere cogantur. Ex quo quum plura incommoda redundent, tum illud praecipue commemoras, quod adolescentium valetudini plurimum officiat. Huc accedit, quod quatuor dioecesium, quae Turritanae obsequuntur, itemque proximae Galeliinensis-Norensis seminaria careant philosophiae ac theologiae praeceptore; adeoque earum dioecesium episcopi suos clericos Sassarim mittere adiguntur, iis disciplinis in regia studiorum universitate vacaturos, ac multa cum prece contendunt, ut seminario excipiantur; quod quum propter loci angustiam, nec Turritanae dioecesis clericis omnibus patere possit, eo res deducta est, ut ex clericis tum Turritanae, tum aliarum quinque dioece-

sinm, quas commemoravimus, ii solum in seminario locum obtineant, qui ingenio, atque ediscendi studio praestantes spem praeseferunt accademicos gradus consequaturos. Reliqui vero numero longe potiores sacris disciplinis tantum addicti ad privatas domos civitatis divertentes in conductis cubiculis morantur, omnibus mundi corruptelis atque illecebris nbnoxii, nullo conscentiae moderatore utentes, qui periculnm enrum vocationis faciat; nulla ecclesiasticae disciplinae regula constricti, qua ad preces, et literas incumbere et ecelesiae coeremonias rite ac devote obire assuescant; proptereaque inter eos vix est, qui evadat christianae plebi aedificandae, ac informandae idoneus minister. Quibus ex causis adductum te, et pene coactum dicis, nt cogitationes tuas omnes ad seminarii aedes ampliandas convertere. Seminarium, ut rafars, medium assurgit inter aedes arcbiepiscopales, et pubblicum sacellum, cui a sancta Cruce cognomen est, quodque ad sodalitatem pertinet « del Gonfalone » nuncupatam. Hinc unica tibi, ac optima ratio illius ampliandi, scilicet, si ea sodalitas ad proximum sacrosanctae Triadis templum transferatur, et sanctae Crucis sacellum una cnm adjunctis aedibus seminario addicatur. Tibi praeterea in promptu esse dicis sex milla scutatos nummos, quos omnes in ea partium disjunctarum conjunctione prosequenda, et ad parandas, construendasque novas pro alumnis aedes lubentissima imponderes. Ex bac autem aedium amplificatione, praeter commodum, quod animo babes, scilicet ut seminarium, qnantum fieri possit clericis tuae dioecesis instituendis par sit, alia etiam consequi velis; et quidem ut ex adlectis elericis in seminario degentibus, iis qui sedulam in studiis operam navassent, et uberiorem fructum inde retulissent, tametsi emenso studiornm curriculo, diuturniorem in seminario moram posset permittere, quo verbi Dei praedicandi rationem, a clericis tuae dioecesis omnino posthabitam atqne neglectam, ediscant; denique nt adventantibus autumnalibus feriis, interea dum alumni e seminario discedunt, ac parentum domos sese recreandi causa petunt, clerum tunn in seminarii aedes arcesseres, nt commentationi divinarum rerum, et ad aeternam salutem pertinentium nonnullos continentes dies transigat. Verum qnum baec omnia ingentes ferant sumptus, tum etiam quod ampliatis aedibus multo major futurus erit eorum clericorum numerus, qui val nulla, vel levi admodum impensa seminario excipientur; qunmque bujusmodi oneribus sustinendis seminarii redditus nequaqnam sufficiant, triplex a te illorum augendornm ratio excngitata; primum nempe, ut redditus qni sodalitatem « del Gonfalone » pertinent, seminario attribuantur, iis tamen exceptis, quibus satis sacrificiis, caeterisque fieri possit oneribns. Secundo nt sodalitium, quod beatae Mariae Virginis Montisferrati, vel Itriae dicunt, penitus jacens, ac pene dispersum dissolvatur, redditusque ad seminarium deferantur, ut spiritnalium exercitationnm impensis, quibus in singulos annos sacerdotes indolgebunt, haud gravetur. Tertio denique qunm binae domus a sacerdote Josepho de Cangiatu parochiali ecclesiae sancti Andreae apostoli in oppido « Giave » fuerint testamento relictae, ea lege, ut earum redditibus duo clerici oppidani, vel ex testatoris cognatioue uominandi in seminario alantur; ac praeterea evanire saepenumero soleat, nt neque ex eodem oppido, neque ex cognatione fundatoris inveniantur, qui velint ecclesiasticae militiae nomen dare, hiuc petis, ut earum domorum redditus seminario tribuantur, secus enim, nt ipse animadvertis, ex fundationis lege ad parochialem ecclesiam, apto jam instructam censu, devenirent. Nos igitur perpendentes, quanti ad christianae reipublicae incrementum intersit, ut in singulis dioecesibus domicilia, seu seminaria parata sint, in quibus juvenes clericali ministerio initiati, ad omnem pietatem, religionem, doctrinam, ac bonas artes informentur; et nibil a Nobis praeclarius, aut ntilius fieri posse rati, quam si in magni mumenti negotio apostolica Nostra auctoritate episcoporum studiis obsecnndemus; rem gratam facere cupientes carissimo in Christo filio Nostro Carolo Felici Sardiniae regi, cui ob summum erga catholicam religionem studium, ac pietatem Turritani istius seminarii amplificationem valde cordi esse cognovimus, in id devenimus consilii, tuis ut votis annueremus. Quod sane eo alacrius cepimus, statim ac ea omnia, venerabilis frater, qnae a te Nobis exposita sunt, tnm de loci angustia, qua semioarium laborat, tum de rationibus illius amplificandi a te excogitatis, non solum te-

stata literis archiepiscopi Urbinatium Ignatii Ranaldi in Sardiniae insula, dum visitatoris regularium munere fungeretur, morte peremptì, sed ab eodem ipso magnopere commendata.

Episcopo committitur onus erigendi seminarium.

§. 3. Quapropter te, venerabilis frater, a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, plena auctoritate Nostra apostolica tibi committimus et mandamus, ut sacellum sanctae Crucis, quod seu refers, medium consistit seminarium inter et aedes archiepiscopales eidem seminario cum suis accessionibus adjungas, idemque ad ampliorem et commodiorem alumnis tuae dioecesis habitationem parandam convertas, sodalitate prius sanctae Crucis ad proximam sanctissimae Triadis ecclesiam translata. Ad cavenda vero omnia jurgia atque discordias, quibus hujusmodi translatione locus fieri posset sive cum fratribus ordinis sanctissimae Trinitatis redemptionis captivorum, quorum in praesentiarum est illa ecclesia, sive cum fratribus hospitalariis, qui fortasse ad parandum pauperibus infirmis perampium nosocomium eamdem ad ecclesiam, aedesque illi junctas erunt transferendi, volumus, ut sodalibus sanctae Crucis in eadem sanctissimae Triadis ecclesia tam aram, quam sepulcrum constituas, iisdemque sodalibus praescribas statas horas, quibus ad aram possint convenire, ut preces, caeterasque de more caeremonias absolvant; praeterea et si eorum cadaver in commemoratam ecclesiam fuerit efferendum, eo in sepulchro condatur.

Dotatio ejusdem seminarii.

§. 4. Ad haec eas etiam partes tibi imponimus, ut sodalitatis, quam beatae Mariae virgini Montisferrati, vel Itriae nuncupant, quamqua, ex tui narratione, utpote jacentem ac pene dissociatam extinguimus seu supprimimus, ac extinctam seu suppressam declaramus, redditus omnes seminario adscribantur; ea tamen adjecta lege, ut quotannis excipiat aliquos presbyteros ibidem spiritualibus exercitiis operam daturos. Postremo ad augendos seminarii redditus tibi praecipimus, ut binas domos, quas sacerdos Joseph Cangiatu parochialí ecclesiae sancti Andreae testamento reliquit, eidem seminario perpetue addicas.

De alumnis pauperibus in seminario recipiendis.

§. 5. Quia vero in apostolici Nostri muneris partibus est curare, ut haereditates et legata piorum operum causa a testatoribus relicta, quantum fieri licet, in opera ab eis praescripta erogentur, ex ipsius presbyteri voluntate duo clerici vel ex oppido Giavo, vel ex iis, qui ab ejus familia descendunt, in seminario semper erunt alendi; et si forte neutra ex parte juvenes adsint, qui in clericalem militiam velint cooptari; quod, ceu narras, facile potest evenire, tunc il numero pauperes dioecesani clerici in seminario excipiantur, qui ex earum domorum redditibus ali possint. Tua autem prudentia, solertiaque, ac rerum peritia, venerabilis frater, confisi non dubitamus, quin voluntatem Nostram enixo studio, intentaque diligentia exequaris; cujus rei causa te facultatibus omnibus, quae necessariae sint, aut opportunae donamus, munimus, instruimus; lites praecidere, concordiaque pacare studeas, neque ab iis quae decreveris cuilibet liceat provocare.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Haec volumus atque mandamus, decernentes basce literas firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus ad quos spectat plenissime suffragari, neque ad ullius instantiam annullari, seu invalidari, aut moderari; praesentes quoque literas ex quovis defectu, etiam ex eo quod quicumque desuper interesse habentes, vel habere quomodolibet praetendentes, ad hoc vocati non fuerint, nec praemissis consenserint, notari, impugnari, invalidari, in jus vel controversiam revocari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, et aliis Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, felicis recordationis Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non legis fundationis seminarii, ac sodalitatum, de quibus agitur, praesertim vero ordinis fratrum sanctissimae Trinitatis redemptionis captivo-

rum, nec non piae presbyteri Josephi Cangiatu voluntatis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die nona maji millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 15. maji 1828. Anno V.

CCLX.

Concessio juris conferendi beneficia etiam cum cura animarum episcopis intra fines status Mutinensis et Estensis.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Romani pontifices non raro gratias et favores liberaliter impertiri consueverunt principibus viris, quorum eximia devotio et fidei sinceritas magis in dies clarescere, et quorum illustre exemplum summopere in rem catholicam conducere videbatur.

Expositio precum. §. 2. Hoc sane animo preces accepimus a dilecto filio Hieronymo comite Riccini dilectissimi in Christo filii Nostri Francisci Mutinensium ducis apud Nos et Sedem apostolicam extraordinario negotiorum gestore ipsius ducis nomine Nobis exhibitas, quibus peculiares circa parochialia et alia residentialia beneficia gratiae et indulta enixe postulabantur, et quibus ob ejusdem ducis pietatem, ac ferventem erga Nos et apostolicam Sedem devotionem, aliaque praeclara virtutum merita benigna annuere opportunum in Domino judicamus.

Concessio juris conferendi beneficia cum cura animarum. §. 3. Nos igitur praefato duci specialem gratiam facere, et animi Nostri benevolentiam testificari volentes ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine cuilibet episcopo intra fines status Mutinensis, et Estensis existenti facultatem impartimur, ut eveniente vacatione parochialium ecclesiarum, ac beneficiorum cum cura animarum in mensibus Sedi apostolicae reservatis eorumdem provisio et canonica institutio praevio concursu ad formam concilii Tridentini desuper habendo, infra spatium trimestris a die vacationis computandum favore unius ex approbatis, quem digniorem judicaverit ab ipso episcopo uti in hoc a sancta Sede expresse delegato enunciando libere, ac licite expleri valeat, firmo remanente ipsius sanctae Sedis jure conferendi parochialia, et curata beneficia vel per obitum, vel per promotionem prioris beneficiati apud eamdem Sedem vacantia.

Reservatio juris nominandi favore ducis. §. 4. Praelaudato insuper Mutinensium duci, cui est in animo beneficiorum ecclesiasticorum statum reddere meliorem curando, ut illorum dotationes in bonis stabilibus constituantur, et ubi opus fuerit augeantur, pariterque ipsius ducis successoribus catholicis, ut ad dignitates, canonicatus, et alia quaecumque beneficia residentialia tam in cathedralibus quam in collegiatis ecclesiis intra statum Mutinensem et Estensem existentibus huic apostolicae Sedi quovis modo reservata, exceptis dumtaxat dignitatibus prima post pontificalem in cathedralibus, et principali in collegiatis ecclesiis, personas idoneas Nobis, et Romanis pontificibus successoribus Nostris nominare, ac praesentare libere ac licite possint et valeant indultum perpetuo tribuimus ac elargimur.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 5. Decernentes praesentes literas, et in eis contenta quaecumque nullo umquam tempore de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio defectu notari, aut impugnari posse, sed eas semper firmas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus, ad quos spectat inviolabiliter observari debere.

Derogatio contrariorum. §. 6. Non obstantibus apostolicis, atque in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis constitutionibus et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 7. Volumus autem, quod harum literarum transumptis etiam impressis manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo

personae in ecclesiastica dignitate constitutae monitis eadam prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrae concessionis facultatis, indulti, reservationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo octavo, idibus maji, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 22. maji 1828. Anno V.

CCLXI.

Reintegratio quotidiani servitii pro capitulo insignis collegiatae ecclesiae ss. Petronii et Prosperi in civitate Luci, illiusque ampliatio, dotatio, et concessio insignium indumentorum.

Venerabili fratri Episcopo Imolensi.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
salutem et apostolicam benedictionem.

Memorantur vicissitudines quibus novissimis temporibus subiit capitulum.

§. 1. Capitulum insignis collegiatae ecclesiae ss. Petronii et Prosperi in civitate Luci istius dioecesis Imolensis postquam in praeterita rerum perturbatione bonis suis fuerat expoliatum, haud quaquam a sacris officiis quotidie celebrandis cessavit: id quod praedecessori Nostro felicis recordationis Pio pp. VII. adeo gratum acceptumque fuit, ut per suas literas Venetiis datas die decima prima aprilis anno millesimo octingentesimo, itemque per literas datas Romae die quinta augusti millesimo octingentesimo decimo quinto in eo, quo antea erat statu, etiam post illam spoliationem spectandum esse capitulum ipsum declarare dignatus sit. Deinde vero quum plurimis, qui ad idem pertinebant capitulum, vita functis, onus servitii quotidiani grave nimirum evaserit, atque idcirco ut ad dies solum festos illud onus cohiberetur, ii, qui reliqui erant, laudatum Nostrum praedecessorem rogaverint; hic rescripto suo sub die prima februarii anni millesimi octingentesimi vigesimi secundi remisit preces arbitrio, et prudentiae ordinarii, a quo per decretum editum die decima quinta ejusdem mensis, et anni servitium chori redactum fuit ad festos dies, illis etiam inclusis, qui anno millesimo septingentesimo nonagesimo quinto de festorum numero fuerant distracti: quod decretum dumtaxat provisionale, ut ordinarius idem loquutus est, haberi voluit, donec aliter provideretur. Nos autem qui proxime post ejusdem Pii VII. mortem ad Romanam beati Petri cathedram, meritis licet imparibus, evecti fuimus, ad praefati capituli perpetuitatem, atque splendorem, annitente dilecto filio Nostro Francisco Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali Bertazzoli nuncupato, in fundos, seu in bona immobilia vertimus pensiones, et eas appellant vitalitias, quae capitularibus erant assignatae, nec non inclytam ecclesiam honori dicatam sancti Francisci Assisiensis, quae olim ad minores Conventuales pertinebat, eidem capitulo concessimus. Porro capitulum hoc constabat quondam quatuor dignitatibus, nempe praeposito cum cura animarum, priore, archidiacono, et archipresbytero, nec non et duodecim canonicis quibus sub finem praeteriti saeculi additus fuit tertius decimus ob fundationem canonicatus a memorato cardinali, jussu patris sui Bartholomaei Bertazzoli factam, et octo mansionariis. At vero hodie habet solum dignitates duas, praepositum, et archidiaconum, canonicos quinque, et mansionarios duos. Desunt igitur e dignitatibus secunda, et quarta, prioratus nempe, et archipresbyteratus; sed ad quartam dignitatem quod spectat, illius bona restituenda erunt a familia Zaccari, quae juspatronatus in illam obtinet, et sic fiet, ut archipresbyter in capitulo amplius non desideretur; quod vero spectat ad secundam dignitatem, memoratus cardinalis Bertazzoli unam praebendam ex bonis suis instituendam curavit sub titulo prioratus, ut priorem quoque posthac capitulum habeat. Praeterea ad augendum numerum canonicorum et mansionariorum idem cardinalis Bertazzoli duos etiam canonicatus, duasque mansionarias curavit ex suis bonis instituendas; et quoniam servitium canonicatus illius, qui fuerat a praedicto cardinali jussu patris sui fundatus, ad festos su-

lum dies arctabatur, is, ut canonicatum hunc quotidiano servitio subjiceret, aliis eum redditibus auxit.

Expositio precum.

§. 2. Haec autem omnia clerus, populusque Luci supplici libello Nobis per laudatum cardinalem oblato exposuerunt, enixo rogantes, ut quotidianum servitium in supradicto capitulo instauraremus; canonicos vero rocchetto et cappa (quoniam solis dignitatibus insignia haec in capituli erectione fuerant concessa) decoraremus; denique collegiatae ecclesiae titulum, ac decus ab ecclesia sanctorum Petronii et Prosperi transferremus in ecclesiam sancti Francisci Assisiensis in usum praepositi eadem sanctorum Petronii et Prosperi ecclesia remanente, qui parochialia munia ibidem peraget. Jam vero idem cardinalis Bertazzoli instrumentum ab se confectum pro fundandis, vel dotandis illis praebendis, de quibus facta mentio est, Nobis insuper obtulit, ut circa universas, et singulas conditiones inibi positas id statueremus, quod satius visum esset. Et quoniam in instrumento idem ipse cardinalis jus nominandi erga praebendas ab se fundatas sibimet, quoad vixerit, reservavit; nomina eorum, quos nunc ad praebendas illas designavit ad Nos detulit. Ergo nominavit ad prioratum, seu ad secundam dignitatem dilectum filium Joannem Baptistam Calzolari antea parochum in dioecesi Bononiensi, ad duos canonicatus dilectos filios presbyteros Bartholomaeum Faccani, et Augustinum Poggiali, ad duas mansionarias dilectos filios presbyteros Josaphatum Magnani, et Aloisium Peloni; atque iis adjunxit dilectum filium Dominicum Mariam Murandi unicum marem, qui nominari possit ex descendentibus a Bartholomaeo Bertazzoli, puerum septem annos circiter natum, quem, impetrata jam dispensatione super defectu aetatis per rescriptum Nostrum sub die vigesima octava aprilis hujus anni millesimi octingentesimi vigesimi octavi, ex fundationis lege, ad canonicatum jam de jurepatronatus familiae suae idem cardinalis, qui solus est hodiernus beneficii hujus patronus, nominavit: quod beneficium licet aliquibus ab hinc annis vacavit, ipse tamen cardinalis tempestive eam a Nobis indulgentiam obtinuit, ut illius differri nominatio posset absque ullo patronalis juris detrimento, quemadmodum in rescriptis Nostris, praesertim in illo dato sub die vigesima secunda decembris anni millesimi octingentesimi vigesimi sexti aperte continetur.

Admittuntur novae praebendae in ampliationem capituli.

§. 3. Nos igitur optatis ejusdem dilecti filii Nostri cardinalis Bertazzoli, et precibus cleri, et populi de Luco istius dioecesis Imolensis benigne annuentes, omnesque, ac singulos, quibus hae litterae favent, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, tibi, venerabilis frater, eas partes imponimus, atque mandamus, ut auctoritate Nostra apostolica tam prioratum, quam duos canonicatus, duasque mansionarias, beneficia nempe illa quinque a cardinali Bertazzoli fundata erigas, iisque bona omnia cujuscumque generis ab eodem cardinali in suo instrumento tributa, perpetuo addicas: atque hinc beneficia ipsa aggreges capitulo insignis collegiatae ecclesiae sanctorum Petronii et Prosperi memoratae civitatis Luci; illud cavendo tamen, quod administratio bonorum ad praedicta quinque beneficia pertinentium penes solus eorumdem rectores esse debeat, et redditus massam constituant separatam, solummodo inter rectores ipsos dispertiendam pro rata illa parte, quae eorum singulis in supradicto instrumento assignata est. Quoad vero canonicatum, jussu Bartholomaei Bertazzoli fundatum, bona illa, ac redditus ei adjunges, quibus jam eum praedictus cardinalis in eodem suo instrumento auxit.

Consulitur reversioni bonorum si casus contingat quod iterum capitulum supprimatur.

§. 4. Post haec autem decernes, quod si aliquam ob causam capitulum illud supprimi aliquando, vel quovis alio modo cessare contigerit, tunc bona omnia, una simul cum redditibus, quae praefatis beneficiis cardinalis idem assignavit, devoluta ipso facto censenda sint in dominium haeredum ejusdem cardinalis, illis tamen gravata oneribus, quibus in hujusmodi casu idem cardinalis haeredes suos obstrinxit; eademque bona ad capitulum postea reversura, si ad pristinum statum illud redierit, omnia scilicet in eum modum, quo in saepe memorato instrumento caventur.

Declaratur quibus dignitatibus, canonicis et mansionariis constet capitulum.

§. 5. Porro secundum ea, quae dicta sunt, declarabis quod capitulum illud posthac constabit quatuor dignitatibus, octo canonicis, et quatuor mansionariis: quatuor quidem dignitatibus, quia juxta numerum, atque ordinem

antiquum aderunt praepositus, prior, archidiaconus, et archipresbyter; octo autem canonicis quia praeter canonicatum illum de jure patronatus familiae Bertazzoli, accedunt nunc novi duo canonicatus ad illos canonicatus quinque, qui jam extabant, demum quatuor mansionariis, quia ad duas jam extantes mansionarias, nunc aliae duae accedunt.

Concessio insignium induendorum

§. 6. Praeterea singulis canonicis usum perpetuum rocchetti, et cappae omnino ad instar rocchetti, et cappae, quibus jam quatuor dignitates donatae fuerunt, eadem Nostra apostolica auctoritate concedes: nec non et quotidianum servitium eo in capitulo instaurabis, cui canonicatum etiam illum fundatum jussu Bartholomaei Bertazzoli obnoxium postbac fore declarabis: ad quod servitium omnes tum dignitatis, tum canonicos, tum mansionarios ea scilicet ratione, qua illud olim servabatur, teneri decernes.

Translatio capituli in ecclesiam s. Francisci Assisiensis.

§. 7. Insuper capitulum ipsum e ss. Petronii et Prosperi ecclesia in ecclesiam sancti Francisci Assisiensis eidem capitulo jam a Nobis attributam, Nostra eadem auctoritate transferes; tria haec insimul declarando: videlicet primo, soli huic sancti Francisci ecclesiae competere titulum, et decus ecclesiae collegiatae postbac debere.

Conservatio praepositurae in ecclesia ss. Petronii et Prosperi.

§. 8. Secundo in ecclesia sanctorum Petronii et Prosperi, quam veluti suam capitulum retinebit, dignitatem primam, nempe praepositum debere futuris etiam temporibus, sicut antea, omnia parochialia munia exequi: tertio capitulum ipsum quamvis in aliam ecclesiam translatum, omnibus tamen, singulisque juribus, honoribus, privilegiis, ac praerogativis quocumque nomine nuncupandis fruiturum, quibus jam ante suam spoliationem utebatur, fruebatur, vel uti, frui poterat ad formam duarum felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri literarum apostolicarum, quae sub plumbo fuerunt expeditae, alterae quinto nonas maji anni millesimi septingentesimi quadragesimi primi, quarum initium est « *Copiosus in misericordia Deus* » alterae pridie nonas octobris anni millesimi septingentesimi quinquagesimi septimi quarum initium « *Romanus pontifex* » At vero circa rationem in eo capitulo postbac servandam in distributionibus quotidianis, plenissimam tibi potestatem facimus id statuendi, quod in Domino magis expedire censueris.

Curae animarum distributio capitulum inter, et praepositum.

§. 9. Et quia primae dignitati, seu praeposito animarum quoque cura imminet, quae postbac etiam, sicut jam antea in sanctorum Petronii et Prospori ecclesia exerceri debet, hinc tuae erit sollicitudinis modum constituere, quem post antedictam capituli translationem tenere primam illam dignitatem oporteat in utroque parochi nempe, et praepositi munera implendo; itemque declarare, quae mutuae in posterum futurae sint partes capituli, et praepositi parochi inter sese in rebus ad parochiam pertinentibus, integro tamen apud totum capitulum remanente antiquo parochiae jure.

Onera dignitatibus, canonicis, et mansionariis imposita.

§. 10. Ad haec, duas mansionarias novas illud etiam onus, quod est de cantu Gregoriano, habere constitues. Insuperque tam prioratui, quam duobus canonicatibus nunc pariter fundatis, praeter servitium chori, onus quoque (quod ut ab eodem cardinali in instrumentu expresse imponeretur, Nos ipsi fuimus auctores) onus videlicet audiendi confessiones christifidelium incumbere decernes, et ita quidem, ut quoties in posterum beneficia eadem vacare contigerit, nemo ad quodvis illorum institui possit nisi praevio examine idoneus probetur, ea nimirum ratione, quam infra explicabimus. Opportunas vero tu ipse, venerabilis frater, leges statues tam priori, quam duobus canonicis de modo, quem servare iidem debeant circa servitium chori, neque ac ministerium excipiendarum confessionum.

De jure nominandi ad beneficia noviter in capitulo fundata.

§. 11. At quod ad examen pertinet, illud post ejusdem cardinalis mortem locum habere volumus, non vero ante: ei enim quoad vixerit, plenum jus erit nominandi ad beneficia quinque ab se fundata illos, quos ipsemet dignos putabit, iis tantum servatis, quae canones praescribunt. Post ejusdem vero cardinalis mortem ad haeredes, quos ipse instituet suo testamento, spectabit jus nominationis ad prioratum: deficientibus autem illorum haeredum, agnatis, et cognatis, conferre dignitatem hanc liberum, et integrum erit ordinario loci, a quo tamen eaedem omnino, quae impositae sunt haeredibus conditiones erunt servandae. Nimirum haeredes praedicti nominare ad prioratum illos tantum poterunt, qui in civitate Luci nati sunt, et inibi domicilium habent: suos vero agnatos, vel cognatos iidem haeredes praeferre caeteris agnatis, vel co-

gnatis familiae Bertazzoli, hos autem praeferre extraneis tenebuntur. Caeterum non extranei solummodo, sed etiam agnati, et cognati, sive haeredum, sive familiae Bertazzoli, tum quando fuerint ab haeredibus nominati, tum quando ab ordinario electi, semper ab eodem ordinario per examen probandi erunt eo prorsus modo, quo examinari solent ii, qui destinantur ad audiendas confessiones, ita ut nemo umquam, nisi qui ad confessarii munus fuerit idoneus repertus, possit ad prioratum institui. Ad duos vero canonicatus, duasque mansionarias quod pertinet, jus nominationis ad haeredes neutiquam transferretur, sed post mortem cardinalis Bertazzoli provisio duarum mansionariarum spectabit ad ordinarium, atque ad capitulum, servata mensium divisione ad formam literarum apostolicarum, quas supra laudavimus, felicis recordationis Benedicti pp. XIV. incipientium « *Copiosus in misericordia Deus* »; provisio autem duorum canonicatuum ad solum ordinarium spectabit, qui tamen absque praecedenti examine, nullum poterit ad illos admittere: immo sicuti dictum est de prioratu, ii solum, qui in civitate Luci nati sunt, et inibi domicilium habent, providere de quatuor istis beneficiis, nempe de duobus canonicatibus, duabusque mansionariis poterunt.

De concursu indicendo tempore vacationis beneficiorum.

§. 12. Jam vero methodum in examine pro duorum canonicatuum collatione ab ordinario servandam, talem esse statuimus. Adveniente vacatione ordinarius eam patefaciet per edictum affigendum ad valvas ecclesiae collegiatae, in quo significabit, illos qui examinari volunt sua debere nomina deferre intra viginti dies. Hoc transacto tempore illi, qui descripti sunt, examini subjicientur, per quod idonei ad audiendas confessiones probandi erunt coram quatuor examinatoribus etiam non synodalibus, sicuti praedecessor Noster felicis recordationis Benedictus pp. XIII. in suis literis apostolicis, quarum initium « *Pastoralis officii* » datis decimo quarto kalendas junii anno millesimo septingentesimo vigesimo quinto examen fieri jussit pro conferendis theologi, et poenitentiarii praebendis. Intra autem viginti illos dies agnati, et cognati vel haeredum cardinalis Bertazzoli, vel familiae Bertazzoli poterunt in primis sua nomina deferre, dummodo, ut jam diximus, nati sint, et domicilium habeant in civitate Luci: tunc enim ibi debent extraneis praeferri. Atque primus locus dabitur agnatis, et cognatis haeredum cardinalis Bertazzoli, e quibus si unus tantum compareat, iste solus examinari, isque, si idoneus reperiatur, de canonicatu vacante omnino provideri debet: quod si ex eis compareant plures, examini omnes subjicientur, canonicatus autem collatio illi fiet, qui magis idoneus fuerit judicatus. Post hos locus dabitur caeteris agnatis, et cognatis familiae Bertazzoli, cum quibus eadem quoque servanda erit regula. Ultimo extraneis, dabitur locus, iis nempe extraneis, qui in civitate Luci nati sunt, et suum ibi domicilium habent, quos inter ille pariter, qui per examen compertus fuerit magis idoneus, providebitur de canonicatu vacante.

Confirmatio nominationum emissarum a cardinali Bertazzolio.

§. 13. Caeterum per haec, quae praesentibus literis sancita sunt, nihil immutandum volumus circa veterem illum canonicatum de jurepatronatus familiae Bertazzoli, praeter redditum, et servitii augmentum, de quo jam diximus: in reliquis enim servandae erunt fundationis leges. His autem omnibus constitutis, ut singularis benevolentiae Nostrae in dilectum filium Nostrum Franciscum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem Bertazzoli pignus aliquod praebeamus, cujus liberalitate magnum accedit capitulo civitatis Luci incrementum, Nos ipsi illam, quam ad Nos cardinalis idem fecit, nominationem, tum ad beneficia quinque ab se nunc fundata, tum ad beneficium vacans de jurepatronatus familiae suae, per hasce Nostras apostolicas literas approbamus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 14. Tibi proinde, venerabilis frater, committimus, ut postea quam in harum earumdem literarum Nostrarum exequutionem nova illa quinque beneficia erexeris, atque augmentum redituum, et servitii canonicatus familiae Bertazzoli sanciveris, tu ipse nomine Nostro singulos eorum, quos idem cardinalis nominavit, ad beneficia illa institues: videlicet dilectum filium Joannem Baptistam Caizolari, antea parochum in dioecesi Bononiensi, ad secundam dignitatem seu ad prioratum, dilectos filios presbyteros Bartholomaeum Faccani, et Augustinum Poggiali ad duos canonicatus; dilectos filios presbyteros Josaphatum Magnani, et Aloisium Peloni ad duas mansionarias; denique dilectum filium Dominicum Mariam Morandi ad canonicatum

jurispatronatus familiae Bertazzoli. Volumus autem, nt institntio haec, quam de Nostro nomine perficies, pro singulis illorum valeat perinde, ac si nnusquisque speciales literas apostolicas consueto more obtinuisset. Porro extraordinariam indulgentiam hanc, qua in ejusdem cardinalis Bertazzoli gratiam nti censuimus, extendi ad futuras beneficiorum illorum vacationes minime posse decernimus. Denique illud praecipimus, ut una cum praesentibus literis Nostris exemplum quoque supradicti instrumenti ab eodem cardinale confecti tuo sigillo obsignatum, perpetuo in memorati capituli archivio asservetur.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 15. Haec statuimus, concedimus, atque mandamus, decernentes has literas firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, at iis, quos respiciunt, hoc futurisque temporibus plenissime suffragari; nulloque praetextu nmquam ex eo quod il, quorum interest, ad praemissa vocati non sint, aut illis non consenserint, de subreptionis, aut obreptionis vitio, seu intentionis Nostrae defectu impugnari, notari, et in controversiam vocari posse; sicqua in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 16. Non obstantibus de jure quaesito nnn tollendo, et aliis Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibus et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus; nec non ecclesiae sanctorum Petronii et Prosperi, itemque ecclesiae sancti Francisci Assisiensis, et minorum Conventualium, ad quos antea illa spectabat, ac legis fundationis praefati capituli, et canonicatus de jurepatronatus familiae Bertazzoli etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quamquam pro illorum derogatione specialis mentio facienda, aut alia exquisita formula servanda esset, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima tertia maji millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXII.

Dat. die 23 maji 1828. Anno V.

Erectio collegii missionariorum in provincia Interamnensi Lusitani regni ordinis fratrum Minorum de Observantia.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Ex quo aeternae mentis inaccessa consilia in hoc supremae potestatis fastigium Nos immeritos evexere, ei semper studio incubuimus, ut animarum salutem, quantum in Nobis situm esset, procuraremus. Prooemium.

Expositio precum.

§. 2. Quamobrem aequa omnino auribus preces excepimus dilecti filii Antonii a Jesu missionarii apostolici fr. ordinis minorum de observantia, ut eos vocant, Excalceatorum, qui veniam construendi in Interamnensi Lusitani regni provincia collegium missionariorum ejusdem ordinis enixe postulavit. Eo autem magis votis ejus annuendum censuimus, quod, ut Nobis exponere ipse haud omisit, quatuor ejusdem ordinis collegia de Varatojo, de Bracannes, de Vinhaes, et de Mezaofrio antea in eodem Lusitaniae regno ad idem sacrarum missionum opus fundata, longe a provincia Interamnensi distent. Locus autem, quem novo huic extruendo collegio elegit est Mons sanctae Mariae Magdalenae prope Bracaram. Jam vero hujusmodi consilium, ut Nobis quoque significavit, initum est, consentientibus venerabili fratre archiepiscopo Bracarensi, nec non universa Bracarensi ipsa civitate, et dilecto filio hodierno ministro generali praefati ordinis; praetereaque non consentiente solum, sed suam quoque protectionem spondente Joanne dum viveret VI. tunc temporis Brasiliae imperatore, et Portugalliae, atque Algarbiorum rege fidelissimo. Post haec igitur praedictus dilectus filius Antonius a Jesu facultatem a Nobis petiit, ut collegium illud posset erigere.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos itaque eum, et alios pariter, quibus hae literae favent a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, auctoritate Nostra apostolica consilium erigendi novum collegium missionariorum ordinis minorum de observantia Excalceatorum in Monte sanctae Mariae Magdalenae prope Bracaram approbamus, illiusque erectionem nunc pro illo tempore, quo ipsum fuerit absolutum, habemus ratam, et confirmamus. Praecipimus autem, ut quae in apostolicis literis felicis recordationis Innocentii pp. XI. praedecessoris Nostri, quarum initium « *Ex injuncto Nobis* » sub annulo piscatoris datis die vigesima tertia novembris anni millesimi sexcentesimi septuagesimi noni praescripta inveniuntur pro collegio de Varatojo, omnia in novo etiam collegio Montis sanctae Mariae Magdalenae sedulo serventur. Nos enim collegio huic omnes illas, singulasque leges, et conditiones, quae in iisdem literis continentur, apostolica auctoritate applicamus. Atque omnia pariter, et singula privilegia, quibus earumdem Innocentii XI. literarum vi utebatur, fruebatur collegium de Varatojo, posse etiam uti, frui collegio Montis sanctae Mariae Magdalenae concedimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Haec autem, statuimus atque mandamus, decernentes Nostras has literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et earum rerum, quae expressae sunt, causa illis, quos respiciunt, hoc futurisque temporibus plenissime suffragari, et ab iisdem inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, sanctionibus apostolicis, ac praedicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quamquam pro illorum derogatione specialis mentio facienda, aut alia exquisita formula servanda esset, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima tertia maji millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostro anno quinto.

CCLXIII.

Dat. die 2. junii 1828. Anno V.

Erectio, et dotatio publici oratorii dicati Deiparae virgini, et s. Francisco de Paula, extructi in privatis aedibus de domino Sanctitatis Suae nuncupatis « Casini » prope Spoletum extra portam sancti Gregorii.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Privatae aedes Nostrae, quae « Casini » vernaculo sermone nuncupantur, sitae prope Spoletum extra portam sancti Gregorii unum quoque oratorium habent honori dicatum Deiparae virginis, et sancti Francisci de Paula. Illud vero Nos ut non domesticis modo, sed aliis quoque Christifidelibus, praesertim vicinis, usui esse possit, quum erigere in publicum oratorium decrevimus, aliqua etiam cappellania censuimus ornandum, instruendumque. Quam ob rem per praesentes literas apostolica auctoritate Nostra oraterium ipsum in primis erigimus in publicum oratorium, illudque ut tale postbac semper habendum esse declaramus.

Erectio, et dotatio cappellaniae.

§. 2. Deinde vero cappellaniam mere laicalem in ipso oratorio fundamus: in cujus dotem assignamus annuum canonem scutorum centum et viginti in perpetuum a congregatione Oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Firmanae quotannis solvendum. Congregatio enim haec praevio indulto Nostro, accepit in emphyteusim perpetuam a Camera Nostra apostolica quoddam praedium rusticum cum rurali domo positum in territorio Cryptae Azzolinae in loco, cui nomen vulgo « li Monti » obstringens se ad solvendum per annos singulos canonem scutorum centum, et viginti, et illum quidem integrum prorsus, et nullius umquam oneris causa imminuendum, quemad-

modum apparet ex instrumento ea super re confecto per acta Farinetti secretarii, et cancellarii ejusdem Camerae Apostolicae die nona februarii millesimo octingentesimo vigesimo septimo. Porro spectabat jam praedium istud ad patrimonium ecclesiasticum, atque haec Nobis fuit causa, cur illud pro fundatione memoratae cappellaniae seligerimus. Itaque in hujus Nostrae voluntatis exequutionem thesaurario Nostro generali per easdem praesentes literas apostolicas committimus, atque mandamus, ut translationem praedicti annui canonis in cappellaniam a Nobis in supradicto oratorio fundatam ipse legitime, quo par est, modo perficiat.

De jure nominandi cappellanum.

§. 3. Jam vero ad cappellaniam quod spectat, in primis nominationem ejus Nobis quoad vixerimus, reservatam esse volumus; ac postea ad privatos Nostros haeredes, eorumque successores, illos nempe, quibus ex declaratione Nostrae voluntatis praefatae illae aedes prope Spoletum sitae obvenerint, idem ipsum nominationis jus pertinere statuimus; ac praeterea nominationem ipsam per simplicem schedulam fieri posse concedimus: cappellano autem pro tempore annuum illum canonem scutatorum centum, et viginti integrum attribuimus; eidem vero onus imponimus offerendi missam pro defunctis familiae Nostrae in omnibus festis diebus, iis etiam inclusis, quos felicis recordationis Pius VI. praedecessor Noster de festorum dierum numero detraxit: quam quidem missam celebrare cappellanus tenebitur in oratorio praedicto, si illarum aedium dominus id postulaverit, sin minus in ecclesia sancti Gregorii Majoris. Ad haec caeteris quoque diebus, imo et quotidie celebrare absque sacrificii tamen, ut ajunt, applicatione, cappellanus tenebitur in eodem oratorio, toties nempe, quoties ob ipso aedium domino fuerit requisitus.

Clausulae salutares et irritantes.

§. 4. Haec constituimus, atque mandamus, non obstantibus de jure quaesito non tollendo, aliisque Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, ac felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, ac in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus; nec non praedictae congregationis oratorii civitatis Firmanae statutis, privilegiis, et consuetudinibus quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 5. Volumus autem, ut harum literarum exemplis etiam impressis, manuque publici notarii subscriptis, et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum sigillo munitis, eadem habeatur fides, quae Nostrae voluntatis significationi, ipso hoc diplomate ostenso haberetur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die tertia junii millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus nostri anno quinto.

Dat. die 13. junii 1828. Anno V.

CCLXIV.

Concessio tituli ecclesiae Laudunensis pro episcopo Suessionensi honoris causa retinendi.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Inter caeteras Galliarum insigniores multis jamdiu nominibus commendata semper extitit illustris Laudunensis ecclesia, quippe quae sexto ineunte seculo cura sancti Remigii episcopi Rhemensis cujus in dioecesi complectebatur in sedem episcopalem erectam fuisse constat, eique primum antistitem datum sanctum Genebaudum. Hanc porro ecclesiam, licet antea et sacrarum aedium splendore, ac populorum frequentia, et dioecesis amplitudine conspicuam in postrema conventione cathedralibus accenseri plures gravesque causae prohibuere. Ne autem omnis plane clarissimae ecclesiae memoria temporis oblivione deleatur carissimus in Christo filius Noster Carolus Galliarum rex Christianissimus suas ad Nos studuit afferri preces, quibus titulum episco-

patus Laudunensis honoris causa restitui postulabat et ab episcopo Suessionensi veterem Laudunensem dioecesim ad praesens gubernanta assumi postulabat.

Tenor concessionis. §. 2. Votis itaque praelaudati regis libentissime annuere volentes ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine statuimus ac decernimus, ut episcopalis ecclesiae Laudunensis titulus restituatur, eumque antistes pro tempore Suessionensis suscipiat, ac proinde in posterum nuncupetur episcopus Suessionensis et Laudunensis, duplici hoc titulo utendo in omnibus et singulis actis ejus curiae episcopalis; cum lege tamen quod adjectus hujusmodi titulus meri honoris sit ad antiquae Laudunensis ecclesiae memoriam protuendam, quodque ex eodem titulo nulla amplius jurisdictio, praerogativa, redditus, aut jura quaecumque Suessionensi episcopo adtributa censeantur.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 3. Praesentes autem literas nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae vel quolibet alio defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas semper ac perpetuo validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere mandamus.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus felicis recordationis Pii pp. VII. praedecessoris Nostri literis sub plumbo expeditis, quarum initium « *Ubi primum* » caeterisque licet expressa et individua mentione dignis contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo octavo, idibus junii, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXV.

Dat. die 14 junii 1828. Anno V.

Commutatio testamentariae dispositionis bonae memoriae Thomae Fattori terrae Mundavii dioecesis Fanensis et erogatio bonorum haereditariorum in pios usus.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Dum in dirigenda Petri navicula Nostris utcumque infirmis viribus ex alto concredita inter sollicitudines varias, quibus jugiter coarctamur illarum duritiem execramus, quorum fulgent parietes, et laquearia, nihil curantium quod Christus nudus, et esuriens, ante eorum portas in paupere moritur, ut eximie ait Ambrosius, pergrata in Domino laetitia perfundimur quotiescumque ex justorum hominum liberalitate ipsius Christi patrimonium, et pauperum undequaque jamdiu labefactatum, pusilla licet in regione feliciter agere perspicimus, Nobisque ita de eo disponere datur, ut exinde in primis gloria Deo Nostro, ac postmodum multifaria proximi recreatio firmiter valeat, salobriterque redundare.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, quondam tunc in humanis agens Thomas Fattori clericus, seu laicus terrae Mundavii Fanensis dioecesis per ejus ultimam sub qua ab eisdem humanis decessit testamentariam dispositionem voluerit, atque ordinaverit, quod patrimonium suum, sive annui redditus ex illo provenientes in totidem opera pia ab ejus executoribus testamentariis designanda, seu ad illorum libitum praefinienda erogarentur, ac Nos ex causis Nobis notis, auditoque venerabili fratre Nostro moderno episcopo Fanense propositum ab eisdem executoribus restitutionem cujusdam secularis, et collegiatae ecclesiae jampridem in dicta terra existentis, non duxerimus comprobandam, sed patrimonium praedictum, ejusque redditus hujusmodi, qui ad quingenta scuta monetae Romanae circiter annuatim, ut etiam accepimus ascendunt, ad infrascriptarum cappellaniarum erectionem, et in alia pia opera infrascripta juxta mentem Nostram salubrius in Domino censuerimus erogandam. Expositio precum.

§. 3. Nos propterea dicti Thomae voluntati hujusmodi praesertim in ea parte quae respicit explicationem a praefatis executoribus panditam, quatenus opus sit, specialiter, et expresse derogantes, motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine praedicto episcopo Fanensi per praesentes committimus, et mandamus, quatenus ipse quatuor simplices cappellanias in parochiali ecclesia archipresbyterali nuncupata s. Petri dictae terrae pro totidem presbyteris futuris in ea cappellanis a praedicto moderno, et pro tempore existente episcopo Fanense semper, et quandocumque eligendis, ac deputandis, atque ad ejusdem episcopi nutum amovibili- Tenor concessionis.

bus; qui nedum dictae parochialis ecclesiae archipresbyterum in excipiendis sacramentalibus Christifidelium confessionibus, et in tradendis christianae fidei rudimentis, et in habenda infirmorum in extremo agone constitutorum assistentia, ac in praestando eidem parochiali ecclesiae festis diebus horas canonicas de tertia nuncupatas, et ad vesperas in dicta parochiali ecclesia cum debita mentis attentione collegialiter recitare, ac missam cum cantu celebrare, aliisque ecclesiasticis caeremoniis ejusdem parochialis ecclesiae interesse, atque insuper centum missas pro quolibet in animae dicti Thomae suffragium annuatim applicare, praedictisque diebus festis, missam de sole praesentia nuncupatam in ecclesiis ruralibus, ad quas ob locorum asperitatem presbyteri difficilius accedere solent, per turnum celebrare, ibique pauperes christiana doctrina imbuere, eisque sanctum evangelium, excepta ecclesia in qua ipsi archipresbytero hujusmodi celebrationis onus incumbit, explanare respective teneantur, ac ratione obligationum hujusmodi per eos, ut praefertur adimpiendarum emolumento annuo quinquaginta scutorum monetae praedictae pro quolibet frui debeant auctoritate Nostra erigat, duobus vero cappellanis, quod dictus archipresbyter jamdudum penes se habere, et manutenere tenetur, onus assistendi de ipsius archipresbyteri ordine tam divinis officiis, quam caeteris dictae parochialis ecclesiae functionibus, una cum superius memoratis quatuor cappellanis amovilibus dicta auctoritate Nostra injungere, addito propterea utrique eorum, annuo decem scutorum dictae monetae stipendio, firmo autem remanente usu rocchetti, et manteilettae nigrae, quo dictus archipresbyter ad instar pronotariorum apostolicorum in praesens fruitur, tum quatuor novos, quam duos veteres cappellanos praedictos ad hoc ut ipsi in ecclesiasticis caeremoniis peragendis uniforme corpus constituant cotta, et mozzetta nigra condecoret, ac insuper duas in seminario puerorum ecclesiastico Fanense mansiones pro duobus in eo alendis dictae terrae adolescentibus ab eodem episcopo Fanense designandis; qui ad sacrum presbyteratus ordinem promoti, idoneique reperti ad aliquam ex dictis cappellaniis pro tempore vacantem assequendam aspirare valeant, annua summa quadraginta scutorum dictae monetae, cuilibet eorum assignata dicta auctoritate Nostra instituat; nec non binas dotationes annuas in simul viginti quinque scutorum monetae hujusmodi pro duabus pauperibus, et honestis dictae terrae puellis per eumdem episcopum eligendis, quas inter filiae nobiles infrascripti Josephi erunt praeferendae, eadem auctoritate Nostra fundet; ac praeterea pro supplendis expensis extraordinariis cultus dictae parochialis ecclesiae scuta viginti; item pro uno celebrando anniversario, quolibet anno in die obitus dicti Thomae scuta decem, atque alia scuta quinque inter mendicos dictae terrae eodem die distribuenda, ac pro pauperibus habitualiter infirmis, et ad omnem operam exercendam ineptis, vel orfanis utriusque sexus, prout in Domino expedire judicaverit, sublevandis, scuta sexaginta, nec non pro expensis administrationis comprehenso honorario administratoris ab eodem episcopo eligendi scuta viginti monetae praedictae annuatim impendat.

§. 4. Ex residualibus scutis sexaginta, quae ab emolumentis, stipendiis, assignationibus, donationibus, honorariis, aliisque expensis praedictis superesse deprehenduntur annuam summam triginta scutorum monetae hujusmodi a mense januarii proximi praeteriti decurrere incipiendo dilecto filio Francisco etiam Fattori, ut quoque accepimus praedicti Thomae consanguineo uxorato, atque aetate provecto ejus vita naturali durante subministret, ita tamen ut si dictus Franciscus praesenti suae uxori supervixerit, subministratio hujusmodi ad scuta viginti tantum redigatur. At vero suae uxori praedictae praemorienti subministratio praedicta ad ejusdem uxoris favorem pro rata tamen scutorum quindecim transferatur, et denique Paulo Gasparelli, praeter legatum scutorum quinque, ei ab ipso Thoma ejus affine, ut pariter accepimus assignatum, alia scuta decem; Josepho vero etiam Gasparelli ejusdem Thomae, ut similiter accepimus etiam affini dilectis quoque filiis scuta viginti titulo subventionis charitativae pro una vice tantum infra mensem junii currentis anni tradat.

Concessio praestationum vitalitiarum favore consanguineorum defuncti testatoris.

§. 5. Nos enim eidem episcopo Fanensi, ut omnia, et singula praemissa ad plenariam, et omnimodam exequutionem demandare libere, et licite possit et valeat necessarias, et opportunas facultates motu, scientia, et po-

Deputatio executoris apostolici cum omnibus facultatibus.

testatis plenitudine paribus, tenore praesentium impertimur, et nihilominus exequtionem, injunctionem, coadecorationem, institutionem, et fundationem praedictas, ut praefertur, faciendas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse et fore; sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, et delegatos quavis auctoritate fulgentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, vice legatos, dictaeque Sedis nuncios, judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstante praedicta ejusdem Thomae voluntate ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium praemissorum quomodolibet tamen concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores ac si de verbo ad verbum nil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent eisdem praesentibus pro plena, et sufficienter expressis haberi, illis alias in suo robore permansuris latissime, ac plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat harum quoque serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Conditiones speciales concessioni alligatae.

§. 7. Volumus autem quod in primis, et ante omnia praedicti executores de iis omnibus, quae circa dictum patrimonium ab eis hactenus gesta sunt coram ordinario rationem reddant. Volumus etiam quod pro tempore erigendus dicti patrimonii administrator in suis administrationibus cautiones idoneasque fidejussionem praestare, atque annis singulis de omnibus ab eo peractis episcopo Fanensi praefato rationem reddere quoque teneatur. Volumus propterea quod persolutis sumptibus, quae in erectione dictarum cappellaniarum, aliisque ad recte instituendum opus necessariis occurrere poterunt si redditus primi anni non sufficiant, aut dictarum dotationum collatio, aut aliqua alia subventio judicio praefati episcopi definiendum sospensa remaneant; si vero praedicti administratoris diligentia, et solertia aliqua pecuniae summa, etiam successive supererit, ea quoque comprehensa, quae post vitalitiariorum praedictorum decessum accrescet, idem episcopus residuales pecunias hujusmodi, vel praedictis dictae terrae pauperibus, pro majori eorum subsidio alargiri, vel favore institui magistrarum piarum nuncupatarum mox in civitate Fanense in vim rescripti a Nobis sub die tertia mensis aprilis currentis anni millesimi octingentesimi vigesimi octavi editi erigendi applicare libere possit.

Sanctio poenalis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae commissionis, mandati, derogationis, facultatum impertitionis, decreti, ac primae, et posterioris voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatorio, die decima quarta junii millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXVI.

Dat. die 30. junii 1828. Anno V.

Suppressio, et unio plurium episcopalium sedium in Dalmatia, et Istria ad Adriatici maris oras.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Locum beati Petri apostolorum principis cum vicaria ipsius Jesu Christi potestate meritis licet imparibus tenentes ecclesiarum omnium spirituali regimini ita debemus assidue incumbere, ut, vel novas per orbem dioeceses erigere, vel erectas dividere, unire ac etiam abolere non abnuamus, quando commissi Nobis Dominici gregis pro tempore locorum, et circumstantiarum ratione utilitas postulat, et ad magnum aliquod bonum assequendum, vel ad malum aliquando ab Ecclesia Dei propulsandum necessitas exigat, prout in Domino magis expedire judicemus.

Hac sane mente ad episcopales sedes tam in Dalmatia, quam in Istria ad Adriatici maris oras sub carissimi in Christo filii Nostri Francisci Austriae imperatoris, ac Bohemiae et Hungariae regis apostolici, nec non regni Longobardi Veneti temporali dominatu nunc existentes cogitationes Nostras intendimus, ut sublatis superiorum temporum calamitatibus rem sacram aptiori, utilique formam ibidem componere, atque ordinare conniteremur.

Expositio status ecclesiarum vel supprimendarum, vel uniendarum.

§. 2. Novimus equidem, eum esse episcopatuum, et cathedralium capitulorum, et seminariorum in illis partibus miserrimum statum, ut manifesto appareat, ad illorum numerum retinendum necessaria media nullo pacto suppetere; ex quo infeliciter successit diuturna multarum sedium episcopalium viduitas non sine maxima dioecesium calamitate. Gravissimis hisce ex causis felicis recordationis Pius VII, praedecessor Noster curas cogitationesque suas jampridem converterat ad necessaria in tantam malorum congeriem remedia consciscenda, probe noscens hujusmodi mala auferri non posse, si praesens earum ecclesiarum status servaretur, cum in summa rerum omnium inopia iisdem pro necessitate consuli omnino nequirat. Extant enim in praesentiarum sub Austriaca ditione in Dalmatia sedes archiepiscopales Iadrensis, Ragusina, et Spalatensis, itemque episcopales sedes Sebenicensis, Pharensis, Cattarensis, Nonensis, Macharskensis, Scardonensis, Traguriensis, Stagnensis, et Cursolensis. In provincia vero Istriae ad litus Adriaticum numerantur sedes episcopales Goritiensis, seu Gradiscana, Tergestina, Parentina, Veglensis, Arbensis, Justinopolitana, Polensis, Auxerensis et Amoniensis. Canonica idcirco in eam causam inquisitione suscepta idem Pius VII. pontifex de sedibus imminuendis prudentissime cogitarat, ut pro minori ipsarum numero facilius in rei sacrae tuitionem prospici posset spe fretus fore, ut saluti illorum populorum extremo hoc remedio ex temporum locorum ac personarum rationibus opportune succurreretur.

Tenor suppressionis.

§. 3. Nos quoque laudati praedecessoris Nostri vestigiis insistentes, ubi primum traditam Nobis divinitus Dominici gregis custodiam suscepimus, parem in id curarum contentionem impendimus, et dolenti quidem, sed benevolo animo preces de iis sedibus imminuendis imperialis regiae majestatis nomine Nobis porrectas excipientes attente curavimus, ut majora quae possent commoda, leviori cum jactura in rei sacrae utilitates conferrentur, in quem finem plura ad examen deducenda fuere, cuncta singillatim accurateque inspicienda, ipsa etiam locorum natura dignoscenda, impensa denique majestatis suae pro catholica religione voluntas assidue compellenda; omnibus demum rebus prout necessitatis ratio afflagitavit conciliatis, gravissimis de causis animum Nostrum moventibus, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine titulum, denominationem, naturam, essentiam, totumque praesentem statum episcopalium ecclesiarum, et cathedralium capitulorum Corsolensis, Nonensis, Scardonensis, Stagnensis, Traguriensis in Dalmatia, pariterque Auxerensis, Arbensis, Amoniensis in litore Adriatico perpetuo supprimimus et extinguimus, easque, et illarum dioeceses a quorumlibet jurisdictione, jure, ac praerogativa exemptas ac separatas edicimus, ut easdem ecclesiis ac dioecesibus infrascripta nova circumscriptione constabiliendis adjungi possint; suspenso tamen effectu suppressionis ecclesiae Amoniensis usque dum ecclesiam ipsam ex persona moderni episcopi quovis modo vacare contigerit, suppressis item, deletis et perpetuo extinctis metropoliticis juribus, ac titulis archiepiscopalium ecclesiarum Spalatensis, et Ragusinae easdem in mere episcopales ecclesias perpetuo referendas mandamus, ipsasque metropolitanae ecclesiae Jadrensi suffraganeas assignamus ea lege, ut ipsarum antistites primum locum inter caeteros suffraganeos habere semper debeant, praecedentiam inter se adepturi a respectivae possesionis anterioritate, ut hoc modo aliqua pristini, eorum gradus memoria servetur. Episcopales vero sedes Justinopolitanam, Polensem, et Macharskensem conservatas denunciantes aliis episcopalibus ecclesiis uti concathedrales ab uno eodemque antistite in posterum gubernandas perpetuo unimus et adjungimus, scilicet Justinopolitanam concathedralem esse volumus Tergestinae, Polensem Parentinae, et Macharskensem Spalatensi: ac proinde episcopus Tergestinus nomen quoque suscipiet episcopi Justinopolitani, et Parentinus Polensis, ac Spalatensis Macharskensis, adhibita tamen semper, et in quolibet actu ac loco praenominatione epi-

scopi Tergestini, Parentini, et Spalatensis. Extincto insuper quolibet metropolitico jure Antibarensis archiepiscopi in Cattarensem ecclesiam tam ipsam quam Spalatensem, Ragusinam, Pharensem, et Sebenicensem ecclesias juri metropolitico archiepiscopi Jadrensis perpetuo subjicimus, eidemque suffraganeas assignamus.

Enumeratio sedium servatarum.

§. 4. In memorata itaque provincia Dalmatiae numerabuntur in posterum archiepiscopalis Jadrensis, et ejus suffraganeae episcopales ecclesiae Spalatensis cum sua concathedrali Macharskensi, Ragusina, Sebenicensis, Cattarensis, et Pharensis. In provincia Istriae extabunt episcopales sedes Goritiensis seu Gradiscana, Tergestina cum sua concathedrali Justinopolitana, Parentina cum concathedrali Polensi ac Veglensi. Ex enunciatis interea ecclesiis in provincia Istriae perstabunt apostolicae Sedi prout sunt in praesens immediatae subjectae Goritiensis, ac Tergestina; Parentina vero ecclesiae patriarchali Venetiarum, et Veglensis metropolitanae Jadrensi suffraganeatus jure suberunt, donec aliter ab apostolica Sede sancitum non fuerit; ecclesiae autem Justinopolitana et Polensis eodem ac respectivae concathedrales jure quoad suffraganeatum censebuntur, deleta qualibet erga diversum metropolitanum earumdem praesenti subjectione.

Ordinatio capitulorum cathedralium.

§. 5. Porro de capitulorum cathedralium ordinatione sequentia decernimus. Metropolitanae ecclesiae Jadrensis capitulum ex tribus constabit dignitatibus praeposito prima scilicet post pontificalem, secunda archidiaconatu, ac decanatu tertia, simulque ex quinque canonicatibus: capitula vero episcopalium ecclesiarum Goritiensis ac Tergestinae. Tres pariter numerabunt dignitates nempe praeposituram, archidiaconatum, et decanatum, nec non quatuor canonicatus. Demum capitula ecclesiarum Ragusinae, Spalatensis, Sebenicensis, Cattarensis, Pharensis, Parentinae, et Veglensis constituentur ex duabus dignitatibus nimirum praepositura, ac decanatu, et ex quatuor canonicatibus. Erunt pariter in memoratis capitulis Jadrensi, Goritiensi ac Tergestino sex, in reliquis autem quatuor vicarii, seu praebendarii, qui praesto sint servitio chori, et sacrorum procurationi. Quod si in aliqua ex praedictis ecclesiis aliqui dignitarii canonici et vicarii seu praebendarii legitime instituti adhuc in praesens reperiantur, qui numerum pro respectivo ipsorum ordine praesentibus praefinitum excedant, in hoc casu ii qui omnium postremi beneficii possessionem adepti fuerint, suis quidem sede, loco, suffragio, aliisque juribus et praerogativis frui, redditibusque in ea quantitate, quam nunc percipiunt, gaudere pergent, donec vixerint, sed ipsorum beneficia quandocumque vacaverint nulli alteri poterunt conferri; ut ita praestitus numerus in quolibet capitulo tandem habeatur. Quod si ipsorum aliquis maluerit loco cedere, seque a beneficio abdicare congrua pensio pro actuali ipsius beneficii censu eidem persolvetur. Hujusmodi autem vel actualem beneficii redditum, vel pensionem ammittent omnes illi, qui intra praefinitum numerum obtinebunt beneficium cujus statutum censum percipient.

Praeceptum de erigendis praebendis poenitentiaria, et theologali.

§. 6. Binos autem ex canonicis cujusque cathedralis capituli adsciscent episcopi, qui poenitentiarii ac theologi muneribus juxta Sedis apostolicae constitutiones fungantur; utque sacrorum splendidos apparatus augeri valeant, facultatem episcopis impertimur ecclesiasticos viros in sacris ordinibus constitutos ex majestatis suae consensu adsciscendi in canonicos honorarios, qui statutum canonicorum capitularium numerum non excedant; quique licet residentiae legibus non adstricti, chorali tamen habitu, et stallo fruantur absque ullo emolumento; nullumque habeant suffragii jus, neque facultatem capitularibus conventibus, comitiisque adstandi. Capitula demum Justinopolitanae, Polensis et Macharskensis ecclesiarum, quae uti concathedrales conservabuntur eodem numero capitularium constabunt, qui praefinitus est pro ecclesia cathedrali, cui ipsae erunt unitae.

Facultas condendi statuta capitulis tributa.

§. 7. Ad consulendum vero post enunciatas immutationes felici capitulorum statui ac regimini curabit quilibet antistites peculiaria a singulis canonicorum collegiis ordinari statuta, quibus ex sacrorum canonum et synodalium dispositionum praescripto salubriter de recto divini cultus servitio ac de propriis muneribus rite obeundis cautum sit, eademque postea ab uno quoque antistite sancienda ac probanda erunt, ac demum authentica eorum exempla ad apostolicam Sedem transmittenda. Ex fidelium autem religione confidimus, utilia pietatis instituta et numerum etiam

beneficiorum choralium auctum iri, accedente in ipsorum tuitionem pientissimi principis consensu.

Conversio in capitula canonicalia eorum quae ecclesiis suppressis inhaerebant.

§. 8. Capitula suppressarum cathedralium Traguriensis, Auxerensis, et Amoniensis (cum haec locum ut supra habuerit) redigentur ad capitula ecclesiarum collegiatarum, et in earum singulis archipresbyter curam animarum parochianorum exercens, et quinque canonici numerabuntur; statuta pro iisdem ab episcopis conficientur, auditis interesse habentibus.

Distributio vicariorum generalium.

§. 9. Ne autem ex imminuto pastorum numero difficultas oriatur in dioecesium procuratione ob majorem episcopalis curiae longinquitatem cautum erit, ut nedum in concathedralibus retineantur vicarii generales, sed insuper in civitatibus Cursolarum, Tragurii, Arbae, Amonitae et Auxerii pro-vicarii generales constituantur, qui amplioribus quam vicarii foranei facultatibus praediti, necessitatibus populorum praesto esse possint, quin oporteat longis eos itineribus ad curiam generalem accedere, ac licentias proinde de nubendo post rita probatam libertatem status concedere, facultates subdelegare pro absolutione a casibus reservatis, aliaque id genus agere valeant, quae longiorem moram haud patiantur, delata iisdem provicariis auctoritate ab episcopis, prout satius expedire censuerint, ad quos id etiam spectabit loca, et paroecias definire, in quibus dicti pro-vicarii hac sibi communicata auctoritate uti poterunt. Pari insuper ex ratione inspecta dioecesis Spalatensis ob Macharskensis accessionem amplitudine ad sacramentorum administrationem, quae sunt ordinis episcopalis fidelibus ibidem degentibus facilius procurandam vicarius generalis in civitate Macharskae statuetur, qui aliquo titulo episcopali in partibus infidelium modo et forma consuetis ab apostolica Sede exornatus episcopi auxiliaris munus geret, gaudebitque prima cathedralis capituli dignitate, atque ulterius pensione in supplementum congruae ad dignitatem episcopalem tuendam eidem assignanda, edito in quovis peculiari casu per Nostram congregationem consistorialem decreto.

Distributio novarum dioecesium.

§. 10. Volentes nunc ad novam dioecesium circumscriptionem procedere, ut singulacum distinctis finibus quaestiones omnes auferantur circa spiritualis jurisdictionis exercitium, earum distributionem, ac divisionem de apostolicae potestatis plenitudine decernimus, praescribimus et constituimus juxta eum, qui sequitur modum, videlicet.

De dioecesi Jadrensi.

§. 11. Dioecesis metropolitanae ecclesiae Jadrensis constabit ex universa, qua in praesens gaudet, dioecesi, nec non ex integro territorio suppressae episcopalis ecclesiae, ac dioecesis Nonensis.

De dioecesi Spalatensi.

§. 12. Dioecesis episcopalis ecclesiae Spalatensis praeter paroecias ipsius civitatis Spalati efformabitur ex locis in eadem dioecesi actu comprehensis, dempta tamen Kievensi paroecia alteri dioecesi adtribuenda, nec non ex novem paroeciis suppressae dioecesis Traguriensis nimirum ipsius civitatis Tragurii ac locorum Seghetti, Okrug, Xedno, Castri Staphilei, Castrinovi, Castri-veteris, Castri Vitturi, et Zirona, ac demum ex dioecesi Macharskansis ecclesiae eidem ut concathedralis per praesentes unitae.

De dioecesi Sebenicensi.

§. 13. Dioecesis episcopalis ecclesiae Sebenicensis actualem suam dioecesim complectetur una cum Scardonensis dioecesis territorio, atque undecim paroeciis suppressae dioecesis Traguriensis nimirum Bossiglino, Pargomet, Lechievizza, Berstranovo, Ogsye, Zoorglievo, Visoka, Lubidol, Gliubitorizzo, Bristirizza, et Blisna, illisque accedet paroecia, Ilievensis, ex dioecesi Spalatensi sejuncta.

De dioecesi Ragusina.

§. 14. Dioecesis ecclesiae episcopalis Ragusinae constituetur ex praesenti sua dioecesi una cum suppressae Cursolensis dioecesis territorio.

De dioecesi Pharensi.

§. 15. Dioecesis episcopalis ecclesiae Pharensis eodem ac in praesenti statu integre remanebit.

De dioecesi Cattarensi.

§. 16. Dioecesis ecclesiae episcopalis Cattarensis praeter paroecias, quibus nunc constat complectetur etiam paroeciam Buduae, quam idcirco ex dioecesi Antibarensi sejunctam declaramus.

De dioecesi Goritiensi.

§. 17. Dioecesis episcopalis ecclesiae Goritiensis seu Gradiscanae efformabitur ex praesenti ejusdem dioecesano territorio, e que dematur paroecia loci Prosecco, alteri dioecesi accensenda; nec non ex paroeciis jam antea ipsi adjectis juxta dispositiones literarum apostolicarum recol. memoriae Pii pp. VII. praedecessoris Nostri quarum initium « *De salute Dominici gregis* » super nova Venetarum dioecesium ordinatione editarum.

De dioecesi Tergestina.

§. 18. Dioecesis ecclesiae episcopalis Tergestinae praeter eam qua nunc gaudet, complectetur universam Justinnpolitanae ecclesiae dioecesim, quae eidem concathedrali est attributa, nec non dioecesis Amonicnsis territorium (nunc pro tunc quando haec ecclesia vacaverit) nec non paroeciam Proseceo, a Goritiensi dioecesi segregatam, atque undecim paroecias a dioecesi Parentina disjunctas nimirum, sanctae Mariae Majoris Pingueuti, sancti Bartholomaei Retii, Sorignail, Laniscbe, Bragnah, Culmi, Razzize, Verb, Grinatde, Zumesci, et Stridoniae.

De dioecesi Parentina.

§. 19. Dioecesis ecclesiae episcopalis Parentinae constituetur ex civitate ipsa, et ex praesenti ipsius dioecesi, demptis enunciatis paroeciis in dioecesim Tergestinam collatis; nec non ex dioecesi episcopalis ecclesiae Polensis, quae conrathedralis eidem Parentinae ecclesiae est renunciata.

De dioecesi Veglensi.

§. 20. Dioecesis demum episcopalis ecclesiae Veglensis constabit ex sua praesenti dioecesi nec non adjecto suppressarum dioecesium Arbensis et Auxerensis territorio.

Exemptionerum dioecesium a veteri jurisdictione earumque subjectio novo juri metropolitico.

§. 21. Hisce nunc constabilitis, praevia disjunctione, ac exemptione ecclesiarum, monasteriorum, paroeciarum, personarumque omnium ordinum (non tamen exemptorum) a respectiva ordinaria jurisdictione, potestate, ac superioritate priorum antistitum juxta sancitas hucusque dioecesium immutationes Nos habitatores et incolas, nec non paroecias et monasteria, aliaque omnia in constitutione novarum dioecesium superius memorata (salvis exemptionibus cuilibet de jure legitime pertinentibus) archiepiscopo Jadrensi ac episcopis Spalatensi, Ragusino, Sebenicensi, Pharensi, Cattarensi, Goritiensi, seu Gradiscano, Tergestino, Parentino et Veglensi pro suis respective civitate et territorio, dioecesi, clero, ac populo perpetuo adsignamus, supponimus, atque subjicimus.

Ordinatio seminariorum puerorum.

§. 22. Seminaria puerorum ecclesiastica idoneo censu ex eo quam in rei sacrae impensas imperialis et regia majestas sua tributum voluit opportune ditanda in metropolitana Jadrensi, et in episcopali Spalatensi ecclesiis constituentur, ut ibidem juxta concilii Tridentini praescriptiones sacris disciplinis ad ecclesiastica ministeria rite erudiantur, nedum dioecesani alumni, sed etiam aliarum dioecesium adolescentes, quae seminario careant iisdem, quoad vires suppetant, favoribus ac dioecesani pro impensarum imminutione protegendi, Goritiensis autem seu Gradiscans, Tergestina, Parentina, et Vaglensis ecclesiae propria retinebunt seminaria, quorum redditus ex uniendis adjectarum ecclesiarum seminariis augebuntur. In hujusmodi seminariorum regimine, tum quoad rectam alumnorum instructionem ac disciplinam, tum quod utilem census procurationem jura episcoporum ad formam concilii Tridentini et apostolicarum constitutionum sarta tecta manebunt. Illarum insuper ecclesiarum episcopi, quae seminariis carent, poterunt eadem erigere, si vires suppetant, haud abnuente pro suo pietatis studio serenissimo imperatore, ac religione in id connitente fidelium, quibus liberum erit quin lubeat acta seminariis vel erigendis vel censu augendis consulere.

Dotatio novarum sedium.

§. 23. Ex episcopatuum, capitulorum, et cathedralium ecclesiarum patrimoniis acta existentibus, nec non ex redditibus, quos ad archiepiscopatos et episcopatuum, ecclesiarumque cathedralium et capitulorum tuitionem in supplementum necessarii census imperialis regia majestas pro suo in religionem studio liberaliter est pollicita, congruae respectivae dotes assignabuntur, eaedemque ut in fundis stabilibus tradantur, cum primis curabitur. Census pro archiepiscopo Jadrensi duodecim mille florenis, pro Ragusino et Spalatensi episcopis octo mille florenis; pro Sebenicensi florenis sexmilie, et quinque mille florenis pro Cattarensi respective constabit. Caeteris episcopis Pharensi, Goritiensi seu Gradiscano, Tergestino, Parentino, ac Vagiensi iidem, quibus nunc fruuntur census absque ulla immutatione relinquuntur, qui si sustinendia episcopatus oneribus impares sint congruis supplementis augebuntur.

Dotatio capitulorum.

§. 24. De capitulorum vero censu haec cauta sunt: pro Jadrensis capituli praepositura prima dignitate floreni mille et quingenti, pro secunda archidiaconatus mille et quatuor centum, ac pro tertia decanatus dignitate mille et bisceutum floreni, pro singulis vero quinque canonicatibus floreni mille annuum redditum constituent. Capitulorum Ragusini et Spalatensis praepositurae mille biscentum floreni, decanatui floreni mille, et cuilibet ex quatuor canonicatibus octingenti floreni annuatim respective assignantur; pro Sebeni-

censis praepositura, prima dignitate floreni mille, pro secunda noningenti floreni, et pro singulis ex quatuor canonicatibus annui floreni sexcentum decernuntur. Cattarensi capitulo pro praepositura octingenti, pro decanatu septingenti, et pro quolibet ex quatuor canonicatibus sexcentum floreni annuatim constituuntur. Pro caeteris vero capitulis Pharensi, Goritiensi seu Gradiscano, Tergestino, Parentiuo, et Veglensi, inspecto actuali ipsorum patrimonio, infradicendus exequutor congruam juxta superius praefinitum capitularium numerum distributionem redditnum pro respectivis praebendis decernet, quae distributio sensim pro rata executioni demandabitur, prout ex legitimo jure illorum beneficia vacare contigerit, qui ultra statutum capitularium numerum ex veteribus percensebuntur, suamque pristinam praebendam retinebunt. Ex memurato enim censu actuales praebendae desumendae erunt juxta ea, quae superius fuerunt adnotata. Capitula vero, quae uti concathedralia perstabunt, et ea, quae in collegiatas ecclesias redigentur, pristino gaudebunt patrimonio, quod ab harum literarum exequutore collatis cum respectivo ordinario consiliis in congruas praebendas pro statuto capitularium numero distribuetur. Pro vicariorum autem seu praebendatorum decenti congrua, pro aedium cathedralium tum perextantium, tum suppressarum tuitione, pro impensis in divinum cultum, sacrorumque curationem, itemque pro episcopalium curiarum sumptibus dotes diligenter sancientur. Pro ecclesiis Istriae in Adriatici litore patrimonia, quibus actu potiuntur in eas causas addicentur: quae patrimonia, ubi temporum ratio patiatur, ex pientissimi principis liberalitate auctum iri confidimus.

Dotatio paroeciarum.

§. 25. Feliciori insuper parochorum conditioni, ubi necessitas postulet, opportune prospiciendum judicantes, pietatem imperialis regiae majestatis suae in tantum opus compellamus, minime dubitantes, quin in id etiam apprime consultum exoptet: pro ampliori etenim, ubi opus sit, paroeciarum divisione facultates infradicendo exequutori impertimur, ut re cum ordinariis conciliata, quod in populorum commoditatem vertat, opportune possit decernere.

Consulitur regimini ecclesiarum tempore vacationis.

§. 26. Quando sedes vacabunt, vicarius capitularis ecclesiarum, quibus aliae concathedrales sunt unitae, regimen tenebit etiam concathedralis, cujus proinde capitulum non poterit vicarium capitularem sibi eligere. Attamen novi episcopi possessionem delati sibi muneris in iis quoque ecclesiis suscipient, curabuntque per aliquod anni tempus, ac praesertim in sanctorum titularium solemnitatibus ibidem residere.

Designatio titularis in partibus infidelium.

§. 27. Designatio titularis in partibus infidelium episcopi, qui uti auxiliaris in civitate Macharskae debeat residere, iis legibus conficiatur, quibus caeteri in serenissimae Austriacae domus ditionibus auxiliares episcopi ad pontificalia peragenda adsciscuntur.

De exportatione documentorum respicientium ecclesias dismembratas.

§. 28. Ad consulendum praeterea utilitati populorum sic ut supra respectivis antistitibus subjectorum, praecipimus, ut omnia, et singula documenta respicientia ecclesias, paroecias, et loca, ut supra dismembrata, ac de novo applicata a veteribus cancellariis extrahi, et cancellariis dioecesium quibus illa conjuncta erunt opportuna forma tradi, atque in his perpetuo debeant asservari.

De fructibus mensarum in libris camerae apostolicae inscribendis.

§. 29. Mandamus pariter, ut habita ratione novi status, ac redditnum mensarum archiepiscopalis, et episcopalium eaedem congruenter sint taxatae, earumque taxa in libris camerae apostolicae debeat de more describi.

Deputatio executoris apostolici.

§. 30. Ut autem cuncta a Nobis ut supra disposita rite, feliciter, ac celeriter ad optatum exitum perducantur, venerabilibus fratribus Josepho Walland episcopo Goritiensi seu Gradiscano, atque Antonio Aloisio Wolf episcopo Labacensi, quos in praesentium literarum exequutores eligimus ac deputamus, omnes et singulas necessarias et opportunas concedimus facultates, ut etiam, ubi opus fuerit, per alios viros ecclesiastica dignitate praefulgentes ab iis specialiter subdelegandos cuncta superius ordinata peragere, statuere, disponere, decernere, ac super quacumque oppositione adversus praemissa in actu exequutionis quomodolibet forsan oritura agnoscere, ac definitive pronunciare libere ac licite possint et valeant.

De exemplaribus actorum in archivio sacri consistorii asservando.

§. 31. Eidem quoque Josepho, et Antonio Aloisio episcopis expresse injungimus, ac mandamus, ut exempla singulorum actorum tam per se, quam per ab iis subdelegatos in praesentium literarum exequutionem conficiendorum intra quadrimestre ab expleta ipsarum exequutione ad hanc apostolicam Sedem in

authentica forma trasmittant, in archivio congregationis rebus consistorialibus praepositae de more asservanda.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 32. Praesentes, autem literas, et in eis contenta ac statuta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet interesse habentes, vel habere praetendentes auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint, etiamsi expressa, specifica, et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali, et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas tamquam ex certa scientia, ac potestatis plenitudine Nostris factas et emanatas perpetuo validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, atque ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere: et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse fore volumus, atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 33. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, de suppressionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, aliisque Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, nec non supradictarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque indultis, et concessionibus, quamvis individua mentione dignis, omnibusque et singulis apostolicis, ac in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus; quibus omnibus, et singulis, eorumque totis tenoribus, ac formis etiamsi specialis mentio seu quaevis expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda foret, ipsorum tenores praesentibus pro expressis habentes ad praemissorum omnium, et singulorum effectum latissime et plenissime, ac specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 34. Praeterea volumus ut harum literarum Nostrarum transumptis etiam impressis manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 35. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae suppressionis, extinctionis, annullationis, dismembrationis, disjunctionis, separationis, aggregationis, unionis, erectionis, applicationis, circumscriptionis, subjectionis, attributionis, statuti, indulti, declarationis, deputationis, commissionis, mandati, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pridie kalendas julii, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXVII.

Dat. die 6. julii 1828. Anno V.

Confirmatio congregationis puellarum sub dolentis virginis Mariae patrocinio erectae in sacris aedibus sanctae Annae ad quatuor Fontes in urbe, cum ampliatione privilegiorum jam concessorum.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium

§. 1. Congruit militantem Ecclesiam illius sequi vestigia, quae gloriosa triumphat in coelis. Sicut autem beatorum ordines ex consortio Domini exultantes illum adorare, jugibusque praeconiis collaudare non cessant, ita aequa ratio postulat, ut humanum quoque genus in terris Creatori ac Redemptori suo cultum, benedictionem et laudes assidue persolvat ita, ut universae creaturae Deum honorent, comprehensores quidem beatifico gaudentes intuitu, homines vero sub quodam quasi velamine in sanctissimae Eucharistiae sacramento, in quo Dominus ac Redemptor Noster Jesus Christus nobiscum manere dignatus est usque ad consummationem saeculi, et nos facere suae divinitatis participes. Itaque sicut beatis, in hoc mirabili sacramento, in quo reposita est salus, vita, et resurrectio nostra, quodque est divinae triumphus cha-

ritatis, passionis suae perenne monumentum, signum Nostrae cum illo unitatis, et fidelibus suis futurae pignus immortalitatis.

Memoratur quomodo erecta fuerit congregatio.

§. 2. Nonnullis porro ab hinc annis pia virgo nuper defuncta Maria Magdalena ab Incarnatione nuncupata ad ineffabilis hujus sacramenti cultum magis magisque promovendum consilium coepit alias pias virgines coadunare, quae praeclaro operi perpetuae adorationis sanctissimi Eucharistiae sacramenti sese manciparent, imitantes Angelos, et mystica quatuor animalia in Apocalipsi descripta, « quae requiem non habebant die ac nocte dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens etc. et procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, et adorabant viventem in saecula saeculorum ». Congregato itaque non exiguo piarum puellarum numero, comparatisque ex fidelium largitione subsidiis hanc religiosam familiam sub dolentes Virginis Mariae patrocinio in sacris aedibus sanctae Annae ad quatuor Fontes in urbe servatis de more servandis instituit.

Quibus regulis regatur declaratur.

§. 3. Ut autem nova haec religiosa familia recto ordine et legibus gubernaretur, et perfectionis viam percurreret, ejusdem Mariae Magdalenae opera, et studio conditae sunt opportunae constitutiones, et regulae quarum observantia posset haec pia societas composite, sancteque vivere. Hae autem constitutiones rite, diligenterque revisae, cum nihil obstaret accedente consilio venerabilium Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium praepositorum, ad quos earumdem constitutionum examen commissum fuerat apostolica auctoritate probatae, et confirmatae fuerunt a sanctae memoriae papa Pio VII. praedecessore Nostro per literas apostolicas in forma brevis datas die vigesima secunda julii anno millesimo octingentesimo decimo octavo. Jam tum autem religiosae hujus familiae fama ita percrebuit, ut claustralium numerus magis magisque in dies augeretur, earumdemque pietas, ac devotio erga sanctissimam Eucharistiam tantae foret universo populo aedificationi, ut in earum ecclesiam, ubi quotidie sanctissimum sacramentum a diluculo ad vesperas Christifidelium adorationi decenter exponitur, frequens populus conveniat, seque huic divino cultui adjungat.

Exponitur constitutiones nonnullas egere dilucidationibus.

§. 4. Quoniam vero experientia compertum fuit constitutiones, ut supra probatas, nonnullis egere dilucidationibus, moderationibus, et additamentis, quae licet instituti spiritum, ac substantiam nullatenus laedant, maxime tamen ad diluendas ambiguitates, et incomoda plura tollenda, facilioremque reddendae regularis disciplinae observantiam conferre possunt; idcirco dilecta filia in Christo Maria Josepha, quae a sacris cordibus Jesu et Mariae nuncupatur, hodierna superiorissa, nomine quoque suarum consororum, enixe a Nobis postulavit, ut ejusmodi reformationes apostolica auctoritate approbarentur; cumque Nos earum preces benigne excipientes, accuratum ipsarum reformationum examen juxta morem fieri jusserimus, et subinde per dilectum filium Nostrum Carolum tituli sanctae Mariae in Via Sanctae Romanae Ecclesiae presbyterum cardinalem Pedicini, cui rem commiseramus diligentem habuerimus relationem, quod nempe propositae varietates juxta revisorum sententiam nihil omnino minuere vel alterare possunt antedicti regularis instituti substantiam, sed potius ad faciliorem ipsius observantiam conducere, nihilque obstare quominus approbentur, maturo adhibito consilio, ac divino implorato lumine postulantium votis quantum in Domino possumus benigne annuere decrevimus.

Confirmatio instituti et constitutionum.

§. 5. Quare praedictum institutum sanctimonialium perpetuae adorationi sanctissimi Eucharistiae sacramenti addictarum, ejusque constitutiones cum moderationibus, ac reformationibus contentis in aliis literis in forma brevis a praelaudato pontifice Pio septimo editis, et insertis directorio ipsius instituti de anno millesimo octingentesimo vigesimo septimo typis impresso, apostolica Nostra auctoritate denuo approbamus et confirmamus, eisdemque inviolabilis firmitatis robur adjicimus.

Nova concessio in ampliationem jurium jam concessorum

§. 6. Modernae praeterea ac pro tempore existenti supradictae religiosae familiae moderatrici potestatem facimus erigendi, et aggregandi, servatis tamen canonicis regulis, ubique locorum alia sanctimonialium monasteria hujusmodi institutum profiteri volentium sub iisdem constitutionibus antedicto monasterio sanctae Annae de urbe praescriptis, cum extensione omnium facultatum, privilegiorum, indultorum, et indulgentiarum, quae

illi vel jam sunt concessae, vel imposterum impertientur: tributa insuper licentia, ut aliqua si opus fuerit, ex senioribus ipsius monasterii sanctae Annae de urbe a moderatrice designanda accedat ad alia, quae fundari contigerit, monasteria ad rectam regularis disciplinae normam inibi coostabilieodam.

Monitum episcopis porrectum ut adjutrices porrigant manus, ut eorum in dioecesibus institutum recipiatur.

§. 7. Et quoniam optandum est, ut pia ejusmodi institutio plane conformis monitis Jesu Christi docentis quod oportet semper orare, et nunquam deficere, latius in Ecclesia Dei propagetur, atque increbescat cunctos locorum ordinarios in Domino hortamur, ut curent adjutrices praestare manus, ut siquis suis opibus velint illam alicubi stabilire, facilius id valeant perficere.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Decernentes praesentes literas, et in eis contenta quaecumque semper ac perpetuo validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere: non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, aliisque licet expressa, et individua mentione dignis contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 9. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii pubblici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fidem adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrae approbationis, confirmationis, facultatis, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, eique auso temerario contraire; si quis autem hoc atteotare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pridie nonas julii, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 2 aug. 1828. Anno V.

CCLXVIII.

Concessio tituli, et honoris civitatis pro oppido sancti Archangeli dioecesis Ariminensis.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Inter celebriora temporalis Nostrae, et hujus apostolicae Sedis ditionis oppida non infimum tenet locum, quod sancti Archangeli nomen habet, situm in Romandiola intra fines dioecesis Ariminensis. Namque originis antiquitate non minus quam incolarum frequentia praestat. Nec vero hominibus caruit vel sanctitate, vel scientia, vel dignitate clarissimis. Jamque, ut caeteros praetereamus, notum est anno millesimo octingentesimo vigesimo a sacra Rituum congregatione approbatum fuisse cultum immemorabilem beati Simonis Ballachi, qui ad idem pertinuerat oppidum; et inter Romanos pontifices eodem io oppido natum fuisse praedecessorem Nostrum fel. rec. Clementem XIV. qui proinde in suis literis apostolicis datis sub annulo piscatoris die decima quinta julii anno millesimo septingentesimo sexagesimo nono illud nuncupare patriam suam non dubitavit. Adeo autem praeteritis etiam saeculis oppidum ipsum pro incolarum devotione, et observantia erga Sedem apostolicam, gratum Romanis pontificibus fuit, atque acceptum, ut rec. mem. Innocentius VI. constituerit ut in illo vicariatum, eique multa circumposita loca subjecerit. Ad haec habet inter alias ecclesiam sancti Michaelis Archangeli, et sanctorum apostolorum Petri et Pauli honori dicatam, quao jam vetustate celebris, erecta postmodum fuit io iosignem collegiatam: habet publicum nosocomium, scholasque publicas, in quibus non prima elementa solum, sed graviores quoque scientiae traduntur: habet montem Pietatis, et institutum beneficentiae: praeterea non desunt in eo familiae nobilitate conspicuae, idemque unum ex illis oppidis est, in quibus residet gubernator. Quae cum ita sint, Nos haud respuendas censuimus preces, quibus ejusdem oppidi primores enixe flagitarunt, ut civitatis titulo, atque honoribus illud augeremus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur oratores ipsos peculiari favore prosequi volentes, eosque, et alios, quibus hae literae favent, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolven-

les, et absolutos fore censentes, motu proprio, ac certa scientia, plenaque auctoritate Nostra oppidum sancti Archangeli in civitatem erigimus, eique idcirco nedum civitatis nomen, sed et honores omnes, itemque jura, et insignia decernimus delata, quae caeteris Nostrae temporalis ditionis civitatibus competunt juxta ea praesertim, quae statuta sunt in constitutione Nostra, seu mutuproprio dato die vigesima prima decembris superioris anni millesimi octingentesimi vigesimi septimi, et ei pariter communia fore decernimus alia quoque jura, honores atque insignia, si quae ipsis ditionis Nostrae civitatibus in posterum tribuentur.

Conditiones concessioni adjectae. §. 3. Caeterum concessionem hanc Nostram ita intelligi volumus, ut episcopus Ariminensis minime teneatur residere in tempore ad novam sancti Archangeli civitatem, quae quidem episcopo ipsi, quemadmodum antea, subdita omnino remanebit; praeterea ut nihil etiam immutatum censeatur in rebus ad civile regimen pertinentibus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Haec concedimus, atque mandamus, decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, et eorum causa, quae expressa sunt, hoc, omnique futuro tempore plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam palatii apostolici causarum auditores, Sedis apostolicae nuncios, ac S. R. E. cardinales, etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus constitutionibus, et sanctionibus apostolicis, nec non peculiaribus quorumcumque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die octava augusti millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXIX.

Dat. die 10 aug. 1828. Anno V.

Ampliatio facultatum, et privilegiorum jam concessorum abbati sanctae Mariae Sanitatis in urbe Janensi.

Dilecto filio Augustino De Mari abbati sanctae Mariae Sanitatis nuncupatae in urbe Januensi.

Leo PP. XII.

Dilecte fili,
salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Exponendum Nobis curasti, te ista in civitate abbatem mitratum ecclesiae sanctae Mariae, cui a Sanitate cognomen, facultate pollere tua in ecclesia gestandi pontificalia insignia, ac diebus per annum solemnioribus pontificali ritu solemnibus sacris operandi. Addis praeterea, te impense cupere, iubente Januensi archiepiscopo, hisce privilegiis uti in omnibus istius dioeceseos ecclesiis, quemadmodum ex apostolicis Sedis concessione alii etiam abbates mitrati ejusdem civitatis perfruuntur, itemque calices, et patenas consecrare, quamcumque sacram suppellectilem benedicere tum in tui ipsius, tum in aliorum usum; quod quidem enixius te petere asseris, quia ipse archiepiscopus tot pastoralibus distentus curis in tam ampla urbe ac dioecesi, ubi in praesentia nemo est sacrorum antistes, pluribus sui gregis postulationibus satisfacere nequaquam posset. Suppliciter ergo penes Nos institisti, ut hasce facultates et hujusmodi privilegia tibi ex Nostra indulgentia concedere velimus.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur peculiari beneficentia te prosequi volentes, teque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, gravique

accepto testimonio, ex quo Nobis innotuere, quae de hujusmodi negotio Nos rescire oportebat, auctoritate Nostra apostolica concedimus, et indulgemus, ut archiepiscopi in singulas vices impetrata venia, in omnibus istius Genuensis dioeceseos ecclesiis pontificalem ornatum possis induere, ac solemnia sacra pontificum ritu celebrare; insuper sacerdotales vestes, aliaque ornamenta ecclesiastica ad divinum cultum necessaria benedicere, demum calices, et patenas rite consecrare. Hoc autem dignitatis ornamento te afficere non gravamur, plane rati illud sustinendum tuendumque curatorum cum eximia quadam gravitate, et innocentia morum, ut Genuensis ecclesiae spirituali commodo ac decori satis superque prospectum sit.

Derogatio contrariorum. §. 3. Id concessum atque indultum volumus non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decimanona augusti millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 19 aug. 1828. Anno V.

CCLXX.

Concessio tituli archiconfraternitatis cum adnexis privilegiis pro sodalibus piae congregationis s. Philippi Nerii suburbii Chiaja nuncupati in civitate Neapolis.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum. §. 1. Exponi Nobis nuper curarunt dilecti filii sodales cujusdam piae congregationis sub titulo sancti Philippi Nerii canonice, uti asseritur, in suburbio civitatis Neapolis vulgo Chiaja appellato erectae, plurimum ejusdem congregationis spirituali utilitati, fideliumque confovendae pietati profuturum, si eadem congregatio jam aliis apostolicis, uti asseritur, ditata privilegiis, archiconfraternitatis titulo, et honoribus decoraretur; suppliciter proinde eorum nomine petitum fuit a Nobis, ut eorumdem sodalium votis benigne annuamus.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur, audito prius archiepiscopo Neapolitano, praedictos sodales, ac singulares personas, quibus praesentes literae favent speciali beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, congregationem praedictam sancti Philippi Nerii in archiconfraternitatem, cum omnibus juribus, honoribus, et praeeminentiis solitis et consuetis, sine tamen cujusquam praejudicio, auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo erigimus, et instituimus; ac ipsius archiconfraternitatis sic erectae officialibus et confratribus praesentibus et futuris, ut ipsi alias quascumque congregationes ejusdem instituti extra urbem ubique locorum erectas eidem archiconfraternitati, servata tamen forma constitutionis per rec. mem. Clementem pp. VIII. praedecessorem Nostrum editae, aggregare, illisque omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes ipsi congregationi sic in archiconfraternitatem a Nobis erectae concessas communicare libere, licite, ac valide possint et valeant, auctoritate et tenore praedictis facultatem concedimus, et impertimur.

§. 3. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab omnibus inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, praedictae congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro pleno, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis Derogatio contrariorum.

habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima nona augusti millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 30 aug. 1828. Anno V.

CCLXXI.

Concessio juris privativi naviculandi in flumine Eridano cum navibus nuncupatis « *a vapore* » in pontificia ditione, pro societate inita in civitate Mediolanensi.

Belisario Cristaldi prelato domestico, della Santità di Nostro Signore e sua R. C. A. tesoriere generale.

Publicatio chirographi.

§. 1. La Santità di Nostro Signore nel costante suo desiderio d'introdurre nello stato Pontificio le utili istituzioni, e di facilitare ai suoi sudditi i mezzi per dedicarsi ad intraprenderle, si è benignamente degnata di concedere ad una società formata in Milano, nella quale sono azionisti diversi sudditi della s. Sede, il privilegio esclusivo della navigazione con battelli a vapore lungo la sponda di domino della stessa s. Sede sul fiume Po, colle condizioni espresse nel chirografo segnato da Sua Beatitudine li 26 giugno passato, esibito negli atti dell'infrascritto segretario, e cancelliere della R. C. A. li 29 agosto cadente, ed a noi diretto per l'esecuzione del tenore seguente.

Monsignor Belisario Cristaldi Nostro, e della Nostra Camera tesoriere generale.

Ratio concessionis.

§. 2. Il desiderio Nostro di vedere introdotte nello stato Pontificio quelle utili istituzioni, che contribuiscono a promuovere il commercio, e l'industria, ed il vivo impegno che abbiamo di animare gli amatissimi Nostri sudditi all'intrapresa di esse, onde possano ritrarsene que' vantaggi, che si conseguiscono dalle azioni, nelle quali siffatte istituzioni sono già introdotte, ci ha fatto benignamente accogliere una supplica della società formata in Milano, la quale trovandosi investita dall'i. e r. governo Austriaco del privilegio esclusivo della navigazione a vapore in tutte le acque navigabili del regno Lombardo Veneto, ci ha domandato eguale privilegio per l'esercizio della suddetta navigazione, lungo le sponde soggette al dominio Pontificio nel fiume Po, riflettendosi da Noi che in tal modo veniva a stabilirsi nel Nostro stato senza ritardo questo vantaggioso ritrovato, che un numero de' Nostri sudditi uniti nella predetta società avrebbe avuto parte nell'intrapresa, e che l'esempio dei predetti sudditi verrebbe in seguito a risvegliare negli altri lo spirito delle associazioni commerciali, dalle quali possono conseguirsi gli effetti più vantaggiosi.

Oltre i predetti riflessi si è da Noi anche considerato, che in forza del succennato privilegio del governo Austriaco essendo la mentovata società nel privativo diritto di esercitare la navigazione a vapore lungo la riva sinistra del suddetto fiume Po dirimpetto a quella di Nostra pertinenza, verrebbe colla richiesta conclusione a riunirsi nello stesso soggetto di privilegio di tale navigazione in ambedue le opposte sponde del surriferito fiume, ciocchè contribuirebbe ad ottenere un miglior servigio pubblico di quello potesse sperarsi nel caso che tale privilegio fosse diviso fra due intraprendenti diversi.

Commissio data r. p. d. thesaurario concordandi conditiones cum societate Mediolanensi.

§. 3. Per tali ragioni essendoci Noi determinati di accordare alla società postulante il privilegio richiesto, abbiamo riconosciuto di molto interesse lo stabilire il modo, con cui dovesse farsi la suddetta concessione, onde riuscisse in vantaggio dello stato; ed abbiamo perciò incaricato il Nostro cardinal segretario di stato di commettere a voi la trattativa di quest'affare cogli agenti di Roma della società di Milano, per combinare le condizioni che vi fossero sembrate opportune, e per riferirci quanto da voi si fosse creduto espediente di stabilire, affinchè tale concessione venisse a risultare in pubblico bene, ch'è lo scopo principale delle Nostre cure.

Relatio expleta ab eodem r. p. d. thesaurario de initis conventionibus.

§. 4. Avete voi colla solita intelligenza, esattezza, e precisione corrisposto alle Nostre intenzioni, presentandoci nell'udienza dei 4 corrente un rapporto nel quale abbiamo vedute espresse le considerazioni fatte da voi sull'oggetto, le condizioni, che in seguito de' vostri riflessi avete proposte, le opposizioni, che in talune cose vi sono state fatte,

e quello in fine, che si è da voi su ciò combinato. Rilevandosi che mediante gli articoli convenuti tale concessione viene a farsi in modo, che l'interesse, e l'industria de' Nostri sudditi è garantita, e che resta mantenuta l'osservanza de' regolamenti tanto in ordine alla polizia, e sanità marittima, che in riguardo alla finanza, siamo di buon grado condiscesi a concedere alla surriferita società il domandato privilegio con que' patti, condizioni, favori, e privilegj, che verranno enunciati in appresso. Ed è perciò, che col presente Nostro chirografo, in cui abbiamo e vogliamo avere per espresso, e di parola in parola riportato il tenore della supplica umiliataci dalla nominata società, non che il contenuto della vostra relazione, ed ogni altra cosa necessaria ad esprimersi, e ad essere individualmente espressa, e registrata, di Nostro motu proprio, certa scienza e pienezza della Nostra suprema potestà, ordiniamo a voi, che in Nostro nome, e della Nostra Camera diate, e concediate, come Noi diamo, e concediamo alla società di Milano già privilegiata per la navigazione a vapore dal governo Austriaco, e per essa agli attuali amministratori della medesima sig. duca Visconti, avvocato Rovida, ed Enrico Carozzi, e loro successori pro tempore in tale amministrazione, la facoltà d'intraprendere, ed esercitare privativamente la navigazione coi legni a vapore lungo la sponda destra del Po appartenente al Nostro dominio per il tempo, e patti come siegue.

Conditiones concessioni adjectae.

I. §. 5. Intendiamo e vogliamo, che la concessione di tale privilegio privativo sia limitato al lasso di anni cinque da cominciare a decorrere dal 1.° luglio prossimo avvenire per terminare li 30 giugno 1833. Potrà bensì alla scadenza del suddetto termine essere prorogato il privilegio a favore della società quante volte l'amministrazione pontificia direttamente, o un suddito pontificio solo, o socialmente con altri sudditi della s. Sede non sia disposto ad assumere tale intrapresa, ben inteso che la suddetta società nel decorso del quinquennio non abbia demeritato di conseguire il favore della conferma. Durante la privativa, di cui si parla, e per lo spazio come sopra stabilito, resta espressamente vietato a chiunque persona ancorchè privilegiata, privilegiatissima per cui occorresse farne speciale, ed individuale menzione, d' intraprendere, ed esercitare la navigazione a vapore lungo la sponda pontificia del fiume Po, ove non si estende la libertà derivante dalle acque promiscue, sotto pena della confisca della barca, o barche, che appoggiassero in qualunque punto della sponda predetta, oltre la rifazione de' danni, ed interessi a favore della società privilegiata, ed altre pene, che crederete voi proprio di comminare.

Reservationes actionum sociaelium concedendarum subditis Pontificiis.

II. §. 6. Volendo Noi, che si aumenti il numero de sudditi pontificj nella società di Milano oltre quelli che già vi si trovano compresi, vogliamo ed ordiniamo espressamente, che cinquanta azioni pagabili, di quelle delle quali è composta l' intrapresa, siano poste a disposizione del Nostro governo per assegnarle a quei sudditi, che ne faranno richiesta col pagamento di mille lire italiane l' anno, e col correspettivi utili, che ne ritrarranno gli altri socii. Tali azioni resteranno a disposizione del governo Nostro per lo spazio di tre mesi dal giorno in cui verrà stipolato l'istromento relativo alla presente concessione, e quante volte non venissero in tutto, o in parte accettate dovranno riprendersi dalla società. Vogliamo inoltre che emettendosi in appresso dalla società nuove azioni, debba sempre il governo Pontificio essere preferito per una terza parte di quelle che si emetteranno affine di rassegnarle a favore di quei sudditi, che dentro un trimestre dal giorno in cui sono state poste a disposizione del governo ne facessero l' acquisto.

Onera concessionariis imposita.

III. §. 7. Le barche a vapore che in forza di tal privilegio si attiveranno sul Po non saranno esenti dalla stretta osservanza de' regolamenti in vigore di sanità, di polizia, e di finanza, e quindi i conduttori, o proprietari delle medesime saranno obbligati alle rigorose professioni ne' respettivi offici per l'atto d' ingresso, di uscita, e di transito, come pure per gli evenienti carichi, e scarichi di persone, e di merci.

A siffatte discipline s'intendono soggetti anche que' battelli, di cui si servissero le barche privilegiate per mandar alla riva persone, e merci, o viceversa per riceverle, nel caso che in qualche punto di fermata rimanessero in mezzo al fiume, dovendo inoltre tali battelli essere sottoposti alle particolari discipline di sorveglianza quando dovessero raggiungere le mentovate barche in ore notturne.

I conduttori, o proprietari delle barche privilegiate sono in obbligo ad ogni richiesta nelle fermate di esibire agl' impiegati del governo i registri de' carichi, di persone e merci condotte in qualunque caso potesse insorgere sospetto di collusione.

Occorrendo per alimento delle macchine delle barche privilegiate di avere sulla sponda qualche deposito di combustibili, verrà questo permesso, purchè sia presso la dogana, e mediante breve assegna.

Reservatio juris admittendi et excludendi homines navigationi addictos.

IV. §. 8. La società intraprendente sarà in obbligo di riportare l'approvazione del governo Pontificio per quei soggetti, che saranno destinati a condurre le barche privilegiate sul Po. In ogni caso di ragionevole sospetto, che rendesse immeritevole di fiducia qualcuno di tali conduttori, dovrà la società sulla richiesta del governo Pontificio dimetterlo dal servizio. La stessa società dovrà far conoscere al governo Pontificio e riportare l'approvazione di esso su tutti i regolamenti del servizio, ed i punti di fermata delle barche privilegiate sul Po di mano in mano che queste si attiveranno, e prima che si pongano in corso. Affinchè poi il corso delle barche privilegiate segua in acque promiscue, si stabilisce, che il corso de' viaggi ordinarj delle medesime dovrà sempre aver luogo per il Po di Goro, tutte le volte che lo stato d'acqua in quel ramo del fiume lo permetterà, salvo qualche viaggio straordinario a Venezia o viceversa, che per brevità di cammino si dovesse fare per altri punti.

Declaratio specialis.

V. §. 9. Si dichiara, che le suddette barche privilegiate possono condurre merci, e tutti altri effetti de' quali è permesso il trasporto, rimanendo perciò esclusi i generi di regalia, e quegli altri articoli, che l'amministrazione delle poste ha il diritto privativo di trasportare, come lettere, pacchi ecc. In caso d'inosservanza saranno soggetti gl' intraprendenti alle penali comminate dalle leggi per siffatte contravvenzioni.

Onus societati impositum pro curanda navigiorum securitate, et soliditate.

VI. §. 10. Volendosi anche dal governo Pontificio tutelare la sodalità, e sicurezza delle barche privilegiate sul Po si conferma l'obbligo alla società dell'esatta osservanza di quanto viene prescritto negli art. 9 e seguenti dalla notificazione dell'imperiale regio governo di Milano in data 27 decembre 1817 sulle precauzioni da esaurirsi per la sicurezza delle macchine delle suddette barche riserbandosi il governo Pontificio la facoltà di deputare periti di sua fiducia per verificarne l'esatta osservanza.

Reservatio juris nominandi procuratorem inter socios.

VII. §. 11. Per garantire l'interesse, e il diritto de' sudditi della S. Sede, che nella qualità di azionisti faranno parte della società di Milano, avrà il governo Pontificio la facoltà di nominare il di loro procuratore in Milano nella persona di un socio, per essere chiamato nelle adunanze, e per intervenire nelle medesime e trattare quanto può essere dell'interesse de' predetti sudditi. D'altronde la società dovrà tenere abitualmente designata persona in Roma per rappresentarla, coi ad ogni avvenienza possano rivolgersi i ministri del governo per tutto ciò che sia relativo alla presente concessione.

Consulitur venditioni carbonis naturalis qui inveniri posset in terris Pontificiae dominationis.

VIII. §. 12. Per provvedere allo smercio del carbone fossile, che potesse ricavarsi dalle miniere dello stato, si prescrive che quante volte se ne attivasse l'escavazione debba preferirsi relativamente allo stesso combustibile derivante dall'estero farsene dalla società l'acquisto per l'alimento occorrente delle macchine delle barche privilegiate sul fiume Po al prezzo che verrebbe a costare il detto genere facendolo venire dagli stati esteri.

De cessatione concessionis.

IX. §. 13. Essendo il presente privilegio connesso in qualche modo con quello accordato dall'Austria per riunire in uno stesso intraprendente il servizio da eseguirsi lungo ambedue le opposte rive del più volte nominato fiume Po, si dichiara espressamente, che quante volte per non essersi messa la società nel materiale possesso del privilegio sul Po entro il corrente giugno, o per qualsivoglia causa venisse la detta società a decadere dal privilegio ottenuto dal governo Austriaco, debba intendersi, e s'intenda ipso facto cessato e risoluto anche quello, concesso dal governo Pontificio, senza che possa avanzarsi su di ciò reclamo, o pretesa.

Impositio annui canonis solvendi durante concessione.

X. §. 14. In ricognizione finalmente della presente grazia dovrà la società mettere un azione gratuita di mille franchi a disposizione del governo Pontificio, affine d'intestarla a suo piacimento, e dovrà inoltre durante il godimento del menzionato privilegio presentare ogni anno, e nella consuete forme nella Nostra Camera de' Tributi libbre sei di cera bianca lavorata, con farne preventivamente de-

scrivere la partita ne' libri de' censi, altrimenti mancando anche per una sola volta alla detta presentazione decade sull'istante, e s'intenda decaduta dalla presente concessione, e si abbia come non avvenuta in conformità in tutto, e per tutto della bolla di Gregorio XIII, Nostro predecessore *contra non solventes canones*. E per l'effetto di quanto abbiamo come sopra disposto ed ordinato, stipolerete a favore della predetta società pubblico istromento cogli enunciati patti, ed altri che a voi piacesse di aggiungere, e stabilire; emanerete notificazioni e farete tutt'altro che crederete opportuno, approvando Noi fin da ora tutto ciò, che per l'esecuzione della presente grazia sarà da voi reputato necessario, e conveniente, tale essendo la Nostra mente, e volontà espressa.

Clausulae solitae et irritantes.

§. 15. Volendo e decretando che al presente Nostro chirografo, ancorchè non esibito, nè registrato in Camera, e ne' suoi libri non possa mai darsi nè opporsi di surrezione, e orrezione, nè di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, e che così, e non altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualsivoglia giudice, o tribunale, benchè collegiale, e congregazione composta di reverendissimi cardinali, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interpretare diversamente, dichiarando Noi fin d'adesso nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che scientemente, o ignorantemente fosse giudicato, o si tentasse di giudicare contro la forma, e disposizione del presente Nostro chirografo, quale vogliamo, che vaglia, o debba avere il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, ancorchè non vi sia stato chiamato, nè sentito monsignor commissario della Nostra Camera, nè qualsivoglia altra persona, o corpi ancorchè privilegiati, privilegiatissimi, che vi avessero, o pretendessero di avervi interesse, o che per comprenderli fosse bisogno di speciale menzione, non ostante la bolla di Pio IV, Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quaesito non tollendo*, e qualunque altra costituzione, ed ordinazione apostolica Nostra, e de' Nostri predecessori, bandi, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, e qualsivoglia altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario; alle quali tutte, e singole avendone il di loro tenore qui per espresso, e registrato, e supplendo Noi colla pienezza della Nostra suprema potestà a qualunque vizio, o difetto, che potesse intervenire per questa volta sola, ed all'effetto premesso amplamente ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano questo di ventisei giugno mille ottocento ventotto.

Leo PP. XII.

Per il pieno effetto delle sopraespresse sovrane disposizioni in virtù delle medesime, e delle speciali facoltà conferiteci, ordiniamo, e dichiariamo quanto siegue.

Executio chirographi.

I. §. 16. Durante la presente concessione privativa, e fino al termine della medesima non sarà lecito a veruna persona ancorchè privilegiata, privilegiatissima esercitare la navigazione a vapore lungo la sponda del fiume Po appartenente al dominio Pontificio sotto le pene contenute nell'articolo primo del sullodato Pontificio chirografo da incorrersi dai contravventori.

Venditio actionum sociatium sanctae Sedi reservatarum.

II. §. 17. Essendosi riserbata Sua Beatitudine il quantitativo d'azioni indicato nell'art. 2. dello stesso chirografo per darle a quei sudditi, che desiderassero di far parte della società in tale privilegiata intrapresa, restano prevenuti tutti quei, che volessero acquistare una o più azioni suddette, quali sono della valuta di mille lire italiane pari e scudi Romani centottantaquattro l'una di farne la dichiarazione in un registro, che a tale oggetto negli officj delle legazioni, e delegazioni, e per Roma, e Comarca nell'officio dell'infrascritto cancelliere della R. C. si terrà aperto a tutto il giorno 30 settembre prossimo con obbligo di pagare nella cassa dell'amministrazione camerale la valuta delle azioni che verranno accordate subitochè se ne darà l'avviso.

De praelatione inter oblatores servanda.

III. §. 18. Siccome il numero delle azioni riserbate al governo Pontificio non potrà essere sufficiente a soddisfare tutti gli aspiranti, così si dichiara, che giunti dalle legazioni, e delegazioni i registri in Roma, si prescieglieranno quelli, che si troveranno anteriori nell'aver fatta la dichiarazione, a ciascuno de' quali se ne darà la partecipazione, onde possa effettuare il versamento della somma

relativa alla valuta delle azioni accordategli, la di cui ricevuta sarà provisoriamente in luogo di regolare certificato di azione, che in seguito il governo Pontificio, si darà la cura di ritirare dal consiglio di amministrazione della mentovata società per ciascuna de' suoi sudditi, che si saranno associati.

De procuratore in civitate Mediolani deputando. IV. §. 19. Gl' interessi di quelle persone che mediante l'acquisto delle predette azioni verranno a far parte in tale privilegiata intrapresa saranno totelati da un procuratore, che a forma del sullodato chirografo il governo Pontificio nominerà in Milano, quando a taluno degl' interessati non piacesse di deputare per se stesso un particolare agente.

La presente affissa, e pubblicata tanto in Roma che nelle città e luoghi principali dello stato Pontificio avrà il suo pieno vigore, come se a ciascuno fosse personalmente intimata. Data in Roma dalla Nostra solita residenza di Monte Citorio questo di 30 agosto mille ottocento ventotto.

B. Cristaldi tesoriere generale.
B. Perfetti commissario generale della R. C. A.
Francesco Romani segretario e cancelliere di Camera.

Dat. die 7. sept. 1824. Anno V.

CCLXXII.

Beatificatio venerabilis servae Dei Mariae Victoriae de Furnariis Strata.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Ager Ecclesiae fertilis perpetuo cernitur, nunc integritatis flore vernans, nunc viduitatis gravitate pollens, nunc etiam conjugii prole redundans. Diversi autem hi fructus in eodem uno Ecclesiae agro saepius quidem ex piis foeminis diversis, at non raro ex una sola educuntur. Id porro videre fuit in venerabili Dei serva Maria Victoria de Furnariis Strata, quae praedictas vitae semitas excurrit sic, ut peraeque virginibus, nuptis, atque viduis illustre se praebuit exemplar. Ad haec, mundo postea nuncium remittens, sanctimonialium quoque in Ecclesia numerum augere instituit.

§. 2. Genuae itaque nobilibus parentibus nata anno millesimo quingentesimo sexagesimo secundo a prima jam aetate nihil puerile expressit in moribus. Ergo a saeculi deliciis abhorrens, pietatique summopere studens, ut virginem castam Christo exhiberet se, de religiosae vitae instituto capessendo cogitare coepit. Sed quum de voluntate Dei haud esset certa, aliunde vero assueta cum esset parentibus moram gerere, voluntati patris obtemperans, Angelo Strata juveni pariter nobili, pioque nupsit. Juncta conjugio, non minori sedulitate quam antea virtutibus excolendis operam dedit; viro quidem placere curans, sed magis Deo. Quasi in solitudine in matrimonio vivens, detractionis alienae famae vitium, quod nimis in humano consortio frequens est, tam exhorruit, quam quod maxime. Hinc annum agens aetatis suae vigesimum quintum plus minus viro orbata, perfectioris vitae studio continentiae voto se obstrinxit: frustra deinde quaesita, ut alteras quamvis utiles, et honorificas nuptias iniret. Interim vero sex quos habuit liberos tam sancte, tam feliciter educavit, ut, uno eorum immatura morte absumpto, reliqui omnes disciplinam religiosae vitae amplexi sint. His autem collocatis in toto, foecundiorem evadere matrem famillias sibi proposuit. — Nativitas, vita et virtutes ven. ancillae Dei.

§. 3. Namque ad devotionem erga Dei matrem et virginem augendam ordinem instituit sanctimonialium sanctissimae Annuntiationis Coelestium nuncupatarum, addito ad tria consueta quarto strictioris, ut ajunt, clausurae voto: qui ordo postquam Genuae ab ipsa summa cum laude fundatus est, auctus subinde, et varia in loca propagatus est. Extatque in hac etiam alma urbe asceterium earumdem sanctimonialium prope basilicam s. Mariae Majoris. Et gratissimum sane, atque acceptissimum sibi esse novum hunc sanctimonialium ordinem Deipara ipsa commostrasse visa est, quum Mariae Victoriae exorata precibus periculum, quod illius fundationi allatum initio est, opportune repulit. Quod periculum quoniam die decimasexta mensis junii anni millesimi sexcentesimi quinti cessavit, in istum diem ipsum praedecessor Noster fel. rec. Clemens pp. XIII. festum patrocinii B. Mariae Virginis jam domiolca secunda novembris celebrari solitum transtulit pro earumdem scilicet sanctimonialium ordine solum, in quo — Sanctimonialium ordinem ipsa erigit.

et sub ritu duplici secundae classis illud fieri indulsit: sed et rec. mem. Pius pp. VI. Noster item praedecessor omnibus Christifidelibus, qui eodem die aliquam praedicti ordinis ecclesiam visitaverint, plenariam concessit indulgentiam: porro eadem venerabilis Dei famula in illo ab se fundato ordine sanctissime semper vixit, ac sanctissime pariter obiit decimo octavo kalendas januarias anno aetatis suae quinto supra quinquagesimum, Christi vero millesimo sexcentesimo decimo septimo.

Judicium editum a congregatione Rituum super virtutibus in gradu heroico ven. servae Dei.

§. 4. Percrebescente autem in dies clarissima ejus sanctimoniae fama, quum ad congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum causa delata fuisset, postquam ibi de virtutibus ex Romanae Ecclesiae praescripto diligens habita quaestio est, laudatus supra praedecessor Noster Clemens pp. XIII. decreto edito kalendis aprilis anni millesimi septingentesimi quinquagesimi quarti ad heroicum gradum virtutum ipsam Mariam Victoriam pervenisse declaravit. Post haec, instituto in eadem congregatione severo examine de miraculis, quae a Deo Maria Victoria ipsa deprecante, patrata fuisse asserebantur, Nos evecti jam meritis licet imparibus, in Romanam b. Petri cathedram, duo ex illis pro germanis prodigiis agnovimus per decretum quartodecimo kalendas aprilis currentis anni millesimi octingentesimi vigesimi octavi promulgatum. Sed nondum satis, ut beatorum decora, atque insignia venerabili Dei famulae statuerentur. Quapropter quoniam habito iterum conventu reverendissimorum cardinalium, aliorumque patrum praefatae congregationis unanimi omnes consensu « Tuto procedi posse ad venerabilis Mariae Victoriae de Furnariis Strata beatificationem » coram Nobis affirmarint; idipsum Nos, superno prius lumine implorato, sanciendum censuimus per decretum feriato die altero Pentecostes editum, hoc est septimo kalendas junii hujus ejusdem anni. Tandem igitur quaecumque ad hoc judicium pertinent, omnia expensa, discussa, acta, absoluta sunt. Nihil proinde moram objicit, quominus obsequamur precibus supradicti ordinis sanctimonialium Coelestium, tum praedecessoribus Nostris, tum Nobis per dilectum filium presbyterum Angelum de Rubeis hujus causae postulatorem adhibitis, quibus olim Ludovicus XIII. Galliarum rex christianissimus ejusque conjux regina Anna Austriaca, et qui praeteritis temporibus rempublicam Genuensem administrabant, nec non alii dignitate, ac pietate praestantes viri sua studia, ac postulata junxerunt, qui omnes, ut Dei famulae Mariae Victoriae ab hac apostolica Sede decernerentur honores sacri enixe flagitarunt.

§. 5. Quamobrem sententiae ejusdem sacrorum Rituum congregationi inhaerentes, per hasce litteras Nostras auctoritate apostolica concedimus, et indulgemus, ut eadem Dei famula Maria Victoria de Furnariis Strata in posterum beatae nomine nuncupetur, ejusque corpus, et reliquiae (non tamen in supplicationibus, quae sacras reliquias circumferendo fiunt) pia veneratione colendae fidelibus exponantur, et imagines radiis, seu splendoribus exornentur, denique ad diem duodecimam mensis septembris de ea quotannis officium fiat, et celebretur missae sacrificium cum orationibus a Nobis approbatis juxta rubricas breviarii, et missalis Romani de communi nec Virginum, nec Martyrum, in universo ab ea instituto ordine sanctimonialium Coelestium; Genuae autem ubi nata, et mortua est aeque atque in tota dioecesi Genuensi ab omnibus, qui obligatione de horis canonicis tenentur, tum saecularibus, tum utriusque sexus regularibus. Immo ad missae sacrificium quod spectat, pertinere hoc Nostrum indultum volumus ad exteros quoque presbyteros, quicumque illo die sacrificatori ad ejusdem civitatis, aut dioecesis, ordinisve ecclesias accedent. — Beatificationis decretum.

§. 6. Praeterea concedimus, et indulgemus, ut primo dumtaxat ab hisce datis literis anno celebrentur solemnia beatificationis ipsius famulae Dei Mariae Victoriae in ecclesiis civitatis, et dioecesis, ac ordinis, de quibus jam facta mentio est, cum officio et missa ritus duplicis majoris: atque haec fieri praecipimus die ab ordinariis sacris praesidibus indicendo, et posteaquam in Vaticana Nostra basilica augustis cum caeremoniis solemnia eadem fuerint peracta, cui quidem sacrae pompae Nos diem vigesimum primum hujus ipsius mensis statuimus. — Solemnia beatificationis post annum celebranda.

§. 7. Volumus autem, ut harum literarum exemplis etiam impressis, dummodo manu secretarii praedictae congregationis subscripta sint, et sigillo praefecti munita eadem — Fides habenda transumptis.

prorsus, in disceptationibus quoque judicialibus fides habeatur, quae Nostrae voluntatis significationi ipso hoc diplomate ostenso haberetur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda mensis septembris millesimo octiagentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno quinto.

JANUEN. BEATIFICATIONIS VEN. SERVAE DEI

M. VICTORIAE DE FURNARIIS STRATA

Fundatricis monialium Coelestium.

Missa de communi nec Virginum, nec Martyrum.

Oratio.

Preces recitandae in officio, et missa ven. servae Dei.

§. 8. Deus, qui ad coelestis agni nuptias virginibus comparandas novam in Ecclesia tua per b. Mariam Victoriam congregasti familiam ejus nobis meritis et precibus concede terrena cuncta despicare, et coelestia semper inquirere. Per Dominum etc.

Secreta.

Da nobis, clementissime Deus, ut immensae tuae charitatis pignora offerantes eo accendamur ardore quo beata Maria Victoria tuis mysteriis refici consuevit. Qui vivis, et regnas etc.

Postcommunio.

Domine Jesu, qui beatam Mariam Victoriam divini sacramenti corporis et sanguinis tui dilectione admirabilem effecisti, quaesumus, ut eisdem nos quoque refecti redemptionis tuae fructus consequamur. Qui vivis et regnas etc.

Decretum.

Decretum confirmatorium dictarum precum.

§. 9. Expediendae quamprimum quum sint literae apostolicae in forma brevis ad effectum deveniendi ad solemnia beatificationis ven. servae Dei sororis Mariae Victoriae de Furnariis Strata fundatricis monialium Coelestium in patriarchali Vaticana basilica peragendae, debent in hisce ex majorum praescripto, et sacrorum Rituum congregationis praxi inseri orationes propriae ad beatae honorem in officia ac missa de communi legendae ab iis, quibus recensito in brevi hujusmodi indultum conceditur. Suprascriptas ideirco orationes proprias ab eminentissimo et reverendissimo domino cardinali Julio Maria de Somalia episcopo Ostiensi et Veliterno, ac sacrorum Rituum congregationi praefecto una cum r. p. d. Virgilio Pescatelli sanctae fidei promotore revisas sanctissimus Dominus Noster Leo XII. pont. max. supplicante r. d. Angelo De-Rubeis dictae causae postulatore, meque infrascripto ejusdem sacrae congregationis secretario referente adprobavit, atque ab omnibus, quibus officium ac missa in honorem praedictae beatae concessa sunt, post sequutam illius beatificationem legi, ac recitari posse permisit. Die vigesima tertia julii millesimo octingentesimo vigesimo octavo.

Julius M. cardinalis episcopus Ostiensis de Somalia S. Eccl. vice-cancellarius et S. R. C. praefectus etc.

J. G. Fatati S. R. C. secretarius.

Loco ✠ sigilli.

CCLXXIII.

Dat. die 18. sept. 1828. Anno V.

Erectio sedis episcopalis in civitate Guastallae.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. De commisso Nobis divinitus Dominici gregis regimine impense solliciti in id intendimus quod in illius utilitatem, et in catholicae religionis lucrum noverimus redundare. Hoc porro spectat episcopalium sedium constitutio, quando promptior, ac felicior rei sacrae administratio consequatur, ac rationum momenta occurrant, quibus eamdem decerni bonum appareat, ac salutare.

Expositio precum.

§. 2. Hue Nos animo excepimus vota Guastallensium civium qui jamdiu efflagitabant, ut nimirum eorum civitas episcopalis throni splendore augeretur: noveramus enim rec. memoriae Xistum pp. V. praedecessorem No-

strum apostolicis literis sub plumbo datis anno millesimo quingentesimo octuagesimo quinto Nobis ad id stravisse viam parochialem, et collegiatam ecclesiam titulo sancti Petri apostolorum principis in abbatialem nullius dioecesis extollendo, ipsiusque abbati nedum singula abbatum privilegia, atque honoris insignia, sed ordinariam etiam, absolutam, et ab antistitis cujuslibet potestate exemptam jurisdictionem in universo Guastallensi principatu perliberaliter adtribuendo. Quae quidem pontificia erga Guastallam benignitas pluribus antiquorum quoque pontificum beneficiis effulserat, marmoreis consignata monumentis, scriptorumque testimoniis comprobata; inter quae prae caeteris commemorandum videtur tum principem aedem a felicis recordationis Gregorio pp. V. saeculo decimo, exeunte solemni fuisse caeremonia consecratam, ac deinceps ampliori forma restitutam a Mediolanensium antistite sancto Carolo Borromeo rite iterum dedicatam, tum bona ibidem habita concilia ipso Romano pontifice adstante, alterum nempe ab Urbano II., alterum vero a Paschale item II., tum demum quod Innocentius II., Eugenius III., Adrianus IV. aliique Romani pontifices privilegiis in eam ecclesiam deferendis facile sese praebuissent. His accedit ecclesiam ipsam sacris sanctorum Lipsanis loci amplitudine et cultu, ministrorum copia, et omnis generis supellectili summopere commendari; atque idcirco praedecessorum Nostrorum exempla sectando Guastallensis populi precibus quantum in Domino possumus benigne annuendum censuimus.

Tenor erectionis.

§. 3. Quare ad omnipotentis Dei gloriam, et ad sanctae militantis Ecclesiae incrementum ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine civitatem Guastallae in civitatem episcopalem erigimus cum omnibus, juribus honoribus, et praerogativis, quibus caeterae civitates pontificali sede honestatae, earumque cives potiuntur et gaudent; abbatialem vero collegiatam et parochialem ecclesiam Deo, at sancto Petro apostolorum principi dicatam, praevia abbatialis nullius dioecesis et collegialis tituli suppressione in cathedralem, quae parochialis etiam in posterum existat ecclesiam Guastallensem perpetuo erigimus et constituimus cum sede et dignitate episcopali pro uno deinceps episcopo Guastallensi nuncupando, qui eidem ecclesiae, civitati, ac dioecesi, illarumque populo et clero praesit, synodum convocet, omniaque et singula jura, officia, et munera episcopalia habeat et gerat cum suis capitulo, mensa episcopali, et pontificalibus insigniis, jurisdictionibus, et praeeminentiis, praerogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, indultisque realibus, personalibus, ac mixtis quibus aliae cathedrales ecclesiae, earumque praesules gaudent, et gaudere poterunt, exceptis iis, quae fortasse ex titulo oneroso, aut ex specialibus indultis, privilegiisque proficiscantur.

Erectio capituli cathedralis ecclesiae.

§. 4. Novum porro cathedrale capitulum efformabitur ex ipso abbatiali collegiali suppresso capitulo, et constare perget ex quinque dignitatibus nimirum archipresbytero, archidiacono, praeposito, decano, et primicerio, nec non ex sexdecim canonicis, ac septem mansionariis, bonisque praebendariis, qui omnes eodem ac in praesens patrimonio, et censu perfruentur; at in idem Guastallense capitulum delata declaramus jura, privilegia, honores, et praeeminentias, quibus cathedralium ecclesiarum capitula legitime gaudent; firmis insuper perextantibus insigniis, juribus, privilegiis, indulgentiis, aliisque gratiis quibuscumque tam spiritualibus quam temporalibus et mixtis ab eodem abbatiali collegiali capitulo usque adhuc legitime possessis, cum hoc tamen quod duo canonicales praebendae liberae collationis primovocaturae addicantur canonicis poenitentiario et theologo ex Tridentini concilii et pontificiarum constitutionum praescripto rite conferendae, illisque ubi primum praesto sit occasio aliquam redditum accessionem sanciri ab episcopo curetur. Ipsius autem cathedralis capituli primae post pontificalem dignitatis libera provisio apostolicae Sedi perpetuo spectabit, servatis quoad reliquas dignitates, canonicatus, et beneficia praestitutis regulis, nisi aliquid ex legitimo privilegio aut jure secus fuerit indultum. Utque ecclesiae servitio, et capituli ejusdem felici regimini pro nova sua conditione opportune consulatur, facultatem ipsi impertimur peculiaria conficiendi ad sacrorum canonum normam statuta, quae postmodum ab episcopo recognoscenda erunt et approbanda.

Dotatio mensae episcopalis.

§. 5 Ut autem Guastallenses antistites congruo ad suae dignitatis tuitionem censu fruantur decernimus, ut mensa abbatialis annuo

explicato certo ac perpetuo reddltu francorum decem millie instcuatur, collatis in eam summam abbatialis etiam patrimonii redditibus; itemque ut satis ampla aedes quam in praesens Guastallensis incolit abbas, pro decenti episcoporum babitatione in perpetuum assignata remaneat, certumque necessitati accommodatum locum pro episcopali curia comparatur, atque instruatur, cumque in episcopali procuratione ubeunda summopere intersit adscisci vicarium generalem, qui suam operam episcopo exhibeat, ipsumque convenienti stipendio donari, statuimus, quod in id causae congruus census constabiliatur, ne id oneris episcopali mensae censeatur illatum.

Erectio seminarii puerorum.

§. 6. Profecto cum maxime intersit adolescentes clericos ad Ecclesiae disciplinam sancte informari; mandamus, ut seminarium puerurum ecclesiasticum ex Tridentinorum patrum ordinatione omnino erigatur, eique utiliores per episcopum leges imponantur, quibus pietas cumprimis, morum probitas, ac sana doctrina foveatur, ut, quae ibidem novellae plantationes in illius ecclesiae spem aluntur, succrescant feliciter uberiores in dies fructus allaturae, in quem finem census francorum saltem quinque millium parandus videtur, atque idcirco si qui forte erunt in publicam clericorum institutionem decreti redditus, eosdem in seminarii utilitatem converti permittimus, ut tanto huic bono facilius, celeriusque consuli valeat.

Ordinatio dioecesis novae, et concessio jurisdictionis.

§. 7. Integrum profecto dioecesanum territorium praeter dictam Guastallae civitatem ordinariae abbatis Guastallensis jurisdictioni in spiritualibus adhuc subjuctum constabit ex locis Reggioli et Luzariae cum villa Capelli, quae olim episcopo Regiensi suberant; quaeque per apostolicas literas felicis recordationis Pii pp. VII. praedecessoris Nostri datas die vigesima prima decembris anni millesimi octingentesimi vigesimi primi Parmensi dioecesi accesserant; praevia suppletione quorumlibet fortasse interesse habentium consensus, ac praevia eorumdem ab hac dioecesi sejunctione a Nobis per praesentes decreta cum suis oppidis, paroeciis, ecclesiis, monasteriis, conventibus, utriusque sexus personis tam ecclesiasticis quam laicis, aliisque habitatoribus, et incolis, atque ita perpetuum in modum adsignatam dioecesim ordinariae futuri ac pro tempore existentis episcopi Guastallensis jurisdictioni, potestati, et gubernationi perpetuo quoque subjicimus et adtribuimus.

Reservatio juris nominandi episcopos Guastallenses favore sanctae Sedis.

§. 8. Declaramus interea quod Guastallensis episcopalis ecclesia apostolicae Sedi immediate subjecta censeri debeat, nisi Nobis et Romanis pontificibus successoribus Nostris aliter in posterum visum fuerit; quodque pro redditum mensae episcopalis ratione taxa novae Guastallensis ecclesiae statuatur in florenis auri de Camera tercentum, et hujusmodi taxa in libris Camerae apostolicae describatur.

Deputatio executoris apostolici.

§. 9. Quocirca venerabili fratri Aloysio Sanvitale episcopo Burgi sancti Domnini quem harum literarum exequutorem eligimus ac deputamus necessarias omnes, et opportunas ad praemissorum effectum plenarie consequendum tribuimus facultates etiam unam seu plures personam, seu personas in ecclesiastica dignitate constitutam, seu constitutas, prout satius in Domino censuerit, subdelegandi, et super quacumque oppositione quomodolibet forsan oritura, servatis servandis, etiam definitive et quavis appellatione remota libere ac licite pronunciandi, eidemque exequutori injungimus, ut actorum omnium desuper conficiendorum exempla in authentica forma exarata Romam suo tempore transmittat in archivio congregationis rebus consistorialibus praepositae de more asservanda.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 10. Praesentes autem literas et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet interesse habentes vel habere praetendentes vocati, et auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint, eorum consensui, quatenus opus sit, de apostolicae potestatis plenitudine ut supra supplentes, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quovis alio etiam substantiali defectu notari, impugnari, aut in controversiam vocari posse, sed semper ac perpetuo validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere volumus atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, aliisque Nostris et cancellariae apostolicae regulis, ac in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non supradicti

praedecessoris Nostri Pii VII. literis, et quibusvis aliis Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 12. Volumus praeterea ut harum literarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis. §. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum erectionis, constitutionis, declarationis, impartitionis, assignationis, sejunctionis, subjectionis, attributionis, electionis, deputationis, facultatis, mandati, voluntatis, decreti, ac derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo octavo, idibus septembris, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 13. sept. 1828. Anno V.

CCLXXIV.

Concessio tituli civitatis pro oppido Vissi dioecesis Spoletanae.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Splendori ac decori alicujus loci, aeque ac incolarum studio in promovendo humano civilique cultu quum plurimum honorificentiae tituli conferre videantur, Nos constitutione Nostra, seu motu proprio dato die vigesima prima decembris superioris anni odiximus, ditionis Nostrae loca celebritatis laude praestantia apostolicis literis civitates dici posse, ac nobilitatis domesticae privilegiis perfrui.

Ratio concessionis. §. 2. Vissum profecto in eorum numerum referendum est oppidum hoc originis vetustate inclytum, ad Appennini radices in Spoletino tractu juxta agrum Camertium, conspicuis fortibusque moeniis circumseptum, crebris turribus munitum, partim in colle, partim in planitie ita positum, ut viatoribus, qui Asculum, vel in Picenum Samniumque contendunt, expeditum iter comparat. Ethnicis imperatoribus Romae dominantibus in civitatem Romanam adscitum, postea vero sancti Feliciani episcopi Fulginatensis ope atque opera in Christi fidem conversum, ac deinceps Sanctae Romanae Ecclesiae semper adhaerens ab Eugenio IV. Romano pontifice dignum existimatum, ut in ejus stemmate Sanctae Matris Ecclesiae claves figerentur cum epigraphe « Antiquum et fidele Vissum » Et licet in patenti tantummodo parte nunc incolis vigeat, tamen frequentia populi haud omnino contemnendum. Septem inibi numerantur fori, duodecim templa, quorum maximum sub tutela Deiparae virginis, sanctitudine ac majestate plenum, magnifica diviteque instructum suppellectile, a duodecim canonicis, et archipresbytero, nec non ab alumnis seminarii colitur; tria vero millia passuum procul hinc Macerati sanctuarium admiratione dignum; sex virorum ac mulierum extant coenobia, seminarium praeterea non mediocris famae a felicis recordationis Urbano VIII. praedecessore Nostro constitutum, e quo prodiere alumni, qui vastam Spoletinam dioecesim honore et commodo affecerunt, eique seminario adjunctum athaeneum. Montes demum Pietatis, et frumentarii, ac majorum pia legata in puellis instituendis dotandisque, atque in pauperibus sublevandis minime desiderantur. Hujusmodi autem oppidum privilegiis in publicarum rerum procuratione decoratum, quaeque Romani pontifices apostolicis literis interdum confirmarunt, caput est divitis amplique agri, nundinae in eo celebrantur, mercaturae exercentur. Huc et illud accedit, quod eo loci numero plures floruere viri sanctitate, belli, ac pacis studiis praeclari, ac praesertim familia Boncompagni ex qua felicis recordationis Gregorius XIII. Romanae cathedrae decus et ornamentum. Tot tantaque nomina, quibus Vissum satis superque praeditum, Nos inducunt, ut ejus primorum postulationibus annuamus, dum a Nobis poscunt idem ipsum civitatis titulo donari.

§. 3. Nos igitur oratores peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si Tenor concessionis.

quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, volentes jubentesque, seu, ut dici solet, motu proprio, ac certa scientia, plenaque auctoritate Nostra Vissum in civitatem erigimus, eique honores omnes, jura atque insignia volumus delata, quae caeteris Pontificiae ditionis Nostrae civitatibus eadem constitutione Nostra tributa sunt, vel in posterum tribuentur. Caeterum concessionem hanc Nostram ita intelligi decernimus, ut episcopus Nursinus minime teneatur in tempore residere nova in Vissi civitate, quae quidem episcopo ipsi, quemadmodum antea, subdita omnino sit, praeterea ut nihil immutatum censeatur in rebus ad civile regimen pertinentibus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Haec concedimus atque mandamus decernentes has literas firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et sanctionibus apostolicis, nec non peculiaribus quorumcumque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, at personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decimo nono septembris millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXV.

Dat. die xx. sept. 1828. Anno V.

Reintegratio tituli suppressae ecclesiae Nazarenae civitatis Barulensis regni Neapolitani.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Praestantia ecclesiae memoratur.

§. 1. Multis equidem fuit semper commendata nominibus Nazarena ecclesia, quae in civitate Barulensi extat, quaeque relata inter caeteras Neapolitani regni insigniores ecclesias archiepiscopatus dignitate praefulgebat.

Conservatio tituli ipsius per concessionem illius archiepiscopo Tranensi factam.

§. 2. Quoniam vero connumerata ipsa fuit inter eas sedes, quae ex postrema sanctae Sedis cum Siciliae rege inita conventione fuerunt extinctae, illiusque pristinum splendorem plurium Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum liberalitate auctum aliquo modo servare maxime deceat, in eam sententiam opportune deveniendam statuimus, ut saltem illius titulus redintegretur nedum ob oblivione hujusce ecclesiae memoriam vindicandam, sed etiam ad controversias inter Nazarenum capitulum et collegiatam Barulensem sanctae Mariae Majoris jampridem exortas omnino praecidendas. Nos idcirco votis quoque carissimi in Christo filii Nostri Francisci moderni regni utriusque Siciliae regis illustris obsecundando ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine titulum archiepiscopatus Nazareni honoris causa restitui, et ab archiepiscopo Tranensi veterem Nazarenam dioecesim ad praesens gubernante assumi statuimus, ac decernimus, ut in posterum nuncupetur archiepiscopus Tranensis et Nazarenus, duplici hoc titulo utendo in omnibus et singulis actis curiae archiepiscopalis cum lege tamen quod in suo robore permanente ecclesiae illius extinctione, adjectus hujusmodi titulus meri honoris sit ad antiquae Nazarenae ecclesiae memoriam praetendam, quodque ex eodem titulo nec amplior jurisdictio, nec jus aliquod metropoliticum, nec archiepiscopalis ecclesiae conditio induci censeatur ex hac concessione unice spectante titulum Nazareni archiepiscopatus iterum invehendum.

Clausulae salutares et irritantes.

§. 3. Praesentes autem literas, ex eo quod quilibet forsan interesse habentes, vel habere

praetendentes vocati, et auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas semper ac perpetuo validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere mandamus.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus Nostris et cancellariae apostolicae regulis, et specialibus et generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac praesertim constitutione recolendae memoriae Pii pp. septimi praedecessoris Nostri cujus initium « *In suprema* » caeterisque licet expressa, speciali, et individua mentione dignis contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo octavo, decimo kalendas octobris, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 22. sept. 1828 Anno V.

CCLXXVI.

Compositio litium subortarum in sequelam suppressionis sedis episcopalis Nazarenae in regno Neapolitano.

Leo episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Inter multa onera cum sacrosancti apostolatus officiis debilibus humeris Nostris imposita illud etiam connumerandum censemus, ut si quando graviores controversiae de rebus ecclesiasticis ortae sint eas tum litium diuturnitatibus, ac dispendiis resecatis, tum partium querelis, ac simultatibus compositis definitionis Nostrae oraculo penitus de medio tollamus.

Expositio litium subortarum. §. 2. Nuper siquidem ob conventionem cum serenissimo Siciliae rege initam archiepiscopali ecclesia Nazarena, cui certa quaedam Barulensis civitatis pars quasi proprium territorium parebat, extincta, graves admodum exarsere quaestiones inter illius capitulum ad collegiatae conditionem relatum, et inter capitulum sanctae Mariae Majoris, quod prae caeteris illius civitatis ecclesiis eminebat. Diu ideircò acriterque de loco honoris juriumque praerogativa ab ipsis concertatum est, atque ab sacra congregatione rebus consistorialibus praeposita pro Nazarena ecclesia pronunciatum. Quaestio iterum capitulo Barulensi instante in examen deduci potuisset, ast sanctae memoriae Pius pp. VII praedecessor Noster de reconciliandа cum primis sollicitus certas potius in concordiam proponendas conditiones curaverat, et illud quoque decreverat, ut in ea civitate sedes episcopalis duobus capitulis in unum cathedrale capitulum coalescentibus constitueretur. Quoniam pluribus ex causis id consilii exequutioni mandari nequiverit, Nostras curas ad rem omnino finiendam convertimus, tantam pertaesi dissidiorum pertinaciam ex qua et ingentes jacturas earum ecclesiarum patrimonium passum esse, et teterrimam maculam clericali ordini inuri dolenter conspiciebamus. Adnitente proinde suis quoque votis in tantae labis extinctionem carissimo in Christo filio Nostro Francisco regni utriusque Siciliae rege illustri, auditoque venerabili fratre Cajetano moderno archiepiscopo Tranensi, cujus in dioecesi sita est Barulensis civitas, eo tandem res deducta fuit, ut ad praecipuas controversiarum causas radicitus evellendas quid magis congruum apparuerit a Nobis decerneretur, unde optatam concordiam eo bene juvante, qui pacis est auctor, feliciter comparatum iri confideremus.

§. 3. Optassemus equidem Nazarenae ecclesiae capitulum sartum, tectum servare probe gnari quonam specialis dilectionis studio eam sint complexi Romani pontifices praedecessores Nostri, idque testatum voluimus editis hac ipsa die similibus sub plumbo literis, quibus titulum archiepiscopi Nazareni restituimus a Tranensibus archiepiscopis assumendum. Ea tamen animadvertimus occurrere rationum momenta, ut extinctionem illius capituli decernendam dignoverimus prout supprimi illud atque extingui mandavimus. Suppressio capituli cathedralis.

§. 4. Ex certa igitur scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, sublato Nazareno cathedrali capitulo, ac praesenti statu capituli sanctae Mariae Majoris immutato, unum ex binis hisce in aede sanctae Mariae Majoris novum Erectio novae collegiatae.

capitulum perinsignis collegiatae, quod tribus dignitatibus olmirum archipresbytero, primicerio, et cantore, ac vigintiquatuor canonicis, nec non viginti beneficiariis constabit perpetuo erigimus et constituimus.

De ordine inter novos capitulares servando.

§. 5. Praesens archipresbyter ecclesiae sanctae Mariae Majoris dignitatem archipresbyteratus novi sic erecti capituli tenebit, et qui cantor nunc est ecclesiae Nazarenae primiceriatu secunda dignitate, quique modo est prima in ecclesia sanctae Mariae Majoris post archipresbyterum cantoratu tertia dignitate in novo capitulo potietur; siqui adhuc supersint dignitatibus insigniti in veteribus binis capitulis primi post memoratas tres dignitates sedebunt eo ordine quo in possessione suscipienda praecesserint, etiamsi aliquis ex canonicis ante ipsos canonicatum fuisset adeptus. Reliqui ex utroque veteri capitulo canonici praecedentiae jus nascisceotur ex tempore susceptae possessionis. Siqui praeter assignatum vigintiquatuor canonicorum numerum percensebuntur, ii veterem praebendam et sedem in choro eadem praecedentiae lege, quae pro vigintiquatuor est statuta, retinebunt, assecuturi insuper canonicatum intra numerum, quando locus ad transitum fiat. Qui vero ex ipsis dimittere canonicatum velint praebenda pristina fruentur, nullum tamen jus habebunt ad canonicatum intra numerum adipiscendum. Nemo autem sufficietur quando legitima ex causa memoratus canonicatus vacare contigerit. Moderons ecclesiae Nazarenae archipresbyter, ejusque successores praerunt eidem ecclesiae titulo abbatis, et ipsorum praebenda augebitur ex altera adjecta praebenda canonicali, iisdemque ac archipresbyter capituli honoris insignibus utentur, et quando in collegiatae chorum accedant primi ab archipresbytero sedebunt. Pro sacris faciendis, et pro sacramentorum procuratione, ac pro statis precationibus in ecclesia Nazarena praeter aedituos adernat quatuor sacerdotes, quibus omnibus abbas praeerit, quatuor sacerdotes cappellani nuncupati. Censu pro abbatia praebenda, et pro congruo cappellanorum stipendio, nec non pro impensis in sacrorum cultum aedisque tuitionem necessariis constituto, et aere alieno accurate persoluto, reliquum patrimonium extincti Nazareni capituli novo capitulo adjicietur, ut eo in unum cumulum cum collegiatae redditibus collato necessarius inde ex congrua dispensatione pro dignitatibus, canonicis, beneficiariis, cultuque aedis, ac sacrarii redditus habeatur. Nazarenae autem ecclesiae assignatum patrimonium libere administrabit abbas cum lege in annos singulos rationem reddendi vicario generali et alteri ecclesiastico viro per ordinarium adscito. In diebus festis Pentecostes, Conceptionis beatae Mariae virginis, ac sancti Bartholomaei apostoli capitulum collegiatae primas vesperas, et matutinas cum sacrificio missae, ac vespertinas horas, itemque in die octava corporis Christi solemni caeremonia in ecclesia Nazarena obibit. Officium peragente ipsius abbate, quo absente vel praepedito primicerius, vel cantor, aut priores capituli canonici pro ordinis ratione ejus loco supplebunt. Abbas primum post archipresbyterum sedem tenebit, et quando archiepiscopus sacris ibidem operabitur, memoratus abbas archidiaconum aget, adstante licet capitulo collegiatae.

De throno Nazareno servando.

§. 6. Habita profecto ratione Nazarenoi archiepiscopatus tituli, quem a Tranensi archiepiscopo assumi sancivimus pontificalem thronum in Nazarena ecclesia extare permittimus.

Deputatio executoris apostolici, cum omnibus facultatibus.

§. 7. Ut autem cuncta a Nobis ut supra disposita rite ac celeriter ad suum perducantur effectum antedicto venerabili fratri archiepiscopo Tranensi, quem harum literarum exequutorem eligimus, ac deputamus necessarias omnes et opportunas ad praemissorum effectum plenarie consequendum tribuimus facultates etiam alteram personam in ecclesiastica dignitate constitutam subdelegandi, et super quacumque oppositione in actu exequutionis quomodolibet forsan oritura, servatis servandis libere ac licite etiam definitive pronunciandi.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Praesentes vero literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quilibet interesse habentes vel habere praetendentes vocati, et auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint eorum consensui, quatenus opus sit, de apostolicae potestatis plenitudine supplentes, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio etiam substantiali defectu notari, impugnari, aut in controversiam vocari posse, sed perpetuo validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac perpetuo super controversias quali-

bet usque adhuc inter duo capitula agitatas, apostolica Nostra auctoritate imposito silentio ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere volumus atque decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 9. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, de suppressionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, aliisque Nostris et cancellariae apostolicae regulis, ac in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, itemque sacrarum congregationum decretis, aliisque licet speciali, expressa, et individua mentione dignis contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis. §. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum suppressionis, immutationis, erectionis, constitutionis, permissionis, assignationis, attributionis, facultatis, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo octavo, decimo kalendas octobris, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 22. sept. 1828. Anno V.

CCLXXVII.

Erectio oppidi Cynthiani Albanensis dioecesis in civitatem.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Humanarum rerum talis est vicissitudo, ut, quae magnificentia, amplitudine, virtute, et opibus anteactis florebant seculis, illustres quaedam civitates, vix vetustae modo gloriae nomen servent; et alia postmodum emerserint loca, quae incolarum frequentia, territorii fertilitate, aedificiorum magnificentia, aliisque qualitatibus, caeteris ita praestent, ut titulo et honoribus civitatis decorari mereantur.

Ratio concessionis. §. 2. Terra itaque Cynthiani vulgo Genzano appellata, intra limites Albanensis dioecesis sita, illustriorum Pontificiae Nostrae ditionis locorum nomine cohonestatur ad praesens; quatuor enim mille bis centum quinquaginta ipsa excipit incolas, et mille quingentis circiter advenis accomodatum hospitium, et modum locandi operam per totum fere annum praebet; domos habet honorificas, latas, et ridentes deambulationes arboribus adumbratas, viam consularem, quae eam transmittit, amplum templum, ubi canonicorum collegium roccbetto et cappa magna decoratum Deo laudes persolvit; plura pia sodalitia, coenobium fratrum ordinis s. Francisci Cappuccinorum nuncupatorum, piam domum ad puellarum institutionem, puerorum scholas; plures numerat cives doctrina et meritis praestantes, et quosdam etiam episcopali dignitate decoratos; sincera semper in hanc sanctam Sedem fidei et devotionis exhibuit argumenta: et tandem ejusdem gubernio, cui pagus vulgo Ardea adhaeret, quaedam alia loca quibus nomen Cisterna, Civita-Lavinia, et Nemi ad praesens sunt obnoxia.

Tenor concessionis. §. 3. Quae quum ita sint, quumque magistratus, et universi Cynthiani cives suppliciter a Nobis petierint, ut eorum terram civitatis titulo et honoribus donemus, Nos haud gravate inducimur, ut eorum votis benigne obsecundemus, eosque proinde singulari beneficentia et honore prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, terrae praedictae Cynthiani vulgo Genzano, titulum, honores, jura, et insignia omnia, quae caeteris Pontificiae ditionis Nostrae civitatibus constitutione Nostra, seu motu proprio dato die vigesima prima decembris superioris anni tributa sunt, vel in posterum tribuentur, plena Nostra auctoritate, vi hujus apostolici diplomatis concedimus, et impertimur, et incolas Cynthiani civium nomine decoramus; ita tamen ut nova haec civitas Albanensi ecclesiae semper, ut antea, subdita sit, nec episcopus Albanensis in tempore penes eam consistere teneatur.

Clausula subiiciata, et decretum irritans. §. 4. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit in om-

nibus, et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus constitutionibus, et sanctionibus apostolicis, nec non ejusdem Cynthiani etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima tertia septembris millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 23. sept. 1828. Anno V.

CCLXXVIII.

Concessio tituli, jurium, et honorum civitatis pro oppido Tiberiaco dioecesis Faventinae.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Consuevit apostolica Sedes locorum, et incolarum eo magis consulere dignitati, ac decori, quo planius illi praeclara virtutum laude praediti, atque in primis probatae fidei, ac pietatis argumenta in eamdem sanctam Sedem, ac Romanos pontifices praedecessores Nostros constanter praebuerunt.

Ratio concessionis. §. 2. Intra limites Faventinae dioecesis, apostolico vero Ferrariensi legato subditum, Balneocaballum assurgit, oppidum quidem, sed moeniis septum, quatuor portis aditum habens. Origine vetustissimum; studio autem in Romanos pontifices probatissimum, a quibus inter barbarorum Italiae incursiones numquam defuit, adeo ut a Stephano III. et a Nicolao itidem III. peculiaria clementiae testimonia acceperit. Gregorius XI. Avenione ad oppidanos literas benevolentiae plenas misit. Clemens vero VIII. Ferrariam contendens, ut hujusce urbis possessionem adiret, illos praesentia sua recreavit, eaque occasione primores ei obviam missos, equites renuntiavit, ac paullo post oppidum ipsum privilegiis ornavit. Neque minus Benedicto XIV. Pio VI. ac Pio VII. cordi fuit, eorum enim alter multa laude illud prosequutus, ejusque parochiale templum sancto Michaeli archangelo sacrum in collegiatam evexit cum facultate archipresbytero utendi pontificali ornatu; alter canonicorum numerum auxit; tertius vero post acerbissimas temporum vices illam restituit. Quod etiam illius celebritati formam adjunxit, illud profecto est, plures in lucem edidisse viros sanctitate, literis, atque ingenuis artibus praeclaros. Nunc vero praeter collegiale templum, plures alias praesefert sacras aedes, nonnulla virorum, ac mulierum coenobia, sodalitates ad divinum promovendum cultum constitutas, montem Pietatis, nosocomium, pias domos pueris, ac puellis instituendis, atheneum religioni, ac bonis artibus excolendis, ecclesiastici Gregoriani cantus scholam, bibliothecam damum, quae adeuntibus patet. Haec quum ita se habeant, quumque incolarum numerus tum oppidi, tum agri duodecim millia circiter exaequet, edita jam constitutione Nostra, seu motu-proprio ad diem vigesimam primam decembris superioris anni, qua statuimus ditionis Nostrae loca per apostolicas literas civitates dicta, nobilitatis domesticae privilegio uti posse, primorum Balneocaballi precibus annuere haud gravate inducimur, qui a Nobis poscunt, ut ex Nostra indulgentia eorum oppidum civitatis titulo, atque honoribus honestare velimus.

§. 3. Nos igitur oratores peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, volentes, lubentesque, seu ut dici solet motu-proprio, ac certa scientia, plenaque auctoritate Nostra oppidum Balneocaballi in civitatem erigimus, eique idcirco honores omnes, itemque jura, atque insignia volumus delata, quae caeteris Pontificiae ditionis Nostrae civitatibus eadem constitutione Nostra tributa sunt, vel in posterum tribuentur. Caeterum concessionem hanc Nostram ita intelligi decernimus, ut episcopus Faventinus minime teneatur residere in tempore nova in Balneocaballi civitate, quae quidem episcopo ipsi quemadmodum antea omnino parebit; praeterea ut nihil immutatum censeatur in rebus ad civile regimen pertinentibus. Concessionis tenor.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 4. Haec concedimus, atque mandamus, decernentes has litteras firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque planarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et omnibus ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari et definiri debere, irritum quoque et inane declarantes, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et sanctionibus apostolicis, nec non peculiaribus quorumcumque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima sexta septembris millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno quinto.

ANNO SEXTO

Dat. die 20 sept. 1828. Anno VI.

CCLXXIX.

Concessio tituli civitatis pro terra sancti Elpidii nuncupata in Piceno.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Nonnulla sunt extant in Pontificia ditione Nostra oppida, seu municipia, quae tum conspicua celebritatis laude, tum probata in Romani Petri cathedram observantia aliis ita praestant, ut beneficia in illis Nostra merito collocare posse videantur.

Ratio concessionis. §. 2. Perspectum est Nobis, e veteris Cluanae cineribus in colle Plebis duo millia passuum cum dimidio a mare Adriatico recta semita ad ultimam Piceni oram priscorum Quiritum municipium assurgere, quod a sancto Elpidio, qui primum in Christi fidem illud convertit, nomen accipit. Denuo aedificatum quum duo fere post saecula nova barbarorum manus Picenum invaserit Adriano I. et Leone III. pontificibus instantibus, imperator Carolus III. Galliae rex eo se contulit, ut illud defenderet, ac precibus Theodosii episcopi Firmani templum sancti Salvatoris, nunc sanctae Crucis, erexit. Maximum vero laudis ei accessit ex constanti obsequio et fide, quam labentibus annis, ac in asperrimis rerum vicibus erga Sanctam Ecclesiam praesetulit, adeo ut praeter alios Innocentius IV. apostolicis literis benigne Elpidianis concessit, portum habere in ora finitimi maris, ac privilegia, quae praedecessores illis tribuerunt, confirmavit, suaque auctoritate probavit. Joannes XXII. paterni amoris erga ipsos non dubia addidit argumenta, Gregorius autem XI., ac Urbanus VI. idem municipium a vectigalibus immune declararunt. Neque profecto aliis caret nominibus: aedificia videlicet haud contemnenda, decora templa, ac praesertim collegiale a pontifice maximo Gregorio XIV. erectum, item monasteria, coenobia; populi demum numerus, ratione habita loci amplitudinis, conspicuus, duodecim namque millia incolarum excedit, e quibus prodiere viri de literis, scientiis, honoribus tum civilibus, tum ecclesiasticis optime meriti. Quocirca quum constitutione Nostra, seu motu-proprio dato die vigesima prima decembris superioris anni edixerimus ditionis Nostrae loca, per apostolicas literas civitates dicta, nobilitatis domesticae privilegio uti posse, quumque oppidi sancti Elpidii primores supplici cum prece a Nobis postulaverint, ut illud civitatis titulo atque honoribus honestare velimus, haud gravate inducimur eorum ut votis obsecundemus.

§. 3. Nos igitur oratores peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, plena auctoritate Nostra oppidum sancti Elpidii in civitatem erigimus, eique idcirco honores omnes, itemque jura, atque insignia volumus delata, quae caeteris Pontificiae ditionis Nostrae civitatibus eadem constitutione Nostra tributa sunt, vel in posterum tribuentur. Caeterum Tenor concessionis.

concessionem hanc ita intelligi declaramus, ut archiepiscopus Firmanus minime teneatur in tempore residere nova in sancti Elpidii civitate, quae quidem metropolitae ipsi, quemadmodum antea subdita omnino sit, praeterea ut nihil immutatum censeatur in rebus ad civile regimen pertinentibus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Haec concedimus atque mandamus, decernentes has literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et prò tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et sanctionibus apostolicis, nec non peculiaribus quorumcumque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima septembris millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 30. sept. 1828. Anno VI.

CCLXXX.

Concessio tituli, et honorum civitatis pro oppido Hispelli nuncupato in Umbria.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Civitatis titulum atque insignia Romani pontifices restituere interdum solent, vel omnino tribuere iis Pontificiae ditionis locis, quae eximiis nominibus commendata hujusmodi honorificentiae accessione digna jure meritoque censeantur.

Ratio concessionis.

§. 2. In Umbria intra limites Perusinae delegationis, Hispellum assurgit a priscis temporibus nominis celebritate, belli ac pacis studiis praestans, Julius Caesar illud ex municipio coloniam constituit, Octavianus autem ejus incolas Clitumni balneis praefecit. Ubi vero christiana religio densas ethnicorum tenebras dispulit, fertur, longo temporis intervallo plurium episcoporum sedem extitisse, quos inter nonnulli tum doctrina, tum sanctitate praeclari; usque dum Fridericus II. imperator Italiam ingressus, cognita Hispelli civitate sanctae Sedi addictissima, demortuo episcopo, clerum in exilium pepulit, ejusque bona fisco adjudicavit. Hisce in asperrimis rerum vicibus Hispelli ecclesia episcopo Spoletano fuit concredita, eique paruit, nil a privilegiis remittens, quippe clerus aliis Trebiae, Bevaniae, ac Montisfalci primas habebat. Anno deinde millesimo septingentesimo septuagesimo secundo Clementis XIV. apostolico diplomate iisdem cum privilegiis dioecesi Fulginatensi fuit attributa. Quam porro laudis famam sibi olim comparavit, eamdem ipsam nunc sibi vindicare posse videtur. Ambitus tria circiter millia passuum; moeniis septum, quorum rudera viatorem ad se convertunt; populi multitudo ad quatuor millia. Duas habet collegiales ecclesias, quae a conspicuo canonicorum numero coluntur; tria coenobia, duo monasteria, orphanotrophium, piam domum, aedes puellis instituendis, nosocomium, praeclara templa, binos montes frumentarios, unum pietatis, decem sodalitia, veterem literarum accademiam, monumenta denique non minus vetera quam recentia. Maximum vero splendoris ac decoris illi accedit ex collegio Felici, quod scholarum copia, ordine, ac praeceptorum delectae juventuti religione ac bonis artibus imbuendae ita accommodatum, ut adolescentes eo undique confluunt. Quae quum ita se habeant, quumque constitutione Nostra seu motu proprio, dato die vigesima prima decembris superioris anni ediximus, ditionis Nostrae loca, per apostolicas literas civitates dicta, nobilitatis domesticae privilegiis uti posse, primores Hispelli supplici cum prece Nos adierunt, Nostramque

indulgentiam petiere, qua illud civitatis titulo atque honoribus, quibus aliquando perfruebatur, honestare valimus.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur oratores peculiari beneficentis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, motu proprio, ut dici solet, ac certa scientia, plenaque auctoritate Nostra veterem civitatis titulum Hispello restituimus, seu primum concedimus, atque idcirco honores omnes, itemque jura, atque insignia volumus delata, quae caeteris Pontificiae ditionis Nostrae civitatibus eadem constitutione Nostra tributa sunt, vel in posterum tribuentur. De reliquo concessionem hanc ita intelligi declaramus, ut episcopus Fulginatensis minime teneatur residere in tempore in Hispelli civitate, quae quidem episcopo ipsi, quemadmodum antea, subdita omnino sit, praeterea ut nihil immutatum censeatur in rebus ad civile regimen pertinentibus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Haec concedimus atque mandamus, decernentes hasce literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et eorum causa quae expressa sunt hoc futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus constitutionibus, et sanctionibus apostolicis, nec non pecuIiaribus quorumcumque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima septembris millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno sexto.

CCLXXXI.

Dat. die 20. sept. 1828. Anno VI.

Concessio juris privativi extruendi opera lateritia favore Francisci Gabet Romani ad decennium.

Pier Francesco per la misericordia di Dio Vescovo di Albano cardinale Galleffi, della S. R. C. camerlengo.

Publicatio chirographi. §. 1. La santità di Nostro signore Papa Leone XII. felicemente regnante si è degnata concedere al signor Francesco Gabet Romano il privilegio esclusivo di fabbricazione di una macchina a colo o getto della creta liquida; di altra a pressione meccanica acconcia a formare, levigare, e squadrare ogni sorta di lavoro laterizio, e specialmente i quadri da mattonato; e di una terza per il taglio parimenti meccanico di essi, inventate da lui, e di lavorare colle dette macchine, a spacciare gli analoghi materiali laterizj, da durare lo spazio di anni dodici in tutta la estensione de' suoi ecclesiastici dominj. Quindi ci facciamo solleciti di manifestare al pubblico questa sovrana concessione, emanando qui appresso il chirografo a noi diretto li 30 settembre precorso, ed esibito per gli atti dell' infrascritto segretario, e cancelliere della R. C. A. il dì 18 corrente, e dichiarando che la concessione delle aggiunte macchine per il colo o getto della creta liquida, e per il taglio meccanico risulta da posteriore rescritto emanato d'ordine della stessa Santità Sua, come faciente parte dello stesso privilegio esclusivo, il quale rescritto è stato del pari insinuato negli atti dello stesso segretario e cancelliere sotto il medesimo suindicato giorno.

Reverendissimo cardinal Pier Francesco Galleffi della S. R. C. camerlengo.

Expositio precum, et tenor concessionis. §. 2. Avendoci Francesco Gabet della Nostra città di Roma presentata supplica, nella quale ne chiedeva la grazia di concedergli il privilegio esclusivo di una macchina da lui

inventata acconcia a formare, levigare o squadrare ogni sorta di lavoro laterizio e specialmente i quadri da mattonato, ed essendo Noi certificati essere cosiffatta invenzione molto ingegnosa, utile e facile ad essere messa in pratica, e adattata a formare, levigare, e squadrare i lavori laterizj con uguaglianza assai maggiore di quella che si ottiene co' metodi finora praticati, e che da questa nuova maniera di lavorazione sarà per derivarne eziandio maggiore solidità e durevolezza nel fabbricare un genere di tanto uso e necessità ora pur troppo trascurato e degenerato, richiedendo l'azione di così formarli, levigarli e squadrarli che siano i mattoni composti di materie bene scelte, e meglio manipolate e più coerenti, e finalmente che venendo a facilitarsene la fabbricazione col risparmio del tempo e delle opere sarà altresì per derivare da questo nuovo ritrovato minore spesa nella compera del materiale per le fabbriche, siamo venuti nella determinazione di accogliere favorevolmente l'istanza del suddetto Francesco Gabet Nostro suddito Romano, e di concedergli, come col presente Nostro chirografo, in cui abbiamo per espresso, e di parola in parola inserito il tenore di qualunque più necessaria e consueta cosa ad esprimersi, di moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà concediamo a Francesco Gabet l'implorato privilegio esclusivo in tutto il Nostro stato di formare, levigare e squadrare colla nuova macchina da lui inventata i mattoni di qualunque specie e misura dal medesimo o da altri fabbricati cogli obblighi, patti e condizioni seguenti.

Duratio privilegii. I. §. 3. Che il suddetto privilegio non possa durare oltre i dodici anni da computarsi dal dì che verrà da voi pubblicato l'analogo editto, finiti i quali resterà libero a tutti di giovarsi di questa nuova invenzione.

Reservatio jurium tertii legitime quaesitorum. II. §. 4. Che il conceduto privilegio esclusivo non debba intendersi in alcun modo pregiudicevole a tutti quelli, che per avventura già conoscessero e avessero messo in pratica questo nuovo metodo in qualche luogo del Nostro stato, purchè questi abbiano non più tardi di due mesi dal dì della pubblicazione del presente chirografo presentato a voi ricorso, e fatto constare con opportuni e veridici documenti, che già esercitavano cosiffatto modo di lavorazione.

Idem ut supra. III. §. 5. Che debba esser lecito e permesso a chiunque di squadrare e arruotare i mattoni nella stessa guisa che è stato praticato finora da tutti i lavoratori di tale manifattura, o questi vendere all'ingrosso ed al minuto, non che trasportare in qualunque luogo del medesimo Nostro stato.

Onus impositum extruendi plures fabricas ejusdem speciei. IV. §. 6. Che sia obbligato l'intraprendente Francesco Gabet di erigere una o più fabbriche con le opportune macchine, ed altri necessarj ordigni, al quale effetto dovrà giustificare avanti di voi nel decorso di un anno dalla presente concessione dell'effettivo esercizio del precisato metodo, esibendo i campioni di varie dimensioni e grandezze di questi mattoni, oltre quelli a Noi presentati, sotto pena della caducità della privativa, nella qual pena incorrerà ancora se l'esercizio della lavorazione fosse interrotto e trascurato per lo spazio di un anno intero.

De vetita cessione privilegii. V. §. 7. Che non possa l'intraprendente cedere la manifattura ad altre persone senza un vostro speciale permesso, durante il tempo della privativa.

De canone R. C. A. solvendo. VI. §. 8. Che finalmente in ricognizione della presente grazia debba in ogni anno il detto privatario Francesco Gabet presentare in camera de' Tributi nella vigilia o festa de' ss. apostoli Pietro e Paolo il canone di due libbre di cera bianca lavorata sotto le pene contenute nella bolla della sa. me. di Gregorio XIII.

Mandatum de publicando concessione. §. 9. A forma pertanto delle disposizioni contenute nei precedenti articoli, e colle condizioni e patti in essi esistenti o descritti in nome Nostro concederete al detto Francesco Gabet per lo spazio di anni dodici da incominciare dalla data della pubblicazione dell'analogo editto la privativa lavorazione di formare, levigare e squadrare i mattoni colla nuova sua macchina di qualunque dimensione e diametro in tutta l'estensione del Nostro stato; concederete inibizioni; pubblicherete editti anche penali, e farete tutt'altro, che reputerete espediente per la migliore esecuzione della presente Nostra grazia, poichè tale è mente e volontà Nostra espressa.

Clausulae salutares, et irritantes. §. 10. Volendo, e decretando che al presente Nostro chirografo benchè non esibito, nè registrato in camera e nei suoi libri, non possa mai opporglisi di surrezione, orrezione, nè di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, e che così, e non

altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi ed interpretarsi da qualsivoglia giudice, e tribunale, benchè collegiale, congregazione composta di reverendissimi cardinali, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione d'interpretare, o definire diversamente; dichiarando Noi fin d'adesso preventivamente nullo, irrito, ed invalido tutto ciò che scientemente o ignorantemente fosse per giudicarsi, o si tentasse di giudicare contro la forma, e disposizione del presente Nostro chirografo, quale vogliamo che vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione ancorchè non vi sia stato citato, chiamato, nè sentito monsignor commissario della Nostra Camera, o altri che vi avessero, o pretendessero, avervi interesse, e che per comprenderli fosse bisogno di farne menzione.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non ostante la bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancelleria *de jure quaesito non tollendo* e qualunque altra costituzione, o ordinazione apostolica Nostra e dei Nostri predecessori, bandi, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole avendone il loro tenore qui per espresso e di parola in parola registrato, e supplendo Noi colla pienezza della Nostra suprema potestà ad ogni vizio e difetto che potesse essere intervenuto per questa volta sola, ed all'effetto premesso ampiamente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano questo di 30 settembre 1828.

Leo PP. XII.

Executio chirographi.

§. 12. Quindi è che noi in esecuzione delle sovraespresse sovrane disposizioni comandiamo quanto siegue.

I. Niuno potrà nel decorso del dodicennio dell'esclusivo privilegio accordato nel soprainserto chirografo e nel citato rescritto fabbricare e mettere in esercizio le macchine inventate dal sig. Francesco Gabet senza il di lui consentimento per il colo o getto della creta liquida, per la pressione meccanica, e per il taglio parimenti meccanico di detta creta secondo le macchine e i metodi da lui trovati e a noi presentati.

II. Sarà ogni contravventore punito con una multa non minore di scudi venti, e non maggiore di scudi cento oltre la perdita degli attrezzi stigli ed altro, con cui si fosse operata la vietata fabbricazione.

III. La suddetta multa sarà applicata metà a vantaggio del privatario, e per l'altra a favore dell'accusatore e degli esecutori in ugual porzione. Dato a Roma in Camera Apostolica li 22 novembre 1828.

P. F. card. Galleffi camerlengo di S. R. Chiesa.
G. Groppelli uditore.
Filippo Appollonj segretario e cancelliere della R. C. A.

CCLXXXII.

Dat. die 1. oct. 1826. Anno VI.

Deputatio archiepiscopi Nicosiensis in delegatum et visitatorem apostolicum omnium monasteriorum, conventuum, hospitiorum, conservatoriorum, eremorum, et generatim omnium domorum religiosarum regni Sardiniae.

Venerabili fratri
Albertino archiepiscopo Nicosiensi

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
Salutem et apostolicam benedictionem.

Exponitur quomodo primus visitator concreditum munus infectum reliquere coactus fuerit.

§. 1. Apostolici ministerii officio non minus, quam postulationibus carissimi in Christo filii Nostri Caroli Felicis Sardiniae regis illustris permoti, per Nostras apostolicas litteras sub piscatoris annulo datas die vigesima prima aprilis millesimo octingentesimo vigesimo sexto, ad regularem disciplinam tuendam, erigendamque in religiosis familiis utriusque sexus intra ejusdem Sardiniae insulae fines extantibus Ignatium archiepiscopum Urbinatensem, virum non doctrina solum, atque prudentia praeditum, sed etiam spiritu Dei, et singulari animarum zelo incensum illuc misimus tamquam delegatum, et visitatorem apostolicum, cui adjunximus et convisitatores duos, alterum ex ordine Minorum de observantia, alterum ex ordine Praedicatorum, et alium praeterea ecclesiasticum virum, qui secretarii munus obiret. Inchoaverat jam multis ab hine annis opus illud magna cum laude ve-

nerabilis frater Petrus episcopus Algarensis, cui nimirum a felicis recordationis Pio VII. praedecessore Nostro fuerat commissum: sed levare ipsum ab eo onere per Nos oportuit, quum non provecta solum aetate, sed adversa etiam valetudine premeretur. At vero haud multos post menses a praedictis Nostris literis datis tristissimo perculsi nuntio, quo de inexpectata morte trium ex quatuor illis selectis viris per Nos in Sardiniam missis alius post alium, atque inter hos ipsius optimi archiepiscopi Urbinatensis certiores facti fuimus, repente consilii Nostri rationem vidimus turbatam. Attamen Dei auxilio freti, qui operatur in Nobis ut velle, et perficere pro bona voluntate, a saluberrimo opere, quod semel sollicitudo pastoralis Nobis suscipiendum persuaserat, non duximus desistendum.

Decreta ista ab apostolico visitatore, confirmata fuerunt a sacra congregatione cardinalium extraordinariis negotiis ecclesiasticis praeposita.

§. 2. Praeterea novae accesserunt ejusdem carissimi in Christo filii Nostri Caroli Felicis Sardiniae regis illustris postulationes, quibus pro ea, qua nitet, eximia religione, ac pietate Nos obtestatus est, ut in locum defuncti archiepiscopi Urbinatensis alium sufficeremus idoneum virum, cujus ductu opus, quod ille impigre fuerat prosequutus, nunc resumi, atque ad optatum exitum adduci posset. Nimirum serenissimus idem rex ipse quoque opus istud omnino absolutum, consumatumque aliquando aspicere percupit: idque etiam praeterito visitationis illius tempore ostenderat, quum eam illam potenti auxilio juvare nunquam non institerit. Qua quidem in re studium quoque proregis ejusdem insulae eminuit; qui Urbinatensi archiepiscopo auxiliariam manum praebere, eique omni adesse officio non destitit. Eademque in re etiam venerabiles fratres archiepiscopi, et episcopi ipsius ejusdem insulae Nobis se magnopere commendarunt, qui supradictum delegatum Nostrum debito honore prosequi, et injunctum illi opus promovere, pro sua quisque parte satagerunt. Porro ut ad propositum revertamur, etsi non multos menses Urbinatensi eidem archiepiscopo licuerit negotium prosequi sibi commissum; pene tamen illud confecerat; et paucis ante suum obitum diebus acta visitationis ad Nos mitti curaverat, ut decreta in iis contenta si a Nobis videlicet approbata fuissent, operi, effectuique tradere festinaret. At vero Nos ut ea, quam negotii gravitas expostulabat, maturitate procederemus, primum s. congregat. venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium ecclesiasticis negotiis extraordinariis praepositae acta illa demandavimus examinanda; constituturi deinde quod magis ad bonum illius visitationis exitum conferre visum fuisset. Omnibus igitur diligenter seduloque perpensis, atque ad Nos relatis, intelleximus plane, archiepiscopum Urbinatensem complura probatione, summisque laudibus digna gessisse, et propositam ab illo fuisse satis idoneam negotii expediendi rationem: quamvis maturior illa deliberatio nonnihil etiam novi consilii Nobis suggesserit ineundum.

§. 3. Post haec de sententia sacrae ejusdem congregationis, votis praefati serenissimi regis de novo in Sardiniam mittendo apostolico visitatore annuendum censuimus; rati ad extremam operi imponendam manum alium neminem magis aptum fore, quam qui, ut jam antea Urbinatensis archiepiscopus Nostra fultus auctoritate praesens in eadem insula esset: qui locorum etiam visitatione, quod opportunum sibi visum fuerit, redintegrata, idem urgere opus non solum, sed plane etiam, perfecteque absolvere studio quam licebit maximo curaret. Verum quemadmodum alii praeterea fuerant missi convisitatores cum archiepiscopo Urbinatensi, ita novo etiam visitatori alios adjungere statutum est. Qua super re quoniam tum denique licere videbatur exitum sperare quam secundissimum, si generales ipsi regularium ordinum superiores ad idem urgendum salutare opus anniterentur; designari ab illis jussimus aliquot ex variis ordinibus virorum regulares, qui a Nobis, praeter ecclesiasticum virum, quem, ut auditoris munere apud visitatorem fungeretur, Nos ipsi elegissemus, in Sardiniam una simul mitterentur. Hoc autem consilium eo vel magis visum est opportunum; quod dum regularium illorum, qui a superioribus generalibus delecti sunt, opera visitator novus de mandato Nostro uteretur, via aperiretur simul ad morem ordinariae visitationis apud regulares in Sardinia instaurandum; quem profecto morem, etsi propter temporum calamitates jamdiu intermissum, resumi omnino ibi volumus, ac servari deinceps ad praescriptum cap. I. et cap. XX. sess. XXV. concilii Tridentini. Jamvero cogitantibus Nobis de homine aliquo deligendo, quem in defuncti delegati, ac visitatoris apo-

Necessitas mittendi novum visitatorem ad extremam operi manum imponendam.

stolici locum subrogaremus; quum, venerabilis frater, tot illa tamquam praeclara subiere, quae tui babebamus sapientiae, prudentiaeque specimina, tibi omnino munus illud deferendum in Domino duximus.

Deputatio novi visitatoris.

§. 4. Itaque tum votis carissimi in Christo filii Nostri Caroli Felicis Sardiniae regis illustris annuentes, tum etiam volentes, scientesque, sive, ut dici solet, motu proprio, et certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine te, venerabilis frater, per hasce Nostras literas eligimus, atque ad Nostrum, et sanctae hujus Sedis beneplacitum constituimus, ac deputamus in delegatum, et visitatorem apostolicum, omnium et singulorum monasteriorum, conventuum, hospitiorum, conservatoriorum, eremorum, et generatim quarumcumque domorum intra Sardiniae fines extantium, in quibus sive stabilem habeant sedem, sive per aliquod breve, ac brevissimum anni tempus sint, et commorentur viri religiosi, vel religiosae foeminae cujuscumque sint ordinis, societatis, et congregationis etiamsi eremitarum, vel oblatorum, sive oblatarum nomine appellentur; qui, aut quae regularem vitam quomodolibet profiteantur, et habitu utantur regulari. Hoc autem munere apostolici visitatoris, et delegati Nostri eo demum ex tempore, venerabilis frater, fungi poteris, atque adeo debebis, quo in Sardiniam fueris, Deo auspice, appulsus.

Adjutores visitatori adjuncti.

§. 5. Et tibi ad munus idem gerendum adjutorem damus dilectum filium Laurentium Parigini, virum religionis, doctrinae, et singularis prudentiae laude jam spectatum, ut is apud te auditoris officio fungatur, et adjungimus insuper sex viros regulares delectos, ea ratione, qua supra dictum est, ex ordinibus Praedicatorum, Eremitarum sancti Augustini, Carmelitarum, et ex diversis familiis minorum sancti Francisci, et eos quidem omnes pietate et consilio apprime cognitos, ut ipsi quoque a consiliis tibi sint, ac in peragenda visitatione adjutorium praebeant. Sex autem isti viri sunt dilecti filii fr. Thomas Pellini ex ordine Praedicatorum (qui archiepiscopo etiam Urbinatensi adjunctus a Nobis fuerat, multumque sub illo, et diligenter elaboravit) fr. Laurentius Tardy ex ordine Eremitarum sancti Augustini, fr. Thomas Nardi ex ordine beatae Mariae virginis de monte Carmelo Calceatorum, fr. Petrus Franciscus Muccioli ex minoribus sancti Francisci Conventualium, fr. Bernardinus Pansacchi ex Minoribus de observantia, et fr. Josephus Antonius a Pistorio ex minoribus Cappuccinis pro Etrusca provincia definitor. Insuper et plenam tibi facimus potestatem assumendi arbitrio tuo, et sex istis adjungendis regulares alios viros, ex aliis scilicet regularibus institutis, quae domos in Sardinia habeant, et singulos quidem ex ordinibus singulis, eosque a generalibus illorum superioribus, te postulante, designatos. Itaque tibi, venerabilis frater, per omne illud tempus, quo delegatus, et visitator apostolicus in Sardinia insula fueris, regulares omnes in ea insula extantes subjecti erunt tum viri, tum foeminae, quocumque in gradu constituti sint.

Facultates visitatori concessae.

§. 6. Quare tibi omnem illam imprimis auctoritatem in regulares ipsos concedimus, qua pollent generales cujuscumque instituti superiores: et quod attinet ad monasteria, domosve quaslibet, quae generalibus hujusmodi superioribus non subjiciuntur, concedimus tibi auctoritatem illam, qua praecipui quique illarum superiores praediti sunt. Sed insuper attribuimus tibi speciatim alia quoque jura quae paulo infra ipsis hisce Nostris literis indicabuntur: generatim vero, et reliquas facultates, quae ad perficiendum opus tibi injunctum necessariae sunt, vel opportunae. Porro illud severissime interdicimus, ne quis etiam in superiori aliquo gradu, vel dignitate quailibet constitutus exemptiones, immunitates seu privilegia regularium cujuscumque generis, sive illorum personis, sive quibuslibet illorum institutis attributa, licet in ipsis ordinum fundationibus, eorumve regulis, et constitutionibus contenta; et a conciliis etiam oecumenicis, atque ab apostolica ista Sede concessa, et speciali quovis modo sancita sint, allegare audeat ad exequutionem praesentium Nostrarum literarum vel minima ex parte impediendam, aut retardandam. Nos enim ex plenitudine apostolicae Nostrae potestatis privilegia ipsa omnia hujus tantum rei gratia suspendimus, seu iisdem, eatenus derogamus, ut Nostrae istae literae, illis minime obstantibus, plenissimum promptumque in omnibus prorsus suis partibus nanciscantur effectum. Tuum igitur, venerabilis frater, jus erit, et munus providere omni opera, ut in cunctis Sardiniae insulae locis vetus disciplina regularis, et con-

stantius, ubi conservata est, perseveret, et instauretur ubi collapsa est, abususque omnes, qui irrepserint, cessent: et proinde tam per te, quam per supradictos vel auditorem, vel religiosos viros adjutores tuos, seu junctim, seu separatim visitare in spiritualibus, aeque ac in temporalibus, seu in oeconomicis omnia, et singula monasteria, conventus, hospitia, conservatoria, eremos, et alias domos quascumque virorum, et foeminarum ad qualemcumque regularem ordinem pertinentes, dummodo in insula Sardinia sint.

Suppressio jurisdictionis ordinariae superiorum ordinis durante visitationis tempore.

§. 7. Quae quidem locorum visitatio ut libere prorsus efficiatur, cavemus, decernimusque, ut supra monasterium, vel domum quamlibet, quae visitatur, ipsa videlicet peculiari ejusdem monasterii, seu domus visitatione durante, suspensa remaneat eo ipso auctoritas omnium superiorum, etiam majoris gradus, ne excepto quidem, quod vocant definitorio, sive consultatione provinciae; et suspensa pariter jurisdictio ordinarii cujuscumque circa monasteria monialium, nec non et circa conservatoria, hospitalia, seu loca alia hujusmodi regularibus unius, vel alterius sexus concredita. Quoniam vero id praecipue optaremus, ut tu, venerabilis frater, in commisso tibi opere gerendo, leniora quoad fieri possit, remedia adhiberes ad tranquillandas conscientias, atque ad peccatorum pericula removenda, tibi idcirco plenam potestatem facimus dispensandi per compositionem vel etiam per condonationem (prout magis expedire tibi in Domino videbitur) super oneribus missarum, quibus non fuerit satisfactum, idque circa eas quoque missas, quae propter acceptam manualem, ut ajunt, eleemosynam, celebrari debebant; itemque et pia missarum legata justis de causis reducendi pro futuro tempore, seu imminuendi. Praeterea et plena tibi erit potestas sanandi penitus professiones non rite emissas, et confirmandi, seu ex integro constituendi tum superiores, tum officiales alias non legitime, atque etiam simoniace electos seu quomodolibet deputatos.

Ampliatio facultatum pro concedenda regularibus absolutione a censuris et ab observantia votorum.

§. 8. Erit quoque tibi facultas absolvendi regulares qualibet personas a censuris, quas contraxerint sive propter istud idem simoniae genus, sive ex peccatis circa praedicta missarum onera admissis, sive etiam propter venditiones, donationes, et alias quascumque alienationes rerum ad regulares domos, vel ad regulares personas pertinentium: itemque dispensandi cum regularibus viris qui in sacris ordinibus constituti sint, super irregularitate ob violationem praedictarum, seu aliarum quarumcumque censurarum contracta. Ad haec: permittere poteris permutationes, et alienationes bonorum etiam immobilium ad regulares pertinentium si scilicet urgeat necessitas, aut justa id utilitas suadeat. Jus etiam tibi erit transferendi regulares personas ab una in aliam ex eorum domibus: ad moniales tamen quod attinet, tunc solummodo transferre illas poteris, si id necessarium elt ad vitam communem instaurandam. Immo viris regularibus, si opus fuerit, concedere etiam poteris indultum, quod vocant, perpetuae saecularizationis. Insuper tum tibi, venerabilis frater, tum praedicto auditori tuo, et religiosis illis viris, quos tibi adjutores adjecimus, facultas erit audiendi in Sardiniae insula confessiones regularium quorumlibet, etiam monialium ordinariis subditarum, eisque sacramentalis absolutionis beneficium tribuendi. Tu vero regulares ipsos viros, et foeminas absolvere poteris ab omnibus etiam casibus et censuris Nobis, et huic apostolicae Sedi reservatis: quam facultatem et communicare valebis tum auditori, et religiosis praedictis adjutoribus tuis, tum aliis quoque sacerdotibus ad personarum illarum confessiones audiendas rite approbatis. Porro vellemus equidem, ut leniora ista remedia, quemadmodum necessaria non forent pro religiosis illis, quos bonos esse scimus, et in exemplum servantes disciplinam, ita et sufficerent ad alios, qui a disciplinae custodia recesserint, in officium revocandos.

Facultas corrigendi, et puniendi regulares.

§. 9. Sed munus postulat officii Nostri, ut omni eventui prospiciamus. Itaque vehementer optantes, ut quam minimum severitate utendum sit, neque dubitantes quin tis ea, qua poteris, lenitate cum omnibus acturus, tibi venerabilis frater, plenam facultatem concedimus corrigendi, et puniendi regulares quoslibet utriusque sexus in insula Sardiniae existentes; ita quoque ut tibi jus sit deponendi superiores etiam majores cujuscumque ordinis, caeterosque officiales, vel eosdem a suis gradibus, et officiis per aliquod tempus interdicendi, et regulares sacerdotes, caeterosque diversis clericorum ordinibus initiatos ecclesiastica suspensionis censura illigandi;

immo et poteris ejicere, seu expellere a claustris regulares inemendabiles, sive ut ajunt, incorregibiles, idque omissis etiam omnibus solemnitatibus a jure requisitis, postquam tamen tibi ex processu saltem summario constiterit, cum, qui ejiciendus est, inemendabilem esse.

Facultas conficiendi processus, etiam implorato brachio saeculari.

§. 10. Jam vero tum ut punitiones hujusmodi adhibere, tum ut caetera, quae tibi commissa sunt, expedire possis, tuum, venerabilis frater, jus erit processus conficere, decreta interponere, et sententias proferre, salva tantum illa ad sanctam hanc Sedem appellatione, quae in devolutivo dicitur, non quae in suspensivo. Quapropter et poteris a regularibus quibuscumque viris, et foeminis, vel etiam a probis viris e saeculari clero, ac tandem a laicis probatae fidei notitias exquirere, seu assumere omnes extrajudiciales, ut eas appellant informationes; id vero sive per te, sive per auditorem, sive per religiosos viros adjutores tuos, tam junctim, quam separatim. Item regulares quosque viros et foeminas, atque etiam regulares superiores cujuscumque gradus cogere poteris (illaesa tamen monialium clausura) ad se sistendos coram te, vel coram auditore, aut religiosis viris praedictis, ut justo seu formali examini se subjiciant, sive uti principales, sive uti testes; ac pariter cogere illos, ut tibi, aliisve supradictis libros, et scripturas tradant; atque alia exhibeant, quae pro tuo munere obeundo petieris: quamobrem liberam tibi impertimur potestatem utendi contra inobsequentes tum spiritualibus poenis, tum temporalibus, implorato etiam, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis. Denique, ut supra diximus, erit tibi reliqua omnis potestas perficiendi quidquid necessarium, aut opportunum in Domino judicaveris, ut delegatio, et visitatio ista optatum finem nanciscatur. Enim vero Nos auctoritate apostolica omnibus, et singulis regularibus utriusque sexus in Sardinia extantibus, superioribus etiam, eorumque officialibus; non exclusis syndicis apostolicis in ordine mendicantium, in virtute sanctae obedientiae praecipimus, ut te uti Nostrum delegatum, et visitatorem apostolicum agnoscant, recipiant, et venerentur; tibique, et auditori tuo, ac religiosis viris tibi in adjutorium datis debitum praestent obsequium: sublata cuicumque, superioribus etiam generalibus, potestate quidpiam per se, vel per alios, sive scripto, sive voce, decernendi, mandandi, aut consulendi, quod retardare, imminere, vel quomodolibet directe, aut indirecte attenuare possit hujus delegationis, et visitationis exequutionem. Caeterum facultates omnes, quas tibi, venerabilis frater, concessimus, et quae in Nostris hisce literis continentur, exerceri solummodo poterunt delegatione, et visitatione ista durante: cessante autem ipsa, et hae quoque penitus, et omnino cessabunt. Porro tuo jussu acta ejusdem visitationis universa supradictus auditor scripto consignabit; quae tu postea, visitatione expleta, vel etiam ante ad hujus scilicet sanctae Sedis nutum, sanctae eidem Sedi trades, aut remittes.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 11. Haec constituimus, atque mandamus, decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non obstantibus quatenus opus sit felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis constitutionibus, et sanctionibus, nec non dictorum ordinum, et monasteriorum, domorumque quarumcumque etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet, concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 13. Volumus autem ut praesentium literarum exemplis etiam impressis, manu tua subscriptis, ac sigillo munitis, eadem prorsus,

in disceptationibus quoque judicialibus fides habeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce literis ostensis haberetur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die prima octobris millesimo octingentesimo vigesimo octavo; pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 1. octob. 1828. Anno VI.

CCLXXXIII.

Suppressio capituli ecclesiae collegiatae sanctae Anastasiae de urbe, et applicatio bonorum capitulo alterius ecclesiae collegiatae sanctae Mariae in Cosmedin nuncupatae pariter de urbe.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Ad circumspectam Romani pontificis providentiam pertinet non solum Dominici gregis sibi divinitus commissi custodiae et saluti jugiter invigilare, verum ad congruam quoque ministrorum Ecclesiae substentationem suae mentis aciem benigne convertere.

Ratio concessionis. §. 2. Agnovimus quippe insignem collegiatam ecclesiam basilicam nuncupatam sanctae Mariae in Cosmedin de urbe ab antiquitate celeberrimam, quae denominatio est unius ex disconali ordine Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis, et cujus capitulum constans ex archipresbytero, et novem canonicis de massa nuncupatis, atque unico canonico extra massam, nec non sex beneficiariis diversarum erectionum multa ob praeteritorum temporum vicissitudines passam fuisse jacturam, ita ut in praesentiarum ecclesiastici viri eidem inservientes annuis redditibus eorum deceati statui respondentes minime gaudeant; simulque conspeximus alteram vicinam sanctae Anastasiae ecclesiam collegiatam nuncupatam, quae titulus ad praesens vacans presbyteri cardinalis existit, ob positionem loci parum a Christifidelibus frequentari, et in illa erecta reperiri sex beneficia simplicia canonicatus nuncupata, quorum pro tempore possessores paucis infra annum statutis diebus divino servitio in eadem ecclesia tenentur famulari. Quare omnibus diligenter inspectis valde opportunum fore judicavimus redditus praefatorum sex beneficiorum simplicium canonicatuum nuncupatorum applicare capitulo dictae basilicae sanctae Mariae in Cosmedin cum lege tamen adimplendi omnia, et singula onera canonicis sanctae Anastasiae ad praesens incumbentia.

Tenor concessionis. §. 3. Motu igitur proprio, et ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praevia ex nunc pro tunc et quando ex persona cujuslibet ex modernis possessoribus quomodocumque vacaverint, successiva suppressione, extinctione et annullatione memoratorum sex beneficiorum simplicium canonicatuum nuncupatorum in collegiata ecclesia sanctae Anastasiae illorum fructus, redditus, et proventus quoscumque, supportatis tamen omnibus, et singulis oneribus et obligationibus tam realibus quam personalibus antedicto capitulo basilicae sanctae Mariae in Cosmedin distribuendos modo et forma ab infrascripto praesentium literarum exequutore praescribendos perpetuo tribuimus assignamus, et applicamus.

Firmo interea remanente titulo praesbyteri cardinalis in supra enunciata ecclesia sanctae Anastasiae cum honoribus, juribus, ac praerogativis legitime ipsi competentibus, mandamus, ut in eadem absque ulla intermissione consuetae peragantur ecclesiasticae functiones et precationes tam ex nunc ab enunciatis sex beneficiariis canonicis nuncupatis, quam in posterum a supradicto capitulo sanctae Mariae in Cosmedin ea peculiari methodo auditis utriusque ecclesiae canonicis a laudato exequutore definienda.

Deputatio executoris apostolici. §. 4. Quocirca dilecto filio Nostro Antonio sanctae Mariae in Cosmedin Sanctae Romanae Ecclesiae diacono cardinali Frosini nuncupato, quem in harum literarum exequutorem eligimus ac deputamus necessarias omnes et opportunas ad praemissorum effectum plenarie consequendum facultates aliam quoque personam in ecclesiastico dignitate constitutam subdelegandi, ac super quacumque oppositione in actu exequutionis quomodolibet forsan oritura servatis tamen servandis etiam definitive, et quavis appellatione remota libere ac licite pronunciandi apostolica auctoritate impartimur.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque licet

expressa et individua mentione dignis contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis. §. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae attributionis, assignationis, applicationis, mandati, facultatis, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere; vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo octavo, tertio nonas octobris, pontificatus Nostri anno sexto.

CCLXXXIV.

Dat. die 5 octob. 1828. Anno VI.

Suppressio beneficii simplicis sub invocatione ss. Gervasii et Prothasii erecti in ecclesia parochiali beatae Mariae virginis de monte Carmelo extra portam Portuensem, illiusque unio massae capitulari collegiatae ecclesiae sancti Celsi et Juliani de urbe.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Universalis Ecclesiae cura Romano pontifici ex alto demandata exposcit a Nobis, ut quando agitur de ecclesiis praesertim collegiatis, et antiquioribus in hac alma urbe Nostra ob temporum injuriam non pauca damna perpessis, utque merito sublevandis illarum necessitatibus etiam per beneficiorum ecclesiasticorum applicationem opportune consulamus.

Ratio concessionis. §. 2. Hoc sane consilio perspectum habentes praesentem statum saecularis et insignis collegiatae ecclesiae sanctorum Celsi et Juliani de urbe jam inde a duodecimo saeculo per nonnullos Romanos pontifices praedecessores Nostros variis donatae privilegiis, cui quidem ecclesiae unus archipresbyter et septem canonici laudabiliter inserviunt; simulque agnoscentes ob retroactorum temporum vicissitudines collegiale capitulum nunc adeo tenui censu potiri, ut archipresbyteri et canonicorum praedictorum decenti substentationi minime valeat sufficere, nisi de aliquo stabili subsidio capitularis massa provideatur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos idcirco supradictae collegiatae ecclesiae decori, illiusque capituli necessitatibus benigne providere volentes, et praedecessorum Nostrorum inhaerentes vestigiis, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine perpetuum simplex et personalem residentiam non requirens beneficium ecclesiasticum prioratus nuncupatum sanctorum Gervasii et Prothasii in parochiali ecclesia beatae Mariae virginis de monte Carmelo extra portam Portuensem canonice erectum, ac per venerabilem fratrem Laurentium Mattei patriarcham Antiochenum in praesens obtentum, praevia illius tituli collativi perpetua suppressione, extinctione, et annullatione ex nunc pro tunc, quando videlicet ex ipsius patriarchae Laurentii persona quocumque modo vacare contigerit, massae capitolari antedictae collegiatae ecclesiae perpetuo unimus, applicamus, et appropriamus, ad hoc ut omnes et singuli praefati beneficii fructus ac redditus in quacumque re consistentes, et undecumque provenientes, supportatis tamen debitis oneribus, in augmentum praebendarum favore modernorum, ac pro tempore existentium archipresbyteri ac canonicorum praedictae collegiatae ecclesiae proportionabiliter, ac libere perpetuo cedant.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Decernentes praesentes Nostras literas et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet interesse habentes, vel habere praetendentes vocati, et auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu quovis alio etiam substantiali defectu notari, impugnari, aut in controversiam vocari posse, sed eas perpetuo validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere debere volumus, atque decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de applicationibus committendis ad partes, ac de exprimendo in eis vero annuo beneficiorum ecclesiasticorum valore, ac Lateranensis concilii novissime celebrati applicationes perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non collegiatae ecclesiae praedictae etiam

juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alis roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis, quibusvis superioribus et personis in genere vel in specie, aut alias in contrarium praemissorum quomodolibet concessis: quibus omnibus, et singulis latissime et plenissime ac specialiter, et expresse nec non opportune, et valide harum quoque serie motu simili derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod dictus Laurentius patriarcha beneficium praefatum per eum, ut praefertur, obtentum tam simpliciter quam ad favorem alicujus etiam ex causa permutationis resignare minime valeat, alioquin resignatio in supradictae applicationis favorem facta censeatur eo ipso.

Sanctio poenalis. §. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam banc Nostrarum suppressionis, extinctionis, annullationis, unionis, applicationis, appropriationis, decreti, mandati, derogationis, et voluntatis infringere, eique ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo octavo, tertio nonas octobris, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 5. oct. 1828. Anno VI.

CCLXXXV.

Concessio bonorum olim spectantium hospitio, et ecclesiae sanctae Birgittae nationis Svecae facta capitulo ecclesiae sanctae Mariae Transtyberim de urbe.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Inter gravissimas curas, quae apostolico Nostro ministerio incumbunt, ea quoque non parvi momenti accedit, ut quae divino cultui, et fidelium utilitati sunt consecrata non distrahantur, piaeque fundationes, quae temporum injuria collapsae, vel aliquam passae suot jacturam, aut a primaevis institutione aberrarunt, in pios usus, quibus addictae jam fuerant, vel in aliud salutare opus restituantur.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, hospitium cum adnexa ecclesia sanctae Birgittae ex eleemosynis, et dotationibus benefactorum jam usque ab antiquis temporibus in urbe excitatum, ac pro excipiendis catholicis Svecae nationis religionis Nostrae monumenta invisuris designatum intercedentibus annis, dum, Svecia a catholica religione sejuncta, nullus ex illa catholicos ad urbem amplius accederet, devolutum libere fuerit in potestatem Sedis apostolicae, quae in illo jurisdictionis actus pluries exercuit. Exponitur quomodo bona in liberam collationem sanctae Sedis cesserint.

§. 3. Nos, quibus pro pastoralis officii Nostri munere summopere cordi est, ut almae urbis Nostrae populus pietatis, ac religionis praeceptis instituatur, ac praesto sit qui illi in spiritualibus necessitatibus opportunum praebeat auxilium, praevio maturo examine superius memorati hospitii redditus fructuosius erogare volentes, ac infrascriptae collegiatae ecclesiae canonicos et beneficiatos, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, nec non quarumvis applicationum eidem collegiatae ecclesiae hactenus forsan factarum, si quae sint, tenores etiam veriores, ac datas pro expressis habentes. Ratio concessionis.

§. 4. Motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine omnia, et singula praefati hospitii, bona, res, proprietates, ac jura quaecumque, et in quacumque re consistentia, ac undecumque provenientia saecularis et insigni collegiatae basilicae nuncupatae ecclesiae sanctae Mariae Transtyberim de urbe, et pro ea capitulo, et canonicis, ac beneficiatis ejusdem collegiatae ecclesiae, ita ut liceat eis per se, vel alium, seu alios ipsius collegiatae ecclesiae nomine omnium et singulorum dicti hospitii bonorum, rerum, proprietatum, fructuum, jurium, obventionum, et emolumentorum veram, realem, corporalem, et actualem possessionem propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere, dictaque bo- Tenor concessionis.

na, res, et proprietates locare, dislocare, arrendare, a praesentibus administratoribus rationes exigere, novam administrandi methodum inducere, debitorum nomina expedire, fundos in tuto ponere, sumptus imminuere, administrationem corrigere, propriis officialibus in illa uti, praefatosque fructus, redditus et proventus percipere, exigere, levare, ac (supportatis manutentionis ecclesiae sanctae Birgittae et solutionis pensionum quae modo pro pauperibus catholicis Svecae nationis originariis constitutae sunt, et quas in posterum, si qui fortasse advenerint, assignari contigerit, aliisque praefato hospitio inhaerentibus oneribus) residuales illius fructus in capituli ipsius collegiatae ecclesiae usus, et utilitatem convertere, cujusvis licentia desuper minime requisita, apostolica auctoritate perpetuo applicamus, adnectimus et incorporamus.

Conditiones concessioni adjectae.

§. 5. Ut autem capitulum, et canonici, ac beneficiati praefati collato hujusmodi beneficio non sine aliquo onere pro aequitate respondeant, volumus, atque praecipimus, ut firma tamen remanente obligatione principaliter penes vicarium curatum, ipsi personaliter per turnum omni studio, ac sollicitudine edocendae juventuti in regione Transtyberina commoranti christianae fidei rudimenta singulis Dominicis sedulam dent operam, atque eisdem Dominicis diebus, absoluta christianae doctrinae explicatione, cathechesim pro adultis hominibus habeant, ac demum, ut singulis festis diebus fidelium confessiones in sacro poenitentiae tribunali per notabile aliquod temporis spatium excipiant, aliaque pia opera, quae ad fidelium institutionem, eorumque aeternam salutem conferre posse in Domino judicaverint modo, et forma ab infrascripto exequutore praescribendis studiose peragere curent.

Deputatio executoris apostolici.

§. 6. Quocirca dilecto filio Nostro Joanni Francisco titulo sanctae Mariae Transtyberim Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Falzacappa nuncupato, quem in harum literarum Nostrarum executorem eligimus, et deputamus, necessarias omnes et opportunas ad praemissorum effectum plenarie consequendum tribuimus facultates, etiam unam, seu plures, personam, seu personas in ecclesiastica diguitate constitutam, seu constitutas subdelegandi, methodum super exactione, ac distributione redditutum, et in alia quacumque re observandam accurate statuendi, ac super quacumque oppositione in actu exequutionis quomodolibet forsan oritura, servatis tamen de jure servandis, etiam definitive et quavis appellatione remota libere, ac licite definiendi et pronunciandi.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 7. Decernentes easdem praesentes, et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod quilibet interesse habentes, vel habere praetendentes vocati et auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae defectu notari, impugnari, aut in controversiam vocari posse, sed eas perpetuo validas, et efficaces esse et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis, ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere. Sicque, et non alias per quoscumque judices, ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes; etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, vice legatos, dictaeque Sedis nuncios, sublata eis, et cuilibet eorum qualibet aliter judicandi, et interpretandi facultate, atque auctoritate, judicari, et definiri debere, irritumque, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictaeque collegiatae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae absolutionis, applicationis, adnectionis, incorporationis, voluntatis, praecepti, decreti, derogationis, et posterioris voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo octavo, tertio nonas octobris, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 1. oct. 1828. Anno VI.

CCLXXXVI.

Suppressio commendae monasterii ss. Andreae et Gregorii in monte Celio de urbe, et applicatio bonorum patriarchali basilicae sanctae Mariae Majoris, cum concessione privilegiorum aliis majoribus basilicis de urbe competentium.

Leo episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Impensissimo affectionis studio Romani pontifices praedecessores Nostri patriarchalem Liberianam basilicam sanctae Mariae Majoris prosequuti sunt, in id compulsi, et ex pietate erga Virginem genitricem, et ex veneratione in praeclarissima monumenta, quibus ex singulari divinae providentiae beneficio ibidem collectis summa ipsi vel a prima antiquitate accrevit apud omnes religio. Hoc et Nos devoti animi sensu inflammati orga basilicam illam tot tantisque nominibus illustrem, cui munere cardinalis archipresbyteri praefueramus, in ipso pontificatus exordio revocandam illam curavimus in veterem splendorem jucunda spe freti Virgini sanctissimae Nostras hasce pro ejus aede sollicitudines acceptas fore, eamque ope sua praesentissima Nobis adsidue adstituram. Hinc primum solliciti fuimus de ea cultu omni exornanda, tabulisque musivis, squalore vetustatis deterso restituendis, quas tum sanctus Xistus III. in Ephesini concilii testimonium collocarat, tum alii pontifices sequiori aetate adiecerunt: deinde vero in urbanae rei parochialis ordinatione paroeciam eam diximus, extructo idcirco pro aedis dignitate sacro fonte pereleganti, ac demum ad choralium officiorum procurationem, iis praesertim temporibus, quibus majorem capitularium partem vacare datum est, prospicere, quo poterat aptius, adnisi sumus.

Tenor concessionis. §. 2. Graves equidem ex rerum, quam annis superioribus ingemuimus, conversione jacturas passum est ipsius basilicae patrimonium, cui proinde aliquo remedio prout temporum asperitas tulisset succurrendum censuimus, Nos in id urgente speciali Nostra erga eamdem affectione. Quod ideo unum in praesens praestu fuit, hue lubentes inivimus consilii, atque non ad alicujus Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed moto proprio, ex certa scientia, meraque deliberatione Nostris, ac de apostolicae potestatis plenitudine, praevia suppressione, extinctione, et annullatione commendae monasterii abbatiae nuncupati sanctorum Andreae et Gregorii in monte Caelio de urbe jam per obitum bonae memoriae Joannis Francisci dum viveret Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Albani episcopi Ostiensis et Veliternensis vacantis, omnia et singula bona, jura, emolumenta, pertinentias, redditus, ac proventus cujusvis generis dicto bonae memoriae Joanni Francisco cardinali uti commendatario praefato quomodolibet antea spectantia, dilectis filiis canonicis memoratae basilicae sanctae Mariae Majoris a kalendis praesentis mensis octobris cumputanda vigore praesentium perpetuo adtribuimus, adsignamus, et adjungimus, ut redintegrata capsa ecclesiasticorum spoliorum sacrae congregationi de Propaganda Fide applicatorum de summa scutorum quingentorum septuaginta duo, et ubulorum septuaginta quinque monetae Rumanae, et impletis dictae commendae obligationibus, et oneribus ex ejusdem censu cunsulatur aedis, et sacrarii tuitioni, ac si quid inde supersit in canonicalia massae commodum accrescat. Ejus porro administrationem una cum caeteris capituli bonis ab ipsis canonicis ejusdem basilicae volumus procurari, quibus eam vehementissime commendamus, ut et insignis hujusce fabricae tuendae, et ubi opus sit celeriter sarciendae, ac sacrario necessariis rebus in sacrorum apparatum instruendo apprime prospiciatur, quem in finem peculiarem de hujusce abbatialis commendae redditibus rationem in capitularis administrationis tabulis haberi mandamus. Optassemus quidem liberaliora etiam in hanc causam subsidia decernere, sed cum maximis publicae rei difficultatibus praepediamur, quominus Nostra pro beatissimae Virginis honore in ipsius basilica augendo vota cumulate expleamus, Nostras hasce dispositiones, quibus interim tantae illius necessitati occurrere intendimus, plenam, accuratamque exequutionem nancisci volumus, ac districte jubemus.

§. 3. Vestigiis autem felicis recordationis Innocentii pp. X. praedecessoris Nostri insistentes, qui in sua constitutione, quam de Communicatio privilegiorum.

pensione quatuor mille scutorum super episcopalibus mensis ecclesiarum Mazzariensis, et Cataniensis favore basilicae Liberianae reservata edidit nonis octobris anno millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo, eadem edixit omnibus caeterarum patriarchalium urbis ecclesiarum privilegiis, praeeminentiis, indultis, favoribus, et gratiis potiri, ac gaudere; Nos quoque per hasce apostolicas literas hanc privilegiorum, praeeminentiarum, favorum, gratiarumque communicationem cum caeteris patriarchalibus basilicis eidem ecclesiae sanctae Mariae Majoris confirmamus, sancimus, et, quatenus opus sit, denuo concedimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes praesentes literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet interesse habentes, vel habere praetendentes vocati, et auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio etiam substantiali defectu notari, impugnari, aut in controversiam vocari posse, sed eas semper, et perpetuo validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, atque ab omnibus et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere: sicque et non aliter per quoscumque judices ordinarios vel delegatos quavis auctoritate fungentes, sublata iisdem quaelibet aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere, irritumque fore, ac inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Nostris et cancellariae apostolicae regulis de beneficiorum suppressionibus, et applicationibus, deque illorum annuo vero valore exprimendo, ac Lateranensis concilii novissime celebrati applicationes perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non supramemoratae basilicae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet forsan concessis, quibus omnibus, et singulis latissime, et plenissima ac specialiter, et expresse nec non opportune, et valide harum quoque seria motu simili derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae suppressionis, extinctionis, annullationis, attributionis, assignationis, adjunctionis, confirmationis, sanctionis, concessionis, impartitionis, mandati, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, eique ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo octavo, tertio nonas octobris, pontificatus Nostri anno sexto.

CCLXXXVII.

Dat. die 5. oct. 1828. Anno VI.

Subjectio societatis Magistrarum Piarum de urbe Sedi apostolicae, illiusque dispartitio in duas partes cum earum congrua dotatione, et sub regulari instituto.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Praeter puerorum institutionem, ad puellarum quoque educationem, ac disciplinam magna, atque impensa sanctae hujus Sedis cura opus est; hoc praesertim tempore, quo sexum utrumque vel a prima adolescentia depravare vafurrimi quidam, perditissimique seductores nituntur. Maxime autem in hac alma urbe in id Nobis, qui ad praesens, meritis licet imparibus, apostolicam ipsam Sedem tenemus, incumbendum rati, conservatoria ejusdem urbis novis quibusdam ordinationibus in meliorem adducere conditionem curavimus, quemadmodum videre est, tum in Nostro motu proprio diei decimae quartae novembris anni millesimi octingentesimi vigesimi sexti exhibito die trigesima ejusdem mensis apud acta Farinetti secretarii camerae, tum in literis apostolicis sub piscatoris annulo datis die vigesima quarta aprilis anni millesimi octingentesimi vigesimi septimi. Sed non magna est earum puellarum multitudo,

quae in conservatoriis istitui, docerique possunt.

Origo scholarum piarum pro institutione puellarum.

§. 2. Jam vero inter caetera subsidia bac ipsa in urbe ad reliquarum institutionem comparata, insignem sane tenent locum quidam virginum coetus, quae Magistrae Piae appellantur. Istae scilicet, quamvis neque claustrorum, neque religiosae professionis legibus obstrictae, insimul tamen babitare, et peculiari aliqua disciplina regi consueverunt, ut Deo unice vacarent, et puellas vel apud eas degentes, vel ad earum scholas convenientes, diligenter accurateque instituerent. Invexit Magistras Pias in hanc urbem praedecessor Noster felicis recordationis Clemens pp. XI., easque eximia liberalitate, summoque studio fovit, atque protexit: quod et reliqui deinceps Romani pontifices praestiterunt. Qua in re usi praesertim sunt opera praesulum, qui sibi ab eleemosynis erant: enim vero ab ipso Clementis XI. tempore mox invaluit, ut ex capsa eleemosynarum apostolicarum non exiguae stipes in Magistrarum Piarum sustentationem erogari juberentur.

Quomodo in duas societates dispertitae sint exponitur.

§. 3. Porro non multo post inductas Magistras Pias in hanc urbem, nonnullis in earum regimine exortis controversiis eaedem in duas societates, quae tamen unum idemque urgebant opus, dispertitae sunt: quae ambae etiam nunc extant, et plures babent scholas, licet ot paucae aliae quaedam scholae in hac urbe sint posteriori tempore institutae, quae ad neutram illarum societatum pertinent. Ex duobus autem illis societatibus, quae praecipuae sunt, altera quidem primariam bodie domum babet apud ecclesiam sanctae Agathae ad Suburram, eaque sub jurisdictione remanet eleemosynarii pontificii; altera vero quum a multo jam tempore impetraverit concedi sibi protectorem e cardinalium coetu, agnoscit hodie quoque in protectore ipso superiorem suum; babetque primariam domum in via vulgo dicta « Cesarini » prope ecclesiam sanctissimo Jesu nomini sacram. Jam vero quum omnibus compertum, exploratumque sit ex ambabus illis, atque etiam ex minoribus aliis, quae in urbe sunt, Magistrarum Piarum societatibus uberrimos derivasse fructus, Nos non modo magistras ipsas de institutione puellarum tam praeclarae meritas debitis ornamus laudibus, sed ad Nostrum quoque officium pertinere censemus, ut ea insuper provideamus, quae ad illarum commodum, tranquillitatem, et incrementum profutura videantur.

Earum subjectio immediata sanctae Sedi praecipitur.

§. 4. Itaque volentes scientesque, sive ut dici solet, motu proprio, et certa scientia, ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae potestatis plenitudine statuimus, atque decernimus, ab bis Nostris literis datis unum fore in alma bac Nostra urbe institutum Magistrarum Piarum, et illud quidem Nobis, atque huic apostolicae Sedi directo, proximeque subjectum. Ejusdem vero unici instituti duas esse partes, seu familias volumus, quae nimirum duabus illis respondeant praecipuis societatibus, de quibus supra dictum est. Ei societati, seu familiae, quae nunc primariam domum babet ad ecclesiam sanctae Agathae, praesidere in posterum quoque perget, Nostro scilicet et sanctae bujus Sedis nomine eleemosynarius pontificius pro tempore, alteri vero societati, seu familiae, cujus primaria domus est prope ecclesiam nomini Jesu sacram praesidebit codem nomine in futurum datarius pro tempore, sive ut modo esse solet cardinalis pro-datarius.

Impositio nominis utriusque novae societatis.

§. 5. Quare altera ex duabus illis unius instituti partibus appellabitur familia Magistrarum Piarum Datariae apostolicae, altera vero familia Magistrarum Piarum eleemosynariae apostolicae. His autem familiis, uni nempe vel alteri, aggregatas in posterum volumus reliquas, quae in bac urbe sunt Magistras Pias, seu omnes illarum coetus, qui usque adbuc ad neutram ex antedictis praecipuis societatibus pertinebant. Et per ipsas quidem hasce literas Nostras aggregamus in familiam Magistrarum Piarum eleemosynariae apostolicae magistras illas, quae Operariae vocari solent, babentque scholas duas alteram in via Gratiosa, alteram in vico qui dicitur « del Cancello » quae nimirum easdem, quas familia illa regulas servare jam consueverunt.

Onus caeteris magistris de urbe obtinendi aggregationem in altera ex societatibus.

§. 6. Caeteris vero Magistris Piis universis districte praecipimus, atque jubemus, ut ante initium proximi anni millesimi octingentesimi vigesimi noni in alterutram ex iisdem familiis aggregari se omnino curent. Quo adveniente tempore si quae ex magistris ipsis in bac urbe inveniantur, quae neutri earum familiarum aggregari se fecerint, eaedem non amplius pro Magistris Piis babebuntur, neque Magistrarum Piarum juribus, privilegiisque uti poterunt. Juxta baec, quoniam ambae illae

Magistrarum Piarum familiae nedum in idem debent salutare opus incumbere, sed partes etiam sunt unius ejusdemque instituti, ambas quoque similibus legibus regi par est.

Assignatio regularum ab universo instituto servandarum.

§. 7. Ergo in primis Instituto universo eas damus regulas, quas felicis recordationis Clemens pp. XIII. praedecessor Noster approbavit per suas literas apostolicas datas sub annulo piscatoris die octava septembris anni millesimi septingentesimi sexagesimi quarum initium « *Experientia rerum omnium magistra* » quae quidem regulae recenti etiam decreto sacrae congregationis Studiorum edito die tertia martii praesentis anni millesimi octingentesimi vigesimi octavi, et a Nobis approbato, ad episcopos temporalis Nostrae ditionis missae sunt, ut Magistris Piis suarum dioecesum applicarentur. Nostra igitur eadem apostolica auctoritate praescribimus, atque jubemus, ut regulae ipsae serventur posthac ab omnibus Magistris Piis hujus urbis ad utramque ejusdem unius instituti familiam pertinentibus. Caeterum quoniam illae Magistrae Piae, ex quibus familia Datariae apostolicae constituta est, non iisdem illis regulis usae hactenus fuerunt, idcirco datario, seu cardinali pro-datario potestatem facimus easdem regulas ad peculiares ipsius familiae rationes accommodandi.

Divisio instituti sub diverso praesule independente, et sanctae Sedis immediate delegato.

§. 8. Tum vero idem datarius, seu pro-datarius, tum pontificius eleemosynarius suam quisque familiam libere gubernabunt, sine ulla, ut dicitur, dependentia alterius ab altero. Nec enim conjunctionem illam duarum familiarum in idem institutum eo volumus pertinere, ut a duobus pariter praesidibus regi ambae debeant: sed uterque ipsorum, nomine, ut diximus, Nostro, familiam sibi subditam procurabunt divisim, quasi ordinarii earumdem superiores: proindeque tum unus, tum alter in familiam quisque suam jurisdictione aucti erunt et spirituali, et oeconomica, seu temporali.

Munera superioribus imposita.

§. 9. Erit igitur umborum jus, et officium in familia sibi commissa regularum custodiam tueri, moribus magistrarum, et scolarum disciplinae advigilare, consulere item procurationi temporalium jurium, et caetera omnia praestare, quae ad ipsum familiae bonum pertinent, quaeque ad uberiores ex salubri hoc instituto fructus percipiendos conducunt. At vero quum diversae, quae in hac urbe extant, Magistrarum Piarum domus, et scholae careant pleraeque eo bonorum temporalium censu, qui ad illarum sustentationem, cultumque sufficiat, Nos praedictis superioribus, datario videlicet, seu pro-datario, et pontificio eleemosynario pro tempore perpetuum in modum injungimus, atque mandamus, ut ille ex capsa Datariae apostolicae, hic vero ex capsa eleemosynarum apostolicarum necessaria eisdem subsidia praebeant. Qua in re eleemosynarius quidem eum, quo nunc utitur, modum servabit, donec a Nobis alium modum adhibere jubeatur: quam vero rationem datarius, inire, ac tenere postmodum debeat, Nos pariter eidem in tempore significabimus. Et haec quidem causa fuit, cur daturi peculiares praesides duabus familiis instituti Magistrarum Piarum Nobis, et huic sanctae Sedi directo proximeque subjecti, non modo retinuimus pro una familia pontificium eleemosynarium, cui jam antea suberat major ejusdem familiae pars, sed etiam delegimus pro altera datarium seu cardinalem pro-datarium; ut nempe Magistris Piis universis ii hac in urbe superiores essent, per quos jam Romani pontifices subsidia indigentibus conferre soliti sunt.

De novis scholis instituendis in urbe.

§. 10. Verum enimvero tum denique majorem expectare utilitatem ex Magistrarum Piarum scholis alma haec urbs Nostra poterit, cum earumdem in ipsa schelarum numerus ampliabitur. Quocirca datario, se pro-datario aeque, atque pontificio eleemosynario pro tempore curae erit novas Magistrarum Piarum familiae sibi concreditae scholas in iis urbis locis, quae illis carent, aperire; prout scilicet locorum eorumdem conditio postulabit. Et quoniam ipsa haec urbs varias quoque habet scolas magistrarum saecularium, earum videlicet (quas regionarias pontificias appellant) quae a pontificio eleemosynario stipendium aliquod accipiunt, hinc speciatim eleemosynario ipsi potestatem facimus, ut cum id expedire censuerit, Magistras Pias in illas quoque scholas paullatim inducat.

De auctoritate cardinalis vicarii in spiritualibus; et in causis civilibus, et criminalibus.

§. 11. Post haec requiritur, ut dicamus pariter, quaenam in ipsas hujus urbis Magistras Pias sit auctoritas cardinalis vicarii in spiritualibus generalis pro tempore; quandoquidem et si per ea, quae statuimus, appareat, voluisse Nos utramque familiam ab jurisdictione illius fore exemptam, tamen non ea fuit Nostra mens, ut nullum penitus jus erga ma-

gistras ipsas illi relinqueremus. Primum ergo declaramus, atque decernimus generatim, cardinalem vicarium omnibus illius juribus supra Magistras Pias usurum, quae juxta sanctiones concilii Tridentini, et apostolicas constitutiones exercere potest in loca, et personas similibus exemptionibus donatas. Deinde vero speciatim declaramus, salvam erga easdem Magistras Pias fore cardinalis ipsius jurisdictionem in causis civilibus, et criminalibus. Praeterea nullus presbyter sive saecularis, sive regularis in scholis, seu domibus Magistrarum Piarum confessiones earumdem, vel aliarum, quae cum illis degant, audire poterit, nisi a cardinali vicario ad confessiones monialium, aliarumque in monasteriis, aut conservatoriis degentium approbatus sit. Pariterque sine illius licentia nullus in iisdem domibus, vel scholis praedicare poterit, sive item saecularis sit, sive regularis. Insuper foeminae in Magistras Pias eligendae nullatenus poterunt a datario, vel ab eleemosynario pontificio vestem obtinere ejus instituti propriam, nisi bonum a cardinali vicario habeant testimonium, quo ipse affirmet illas tali habitu dignas esse; aut saltem nihil sibi esse notum quod justam iisdem excludendis causam praebeat. Praeter haec, quae cardinalis vicarii propria sunt, parochialia etiam jura supra Magistras Pias salva fore declaramus.

De praeeminentia sacrae congregationis Studiorum super temporali administratione bonorum societati spectantium.

§. 12. Quod vero attinet ad curam temporalium bonorum ad Magistras Pias spectantium, ut nulla circa illam controversia oriatur, expresse decernimus, rationem de illorum administratione nullatenus cardinali vicario reddendam esse. Verum tum circa temporalia eadem, tum etiam in reliquis salvam prorsus volumus universam illam auctoritatem, qua sacra Studiorum congregatio aucta est pro commissa sibi cura similium omnium institutorum. Immo et Magistris Piis Nostrae hujus urbis, earumque scholis, datario seu sub-datario, et eleemosynario ipsarum superioribus applicamus articulum decreti diei 3 martii hujus anni, quod ut supra indicavimus pro Magistris Piis dioecesium in temporali ditione Nostra extantium ab eadem congregatione editum fuit, atque a Nobis approbatum, illum nempe articulum, quo cavetur « ab episcopis de statu earumdem scholarum ad sacram congregationem Studiorum referri quotannis debere » Praeterea declaramus quoque ipsam illam jurisdictionem, quam tum datario, seu cardinali pro-datario, tum eleemosynario pontificio attribuimus in duas familias instituti Magistrarum Piarum, pertinere solummodo ad magistras, et scholas in hac alma urbe positas, non vero ad eas, quae extra urbem sunt, licet partes fuerint familiarum, seu societatum in eadem urbe extantium. Quod enim spectat ad scholas extra urbem sitas, nihil omnino derogatum volumus sanctionibus in eodem illo sacrae congregationis Studiorum decreto expressis, ai speciatim, qua edicitur « Magistras Pias, earumque scholas in quavis dioecesi solius episcopi potestati in posterum subjectas fore ».

Deputatio cardinalis protectoris universae familiae.

§ 13. His omnibus hac ratione constitutis, volumus porro, et declaramus dilectum filium Nostrum Augustinum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem diaconum sanctae Mariae ad Martyres Rivarola nuncupatum, qui ab hac apostolica Sede protector datus fuerat societati Magistrarum Piarum habenti primariam domum prope ecclesiam nomini Jesu sacram, quique isto ipso munere summa cum laude functus est, nequaquam juribus circa Pias illas Magistras ei attributis privatum fore: quinimo committimus cardinali eidem, ut ipse, retento protectoris nomine, regat universam familiam Magistrarum Piarum datariae apostolicae, ea nempe super illam actoritate utens, quam per hasce Nostras literas datario, seu pro-datario contulimus. Idem vero datarius, seu cardinalis pro-datarius eo demum ex tempore potestate ipsa utetur, quo munus cardinalis Rivarolae quarumque ratione cessaverit.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 14. Haec constituimus, atque mandamus, decernentes, has Nostras literas nulla ex causa impugnari posse, nec ex eo quidem, quod ii, quorum interesat, ad praemissa vocati non fuerint; sed firmas semper in cunctis suis partibus fore, et ab omnibus, ad quos spectat, inviolate observandas.

Derogatio contrariorum.

§. 15. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque conciliorum etiam generalium, et apostolicae hujus Sedis constitutionibus, sanctionibusque; nec non regulis, et privilegiis Magistrarum Piarum apostolica licet confirmatione, seu alia qualibet firmitate roboratis, iis quoque, de quibus expressa mentio speciali quovis modo facienda esset, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus

autem, ut harum literarum exemplis etiam impressis, manu publici notarii subscriptis, et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum sigillo munitis, eadem habeatur fides, quae Nostrae voluntatis significationi ipso hoc diplomate ostenso haberetur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die sexta octobris millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 16. nov. 1828. Anno VI.

CCLXXXVIII.

Reintegratio piae congregationis sub titulo Reformationis Dominae Nostrae Calvarii, cum deputatione protectorum generalium in regno Galliarum.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Quaedam pia congregatio titulo Reformationis Dominae Nostrae Calvarii appellata, per apostolicas literas felicis recordationis Gregorii pp. XV. praedecessoris Nostri die vigesima secunda martii anni millesimi sexcentesimi vigesimi primi sub plumbo datas, in regno Galliae, prout asseritur, erecta, quas ob notissimas illius regni perturbationes fuit anno millesimo septingentesimo nonagesimo secundo penitus eversa atque destructa, denuo nunc, opitulante Deo, assurgit, sed paucas enumerat domos, quae licet sub superiorissae generalis gubernio sint, his tamen carent facultatibus, quae juxta memoratas apostolicas ex tribus protectoribus generalibus inter Galliarum episcopos eligendis amanant. Quum autem, sicut Nobis expositam est, hujusmodi tres generales protectores, qui ad praesens desiderantur, gubernium congregationis memoratae potissimum gerant, cumque nomine venerabilis fratris episcopi Aurelianensis petitum fuerit, ut confirmata per Nos hujusmodi congregatione, tres protectores superiores generales ejusdem nominemus, Nos, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negociis et consultationibus episcoporum et regularium praepositorum consilio, re mature perpensa, huic petioni annuere statuimus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos itaque omnes et singulos, quibus praesentes literae favent, singulari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, referente Nobis secretario pro cardinali praefecto ejusdem congregationis cardinalium in audientia Nostra diei vigesimae sextae septembris currentis anni, congregationem Reformationis Dominae Nostrae Calvarii a memorato Gregorio praedecessore Nostro suis apostolicis literis diei vigesimae secundae martii millesimi sexcentesimi vigesimi primi, quae incipiunt « *Militantis Ecclesiae* » erectam, auctoritate apostolica tenore praesentium restituimus, et confirmamus, sub jurisdictione ordinariorum, ubi congregationis domus sunt sitae, ad instar caeterorum monasteriorum, in Galliis, sub guberolo directricis generalis, nominatis et deputatis protectoribus superioribus generalibus dictae congregationis venerabilibus fratribus archiepiscopo Parisiensi, episcopo Pictaviensi, et episcopo Aurelianensi.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Haec statuimus atque mandamus non obstantibus constitutionibus, et sanctionibus apostolicis, nec non dicti praedecessoris literis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decimaquarta novembris millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 16. nov. 1828. Anno VI.

CCLXXXIX.

Concessio indumentorum magis insignium pro dignitatibus, et canonicis ecclesiae cathedralis Bisinaniensis.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Expositum Nobis nuper fuit nomine venerabilis fratris episcopi Bisinaniensis et sancti Marci dignitates, et canonicos cathedralis illius ecclesiae Bisinaniensis vetusto in praesentium frui privilegio rocchettum et mozzettam violaceam laneam cum caputio in profe-

stis diebus, sericam vero coloris amaranthi gestandi in diebus festis solemnibus, ac parochis ejusdem civitatis, qui eidem capitulo sont adjuncti, privilegium utendi ecclesiasticis capitularibus functionibus mozzetta lanea violacei coloris cum quodam serico ornamento vulgo mocca esse pariter ad praesens; exposuit quoque idem venerabilis frater, sibi in votis esse, ut divinus cultus augeatur, et cathedralis praedictae capitulum majori refulgeat honore, canonicos et dignitates mozzetta serica cum caputio coloris amaranthi, cujus ora mustella alba circumdetur, in diebus profestis, et cappa magna in diebus festis solemnibus uti posse, parochos vero praedictos rocchettum et mozzettam sericam violacei coloris cum caputio gestare.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur votis praedicti episcopi benigne annuentes, ac dignitates, canonicos, et parochos praedictos singulari beneficentia et honore prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, dignitatibus et canonicis cathedralis praedictae Bisinaniensis, ac parochis ejusdem civitatis capitulo praedicto adjunctis, tam praesentibus, quam futuris, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, ut, dignitates, et canonici praedicti in posterum mozzettam sericam cum caputio coloris amaranthi, cujus ora mustella alba circumdetur, in diebus profestis, et cappam magnam in diebus festis solemnibus, parochi vero praedicti rocchettum et mozzettam sericam violacei coloris cum caputio, tam in choro, et ecclesia, quam in processionibus, aliisquo functionibus et actibus capitularibus publicis quibuscumque, servatis tamen constitutionibus apostolicis, et sacrorum Rituum congregationis decretis gestare libere et licite possint, et valeant; ac dignitates, canonicos, et parochos praedictos ab ullo unquam quacumque auctoritate, et quovis sub titulo hac in re quomodolibet molestari, perturbari, vel impediri nullatenus posse, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decimaquarta novembris millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno sexto.

CCXC.

Dat. die 28 nov. 1828. Anno VI.

Concessio tituli confraternitatis pro sodalitio sanctissimi Crucifixi, et Bonae Mortis erecto in sanctuario divi Francisci terrae Longiano cum participatione privilegiorum.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Quum, sicut Nobis expositum est, in sanctuario divi Francisci terrae Longiano nuncupatae Caesenatensis dioecesis, quoddam pium sodalitium titulo sanctissimi Crucifixi, et Bonae Mortis jamdiu rite, prout asseritur, erectum, illustrium sodalium numero, pietate, et meritis, ac piorum operum exercitio, divino cultui sit incremento, et spiritualem Christifidelibus afferat utilitatem; quumque dilecti filii officiales, et sodales ejusdem illustriori titulo et honore illud ditare, ac alia ejusdem instituti sodalitia omnium spiritualium indulgentiarum socia facere cupientes, suppliciter a Nobis petierint, ut eorum sodalitium titulo et privilegiis archiconfraternitatis donemus, haud gravate inducimur, ut eorum votis obsecundemus, quum maxime Nobis ex testimonio ordinarii Caesenatensis innotuerit, res ita se habere, prout expositum.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur praedictos oratores, ac omnes quibus praesentes literae favent, speciali beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, sodalitium praedi-

ctum sanctissimi Crucifixi, et Bonae Mortis in archiconfraternitatem cum omnibus juribus, honoribus, et praeeminentiis solitis et consuetis, sine tamen cujuscumque praejudicio, auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo erigimus, et instituimus, ac ipsius archiconfraternitatis sic erectae officialibus et confratribus praesentibus et futuris, ut ipsi alia quaecumque sodalitia ejusdem instituti extra urbem ubique locorum erecta eidem archiconfraternitati, servata tamen forma constitutionis per rec. mem. Clementem VIII. praedecessorem Nostrum editae, aggregare; illisque omnes et singulas indulgentias peccatorum remissiones, ac poenitentiarium relaxationes ipsi sodalitio sic in archiconfraternitatem a Nobis erecto concessas communicare libere et licite possint et valeant auctoritate et tenore praedictis facultatem concedimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 3. Decernentes praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, ac ab omnibus respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, supradicti sodalitii, aliisque etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima octava novembris millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno sexto.

CCXCI.

Dat. die 9. dec. 1828. Anno VI.

Ordinatio festorum in universo Borussiae regno.

Venerabili fratri Ferdinando Augusto archiepiscopo Coloniensi.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater, Salutem et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Aeterno rerum conditori » beneficiorum ejus (ut inquit s. Augustinus) solemnioribus festis, et diebus statutis dicamus sacramusque memoriam, ne volumine temporum ingrata subrepat oblivio » Hinc a Nobis, qui singulari Dei beneficio totius catholici gregis cura urgemur, omnis cura, omnisque sollicitudo adhibenda est in praescribendis festis, eorumque celebratione, ita tamen ut dum spirituali populorum utilitati prospicimus, temporalibus eorum necessitatibus opportune ac salubriter pro temporum et locorum ratione providere non recusemus.

Expositio precum. §. 2. Oblatae Nobis tuae preces praeseferebant, catholicas ecclesias ad utramque Rheni ripam intra limites Borussiae regni, in pristina jura, ac splendorem restitutas, sanctae Sedis providentia indigere, ut in dierum festorum ordine singulae quaeque conveniant. Alicubi enim hujusmodi dierum, ex apostolica auctoritate ab anno millesimo octingentesimo primo inductus ordo, nimis exiguus videtur; alicubi autem moderetur oportet, ut catholicae plebis inopiae occurratur; optimam vero rationem esse ducis, ut ubique locorum illius regni is vigeat festorum ordo et numerus, qui in provinciis orientalibus ejusdem regni omnino servatur; quod quidem votis Friderici Guilelmi III. serenissimi Borussiae regis, qui catholicorum sibi subditorum utilitati admodum favet, apprime respondet. Jam vero addendum curasti, plures esse in dioecesi Coloniensi urbes, opificiorum sedes, in quibus quum acatholici plerumque divites, ac opificiorum domini extent, catholicorum conditio, auctis diebus festis, praeter eos jam inde ab anno millesimo octingentesimo primo praefinitus, durior evaderet, tum ex tenuiore victu, quem diurno labore sibi comparare de-

beat, tum etiam ex molestiis, quas devorant ab opiciorum heris, qui aegre nimis diebus dominicis eos ab opere se abstinere ferunt, uti ab operariis acatholicis fieri solet. Quapropter demisse a Nobis facultatem postulasti, cujus ope catholici, qui inibi degunt, indulgere possis, ut diebus per annum festis ab obligatione adstandi sacris nequaquam soluti, operibus servilibus vacent.

Tenor concessionis.

§. 3. Itaque ejusdem regis votis, quantum in Domino possumus, obsequi, ac populorum usui et conscientiae consulere cupientes, tuasque preces maturo consilio ac perpensis omnibus, libenter excipientes, tibi, venerabilis frater, aliisque archiepiscopis, et episcopis, ac dilectis filiis ordinariis Borussiae regni committimus et mandamus, ut in illius ditionibus unusquisque in dioecesi sua eumdem ipsum festorum ordinem auctoritate Nostra apostolica enunciet atque edicat, qui in provinciis orientalibus ejusdem regni ex Clementis XIV. et Pii VI. praedecessorum Nostrorum apostolicis literis viget. Illis praeterea in urbibus, vel oppidis, vel pagis, qui ad sinistram Rheni ripam sunt, quique a catholicis plerumque pauperibus incoluntur, eadem auctoritate Nostra indulgemus, ut singulis diebus festis, quibus harum literarum vi aucti, exceptis dominicis, ac anniversariis Natalis Christi Jesu ad coelum adscendentis Deiparae sideribus receptae, ac omnium sanctorum gratulationibus, quae religiose coluntur, catholici quique, sacro audito, operibus servilibus possint vacare. Tuae autem curae committimus, ut aliis sacrorum antistitibus, caeterisque ad quos pertinet, hanc Nostram voluntatem significes. Postremo tibi et gregi tibi concredito apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda decembris millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 2. dec. 1828. Anno VI.

CCXCII.

Restitutio tituli civitatis cum respondentibus privilegiis, et honoribus pro oppido Frusinonis apud Volscos existentis.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris, in more fuit, eorumque civilis ditionis ad incrementum ac decus pertinere visum est, loca sibi subdita, quae et antiquitatis laude, aliisque nominibus, tum praecipue in hanc sanctam Sedem observantia caeteris praestant, non solum benigne habere, omnique indulgentia complecti, verum etiam honoribus cumulare.

Ratio concessionis.

§. 2. Ex historiae annalibus eruitur, Frusinonem perantiquum Volscorum oppidum extitisse, armis ita potens, ut ei bellatoris nomen imperatorum aetate inditum progressu temporis municipium constitutum, deinde ex municipio praefectura, demum colonia, quo in statu permansit, usque dum Romanum imperium suae molis magnitudine ruit. Quum autem Christi fides tot inter aerumnas magis magisque diffunderetur, Frusino hujusmodi novam religionem in primis est amplexus, ex eaque honores profecti. Duorum enim, sexto ineunte saeculo, pontificum patria Ormisdae et Silverii, qui ambo virtutibus et sanctitate praeclari, adeoque a Baronio, ubi de sancto Ormisda loquitur, peculiari laude cumulatur. Praeterea non dissimile veritati omnino videtur, episcoporum sedem olim fuisse, postea tamen ecclesiae Verulanae adjunctam. Sed omnibus notum, ac perspectum est, longas ab hinc annorum serie ibi pontificiae Sedis praefectos Maritimae et Campaniae provinciae fuisse, atque etiam nunc esse; quem quidem honorem sibi peperit impenso assiduoque in Petri Cathedram studio, cujus saepe numero non dubia edidit argumenta. Quapropter quum in constitutione Nostra, seu motu proprio dato die vigesima prima decembris superioris anni edixerimus, ditionis Nostrae loca per apostolicas literas civitates dicta, nobilitatis domesticae privilegio uti posse; quumque primores Frusinates a Nobis demissa prece petierint, ut eorum patriae, quam plures et sacri et profani scriptores magnopere celebrant, veterem civitatis titulum atque honores benigno confirmare velimus, alacri lubentique animo eorum votis obsecundamus.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur oratores peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis ex-

communicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, motu proprio, ut dici solet, ac certa scientia, plenaque auctoritate Nostra civitatis titulum Frusinoni confirmamus, eique idcirco honores omnes volumus delatos, itemque jura atque insignia, nec non domesticae nobilitatis privilegia, quae caeteris pontificiae ditionis Nostrae civitatibus eadem constitutione Nostra tributa sunt, vel in posterum tribuentur. Concedimus insuper et impertimur, ut Frusinonis incolae civium nomen obtineant; ita tamen ut episcopus in tempore Verulanus inibi consistere minime teneatur, sed ecclesiae Verulanae, ut antea, subditi omnino sint. Haec volumus atque mandamus, decernentes has literas firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, et eorum causa quae expressa sunt hoc futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus constitutionibus et sanctionibus apostolicis, nec non peculiaribus quorumcumque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die prima decembris millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 10. dec. 1828. Anno VI.

CCXCIII.

Erectio novi canonicatus et novae praebendae in ecclesia collegiata sancti Eustachii de urbe, expleta cum suppressione nonnullarum cappellaniarum, et fundationum in eadem ecclesia existentium.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Qui psalmos sacrosque hymnos in templis Deo dicatis ecclesiastici viri in coetum cooptati certis statisque diebus et horis pie religioseque modulantur, non modo obsequium Deo praestant ac tribuunt, verum etiam christianorum animos pietate excolunt; in salmodia enim duplex confessio; peccator de culpis compungitur, et Deo laudes super judicia suae justitiae dicuntur. Jam vero ubi exiguo eorum numero hujusmodi utilitatem haud plane obvenire conspicimus, Nostrum est, qui ex apostolatus officio divini cultus salutisque hominum studio flagrare debemus, ea afferre remedia, quae magis in Domino expedire existimamus.

Expositio precum. §. 2. Conventus seu capitulum collegiatae et parochialis ecclesiae sancti Eustachii urbis, quae et antiquitate, et operis elegantia, tum praesentium illius martyris exuviis religiose asservatis veneratione digna, constat archipresbytero, octo canonicis, ac septem beneficiariis, quos inter vicarios parochus perpetuus. Eorum munus est in alternas hebdomadas choro interesse, praeter duos ex canonicis, qui fundationis lege quibusdam tantummodo intra annum diebus ecclesiae inserviunt. Verum quum vicarius parochus perpetuus ex constitutione Nostra edita die secunda novembris millesimo octingentesimo vigesimo quarto, quae incipit « *Super universam* » canonicus honorarius cum jure successionis fuerit designatus, adjecta facultate vacandi a choro, quoties in paroeciae commodum suam operam impendat, quumque adversa valetudine, aliisve impedimentis eorum quisque affici possit, aestivo autem tempore ex collegii constitutionibus, qui illius ecclesiae cultui addicti pauciores, quam fieri solet, choro intersint, necessario sequitur, eorum numerum valde interdum imminui. Quapropter archipresbyter, aliique ejusdem collegii enixe cupientes, ut hujusmodi incommodo apostolica Nostra auctoritate occurramus, Nobis proponendum curarunt, opportu-

num fore novum canonicatum et beneficium chorale instituere, extinctis nonnullis fundationibus et cappellaniis, cum rectore caruerint, eadem in ecclesia erectis, quarum fructus insimul juncti canonicatus et beneficii dotem conficient; ad canonicatum insuper nominare presbyterum Marianum Massucci emendatis moribus, ingenio, consilio atque indolis natura probatum, deque ea ecclesia optime meritum.

Descriptio beneficiorum, et cappellaniarum supprimendarum.

§. 3. Exponunt enim eas inter cappellanias duas esse, e quarum altera, Picculomini nuncupata, redeunt quotannis scutati nummi nonaginta duo cum onere centum supra quatuor sacrificiorum in singulos annos; alterius vero, cui nomen ex ignoto fundatore annuus est redditus nummorum scutatorum quadraginta duorum, ac obulorum nonaginta sex, adjuncto quotannis onere sacrorum quadraginta, praeter aliud cum cantu in celebritate sancti Nicolai Barensis, adstantibus cappellanis choralibus. Beneficium praeterea simplex a sancto Joanne Baptista nomen adeptum, e quo percipiuntur quotannis scutati nummi viginti et unus absque ullo sacrificiorum onere. Utriusque autem cappellaniae nominatio, tum etiam beneficii simplicis ad cardinalem diaconum, qui in tempore aedis s. Eustachii titulum obtinet omnino spectat. Ad hasce cappellanias, praeter beneficium, illa etiam accedit, quam Pei vocant, cujus annui redditus scutatos nummos viginti octo, et obulos octoginta quinque attingunt, ejusque nominatio pertinet ad canonicos primaevae erectionis. Demum additum fuit, commemoratum vicarium parochum, nunc canonicum honorarium, ex communi canonicorum censu, seu massa capitulari percipere scutatos nummos triginta duos, usque dum reapse canonicus evadat.

Tenor concessionis.

§. 4. Nos igitur Dei cultum conspicuis praesertim in templis fovere cupientes, ac oratores a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, plena auctoritate Nostra apostolica quum cappellanis et beneficium, de quibus habita est mentio, vacaverint, etiam nunc perpetuo extinguimus et abrogamus. Ex fructibus vero, proventibus, redditibus tum cappellaniae Picculomini, tum illius ignoti fundatoris, nec non beneficii simplicis sancti Joannis Baptistae, qui omnes una simul annuam summam nummorum scutatorum centum quinquaginta quinque ac obulorum nonaginta sex attingunt, centum viginti scutati nummi canonicatus cui nomen erit Piccolomini, praebendam constituent; viginti octo, et obuli octoginta pro celebratione sacrorum centum quadraginta quatuor in singulos annos, quibus hae binae cappellaniae sunt obnoxiae, impendentur; scutati vero nummi septem, ac obuli sexdecim qui supersunt, in sacrarii commodum cedent pro sacra supellectile. Capitulum idcirco sive canonici primaevae erectionis curabunt sacrum fieri cum cantu, adstantibus cappellanis choralibus, die festo sancti Nicolai Barensis, quemadmodum in erectione cappellaniae ignoti fundatoris praescriptum fuit.

Onera novo canonico beneficiarioimposita.

§. 5. Novus itaque canonicus hac instructus doto choro adstabit, ut canonici primae et secundae erectionis, itemque in choro subsellio perfruetur, quo canonici postremo in collegium cooptati; eademque ratione processionibus, aliisque ecclesiae functionibus intererit; communibus coetibus, qui deliberandi causa habentur, quique capitula dici solent, interveniat, ac suffragium ferat. Ad haec volumus, ut Sanctae Romanae Ecclesiae diaconus cardinalis ecclesiae sancti Eustachii titulo ornatus jure polleat ad canonicatum a Nobis constitutum, quum rectore vacuus, ecclesiasticum virum adlegere honestis moribus, ac doctrina praeditum, quem tamen Nos ipsi hac prima vice designamus dilectum nempe filium presbyterum Marianum Massucci. Dispositis admodum omnibus de canonicatus erectione, ut aliud beneficium chorale instituatur, volumus atque praecipimus, annuum redditum cappellaniae Pei, quam etiam nunc, ubi rectore caruerit, in perpetuum extinguimus, et abrogamus, nummorum scutatorum viginti octo, et obulorum octoginta quinque, adjungi scutatis nummis triginta duobus ex communi canonicorum censu persolvendis, quibus omnibus annuus constabit redditus sexaginta scutatorum nummorum, et obulorum octoginta quinque, aliorum trium beneficiariorum primaevae erectionis omnino similis; ita ut ille, qui hoc obtinebit beneficium, praeter onus duodecim quotannis celebrandi sacra ex fundationis lege ejusdem cappellaniae, aliis

oneribus erit obnoxius. Hujusce autem beneficii nominandi rationem, ne ullius jura quaetum fieri potest laedatur, namque cappellaniae nominatio ad canonicos primaevae erectionis pertinet, vicarii parochi vero; veluti beneficiarii primae erectionis, cui quidem census e canonicorum collegio hactenus persolvitur, ad cardinalem de quo agitur, pertineret, hujusmodi esse praecipimus, ut, vacuo beneficio, ab eodem cardinali, et a canonicis in alternas vices jus exerceatur. Concedimus porro atque indulgemus, ut jam canonicus, quam beneficiarius, harum literarum vi adlegendus, pro suo quisque dignitatis gradu singulis quibusque insigniis, juribus, privilegiis, honoribus, praerogativis perfruatur; quibus canonici, et beneficiarii ejusdem ecclesiae utuntur, fruuntur, vel uti, frui possunt, ac poterunt, apud ipsam degant ecclesiam, et cum aliis, qui ibidem Deo cultum impendunt, officia, caeterasque ecclesiasticas caeremonias ex more et consuetudine celebrent; horas canonicas tam diurnas quam nocturnas devote, et cum debita mentis applicatione recitare, canere, et psallere, eidemque collegiatae ecclesiae omnino deservire teneantur; ejusque leges et praescripta hactenus edita, ac deinceps edenda adamussim servare. Denique cardinali, quem commemoravimus, vehementer injungimus, ut nihil praetermittendum curet, quod Nostris consiliis omnino faveat, et singula quaeque in hisce literis contenta, ac praesertim sacrificia diligenter expleantur; adeoque quidquid statuerit atque decreverit, ratum firmumque haberi sancimus. Ei insuper praecipimus, ut ipsum presbyterum Massucci ad canonicatum, quemadmodum a Nobis nominatus, libere admittat, qum apostolicae literae idcirco conficiantur, illumque canonica donet institutione.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Haec concedimus; atque mandamus, decernentes has literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, etiam ex eo quod omnes ad quos spectat, minime fuerint additi, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et eorum causa quae expressa sunt hoc futurisque temporibus plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, itemque felicis recordationis Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non legis fundationis cujuslibet ex praedictis cappellaniis, et beneficiis, ac etiam praedictae collegiatae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis; ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima secunda decembris millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno sexto.

CCXCIV.

Dat. die 12. dec. 1828. Anno VI.

Concessio tituli, honoris, et privilegiorum civitatis pro oppido nuncupato Civitanova in Piceno.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Quae anteactis saeculis, bellorum impetu, barbarorum incursione à sua magnificentia et splendore deciderat, et solo fuerat penitus aequata, civitas vulgari nomine Novana, seu, prout quorumdam scriptorum fert opinio, Cluona, sive Picenum appellata, non longe ab Adriatico mare, juxta flumina vulgo Chiente, et Eta Morta, in vasta planitie sita; alio nunc assumpto nomine, Civitanova, non longe ab illius vetustae ruinis, intra limites Maceratensis delegationis Pontificiae Nostrae ditionis excitata, multis coruscat meritis, et

civitatis titulo dignatur et honoribus; ea enim octo mille et ultra excipit incolas; domos habet honorificas; plures numerat familias nobilitate generis, et divitiis claras, militarium ordinum sancti Joannis Hierosolymitani, et sancti Stephani, prout asseritur, merito adscriptas; plures edidit cives doctrina aliisque meritis praestantes; prospera utitur fortuna, ob fertilis territorii culturam; at commercii opulentiam; sincera semper in hanc sanctam Sedem fidei et devotionis exhibuit argumenta.

Tenor concessionis.

§. 2. Quae cum ita sint, cumque magistratus et cives universi ejusdem loci supplicitar a Nobis petierint, ut terram praedictam Civitanova in civitatis titulum et honores restituamus, Nos haud gravate inducimur, ut eorum votis benigne annuamus, eosque proinde singulari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, terrae praedictae vulgo Civitanova titulum, honores, jura, et insignia omnia quae coeteris pontificiae ditionis Nostrae civitatibus constitutione Nostra, seu motu-proprio dato die vigesima prima decembris superioris anni tributa sunt, vel in posterum tribuentur, plena Nostra auctoritate, vi hujus apostolici diplomatis concedimus, et impertimur, et incolas Civitanovae civium nomine decoramus; ita tamen ut Nova haec civitas Firmanae ecclesiae semper, ut antea, subdita sit, nec archiepiscopus Firmanus in tempore penes eam consistere teneatur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has praesentes litteras firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima secunda decembris millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno sexto.

CCXCV.

Dat. die 16. dec. 1828. Anno VI.

Facultas amphyteuticandi praedium de proprietate capituli collegiatae ecclesiae ss. Petri et Pauli loci nuncupati Montolmo Firmanae dioecesis.

Venerabili fratri
Archiepiscopo Firmano

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
Salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Expositum Nobis fuit nomine dilectorum filiorum capituli collegiatae ecclesiae sanctorum apostolorum Petri et Pauli loci Montolmo appellati istius Firmanae dioecesis, penes quos cujusdam praedii nuncupati della Carità in territorio praedicti loci, et in regione vulgo Vallurio, o Cappuccini nuovi siti, valoris scutatorum centum quadraginta quatuor, et obulorum octo supra quinquaginta, est, prout asseritur, administratio plurimum eidem piae fundationi, quae pauperes et honestas dotandas respicit puellas, profuturam, si memoratum praedium, cujus annui fructus scutata quatuor supra viginti nunquam adhuc excesserunt, in emphyteusim concederetur dilecto filio Joachimo Trottarelli, qui pro annuo canone scutata triginta solvere spopondit; supplicitar proinde nomine eorumdem administratorum supplicatum fuit, ut facultatem ad hujusmodi ineundum contractum necessariam concedamus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur oratorum votis benigne annuentes, ac eos, et omnes, quibus praesentes litterae favent, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis incli-

nati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negociis, et consultationibus episcoporum, et regularium praepositorum consilio, tibi, venerabilis frater, per praesentes committimus, ut veris existentibus narratis, et constito tibi de evidenti operis pii utilitate, petitam facultatem ineundi praefatum emphyteusis contractum ad lineam masculinam in infinitum tantum, cum annuo canone, et cum conditionibus proficuis, hypothecato alio fundo, vel praestita idonea fidejussione tam pro canonibus trium annorum, quam pro oneribus sustinendis, usque ad eorum complementum, auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio et prudentia gratis impertiaris; ita tamen, ut census annuus solvatur praecipuus, ac liber, supportatis omnibus oneribus realibus, et personalibus per emphyteutam tam impositis, quam imponendis, descriptis confinibus, et inserta planta in instrumento concessionis, melioramenta vero cedant solo.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. super divisione materiarum, ac Pauli II. et aliorum Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut licita, seu quomodolibet deficiente linea masculina praedicta, praedium memoratum cum suis membris, juribus, et pertinentiis universis, nec non melioramentis pro tempore quomodolibet factis ad pium opus praedictum pleno jure atque omnino libere revertatur, illique cedat, absque eo quod renovatio concessionis hujusmodi a quoquam sub quovis praetextu, seu ex quacumque causa peti, vel praetendi possit. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta decembris millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 16 dec. 1828. Anno VI.

CCXCVI.

Nova methodus servanda a praesulibus nuncupatis clericis Camerae in recipiendis rationibus de negociis ad publicam administrationem spectantibus.

REGOLAMENTO

Divisio materiae.

§. 1. Le attribuzioni della congregazione di Revisione essendo.

1. L'esame e rettificazione della tabella preventiva generale delle rendite e spese dello stato di ogni anno.

2. La prescrizione dei regolamenti per tutti i rami di finanza che si mandano per amministrazione o per appalto.

3. L'esame e la rettificazione de' contratti che si fanno dal tesorierato, e dalla presidenza de' chierici di Camera.

4. La sindacazione e sentenza del consuntivo ne' conti dell' amministrazione generale della Camera, o di tutte le altre pubbliche amministrazioni; quindi ne' seguenti capitoli vengono dichiarate le norme per la esecuzione della mente sovrana in ordine agli enunciati quattro oggetti, unendovi quelle che riguardano la sistemazione, e l' andamento dell' officio addetto alla prefata congregazione.

CAPITOLO I.

Della tabella preventiva.

De tabellis annuopatis preventivis adhibendis.

Art. I. §. 2. Tutti i capi di amministrazione, o azienda qualunque relativa ad oggetti dipendenti direttamente o indirettamente dall' erario Camerale in qualunque grado, e dignità costituiti dovranno formare in ogni anno la tabella preventiva delle rendite e spese dipendenti dalla propria amministrazione, o azienda, esponendo nel maggiore dettaglio le une, e le altre, ed assegnando la provenienza, i motivi e tutt' altro relativo a le partite tanto d' introito, quanto di esito.

II. Nel rapporto di accompagno dovranno esporre il parallelo della tabella dell' anno precedente, annotandovi le variazioni, se hanno luogo, ed i motivi delle medesime. Dovranno altresì proporre tutti quei miglioramenti, de' quali si crede suscettibile ciascun ramo dell' amministrazione, o azienda tanto in aumento di rendita, quanto in minorazione di spesa, ed ecciteranno l' attenzione di monsignor tesoriero, e della congregazione di Revisione su ciascun oggetto che stimeranno meritevole di particolare riguardo.

III. La trasmissione delle predette tabelle cogli analoghi rapporti dovrà farsi a monsi-

gnor tesoriere generale non più tardi dell' ultimo giorno di giugno di ciaschedun' anno.

IV. Monsignor tesoriere commetterà alla computisteria Camerale di fare su dette tabelle tutte le osservazioni che stimerà convenienti, di compilare le altre tabelle parziali munite degli opportuni schiarimenti, per quegli ulteriori introiti, e spese dipendenti direttamente dalla tesoreria, e perciò non compreso nelle tabelle rimesse dai dicastari, e di formarne di tutto un riassunto ossia tabella generale.

V. Questa tabella generale dovrà contenere le somme presuntive di tutti gl' introiti di qualunque specie appartenenti al pubblico erario, e di tutte le spese ordinarie e straordinarie, tanto determinate, quanto eventuali dell' erario medesimo; tutta dovrà essere preveduto con saggio discernimento, e calcolato con prudente proporzione in vista delle cause e circostanze influenti su ciascun articolo d' introito e di spesa col confronto dei paralelli degli anni precedenti.

VI. Dovrà la tabella generale contenere altresì un fondo a particolare disposizione di Sua Santità per quelle spese imprevedibili, che nel corso dell' anno fossero per sopravvenire, o che la Santità Sua fosse per giudicare necessarie od utili al bene della Chiesa e dello stato. La precisa somma del fondo suddetto sarà annualmente determinata da Nostro Signore d' appresso la cognizione che monsignor tesoriere generale darà della risultanza della tabella preventiva.

VII. La tabella suddetta non solamente determinerà la quantità dei fondi relativi a ciascun titolo di spesa, ma ben anche le rate, e l' epoche nelle quali ciascuno di essi sia disponibile, durante il corso dell' anno, in relazione dei rispettivi oggetti, onde procedano con pari passo gl' incassi, ed i pagamenti dell' erario, nè accada arrenamento nella cassa generale della Camera.

VIII. Simile lavoro dovrà essere compito dalla computisteria Camerale dentro il mese di settembre di ciascun anno, e prima dello spirare del detto mese, monsignor tesoriere generale rimetterà alla congregazione di Revisione la detta tabella generale, unita a tutte la posizione delle parziali tabelle e rapporti sulle quali è stata compilata la tabella generale, la quale verrà altresì accompagnata da un apposito e dettagliato rapporto generale della computisteria Camerale.

IX. Qualora la tabella generale presentasse un eccesso di rendita a fronte delle spese, monsignor tesoriere esporrà alla congregazione i proprj riflessi sul più opportuno partito da prendersi, cioè, se si creda espediente di erogare tale sopravanzo in qualche impresa utile allo stato, o tenerlo per un fondo di riserva, ovvero sopprimere o diminuire alcuna delle pubbliche imposte a sollievo de' sudditi, affinchè la congregazione, prese ad esame tali deduzioni, ed adottato il partito che stimerà più conveniente, possa dichiarare ciò che stimi opportuno di proporre a Nostro Signore.

X. Qualora poi la risultanza della tabella presentasse un eccesso di spesa a fronte della rendita, monsignor tesoriere esporrà alla congregazione i suoi pensieri sulli mezzi ch' egli stimerebbe più proprj alla equiparazione dello sbilancio, onde la congregazione possa similmente determinare il suo parere da esporsi al Santo Padre.

XI. I contabili revisori addetti al servizio della congregazione dovranno esaminare con ogni ponderazione la tabella generale non meno che le parziali, gli schiarimenti, e rapporti, coi quali sono state accompagnate, le osservazioni della computisteria Camerale e di monsignor tesoriere, ed emetteranno sul tutto la loro relazione in iscritto, nella quale esporranno i loro pareri tendenti o alla prosperità de' redditi, o alla economia della spesa, o infine alla rettificazione de' metodi, onde si possa ottenere semplicità, ordine e miglioramento nella finanza.

XII. I prelati della congregazione nelle loro sessioni unitamente a monsignor tesoriere prenderanno in matura considerazione tutte le suddette tabelle, e rispettivi rapporti; le osservazioni della computisteria Camerale, e di monsignor tesoriere non meno che i pareri de' sunnominati contabili, ed in sequela delle discussioni, e determinazioni che prenderanno sulle diverse partite, faranno riformare dai contabili stessi, tanto le tabelle parziali, quanto la tabella generale che sarà da loro approvata.

XIII. Si farà estendere altresì dal segretario una dettagliata relazione, in cui vengano espresse le ragioni delle operate riforme.

Discussa e sottoposta tale relazione alla congregazione, ed approvata ancor questa dalla medesima, tanto la tabella generale, che le tabelle parziali verranno munite della firma di monsignor presidente unitamente alla relazione.

XIV. La minuta della relazione firmata dai membri della congregazione sarà conservata in archivio unitamente alla posizione intera, ove saranno annotate le riforme fatte dalla medesima.

XV. Monsignor presidente umilierà a Sua Santità tanto la tabella generale quanto le parziali colla relazione menzionata all'art. 13.

XVI. Riportata la sovrana approvazione sarà cura di monsignor presidente di fare eseguire nell'officio una copia esatta della tabella generale, come pure delle tabelle parziali, che costituiscono le parti della generale, non meno che del rapporto munito della sovrana sanzione. Queste copie firmate, per autenticarne la conformità, dal segretario della congregazione saranno custodite in archivio. Gli originali saranno trasmessi a monsignor tesoriere.

XVII. Monsignor tesoriere diramerà immediatamente ai rispettivi dicasteri le tabelle parziali approvate.

XVIII. Le tabelle parziali, e la tabella generale così redatte saranno la regola invariabile dell'esercizio dell'anno, e non sarà lecito a monsignor tesoriere, nè a verun'altra autorità l'oltrepassarne i confini, tanto rispetto all'attivo, che al passivo, o variare la erogazione dei fondi. È riservato alla sola autorità sovrana il prescrivere o autorizzare qualunque alterazione nella esecuzione delle tabelle preventive.

XIX. In tutte le discussioni della congregazione relative al presente capitolo primo, avrà luogo monsignor tesoriere con voto.

Capitolo II.

Del sistema di percezione de' rami d' introito.

De modo servando in exigendis creditis.

XX. §. 3. La congregazione prenderà in esame il sistema attuale di percezione in ogni ramo d'introito, tanto amministrato direttamente dalla Camera, quanto appaltato, e passando in rassegna ciascuno de' medesimi, discuterà quale sia il modo più conveniente a ciascuno di essi a seconda della natura, e delle circostanze relative al medesimo, cioè se convenga amministrarlo per conto di Camera, o darlo in amministrazione cointeressata, o appaltarlo: a tale effetto potrà essa chiamare a se da qualunque dicastero tutti gli elementi opportuni.

XXI. Se il modo attualmente in uso sarà reputato conveniente, la congregazione emetterà il suo parere confermatorio. Se poi stimerà necessaria una variazione, esporrà i motivi, che la inducano ad un cambiamento.

XXII. Farà quindi rapporto generale dettagliato de' vari rami della pubblica amministrazione, ne esporrà il metodo, con cui ciascuno di essi è trattato, dichiarerà su caduno il proprio sentimento, e monsignor presidente della congregazione sottometterà a Sua Santità questo lavoro per averne il sovrano suo oracolo.

XXIII. Stabilito presso il sovrano oracolo il sistema che dovrà aver luogo in ciascun ramo di finanza, la congregazione in ogni anno dovrà esaminare, se le circostanze sopraggiunte consiglino in uno, o in un altro di essi variazione, o modificazione; e quando ciò abbia luogo ne formerà soggetto di particolare discussione, e di analogo rapporto da monsignor presidente a Nostro Signore.

XXIV. Tanto nell'attuale esame generale del sistema di percezione quanto nell'esame progressivo che dovrà fare in ciascun anno su i singoli rami di essa, qualora ne reputasse alcuno suscettibile di modificazione, la congregazione non si limiterà all'esame del metodo vigente di percezione, ma si farà altresì carico della natura dell'oggetto d'introito, e qualora stimasse suscettibile alcun ramo d'imposta di modificazione, o di abolizione, dovrà esporre anche su ciò il suo parere, proponendo però nel tempo stesso i mezzi opportuni da surrogarsi alla rendita del medesimo, se il bilancio del preventivo lo esiga, onde non abbia giammai luogo un eccesso di spese a fronte delle rendite.

XXV. Determinato il modo di percezione conveniente a ciascun ramo, la congregazione si occuperà altresì della regolarità del sistema di amministrazione rispetto ai rami amministrati, o delle basi sulle quali debbono poggiare le condizioni de' rami da appaltarsi, additando sugli uni, e sugli altri que' miglioramenti, dei quali sieno essi suscettibili.

XXVI. La congregazione discuterà egualmente, se sia più opportuno dare in enfiteusi, od affittare, o amministrare gli stabili, ed altri fondi che per qualunque titolo appartengono alla Camera, facendo anche quelle distinzioni che stimerà opportune nelle rispettive sostanze camerali, ed applicando a ciascuna categoria di tali sostanze quelle massime che stimerà più adatte.

XXVII. Discuterà egualmente, se sia più opportuno il condurre per economia, o dare in assento le diverse forniture, lavori, ed intraprese di qualunque specie, al pagamento delle quali supplisce l'erario, e che sono di attribuzione del tesorierato, o delle presidenze de' chierici di Camera.

XXVIII. In tutte le discussioni della congregazione relative al presente capitolo II. avrà luogo monsignor tesoriere con voto.

Capitolo III.

Dei contratti, ed altri oggetti camerali.

De cautelis adhibendis in stipulatione contractuum

XXIX. §. 1. Tutti i contratti di appalti o amministrazioni interessate, di dazi camerali, di affitti di qualunque specie, di enfiteusi, di assenti, di forniture, di lavori, trasporti ed intraprese qualunque, al pagamento de' quali deve supplire l'erario camerale, per mezzo del tesorierato, o delle presidenze de' chierici di Camera, dovranno sottoporsi all'esame della congregazione.

XXX. Restano però eccettuate dalla sovraespressa disposizione gli oggetti di tenue interesse; per lo che monsignor tesoriere, ed i chierici di Camera saranno in facoltà di far eseguire i piccioli lavori e forniture, come stimeranno di miglior convenienza dell'erario senza interpellare la congregazione, purchè non stipulino contratto eccedente la durata di un anno, e purchè la spesa, ossia importo totale di ciascun lavoro, o intrapresa non ecceda nell'intero corso dell'anno la somma di scudi mille. Sarà egualmente in facoltà di monsignor tesoriere, e dei chierici di Camera, senza il concorso della congregazione, ma premessi quegli esperimenti, e cautele che sono di regola in affari camerali, il fare gli affitti anche per la durata di tre anni, e non più de' beni camerali, la corrisposta de' quali non ecceda l'annua somma di scudi trecento. Potranno similmente procedere alla vendita dei frutti delle terre, dei tagli di alberi, e di effetti mobili appartenenti alla Camera, purchè il loro rispettivo valore totale non ecceda gli scudi mille.

XXXI. Per tutti gli altri contratti non compresi nella eccezione del precedente articolo dovranno tanto monsignor tesoriere, che i chierici di Camera trasmettere alla congregazione di Revisione la minuta del capitolato, sul quale intendono di stipolare il contratto, non meno che la minuta della notificazione da emettersi per provocar le offerte. La congregazione avuto sull'uno o sull'altra il parere in iscritto de' contabili, porrà l'affare a discussione, e prenderà sul medesimo la sua determinazione, facendo sulla proposta minuta quelle rettificazioni che credesse convenienti. Quindi si ritornerà a monsignor tesoriere generale, o al rispettivo chierico di Camera la copia conforme munita della firma del presidente tanto del capitolato, quanto della notificazione ne' termini adottati dalla congregazione, e si riterrà in officio la minuta colle operate rettificazioni.

XXXII. Qualora abbiano luogo siffatte modificazioni, a che il rispettivo chierico di Camera non abbia da opporvi valide eccezioni daranno corso all'affare nei termini stabiliti dalla congregazione. Nel caso diverso i chierici di Camera direttamente faranno sentire alla congregazione riunita in sessione le loro eccezioni, ed i loro rilievi sulle operate modificazioni, per così mettersi di vicendevole accordo sulli termini precisi del capitolato, e della notificazione, che nuovamente approvata dalla congregazione verrà spedita in copia autenticata della firma di monsignor presidente. Nel caso però che la congregazione resti ferma nel suo primo sentimento, si dovrà dal chierico di Camera dar corso alla minuta adottata dalla congregazione.

XXXIII. Decorso il termine stabilito per le offerte, queste o da monsignor commissario della Camera se riguardano il tesorierato, o dal rispettivo chierico di Camera se riguardino le presidenze, si apriranno in una sessione della congregazione, la quale determinerà, se ed a favore di chi fra gli afferenti sia luogo alla delibera.

XXXIV. Fattosi in seguito l'esperimento della sola vigesima, o della vigesima e sesta,

secondo le regole camerali, monsignor tesoriere, o il rispettivo chierico di Camera potrà sottoporre a Sua Santità l'opportuno chirografo, e procederà alla stipulazione dell'istromento in termini puri e semplici riportandosi intieramente al capitolato approvato dalla congregazione, senza aggiungere sia nel chirografo, sia nell'istromento modificazioni, od altro patto non espresso nel capitolato.

XXXV. Saranno per egual modo sottoposte alla discussione della congregazione tutte le transazioni e conciliazioni che venissero proposte in ordine agli appaltatori, o debitori della Camera.

XXXVI. Così pure i progetti di ogni natura, che importassero lo stabilimento di nuove massime o sistemi sugl' interessi della Camera saranno soggetto di esame, o discussione della congregazione, o in seguito dell'eccitamento di monsignor tesoriere, o de' rispettivi presidenti di Camera, o presso la proposizione di alcuno dei suoi membri.

XXXVII. Egualmente in tutte le discussioni della congregazione relative al presente capitolo III. avrà luogo monsignor tesoriere con voto.

CAPITOLO IV.

Della revisione de' conti.

De revisione computorum. XXXVIII. §. 5. Tutte le congregazioni, tribunali, prefetture, presidenze, dicasteri, e stabilimenti pubblici che amministrano tasse e pubbliche imposizioni, e ricevono assegnamenti da erogarsi, o sussidj da distribuirsi dall' erario Camerale, sono obbligati di esibire alla congregazione di Revisione non più tardi del 31 marzo di ciascun anno il conto della loro gestione dell' anno precedente, trasmettendolo a monsignor presidente della medesima.

XXXIX. Quante volte fossero in ritardo monsignor presidente della congregazione eciterà i rispettivi capi de' dicasteri a sottoporre ad una multa o sospendere il pagamento della provisione a quegl' impiegati, dalla negligenza de' quali provenga il ritardo.

XL. Egualmente tutti gli amministratori o semplici o interessati di aziende camerali, gli enfiteuti, gli affittuari, gli appaltatori, e gli agenti camerali di qualsivoglia specie dovranno prima del giorno 31 marzo di ogni anno avere esibito a monsignor tesoriere generale il loro rendiconto dell' anno precedente.

XLI. Qualora il termine dell' anno amministrativo di alcuna azienda cada precedentemente al giorno 31 dicembre i rispettivi amministratori, appaltatori, ed agenti dovranno esibire i loro conti non più tardi di tre mesi dopo il termine dell' esercizio annuale.

XLII. Nel caso di ritardo di esibizione dei conti monsignor tesoriere generale spedirà economicamente le gravatorie proporzionate alla importanza dell'azienda contro coloro, che non avranno adempito l' obbligo ingiunto come sopra.

XLIII. Monsignor tesoriere generale farà che la computisteria Camerale proceda immediatamente all' esame de' suddetti conti, e nel termine da combinarsi invariabilmente fra monsignor tesoriere, e monsignor presidente li farà pervenire alla congregazione di Revisione muniti delle analoghe osservazioni.

XLIV. I conti menzionati all' art. XL. da trasmettersi alla congregazione di Revisione, se appartengono ad enfiteuti, affittuarj, ed appaltatori dovranno essere corredati delle giustificazioni dei pagamenti da essi fatti a soddisfazione delle dovute corrisposte. I conti poi appartenenti ad amministrazioni, ad aziende camerali di qualunque specie dovranno contenere.

1. Il parallelo dell' introito, e della spesa dell' anno stesso coll' introito e spesa dell' anno precedente,

2. Altro parallelo dell' introito e spesa designata nella tabella preventiva di quello stesso anno. Per tale effetto l' introito, e le spese di ogni conto debbono essere classificate e distinte in tanti articoli che corrispondono esattamente alla tabella preventiva di quel dato anno. Quindi ciascun articolo di spesa dovrà essere corredato della nota dettagliata delle partite annoverate sotto tale articolo, onde possa conoscersi, che niuna parte della somma destinata nella tabella preventiva per un dato titolo di spesa, sia stata convertita ed impiegata in una spesa diversa.

XLV. Inoltre monsignor presidente della congregazione di Revisione avrà sempre la facoltà di richiamare da ogni tribunale e dicastero le giustificazioni originali di quelle partite sulle quali nascesse dubbio ai contabili revisori, e sulle quali i prelati della con-

gregazione desiderassero maggiore schiarimento. Avrà ben anche la facoltà di fare ispezionare per mezzo dei contabili revisori tutte le volte che la congregazione lo giudicasse opportuno, le scritture, e registri, e le giustificazioni di qualsivoglia dicastero obbligato a dare il conto annuale alla congregazione medesima, onde assicurarsi se le dette scritture siano tenute con regolarità e lealtà.

XLVI. Pervenuti i conti alla congregazione di Revisione i tre contabili revisori prenderanno collegialmente ad esame ciascuno de' medesimi conti, e qualora abbiano dubbiezza ed abbisognino di schiarimenti sopra taluna o più partite di un conto qualunque, ne faranno memoria a monsignor presidente della congregazione onde richiami le giustificazioni relative a tali partite. Dovranno in seguito confrontare ciascuno de' conti con la respettiva tabella preventiva; quindi emetteranno il loro parere in iscritto munito di loro firma; e se il loro sentimento non sarà unanime, dovranno nel parere indicare i diversi sentimenti, e i motivi della disparità.

XLVII. I detti conti accompagnati dal parere come sopra emesso dai contabili revisori saranno sottoposti alla sindacazione dei prelati della congregazione, i quali dovendo considerare il parere de' contabili, come semplicemente consultivo per istruzione del loro animo, prenderanno nella loro sessione ad esame il conto medesimo, e qualora desiderino ulteriori schiarimenti sul parere esternato dai contabili, chiameranno gli stessi contabili nella loro sessione a darne in voce tali schiarimenti. Quindi deverranno alla emanazione della sentenza sindacatoria escludendo definitivamente, qualora occorra, quelle partite che reputassero non ammissibili, ed escludendo provvisoriamente, con riserva di ammetterle quando ne fosse data conveniente ragione, le partite dubbie o per difetto di documento, o per altra causa qualunque.

XLVIII. La sentenza sarà estesa in minuta nella sessione della congregazione, e quante volte porti la esclusione definitiva o provvisoria di partite, dovrà esprimere i motivi della esclusione o sospensione. In seguito per opera dei contabili sarà la sentenza trascritta tanto sul conto sentenziato, quanto sopra un apposito registro che si conserverà nell' archivio della congregazione. Nella sessione successiva i prelati confrontata la trascrizione fattane sul conto e sul registro conforme alla minuta dovranno tutti sottoscrivere l' uno e l' altro.

XLIX. A misura che la congregazione avrà sentenziato i conti saranno posti in archivio i pareri esternati su di essi dai contabili; ed immediatamente i conti sentenziati saranno trasmessi a monsignor tesoriere generale. Simile trasmissione dovrà essere compita dentro il termine da stabilirsi invariabilmente dalla congregazione, affinchè la computisteria Camerale possa procedere alla scritturazione delle partite contenute nei detti conti in conformità della sentenza pronunciata, e possa quindi devenire alla formazione del bilancio generale di tutta l' azienda camerale, quale dovrà essere immancabilmente trasmesso alla congregazione di Revisione dentro il termine da stabilirsi in tutto come sopra.

L. Qualora per parte della computisteria Camerale vi fosse ritardo, monsignor tesoriere dovrà sospendere il pagamento della provvisione a quegl' impiegati, dalla negligenza de' quali derivasse il ritardo.

LI. Il bilancio generale della Camera dovrà essere compilato secondo le norme espresse nell' articolo 49, e con tutti i dettagli possibili, e dovrà essere accompagnato dai conti parziali consuntivi della aziende direttamente amministrata dal tesorierato. Sarà accompagnato puranche da conveniente rapporto e trasmesso in doppio alla congregazione di Revisione, affinchè uno ne rimanga nell' archivio della medesima, e l' altro venga ritornato a monsignor tesoriere coll' apposita sentenza.

LII. I contabili revisori prenderanno con tutta maturità ad esame il bilancio generale della Camera, e quante volte occorra faranno da monsignor presidente della congregazione richiedere a monsignor tesoriere la comunicazione di tutte quelle carte, documenti e giustificazioni che desiderasse a schiarimento delle dubbiezze che potessero loro insorgere sopra talune partite. Quindi dovranno fare sul bilancio medesimo tutti i rilievi che crederanno opportuni, ed emettere in fine il loro consultivo parere con rapporto firmato, in cui qualora vi fosse disparità di sentimenti sarà questa nunciata colla esposizione degli analoghi motivi.

LIII. Il bilancio accompagnato dal parere de' contabili sarà sottoposto alla congregazione, la quale esaminando, e discutendo ogni parte del medesimo pronuncierà su di esso la sentenza sindacatoria, con escludere definitivamente, qualora vi fosse luogo, quelle partite che reputasse non ammissibili, e con escludere provvisoriamente le altre che per irregolarità di documento, o altra causa qualunque ravvisasse eccezionabili, con riserva di ammetterle, allorchè venisse dato conveniente sfogo sulle medesime.

LIV. La sentenza sarà, come le altre, estesa in minuta nella sessione in cui verrà pronunciata, e qualora porti esclusione definitiva o provvisoria di partite dovrà esprimere i motivi della esclusione. Per opera del contabili verrà quindi simile sentenza trascritta in triplo, vale a dire sopra ciascuno dei due conti, e sul consueto registro, ed ognuna delle tre copie confrontata che sia colla minuta nella successiva sessione, verrà firmata da quattro prelati della congregazione. In seguito uno dei detti conti come sopra sentenziato sarà ritornato a monsignor tesoriere generale, e l'altro verrà conservato nell'archivio della congregazione.

LV. Dalle sentenze sindacatorie che si emetteranno dalla congregazione relative ai rendimenti de' conti non si darà luogo ad appello che in devolutivo; e tale appello dovrà essere uniforme alle disposizioni del titolo II. del motu proprio dei 21 dicembre 1827.

LVI. Monsignor tesoriere con avrà luogo, nè voto in tutte le discussioni della congregazione, che riguardano la revisione de' conti contemplata nel presente capitolo IV.

CAPITOLO V.

Della sistemazione e andamento dell'ufficio addetto alla congregazione.

De erectione, et administratione officii congregationis.

LVII. §. 6. La congregazione avrà un officio particolare addetto al disimpegno delle sue incombenze. Questo officio sarà composto di tre contabili revisori; di un segretario, di due minutanti, e di un numero di commessi, e scrittori proporzionato al bisogno, ed opererà ogni giorno feriale alle ore da destinarsi da monsignor presidente.

LVIII. La congregazione si riunirà periodicamente nel locale destinato due volte la settimana, e straordinariamente tutte le volte che sarà necessario pel disimpegno delle sue attribuzioni presso l'intimo di monsignor presidente; ed allorquando nella congregazione avrà luogo monsignor tesoriere, dovrà monsignor presidente concertarsi prima con il medesimo, per stabilirne il giorno, e l'ora.

LIX. Monsignor presidente proporrà ordinariamente gli oggetti da discutersi. Ciascuno degli altri membri però avrà la facoltà di eccitare l'attenzione della congregazione sull'uno, o sull'altro soggetto. Tanto monsignor tesoriere generale per gli affari camerali, quanto i rispettivi presidenti di Camera per quelli della loro presidenze potranno provocare con memorie in iscritto dirette a monsig. presidente le risoluzioni della congregazione. Sarà però sempre in libertà della congregazione chiamare ad esame qualunque oggetto sulla proposta di alcuno de' suoi membri, anche senza verun estraneo eccitamento.

LX. Il segretario diramerà ai singoli membri i fogli relativi preventivamente alla sessione, e disporrà tutto ciò che sarà opportuno, onde i prelati della congregazione possano con piena cognizione delle materie procedere alla discussione di ciascun oggetto: accompagnerà inoltre la proposta degli affari con analogo rapporto in quei casi, in cui così stimasse monsignor presidente.

LXI. Le deliberazioni della congregazione saranno adottate a maggioranza di voti. In caso di parità, prevalerà per la decisione quella parte, a cui accederà il voto collegiale de' contabili.

LXII. Se le deliberazioni riguarderanno la tabella preventiva, i regolamenti di finanza, ed i contratti, dovranno questi da monsignor presidente riferirsi a Sua Santità per la sovrana decisione. Se poi riguarderanno la sindacazione e sentenze dei conti si renderanno esecutorie di loro natura a termini del disposto nell'art. XVII del contemporaneo motu-proprio, e nell'art. LV del presente regolamento.

LXIII. Nel primo de' due casi di sopra contemplati dovrà alla relazione di monsignor presidente essere unita la copia esatta dell'atto emesso dalla congregazione segnato dai membri componenti la medesima, nel quale saranno espressi i motivi della deliberazione adottata, la unanimità, o la diversità di pa-

peri colle objezioni addotte dagli oppositori, affinchè possa Sua Santità conoscere il tutto distintamente.

LXIV. Emanata la sovrana approvazione sopra ogni oggetto deliberato dalla congregazione, monsignor presidente ne darà comunicazione ai membri della congregazione nella prima adunanza, e se ne farà menzione nel processo verbale della medesima.

LXV. Gli affari proposti in una sessione non saranno di regola definitivamente deliberati che nella sessione successiva, affinchè i membri della congregazione, ai quali si darà copia delle memorie, con cui si è proposto a discussione ciascun affare, e del rapporto abbiano il tempo conveniente a fare sul medesimo le osservazioni opportune, ed a ponderare maturamente la cosa.

LXVI. Qualora però vi fosse affare urgente, la di cui decisione non fosse differibile da una sessione all'altra, sarà cura del segretario, previo l'ordine di monsignor presidente, di diramare ai membri della congregazione tre giorni prima dell'adunanza le memorie, e rapporti concernenti gli oggetti, di cui dovrà trattarsi nella medesima.

LXVII. La congregazione eserciterà tutte le sue funzioni indipendentemente da qualunque dicastero.

LXVIII. Sarà a carico del segretario la redazione de' processi verbali, ne' quali dovrà esporre il soggetto delle discussioni, le opinioni de' rispettivi membri, i motivi dedotti ed i pareri adottati sia all'unanimità, sia alla pluralità de' voti.

LXIX. In ciascuna sessione dovrà egli leggere all'apertura di essa il processo verbale della sessione precedente, rimanendo in facoltà della congregazione di rettificare o variarne ancora l'espressioni, e firmandosi quindi da tutti i membri dopo averne approvato il tenore.

LXX. Dovrà altresì estendere tutti i rapporti relativi ad affari della congregazione da presentarsi a Sua Santità, sottoponendone prima il tenore alla congregazione stessa per la sua approvazione. Terrà egualmente regolare registro di tutti gli atti della congregazione. Avrà a suo carico la corrispondenza colle rispettive autorità, colle quali la congregazione sarà in relazione, sottoponendo però tutto all'approvazione e firma di monsig. presidente, e generalmente dovrà eseguire tutto ciò che dalla congregazione, e dal suo presidente gli fosse dimandato.

LXXI. I tre contabili revisori saranno perfettamente fra loro eguali per rango, e per incombenze, e dovranno prestarsi in tutto ciò che loro verrà ingiunto dalla congregazione.

LXXII. Il loro speciale incarico si è quello di esaminare tutti i conti, non meno che l'annuale tabella preventiva dei redditi, e delle spese della Camera, ed ogni altra cosa che pervenisse alla congregazione, e di dare sopra ogni oggetto collegialmente riuniti il loro parere colle analoghe osservazioni. Simili pareri dei contabili sono meramente consultivi, e dovranno da loro darsi sempre in iscritto munito di loro firma.

LXXIII. Il segretario non dovrà punto ingerirsi nelle operazioni dei contabili. Dato dalle stanze del Vaticano li 21 diecembre 1828.

CCXCVII.

Dat. die 21 dec. 1828. Anno VI.

Erectio vicariatus apostolici in civitate Guajanensi in Indiis.

Dilecto filio Mariano Talavera Electo episcopo Tricalensi in partibus infidelium.

Leo PP. XII.

Dilecte fili,
Salutem et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Apostolici Nostri muneris ratio postulat, ut ad ea potissimum sollicita vigilantia incumbere studeamus, quae opportunum uniuscujusque ecclesiae ac dioecesis gubernium et animarum christifidelium respiciunt utilitatem.

Tenor concessionis.

§. 2. Quare cum multos jam annos Guajanensis in Indiis Occidentalibus episcopalis ecclesia pastore careat summa cum christifidelium in dissitis illis, asperimisque regionibus degentium pernicie, Nos huic tanto malo remedium adproperare cupientes, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, interdicto prius alteri cuilibet ordinariae jurisdictionis in Guajanensi dioecesi exercitio, te, de cujus fide, doctrina, prudentia, integritate, ac re-

rum experientia plurimum in Domino confidimus, in vicarium apostolicum ipsius episcopalis ecclesiae Guajanensis in spiritualibus et temporalibus ad Nostrum et Sedis apostolicae beneplacitum, donec alia ratione regimini ejusdem ecclesiae per hanc sanctam Sedem consultum fuerit tenore praesentium eligimus, constituimus ac deputamus, plenam tibi auctoritatem et facultatem tribuentes ea omnia et singula in administranda Nostro et sanctae Sedis nomine ecclesia, civitate, ac dioecesi Guajanensi exercendi, ac gerendi quae sunt ordinariae et delegatae jurisdictionis, et post susceptum consecrationis munus etiam illa quae sunt ordinis.

Praeceptum de obediendo clero et populo indictum. §. 3. Injungimus propterea dilectis filiis clero et populo praedictae Guajanensis ecclesiae, ac dioecesis, ut in virtute sanctae obedientiae te debita cum reverentia et honore pertractent, tuisque pareant salubribus monitis ac mandatis.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque licet speciali, expressa et individua mentione dignis non obstantibus quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum die vigesima secunda decembris millesimo octingentesimo vigesimo octavo pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 22. dec. 1828. Anno VI.

CCXCVIII.

Erectio vicariatus apostolici in civitate sancti Jacobi de Chile.

Dilecto filio Emmanueli Vicuna electo episcopo Ceramensi in partibus infidelium.

Leo PP. XII.

Dilecte fili,
Salutem et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Apostolici Nostri muneris ratio postulat, ut ad ea potissimum sollicita vigilantia incumbere studeamus, quae opportunum uniuscujusque ecclesiae ac dioecesis gubernium et animarum christifidelium respiciunt utilitatem.

Tenor concessionis. §. 2. Quare cum ob diuturnam gravissimas ob causas inductam continuamque absentiam venerabilis fratris Josephi Jacobi Rodriguez Zorilla ab episcopali sua sede sancti Jacobi de Chile summopere necessarium dignoverimus opportunum huic tanto malo afferre remedium, Nos ad consulendum christifidelium spirituali bono ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, interdicto cuilibet alteri ordinariae jurisdictionis in sancti Jacobi de Chile dioecesi exercitio, te, de cujus fide, doctrina, prudentia, integritate, ac rerum experientia plurimum in Domino confidimus in vicarium apostolicum ipsius episcopalis ecclesiae sancti Jacobi de Chile in spiritualibus ad Nostrum et Sedis apostolicae beneplacitum, donec alia ratione regimini ejusdem ecclesiae per hanc sanctam Sedem consultum fuerit, tenore praesentium eligimus, constituimus, ac deputamus, plenam tibi auctoritatem ac facultatem tribuentes ea omnia et singula in administrando Nostro et sanctae Sedis nomine ecclesia civitate ac dioecesi sancti Jacobi de Chile exercendi ac gerendi quae sunt ordinariae ac delegatae jurisdictionis, et post susceptum consecrationis munus etiam illa quae sunt ordinis.

Praeceptum de parendo clero et populo indictum. §. 3. Injungimus propterea dilectis filiis clero et populo praedictae sancti Jacobi de Chile ecclesiae ac dioecesis, ut in virtute sanctae obedientiae te debita cum reverentia et honore pertractent, tuisque pareant salubribus monitis ac mandatis.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque licet speciali, expressa et individua mentione dignis non obstantibus quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum die vigesima secunda decembris millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 22. dec. 1828. Anno VI.

CCXCIX.

Erectio vicariatus apostolici in civitate Emeritensi.

Venerabili fratri Bonaventurae Arias episcopo Hiericensi in partibus infidelium.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
Salutem et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Apostolici Nostri muneris ratio postulat, ut ad ea potissimum sollicita vigilantia incumbere studeamus, quae opportunum uniuscujusque ecclesiae ac dioecesis gubernium et animarum christifidelium respiciunt utilitatem.

Tenor concessionis. §. 2. Quare cum per translationem a Nobis factam venerabilis fratris Raphaelis Laso de la Vega ad episcopalem ecclesiam de Quito ad praesens vacet episcopalis ecclesia Emeritensis, Nos animarum christifidelium spirituali bono nulla interposita mora opportune consulere cupientes ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, te, de cujus fide, doctrina, prudentia, integritate, ac rerum experientia plurimum in Domino confidimus in vicarium apostolicum ipsius episcopalis ecclesiae Emeritensis in spiritualibus et temporalibus ad Nostrum et Sedis apostolicae beneplacitum, donec alia ratione regimini ejusdem ecclesiae per hanc sanctam Sedem consultum fuerit, tenore praesentium eligimus, constituimus, ac deputamus, plenam tibi auctoritatem et facultatem tribuentes ea omnia et singula in administranda Nostro et sanctae Sedis nomine ecclesia, civitate ac dioecesi Emeritensi exercendi, ac gerendi quae sunt ordinis, quaeque ordinariae et delegatae sunt jurisdictionis.

Praeceptum de obediendo clero et populo datum. §. 3. Injungimus propterea dilectis filiis clero, et populo praedictae Emeritensis ecclesiae ac dioecesis, ut in virtute sanctae obedientiae te debita cum reverentia et honore pertractent, tuisque pareant salubribus monitis ac mandatis.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque licet speciali, expressa et individua mentione dignis non obstantibus quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum die vigesima secunda decembris millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno sexto.

CCC.

Dat. die 22 dec. 1828. Anno VI.

Erectio vicariatus apostolici in civitate Cordubensi in Indiis.

Dilecto filio Justo de sancta Maria de Oro electo episcopo Thaumacensi in partibus infidelium.

Leo PP. XII.

Dilecte fili,
Salutem et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Apostolici Nostri muneris ratio postulat, ut ad ea potissimum sollicita vigilantia incumbere studeamus, quae opportunum uniuscujusque ecclesiae, ac dioecesis gubernium et animarum christifidelium respiciunt utilitatem.

Tenor concessionis. §. 2. Quare cum in praesentiarum vacet episcopalis ecclesia Cordubensis in Indiis, Nobisque constiterit ad aeternam salutem fidelium commorantium in Indica provincia de Cuyo nuncupata maxime necessarium esse, ut sacra ibidem ros procuretur ne longis asperrimisque itineribus adigantur Cordubam peregre sese conferre, Nos tanto huic incommodo opportune occurrere cupientes ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine interdicto prius cuilibet alteri ordinariae jurisdictionis in supramemorata provincia exercitio, te, de cujus fide, pietate, doctrina, prudentia, integritate, ac rerum experientia plurimum in Domino confidimus in vicarium apostolicum pro eadem provincia de Cuyo dioecesis Cordubensis in spiritualibus ad Nostrum et Sedis apostolicae beneplacitum donec alia ratione per hanc sanctam Sedem consultum fuerit, tenore praesentium eligimus, constituimus ac deputamus; plenam tibi auctoritatem et facultatem tribuentes ea omnia et singula in administranda Nostro et sanctae Sedis nomine antedicta provincia de Cuyo dioecesis Cordubensis exercendi ac gerendi quae sunt ordinariae ac delegatae jurisdictionis, et post susceptum consecrationis munus etiam illa quae sunt ordinis.

Praeceptum de obediendo clero et populo porrectum. §. 3. Injungimus propterea clero et populo in supra memorata provincia de Cuyo Cordubensis dioecesis commorantibus, ut in virtute

sanctae obedientiae te debita cum reverentia et honore pertractant, toisque pareant salubribus monitis ac mandatis.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque licet speciali, expressa, et individua mentione dignis nec obstantibus quibuscumque. Datum Romae apud saeclem Petrum die vigesima secunda decembris millesimo octingentesimo vigesimo octavo, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 22. dec. 1828. Anno VI.

CCCI.

Restitutio tituli, et honoris civitatis cum respondentibus privilegiis pro oppido Fori Popilii nuncupato.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium. §. 1. In veterem splendorem dignitatemque ea pontificiae ditionis Nostrae loca restituere non gravamur, quae temporum vice, ac rerum immutatione ab illo exciderunt, hujusmodi sane de causa, ut eorum incolae apostolicae beneficentiae muneribus allecti magis magisque in hanc s. Sedem observantiam, ac studium praeseferre conentur et quanto jurium ac honorum amplitudine aliis praestant tanto etiam virtutum omnium laede, et exemplo, uti par est antecellant.

Ratio concessionis. §. 2. Jam tum quum Romana respublica longe lateque imperii fines proferret, Forum Popilii a M. Popilio Lenato B. nomen accepit, atque unum e quatuor foris, quae romani in Gallia togata obtinebant, non oppida Italiae, sed propugnacula imperii dicta, censebatur. In primaevis autem Ecclesiae temporibus, quum urbs haec Nostra facta Petri Sedes, et caput pastoralis honoris, quidquid armis non possidebat, religione teneret, eodem in foro episcopi considero coeperunt, et primus omnium s. Ruphilius de re catholica contra Arianam haeresim quamoptime meritus. Postlongum temporis lapsum denuo adstructum civitatis nomen et privilegia sibi vindicavit, et quamquam ejus sacrorum antistites in urbem Britieiorum eorum sedem transtulissent, vetus nomen integra servarunt, quod quidem postea Britinorio adjunctum, esque dum an. 1817 in Vaticani canonicorum collegii possessionem omnieo cessit, quum jampridem magna ex parte collegium idem ea perfrueretur. Neque vero hisce tantem nominibus commendatur, moenibus enim septum assurgit ad viam Emiliam in gremio urbium ac oppidorum tractus Foroliviensis, negotiandi studio ita addictum, ut eundinae saepenumero in eo fiant, atque aestive tempore celebriores in sola provincia habeant etc. Incolarum numerus, quatuor millia praetergrediens in dies augetur, adeoque domus in suburbio jam adstrectae. Plurimis ortum praebuit viris tum litteris, tum nobilitate ac opulentia praeclaris. Collegialis ibidem reperitur ecclesia, quae constat quindecim canonicis. Nosocomium praeterea, mons Pietatis, ac legata pia ad instituendos optimae spei adolescentes ecclesiasticae militiae nomen daturos. Ejus ager illic fertilior habetur, salubri circumfunditur aere, amoenitate loci paucis inferior. Quae quum ita sint supplici cum prece Fori Popilii primores ad Nos adierunt, Nostramque indulgentiam petiere, ut civitatis titulum eorum patriae restituere velimus.

Prooemium. §. 1. Quando spirato l'appalto della stamperia camerale, ci risolvemmo di rivolgere a favore della pia casa d'Industria quel lucro, che ne ritraeva l'appaltatore dopo averne pagata la riposta convenuta all'erario, non solo queste ci sembrò consentaneo alla giustizia, acciò i privilegj de' quali i Nostri predecessori avevane investito questo stabilimento cedessero in pubblica utilità, anzichè in favore di un particolare speculatore, ma ci proponemmo nell'animo di migliorarlo nell'avvenire, dopo aver ben conosciuto lo stato dello stabilimento, i difetti che gl'impedivano di prosperare, i rapporti che lo legano agli altri rami di pubblica amministrazione. Ad ottenere queste scopo furono da Noi approvati li 14 novembre 1827 alcuni regolamenti interni, nella esecuzione appunto dei quali ci siamo di più in più persuasi della necessità urgente di mettere sotto una speciale amministrazione una sì grandiosa officina, perchè venissero assicurati i mezzi da vivere a più centinaja di famiglie, perchè il servizio del pubblico venisse soddisfatto con puntualità, e col minore possibile dispendio de' litiganti, e perchè tutto venisse messo in quell'ordine plausibile ch'esige ogni dovere di religione, e di società.

§. 2. Abbiamo eziandio potuto in questo frattempo conoscere, che gli stabilimenti della calcografia, e della cartiera camerale di s. Sisto, non che la collezione e distribuzione de' stracci di tutto lo stato per fornirne tutte le cartiere erano oggetti così naturalmente legati allo stabilimento della stamperia, da non lasciar dubbio, che riuniti in una sola amministrazione, si sarebbero ajutati vicendevolmente onde prosperare, come abbiamo dovuto convincerci, che alcuno de' detti stabilimenti aveva bisogno di essere vigorosamente ajutato acciò non declinasse maggiormente alla dissoluzione. Tutti poi meritavano le Nostre cure per redigere, e perfezionare de' savj regolamenti complessivi sulla cui norma potessero gli stabilimenti stessi essere amministrati con giovamento dell'erario, delle arti, e delle manifatture rispettive. Sopra le quali cose avendo altresì sentite in voce, ed in iscritto opportune relazioni, ci siamo determinati di creare un'amministrazione generale la quale abbracci i quattro oggetti sopra annunciati, e di confidarne la direzione e la sorveglianza ad un solo amministratore, il quale non essendo variabile, sia in istato di conoscere profondamente tutti quattro li stabilimenti, e di concorrere efficacemente con Noi, e con i Nostri ministri, al conseguimento dello scopo che ci siamo proposti. Ratio constitutionis.

Tenor constitutionis. §. 3. Per il che col presente Nostro chirografo, nel quale abbiamo per espresso il tenore delle costituzioni, motu-proprj, chiro-

grafi e rescritti così Nostri, come de' Nostri predecessori, non che i bandi, editti, regolamenti ed ordini di qualunque autorità che riguardano la stamperia, la calcografia, e cartiera camerale di s. Sisto, non che la collezione e distribuzione degli stracci di tutto lo stato, e ogni altra cosa necessaria ad esprimersi; di Nostro motu-proprio, certa scienza, e pienezza della suprema podestà, siamo venuti alle determinazioni seguenti, che voi, ed i Nostri ministri, dovrete riguardare come le basi da svilupparsi ne' regolamenti complessivi della nuova amministrazione.

Unio opificiorum sub unica administratione.

I. §. 4. Gli stabilimenti conosciuti sotto il nome di stamperia, calcografia, e cartiera camerale di s. Sisto, con che la collezione e distribuzione degli stracci di tutto lo stato, sono e rimangono d'ora in avanti perpetuamente riuniti in una sola amministrazione generale camerale, diretta da un solo amministratore, che verrà nominato da Noi, e da Nostri successori e che goderà dell'onorario ed emolumenti uguali a quelli che gode l'amministratore generale dei lotti.

Conservatio privilegiorum.

II. §. 5. Gl'indulti, privative, privilegj procedenti dalle bolle, costituzioni, e chirografi pontificj, non che da' bandi del camerlengato, editti, leggi, e notificazioni del tesorierato e altri ministri Nostri, e dalla Nostra Camera, sono e rimangono per ora conservati e confermati in favore de' detti stabilimenti, ed i gius, azioni e ragioni che ne procedono, verranno esercitate e dove faccia di bisogno vindicate dall' amministratore, a forma delle leggi stesse, e avanti i dicasterj e tribunali ivi enunciati.

De subministrationibus ab r. p. d. thesaurario faciendis.

III. §. 6. Fino a che le risultanze di quella prosperità alla quale speriamo possano essere portati li detti stabilimenti non permetta diversamente, monsignore Nostro tesoriere generale continuerà a somministrare provvisoriamente il denaro occorrente all' andamento ordinario della calcografia e della cartiera.

De licentiis dandis pro exportatione ribrorum.

IV. §. 7. Ferme nel lor pieno vigore le leggi e bandi del camerlengato vincolanti la asportazione de' stracci all' estero vogliamo d'ora in avanti le licenze di esportazione si accordino esclusivamente e privativamente all' amministratore generale della stamperia, cartiera ecc. il cui amministratore con la intelligenza, ed approvazione del Nostro tesoriere generale, potrà usarne ancora componendosi e contrattando co' particolari negozianti di questo genere, onde rivolgere a favore dello stabilimento pubblico, tutto, o parte del profitto di simil ramo di commercio, e ciò sino a nuove Nostre disposizioni.

De redditione rationum ab administratore exhibenda.

V. §. 8. Del prodotto e della spesa dell' amministrazione complessiva l' amministratore ne renderà conto col mezzo del bilancio annuale; come tutte le altre amministrazioni dello stato al Nostro tesoriere generale, perchè sia giudicato nella forma comune alle altre amministrazioni.

De erogatione proventus in comodum piae domus industriae.

VI. §. 9. A seconda di quanto avevamo ordinato allorachè spirato l' appalto della stamperia camerale, ne demmo l' amministrazione alla pia casa d' industria vogliamo, che sul prodotto della stamperia stessa sia, e s' intenda preservato in favore della pia casa d' Industria e a sgravio rispettivo del Nostro erario l' utile che sopravanzi dal pagamento delle spese di quello stabilimento, o della ultima riposta, che l' appaltatore pagava in camera, seppure non sarà da Noi stessi direttamente in altro modo ordinato e provveduto.

De albo inservientium efformando.

VII. §. 10. Saranno immediatamente ordinati a cura dell' amministratore i ruoli di tutti gl' impiegati con le indicazioni e notizie comuni agli altri ruoli camerali, sarà prescritto dall' amministratore medesimo l' orario del servizio; saranno incominciati e seguitati senza intermissione a diligenza del medesimo, e con la presenza sua, o di delegati di sua fiducia nuovi inventarj così della stamperia, come della calcografia e della cartiera camerale di s. Sisto. Saranno conservati dove sono, e istituiti dove mancano, ne' respettivi stabilimenti de' registri progressivi, che dimostrino a colpo d' occhio il movimento dell' archivio, de' magazzini, e degli spacci. Questa essendo una delle basi della nuova amministrazione, la cui verificazione periodica verrà inserita ne' regolamenti; per la esecuzione di essa si porrà l' amministratore di concerto col Nostro tesoriere generale.

De praepositis, eorumque munere.

VIII. §. 11. I direttori de' respettivi stabilimenti continueranno ad esercitare le funzioni affidate loro secondo le consuetudini ed usi osservati sin' ora, se non verrà loro ordinato altrimenti per iscritto dall' amministratore, e non sarà diversamente da Noi prescritto ne' regolamenti complessivi. Rimane però fin da ora stabilito che le risoluzioni quali essi prende-

rauno sieno tutte sottoposte, avanti che si eseguiscano, all'approvazione dall'amministratore; non che sia ad esso devoluto di dritto il giudizio intorno ai ricorsi della parti, e degl'impiegati che si credessero gravati, acciò provveda all'amministrazione della più imparziale giustizia.

De jure nominandi addictos administrationi.

IX. §. 12. La nomina degl'impiegati con onorario, o provvisione fissa, e la sostituzione in caso di morte, e di vacanza di un impiego, sarà data dal Nostro tesoriere generale sulla proposizione dell'amministratore, il quale dovrà procurare possibilmente che sieguа l'avanzamento degl'individui nelle rispettive classi secondo l'abilità, il merito, e l'anteriorità di servizio, acciò la speranza sicura dell'avanzamento, quando non vi sieno demeriti personali serva d'incoraggimento e di sprone ad essi, per bene e fedelmente disimpegnare le rispettive incombenze.

De jure, et modo servando pro assequenda pensione.

X. §. 13. Gl'impiegati di questa amministrazione con onorario, o provvisione fissa sono e si dichiarano soggetti alla ritenzione sulli loro soldi per la cassa delle giubilazioni, e goderanno de'beneficj portati dalla istituzione medesima in tutto come le altre amministrazioni camerali, e con li medesimi metodi, con dichiarazione che il tempo utile pel conseguimento della giubilazione, pensione, e loro quote incomincierà a decorrere dal giorno, nel quale avrà principio la ritenzione.

De subjectione addictorum.

XI. §. 14. Gl'impiegati stessi, di qualunque rango e titolo, sono e rimangono d'ora in avanti sotto la dipendenza diretta dell'amministratore, il quale solo nel disimpegno delle sue funzioni, dovrà riferire a Noi, al camerlengato, al Nostro tesoriere generale, e ad altri Nostri ministri secondo le singolari occorrenze.

De addictorum numero augendo vel minuendo.

XII. §. 15. Per ciò che riguarda lo stabilimento costante di quel numero e qualità d'impiegati, che saranno strettamente giudicati necessarj, e loro riforma, se sarà giudicata espediente, ne riserbiamo a Noi l'approvazione. In ciò che concerne l'impiego delle persone secondo il bisogno straordinario, e temporaneo degli stabilimenti, in ispecie sino a che sarà definitivamente operata la loro riunione complessiva, potrà provvedervi l'amministratore, rendendone conto, e mettendosi d'intelligenza con voi o col Nostro tesoriere generale.

De legibus vulgandis pro recta administratione obtinenda.

XIII. §. 16. In tutto quello che riguarda la redazione de'regolamenti speciali, e complessivi per la ratta amministrazione, e per la prosperazione de'detti stabilimenti, per la emendazione stabile degli abusi, e degli errori che la impedissero; e per la traslocazione o riunione di uno o più di detti stabilimenti, ce ne riserbiamo espressamente la risoluzione, volendo che l'amministratore ne riferisca a Noi, che direttamente, o per vostro mezzo daremo le analoghe risoluzioni e provvidenze.

De ordinariis contractibus arbitrio administratoris reservatis.

XIV. §. 17. La stipulazione de'contratti ordinarj, e consueti per l'andamento della calcografia, cartiera, e stamperia camorale sarà fatta dall'amministratore. Quella de'contratti straordinarj, come sarebbe l'acquisto di nuovi rami incisi, o l'ordinazione di nuove incisioni, e simili che non riguardano la sostanza, e il mantenimento essenziale dei stabilimenti saranno dall'amministratore assoggettati alla espressa approvazione del Nostro tesoriere generale, il quale al bisogno assoggetterà le proposizioni dell'amministratore alla Nostra approvazione.

Mandatum de obediendo singulis porrectum.

§. 18. All'Adempimento di tutte e singole cose nel pressate chirografo prescritte, vogliamo che sia tenuta ed obbligata qualunque persona, corporazione, pubblico stabilimento, e luogo pio ancora che monita di particolaro rescritto Nostro, e de'Nostri predecessori, di qualunque grado o preminenza, ancora che per comprenderla vi fosse bisogno di speciale e individuale menzione. E ad effetto che alla esecuzione del medesimo non possa interporsi ostacolo, o ritardo vogliamo che qualunque difficoltà, o questione potesse insorgere sulla esecuzione suddatta voi la possiato decidere con le facoltà economiche.

Clausulae sublatae, et irritantes.

§. 19. Volendo o decretando che al presente Nostro chirografo benchè non esibito, nè registrato in Camera non possa mai darsi di surreziona, od orrezione, nè di alcun altro vizio della Nostra volontà, ed intenzione, e che così e non altrimenti debba sempre giudicarsi, ed interpretarsi da qualsivoglia giudice, o tribunale, anche collegiale, e congregaзione di reverendissimi cardinali, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di definire ed interpretare diversamente, dichiarando fin da ora nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che scientemente, o ignorantemente

fosse giudicato, o si tentasse giudicare contro la forma, e disposizione del presente Nostro chirografo, quale vogliamo, che vaglia, e debba avere il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore con la semplice Nostra sottoscrizione, ancorchè non vi sia stato chiamato, nè sentito monsignor commissario della Nostra camera, nè qualsivoglia altra persona, o corpi ancorchè privilegiati, privilegiatissimi, che vi avessero, o pretendessero di avervi interesse, e che per comprenderli fosse bisogno di speciale menzione.

Derogatio contrariorum.

§. 20. Non ostante la bolla di Pio IV. *de registrandis*, la regola della Nostra cancelleria *de jure quaesito non tollendo* e qualunque altra costituzione ed ordinazione apostolica Nostra, e de' Nostri predecessori, bandi, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini e qualsivoglia altra cosa in contrario, alle quali tutte e singole, avendone il di loro tenore qui per espresso, e registrato, e supplendo Noi colla pienezza della Nostra suprema potestà a qualunque vizio, e difetto, che potesse intervenire, per questa volta sola, ed all' effetto premesso amplamente ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano questo dì 6 gennajo 1829.

Leo PP. XII.

Dat. die 16. jan. 1829. Anno VI.

CCCV.

Facultas disponendi cum vinculo fideicommissi de rebus pretiosis, gemmis, auro, argentoque elaborato.

Leo PP. XII.

Motu-proprio.

Memoratur dispositio contenta in motu proprio diei 21 dec. 1827.

§. 1. Nel tit. 4 del motu-proprio sulla pubblica amministrazione del Nostro stato che Noi segnammo ai 21 dicembre dell'anno 1827 sono inserite alcune disposizioni legislative concernenti le primogeniture, ed i fidecommessi tanto antichi che nuovi. E negli art. 150, 152, 153 per gli uni e per gli altri venne stabilito non potersi sottoporre a tali pesi che i beni immobili, su i quali abbia luogo l'iscrizione, giusta le norme del regime ipotecario attualmente in vigore nei dominj pontificj.

Quae fuerint reservationes in eadem lege relatae declaratur.

§. 2. Da questa regola generale furono eccettuate le raccolte di statue, di monumenti, di oggetti di arti, e di scienze, le biblioteche, gl'istromenti e le macchine di fisica, e di astronomia, le collezioni anatomiche, e di storia naturale. Imperciocchè fu permesso di farne un appendice ai fidecommissi ordinati, e da ordinarsi, con varie cautele opportunamente prescritte nel citato art. 153, onde in perpetuo si conservassero a vantaggio dei successori. Ma non si fece espressa menzione delle gioje, degli ori, degli argenti lavorati, delle gemme, ed altri oggetti preziosi, che pur ci sembrano meritare uno speciale riguardo.

Ratio novae concessionis.

§. 3. Ora Noi avendo considerato che tali cose spesse volte costituiscono ragguardevoli capitali, e che l' obbligo di conservarli, e restituirli corrisponde allo scopo delle istituzioni fidecommissarie, quello cioè di mantenere ed accrescere le dovizie, e lo splendore delle famiglie di Nostro motu-proprio, certa scienza, e colla pienezza della suprema Nostra potestà, ordiniamo e dichiariamo quanto siegue.

De juribus possessorum veterum fideicommissorum.

I. §. 4. I possessori attuali degli antichi fidecommissi, e primogeniture potranno sottoporre al peso della restituzione le gioja, le gemme, gli ori, gli argenti lavorati ed altri oggetti preziosi a loro arbitrio, con che però specifichino le qualità rispettive nell'atto che li sottoporranno al vincolo sovraenunciato.

Questi oggetti dovranno reputarsi come appendici al fidecommesso o primogenitura da loro posseduta, rimanendo fermo, quanto al valore dei beni stabili il disposto nell'art. 150 del precedente Nostro motu-proprio in data dei 21 dicembre 1827.

Idem ut supra.

II. §. 5. Sarà lecito egualmente ai possessori dei fidecommessi o primogeniture ordinate dopo l'attivazione del motu-proprio della s. m. di Pio VII. Nostro predecessore, in data 6 luglio 1816, come pure a tutti quelli che vorranno ordinare fidecommessi o primogeniture tanto per atti fra vivi che di ultima volontà, di aggiungere ai beni stabili costituenti la eredità fidecommissaria, anche le gioja, le gemme, gli ori, gli argenti lavorati, ed altri preziosi oggetti, e colla stessa cautela di specificarne le qualità, come si è detto nell'art. I.

De forma servanda in patefacienda voluntate possessorum.

III. §. 6. La volontà dei possessori attuali dovrà risultare da un atto notarile nelle forme dei pubblici istromenti, cui sarà annessa

la descrizione, e la stima degli oggetti da aggiungersi alla primogenitura, o fidecommesso. I nuovi disponenti dovranno inserire una simile nota nell'atto stesso che contiene le loro disposizioni, cosicchè facciano parte integrale, e sostanziale dell'atto.

De adnotationibus adhibendis in tabulariis hypothecariis.

IV. §. 7. Si farà menzione di questa aggiunta nei registri ipotecarj, enunciando semplicemente, che sono addetti al fidecommesso o primogenitura gli oggetti preziosi descritti e stimati nell'atto notarile; o nella disposizione del fidecommittente, ed inoltre indicando il valore dei medesimi, la data dell'atto o del testamento, ed il nome del notajo, che lo avrà ricevuto, a seconda di ciò che è prescritto nel regolamento del regime ipotecario.

Per le iscrizioni già esistenti nei suddetti registri ipotecarj, le menzioni si faranno dai conservatori in margine delle medesime senza percepire verun emolumento.

Clausulae validantes, et irritantes.

§. 8. Volendo e decretando che il presente motu-proprio, e tutto ciò che in esso è stabilito, ordinato, e prescritto debba sempre in tutte le sue parti inviolabilmente osservarsi; che non possa a tutte e singole cose contenute nel medesimo mai darsi, nè opporsi eccezione di orrezione, e surrezione, nè di alcun altro vizio o difetto della Nostra volontà, e che sia valido, e fermo ed abbia il suo pieno effetto ad esecuzione colla semplice Nostra sottoscrizione, quantunque non siano state chiamate e sentite qualsisieno persone privilegiate e privilegiatissime, che avessero o pretendessero avervi interesse, e che per comprenderle vi fosse bisogno individualmente, ed espressamente nominarle.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non ostante la bolla di Pio IV. *de registrandis*, la regola della Nostra cancelleria *de jure quaesito non tollendo*, e non ostante ancora tutte, e qualsisiano costituzioni apostoliche Nostre, e dei Nostri predecessori, ordinazioni, brevi, decreti, chirografi, bandi, editti, leggi, statuti, riforme, stili, e consuetudini, e qualunque altra cosa che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali esso tutte e singole avendo qui il tenore per espresso e riferito di parola in parola, in quanto possano opporsi alla piena, e totale esecuzione di ciò che si contiene nel presente motu-proprio, ampiamente, ed in ogni più valida maniera deroghiamo, ancorchè tali costituzioni apostoliche, ed altre ordinazioni fossero rivestite di clausole derogatorie, essendo precisa Nostra intenzione, e volontà che sempre ed in tutto il Nostro stato debbano inviolabilmente, ed in ogni tempo osservarsi le disposizioni da Noi presentemente stabilite, e prescritte, abolendo, e dichiarando nulle, irrite, e di niuna efficacia, tutte le altre che non si conformino alle medesime. Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano li 10 gennajo 1829, del Nostro pontificato anno sesto.

Leo PP. XII.

CCCVI.

Dat. die 16. jan. 1829. Anno VI.

Facultas concessa moderatoribus archi-nosocomii sanctae Annae in urbe Ferrariae emphyteuticandi praedium Fratina in oppido Paviole regni Cisalpini Veneti.

Venerabili fratri
Archiepiscopo Ferrariensi.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
Salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Expositum Nobis nuper est a dilectis filiis moderatoribus archi-nosocomii sanctae Annae in urbe Ferraria, se duobus ab hinc annis administrare praedium, cui nomen Fratina, positum in oppido « *Paviole* » sub regno Cisalpino-Veneto. Verum quum idem nosocomium grave perferat damnum in hujusce praedii oeconomica administratione, omnia experti sunt, emphyteusim perpetuam de illo statuere. Et quoniam repertus dilectus filius Antonius Maria Capello Polesellae intra limitas ejus regni, qui annuum obtulit canonem nummorum scutatorum biscentum, quique praeterea se paratum ostendit persolvendi quingentos scutatus nummos, statim ac in eam emphyteusim venerit, ea tamen cum facultate, ut praedii dominus omnino evadat summam persolvens quatuor mille nummorum scutatorum in quatuor aequas partes dispertitam; quoniam denique utilia etiam alia pacta proposuit, suppliciter a Nobis postularunt, ut ad eum contractum ineundum apostolicam Nostram opem veniamque largiamur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos vero oratores, nec non alios, quibus hae literae favent peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum indulti assequendi gratia absolventes, et absolutos fore censentes, de consilio venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum, et regularium praepositorum, tibi, venerabilis frater, eas partes imponimus, ut si ita se res habent, prout expositae, ac postquam compereris hujusmodi contractum in evidentem nosocomii utilitatem cedere, auctoritate Nostra apostolica facultatem facias, cujus ope emphyteusis illa perpetua in linea masculina tantum iniri queat, pacto canone, et conditionibus ab ipso Antonio Maria propositis. Qua quidem de canone cavebis, ut pendatur liber et expers omnium onerum, quae ordinaria sunt, vel extraordinaria, et sive rebus sive personis imposita sunt, vel imponenda, utque inter illius praedii onera praecipuum ducatur; mandabisque pro solutione canonis trium annorum, et oneribus aliis implendis dari ab emphyteuta fidejussionem idoneam, vel canoni illi, et aliis oneribus alium praeterea fundum subjici. Ad haec pro tuo arbitrio, tuaeque conscientiae monito ipsi facultatem tribuas e canone, de quo agitur, se eximendi soluta summa nummorum scutatorum quatuor millium. Insuper curabis, ut fines praedii in emphyteusim traditi accurate demonstrentur in solemnibus tabulis hoc de contractu a publico scriba conficiendis, utque illis inseratur praedii descriptio linearis, quam plantam vel mappam appellari mos est. Denique contractum munies illis omnibus conditionibus quas vel acta oblationis habent, vel ex consuetudine hujusmodi indultis adjici solent.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Haec concedimus atque mandamus, non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV. super divisione materiarum, ac Pauli II., aliorumque Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque constitutionibus, et sanctionibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Dispositio super erogatione canonis ab emphyteuta solvendi.

§. 4. Volumus vero, ut summa, quam Antonius Maria Capello in emphyteusis jura ingrediens persolvet, occupanda sit in bonis immobilibus, frugiferis, nullique discrimini obnoxiis, et si forte directum dominium acquisierit, summa etiam quatuor mille nummorum scutatorum, ut supra impendatur; secus in poenas contra ecclesiarum bona alienantes latas omnino incurrant. Praecipimus demum ut quum ejusdem praedii alienatio ratione, de qua habita est mentio, nequaquam evenerit, quomodocumque cessante emphyteusi praedicta, illico emphyteuticus fundus cum adnexis rebus ac juribus ad nosocomium revertatur, eaque cedant solo per quae fundus melior fuerit effectus, quin renovatio concessionis hujusmodi, si quis illam urgeat bono juri consentanea possit haberi. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta januarii millesimo octingentesimo vigesimo nono, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCVII.

Dat. die 16. jan. 1829. Anno VI.

Translatio sororum Reformationis tertii ordinis sancti Francisci de Poenitentia in monasterium sancti Ambrosii de urbe.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Erectio, et vicissitudines tertii ordinis de Poenitentia nuncupati.

§. 1. Seraphicus vir sanctus Franciscus Assisiensis ingenti illa, qua vehementissime urgebatur, charitate universum sanctificare orbem cupiens, praeter duos ordines, alterum fratrum minorum, alterum monialium, quae a sancta Clara peculiare sumpserunt nomen, tertium quoque ordinem instituit de Poenitentia nuncupatum, in quo saeculares etiam viri, et foeminae cujuscumque status, suum habere locum possent. Regulam porro huic tertio ordini ab eodem sancto Francisco traditam praedecessor Noster felicis recordationis Nicolaus pp. IV. quibusdam pro personarum saecularium conditione additis, confirmavit per suas literas apostolicas « *Supra montem* » datas Reatae decimo sexto kalendas septembris anni millesimi bisceentesimi octuagesimi noni. At vero quum progressu temporis quam plures viri, foeminaeque ita praefati tertii ordinis jugo subditissent se, ut tribus insuper sub-

stantialibus votis se obstrinxerint, constructis quoque monasteriis atque inibi clausura inducta; recolendae memoriae Leo pp. X. Noster etiam praedecessor in suis apostolicis literis « *Inter caetera* » datis sub annulo piscatoris die vigesima januarii millesimo quingentesimo vigesimo primo memoratam regulam, iis demptis, quae saeculares respiciebant personas, peculiari ratione fratribus, et sororibus tertii ordinis tria illa vota nuncupantibus accomodavit, iterumque approbavit. Postmodum vero quum inimicus homo superseminaverit zizania in medio hujusmodi fratrum, atque sororum sanctus Pius pp. V. item praedecessor Noster ad reparandam in illis regularem disciplinam constitutionem edidit « *Ea est officii* » quinto nonas julii anni millesimi quingentesimi sexagesimi octavi, in qua tum fratribus tum sororibus tertii ordinis sancti Francisci multa prudenter, sancteque praescripsit; ac speciatim sorores in communi viventes, et tria emittentes substantialia vota, jussit manere omnino sub perpetua clausura. Jam vero sorores ejusdem tertii ordinis praeter caetera monasteria habebant etiam Romae monasterium sanctae Clarae nuncupatum prope ecclesiam sanctae Mariae supra Minervam. Quaedam autem ex hujus monasterii sorores perfectioris vitae desiderio flagrantes, ut arctiorem regulam tamquam reformationem tertii ordinis sancti Francisci amplecti, ac profiteri sibi liceret, suppliciter a proximo Nostro praedecessore felicis recordationis Pio pp. VII. postularunt, impetraruntque. Quocirca ab eodem summo pontifice primum translatae ipsae fuerunt in novum monasterium in via quae dicitur Gratiosa apud sanctam Mariam Majorem, in quo aliae insuper piae foeminae eamdem reformationem alacriter amplexae sunt: deinde vero per suas literas apostolicas sub annulo piscatoris datas die vigesima quarta januarii anni millesimi octingentesimi sexti, constitutionibus, seu regulis pro ultima hujus reformationis coronide conditis, perpetuum, ac inviolabile apostolicae firmitatis robur adjecit. Ab hoc autem monasterio expulsae in notissima illa, quae Romae iterum accidit, rerum divinarum, humanarumque perturbatione; haudquaquam dispersus ille grex sororum est; sed ad aliam quamdam domum in via, cui nomen Burgus sanctae Agatae, in regione Montium ipsae se receperunt, ut ibidem una vivere eodem colligatae, quo antea erant regularis observantiae vinculo, pergerent. Crevit iste in loco earum numerus: caeterum domus haec et angusta nimis erat, et ad clausuram minus opportuna. Quamobrem Nos, qui meritis licet imparibus, post obitum Pii pp. VII. ad hanc apostolicam Sedem evecti fuimus, de transferendis iisdem sororibus in aptiorem, commodioremque locum studiose cogitavimus. Ac tandem selegimus monasterium sancti Ambrosii nuncupatum situm in capite Circi Flaminii, ibidemque sorores illas nuper collocavimus. Hac igitur in domo constitutae sorores Reformationis tertii ordinis sancti Francisci supplici libello apud Nos institerunt, ut indulgentias universas jam ab apostolica Sede religiosis familiis sancti Francisci tam pro familiis ipsis, quam pro caeteris christifidelibus qui earumdem ecclesias visitavarint, concessas, ab se quoque, nec non et ab aliis in sua videlicet ecclesia acquiri posse declararemus. Huic autem postulationi Nos pro singulari eo; quo sorores ipsas prosequimur paternae dilectionis affectu, non modo duximus annuendum, sed hac occasione arrepta, caetera quoque, quae ad majus ejusdem Reformationis tertii ordinis decus, fulcimen, et augumentum conducere videntur, per hasce Nostras apostolicas literas declaranda, ac statuenda censuimus. Quare praedictas sorores, personasque caeteras, quibus hae literae favent, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, motu proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione Nostra, deque apostolicae potestatis plenitudine regulas imprimis, seu constitutiones a praedecessore Nostro recolendae memoriae Pio pp. VII., ut diximus, approbatas, confirmamus, iterumque approbamus, easque ab hodiernis futurisque sororibus antedictae Reformationis tertii ordinis sedulo servari praecipimus. Praeterea memoratum monasterium sancti Ambrosii in hac alma urbe positum, quod nuper praedictis sororibus attribuimus, in verum, ac proprium monasterium erigimus, illudque constituimus primum monasterium sororum Reformationis tertii ordinis sancti Francisci; so-

rores autem omnes, quae in Reformationem hanc cooptatae jam sunt, aut in posterum cooptabuntur, sive in praedicto monasterio sancti Ambrosii, sive in aliis monasteriis deinceps fortasse catbolico in orbe fundandis regularem professionem emiserint, esse vere, et proprie moniales, talesque perpetuo babendas fore decernimus. Denique omnes pariter sorores ipsas pertinere ad institutum sancti Francisci Assisiensis declaramus, utpote quas Reformationem ejusdem ipsius ordinis ab illo instituti, sequi omnino constet. Proinde omnes, et singulas indulgentias Franciscanis familiis concessas, vel adnexas earumdem ecclesiis pro fidelibus, qui illas visitaverint, competere etiam sororibus hujus Reformationis, earumdemque ecclesiis adnexas esse plana edicimus: sed et praesentium literarum vigore, ne ulla in posterum oriri omnino bac de re dubitatio possit, Nos indulgentias eas universas, quatenus opus sit, ad hanc quoqua Reformationem, ejusque ecclesias extendimus; nimirum indulgentias illas omnes, et singulas, illarum tenore, conditionibusque servatis, sororibus praedictae Reformationis tertii ordinis sancti Francisci, ac fidelibus, qui visitaverint earumdem sororum ecclesias, auctoritate Nostra apostolica misericorditer in Domino concedimus, et impertimur. Decernentes bas literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et eorum causa, quae expressa sunt, hoc futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar, nec non apostolicis ordinationibus, ac constitutionibus, seu regulis trium ordinum s. Francisci etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem babeatur fides, quae Nostrae voluntatis significationi, ipso hoc diplomate ostenso, haberetur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima januarii millesimo octingentesimo vigesimo nono, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCVIII.

Dat. die 30. jan. 1829. Anno VI.

Liberatio oppidanorum terrae « di Casaglia » dioecesis Florentinae ab quavis occulta excommunicatione.

Venerabili fratri
Ferdinando archiepiscopo Florentino.

Leo PP. XII.

Venerabilis frater,
Salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponendum Nobis curavit dilectus filius presbyter Michael Santarini hodiernus rector ecclesiae s. Petri in Vinculis oppidi « di Casaglia » istius dioecesis, ejusdem oppidi agrum a noxiis endomis, seu insectis ita vexari, ut gravissima inde incommoda proficiscantur. Quapropter oppidani veriti ne ob aliquam excommunicationis sententiam a se vel majoribus suis fortassis incursam, id contingat, ad divinam in primis clementiam confugiendum esse sentiunt.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos itaque promeritam Dei iram, quaeque peccatis hominum quotidie increbrescit, tum maxime placari posse censentes, cum in publicis calamitatibus, publicae ad Deum preces adhibeantur, tibi, venerabilis frater, eas partes imponimus, idque munus tradimus, ut per te, vel alium in dignitate ecclesiastica constitutum virum a te adlegendum, eorum locorum homines universos Nostro nomine in Domino moneas, et horteris, ut praeterita reminiscentes, ac praesentia, et imminentia damna considerantes, ad Deum dolenti corde convertantur, ac peccatorum veniam humiliter petentes quacumque ratione possint, theologicas praesertim virtutes, fidem, spem, atque in Deum, ac proximos caritatem magis magisque acquirere satagant. Quo vero facilius ad haec peragenda excitentur, eorumque desideria expleantur, coelestes indulgentiarum thesauros, quorum dispensatores in terris a Domino constituti sumus, illis elargiri decrevimus.

Conditiones impositae pro assequenda absolutione.

§. 3. Tibi igitur, venerabilis frater, committimus, et mandamus, ut indicto triduano jejunio, in loco, de quo habita est mentio, ac publica supplicatione peracta arbitrio tuo, itemque aliqua stipe in pauperes erogata, ejusdem loci homines universos a quibusvis maledictionibus, aliisque censuris, et poenis ecclesiasticis, etiam in literis, quas bullam Coenae vocant, contentis, per eos, vel eorum majores inscienter incursis, auctoritate Nostra apostolica hac vice dumtaxat per te, seu alium, ut supra constituendum, absolvas, eosdemque ipsos, eorumque agros, et praedia ex parte omnipotentis Dei, et Nostra benedicas. Animalibus praeterea noxiis, seu spiritibus immundis, qui forte in laedendo iis utuntur, ne agros, et praedia vexent, neque incolis, et civibus detrimentum inferant, sed fugiant objecta Cruce, et a maleficiis ad gloriam Christi Domini cessent, ex parte ejusdem Domini Nostri Jesu Christi, et Nostra praecipias et jubeas. Idcirco singulis quibusque e christiano populo, qui animae noxis per sacram confessionem ablutis, dominico, aut alio die post expletum iejunium, quod commemoravimus, Eucharistiae sacramentum sumpserint, et ecclesiam a te constituendam devote adierint, ibique pro avertendis hujusmodi calamitatibus, aut alias, prout pietatis sensus unumquemque moneat, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et sanctionibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima januarii millesimo octingentesimo vigesimo nono, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 4. feb. 1829. Anno VI.

CCCIX.

Concessio nominis et privilegiorum civitatis pro oppido Cassiae dioecesis Nursinae.

Leo PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

§. 1. Peculiarem Romanorum pontificum indulgentiam ea postulant ecclesiasticae ditionis loca, quae aliqua celebritatis laude honestata huic Petri cathedrae obsequium fidem constanter praebere visa sunt.

Ratio concessionis.

§. 2. In Umbria intra limites Spoletini et Reatini tractus sub Nursiae dioecesi Cassia assurgit, montibus septa ad Apenninum, quam, ut fertur, Aborigenes incoluere; postea veterum Romanorum municipium facta non solum honorificis muneribus in ea constitutis, verum etiam civibus re militari ac civili peritissimis enituit. Progressu temporis ejus publicarum rerum procuratio partim optimatibus, partim populo demandata diu stetit, usque dum in hujusce Sedis potestatem se dedit; quo factum est, ut plurimis praedecessores Nostri privilegiis eam ornandam esse duxerint. Ad illius augendam celebritatem non parum valuere viri tum sanctimonia vitae, tum doctrina, aliisque nominibus praeclari, qui numero plures inibi germane sortiti sunt incunabula. Prae caeteris autem non injucundum profecto Nobis est, beatam Ritam pietatis ergo nominare, cujus mortales exuviae eh hinc pluribus annis incorruptae asservantur. Jam vero si Cassiam in praesentia intuemur, eam primarii loci honore dignatam reperimus, eamquo pluribus eppidis atque hominum refertis imperare; praeterea vetustissime canonicorum collegio decoratam, tribus virorum coenobiis, totidemque sacrarum virginum claustris, athenaeo, atque iis omnibus instructam, quae ad puellarum institutionem quam maxime pertinent. Duo ibidem patent nosocomia, peregrinis etiam excipiendis constituta, mons denique Pietatis. Quae omnia quum Cassiani primores Nobis exponenda curaverint, quumque a Nobis demissa prece petierint, ut eorum patriae civitatis nomen tribuere velimus, eo magis quod constitutione Nostra, seu motu proprio die vigesima prima decembris anni millesimi octingentesimi vigesimi septimi edito patefecimus, pontificiae ditionis loca aptis instructa nominibus, apostolicis literis hujusmodi decus adeptura; haud gravate inducimur eorum ut votis obsecundemus.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur oratores singulari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gra-

tis absolventes, et absolutos fore censentes, auctoritate Nostra apostolica Cassiam in civitatem erigimus, eique idcirco cum civitatis nomine bonores omnes volumus delatos, itemque jura atque insignia, quae caeteris pontificiae ditionis Nostrae civitatibus eadem constitutione Nostra tributa sunt, vel in posterum tribuentur. Caeterum concessionem hanc Nostram ita intelligi declaramus, ut episcopus Nursiaus minime teneatur residere in tempore nova in Cassiae civitate, quae quidem episcopo ipsi, quemadmodum antea omnino parebit, praeterea ut nihil immutatum censeatur in rebus ad civile regimen pertinentibus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Haec concedimus, atque mandamus, decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et eorum causa, quae expresso sunt, hoc futurisque temporibus plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et sanctionibus apostolicis, nec non peculiaribus quorumcumque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, at literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quarta februarii millesimo octingentesimo vigesimo ocono, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCX.

Dat. die 4. febr. 1829. Anno VI.

Concessio novorum insignium indumentorum, aliorumque privilegiorum pro collegio canonicorum ecclesiae Augustae Praetoriae.

Leo PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. In Pedemontii ecclesias vix dum oculos conjecimus eum illustris illa Augustae Praetoriae Nobis occurrit, non tam vetustate nobilitata, quam viris omnium virtutum laude praestantissimis, quorum etiam nonnulli coelitum ordinibus adscripti; itemque cleri summa pietate, totius denique gregis optimo ingenio, qui praepositorum suorum exempla imitatus, documenta sequutus, semper in fide stabilis permansit. Et sane a Barnabae apostoli discipulis ethnicae superstitionis errores ejurata, fideique lumine donata, a priscis usque temporibus episcopos excepit, qui tum doctrina, tum sanctitatis rommendatione digni omnem dederunt operam, ut vineam istam feliciter consitam magis magisque excolerent; quos inter commemorandi sancti Gratus et Jucundus, quorum lipsana una cum illis presbyteri Ursi in cathedrali ecclesia pie religioseque asservantur. Singuli vero quique ex ea christiana plebe pastorum et cleri cucis apprime respondentes, fidei depositum, quod initio acreperunt, in maximis etiam christianae reipublicae turbinibus et fluctibus integrum inviolatumque semper custodierunt. Revera quum saeculo decimo sexto Calvinus a Catholicae Ecclesiae sinu misere aberrans, ista in civitate atque dioecesi monstruosa et inaudita dogmata diffundere, ac propagare auderet, id temporis episcopus, ac sacer illius senatus, caeterique levitae, nec non magistratus, optimates, et cujuscumque ordinis cives admirabili religionis studio incensi, audacis haeresaos auctoris conatus irritos reddidere, eumque impulerunt, ut eam civitatem ac dioecesim turpiter desereret. Tot perspicuis in Catholicae unitatis centrum constantis voluntatis significationibus, alia in hanc sanctam Sedem obedientiae et obsequii ex canonicorum collegio cathedralis templi nuper accessit. Quum enim Nobis cordi foret, ut, nulla interposita mora, nonnullorum ex praedecessori-

bus Nostris, et praesertim felicis recordationis Pii VII. vota explerentur, collegium idem Nostris monitis se docile praebens, peculiari deposito ritu, plures per aetates ea in ecclesia servata, prima sacri adventus dominica superioris anni Romanae Ecclesiae ritum amplexum est; idque cura praesertim et industria optimi, et vigilantissimi pastoris, venerabilis fratris Evasii perfectum, magna omnes ordines laetitia et exultatione affecit. Quapropter animi Nostri sensibus obsequentes, haud potuimus quin beneficia cumulemus, quae dum aperte significant quam bene de hac apostolica Sede sint meriti, ecclesiae Augustae Praetoriae decori et ornamento prospiciant.

Tenor concessionis. §. 2. Itaque cum privilegiis, quae paullo ante per sacram Rituum congregationem eis impertivimus, Nobis haud omnino satisfecerimus, alia quoque adjungere ex Nostra indulgentia constituimus. Et quamquam peculiaris ecclesiae Augustae Praetoriae ritus in Romanum jam sit immutatus, nihilominus, ut aliquod illius veteris liturgiae vestigium extet, ejusdem canonicorum collegii precibus a venerabili fratre Evasio Nobis porrectis benigne annuentes, eosque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, auctoritate Nostra apostolica facultatem facimus, qua toto paschali tempore, quum clerus non exiguum temporis spatium in excipiendis christiani populi confessionibus, aliisque spiritualibus operibus impendere debeat, ab universo istius dioecesis clero ad matutinas horas divinum officium insequenti ratione persolvatur. In feriali officio tres psalmi recitentur, ut in dominica Resurrectionis, et per octavam paschalis cum tribus lectionibus de scriptura occurrente. In officiis sanctorum sumantur psalmi ex primo nocturno, ac prima lectio erit de scriptura, altera, ac tertia historicae, ex tribus duae. Dominicis vero diebus, quando juxta rubricas officium alicujus sancti ritus duplicis occurrat, prima lectio erit de scriptura, altera historica, ex tribus una, tertia de homilia. Quod si officium de Dominica recitari debeat, lectiones erunt de homilia, ac si forte occurrat initium libri scripturae ad feriam secundam transferatur. Ab hujusmodi autem concessione excepta volumus singula officia primae et secundae classis una cum eorum octavis, si adsint, quae occurrunt per idem paschale tempus, duplicia majora, festum Ascensionis Domini cum octava, quibus quidem diebus officium plane persolvendum, quemadmodum in generalibus habetur rubricis.

